
Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Publii Ouidii Nasonis Sulmonensis poetae Clarissimi Opera o[mn]ia

https://hdl.handle.net/1874/461318



Dit boek is gescand in het kader van het Incunabelen project.

Een incunabel of wiegendruk is een boek of geschrift dat gedrukt is vóór 1 januari 1501. Gezien de bijzondere aard van deze vroege gedrukte werken is besloten deze uitgebreid te beschrijven en te digitaliseren.

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
https://repertorium.library.uu.nl/collectie/incunabelen/

Bij deze boeken wordt ook de volledige buitenkant gescand en een scan gemaakt van het geopende boek. De hierna volgende scans zijn (in volgorde waarop ze getoond worden):

- het midden van het geopende boek*
- de rug van het boek
- de kopsnede
- de frontsnede
- de staartsnede
- het achterplat

*Een deel van de banden in deze collectie bevatten meerdere titels, het is dus mogelijk dat de pagina's in deze overzichtsscan horen bij een andere titel.

This book has been digitized as part of the Incunabula project.

An incunable or incunabulum is a book, pamphlet, or broadside that was printed before January 1st 1501. Due to their special nature a project has been started to better describe and then digitize these early printed works in our collection.

More information on this collection is available here:
https://repertorium.library.uu.nl/collectie/incunabelen/

The digitized version of these books includes scans of the outside of the book and a scan of the open book. The scans after this notice are (in the order in which they are shown):

- the open book (opened approximately in the middle)*
- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

*Some of the bindings in this collection contain multiple titles, therefore it is possible that this scan shows pages which belong to a different title.

Protegat & noſtras querna corona fores.
Auſpicibuſque deis tanti cognominis hæres
Omine ſuſcipiat: quo pater urbis: onus.
Reſpiciet titan actas ubi tertius idus:
Fient parrhaſiæ ſacra relata deæ.
Nam prius auſonias matres carpenta uehebant.
Hæc quoque ab euandri dicta parente reor.
Mox honor eripitur: matronaque deſtinat omnis
Ingratos nulla prole nouare uiros.
Neue daret partus: ictu temeraria cæco
Viſceribus creſcens excutiebat onus.
Corripuiſſe patres auſas immitia nuptas:
Ius tamen ereptum reſtituiſſe ferunt.
Binaque nunc pariter tegeæ ſacra parenti
Pro pueris fieri uirginibuſque iubent:
Scortea non illi fas eſt inferre ſacello:
Ne uiolent puros exanimata focos.
Siquis amas ueteres ritus aſſiſte precanti:
Nomina percipies non tibi nota prius:
Porrima placatur: poſtuentaque: ſiue ſorores
Siue fugæ comites mænali diua tuæ.
Altera quod porro fuerat cecinisſe putatur:
Altera uenturum poſtmodo quicquid erat.
Candida te niueo poſuit lux proxima templo:
Qua fert ſublimes alta moneta gradus.
Nunc bene proſpicies latiam concordia turbam:
Nunc te ſacratæ conſtituere manus.
Furius antiqui populi ſuperator ethruſci
Vouerat: & uoti ſoluerat ille fidem:
Cauſa quod a patribus ſumptis ſeceſſerat armis
Vulgus & ipſa ſuas roma timebat opes.
Cauſa recens melior ſparſos germania crines
Corrigis auſpiciis dux uenerandæ tuis.
Inde triumphatæ libaſti munera gentis:
Templaque feciſti: quam colis ipſe: deæ.
Hæc tua conſtituit genitrix: & rebus: & ara:
Sola toro magni diua reperta iouis:
Hæc ubi tranſieris: capricorno phœbe relicto
Per iuuenis curres ſigna regentis aquas.
Septimus hinc oriens quum ſe demiſerit undis:
Fulgebit toto iam lyra nullo polo.
Sidere ab hoc ignis uenienti nocte: iconis
Qui micat in medio pectore merſus erit:
Ter quater euolui ſignantes tempora faſtos:
Nec ſementinæ eſt ulla reperta dies.
Tum mihi: ſenſit enim: lux hæc inducitur inquit
Muſa: quid a faſtis non ſtata ſacra petis?
Vtque dies incerta ſacris: ſic tempore certo
Seminibus iactis: eſt ubi fœtus ager:
State coronati plenum ad præſepe iuuenci
Cum tepido ueſtrum uere nouabit opus.
Ruſticus emeritum palo ſuſpendit aratrum:
Omne reformidat frigore uulnus humus.
Villice da requiem terræ ſemente peracta:
Da requiem terram qui coluere uiris.
Pagus agat feſtum: pagum luſtrate coloni:
Et date paganis annua liba focis.
Placentur matres frugum telluſque cereſque
Farre ſuo: grauidæ uiſceribuſque ſuis:
Officium commune ceres & terra tuentur:
Hæc præbet cauſam frugibus illa locum.
Conſortes operum: per quas correcta uetuſtas
Quernaque glans uicta eſt utiliore cibo:
Fructibus immenſis auidos ſatiate colonos:
Vt capiant cultus præmia digna ſui.

Vos date

Vos date perpetuos teneris ſementibus auctus:
Nec noua per gelidas uſta ſit herba niues.
Cum ſerimus: cœlum uentis aperire ſerenis
Quum latet: ætherea ſpargite ſemen aqua:
Neue graues cultis cerealia dona cauete:
Agmine læſuro depopulentur aues.
Vos quoque ſubiectis formicæ parcite granis:
Poſt meſſem prædæ copia maior erit.
Interea creſcat ſcabræ rubiginis expers:
Nec uicio cœli palleat uſta ſeges.
Et neque deficiat macie: neque pinguior æquo
Diuitiis pereat luxurioſa ſuis.
Et careant loliis oculos uitiatibus agri:
Nec ſterilis culto ſurgat auena ſono
Triticeos fœtus: paſſuraque farra bis ignem
Ordeaque ingenti fœnore reddat ager:
Hoc ego pro uobis: hoc uos optate coloni.
Efficiatque ratas utraque diua præces.
Bella diu tenuere uiros erat aptior enſis:
Vomere cædebat taurus arator equo.
Sarcula ceſſabant uerſique in pila ligones
Fractaque de raſtri pondere caſſis erat.
Gratia diis domuique tuæ: religata catenis
Iam pridem ueſtro ſub pede bella iacent.
Sub iuga bos ueniat: ſub terras ſemen aratas:
Pax cererem nutrit: pacis alumna ceres.
Atque uenturas præcedit ſexta calendas.
Hæc ſunt ledæis templa dicata deis.
Fratribus illa dies: fratres de gente deorum
Circa iuturnæ compoſuere lacus.
Ipſum nos carmen deducit pacis ad aras:
Hæc erit a menſis fine ſecunda dies.
Frondibus actiacis comptos redimita capillos
Pax ades: & toto mitis in orbe mane.
Dum deſunt hoſtes: deſit quoque cauſa triumphi:
Tu ducibus bello gloria maior eris.
Sola gerat miles: quibus arma coerceat arma:
Canteturque fera nil niſi pompa tuba.
Horreat æneadas & primus & ultimus orbis:
Si qua parum romam terra timebit: amet:
Tura ſacerdotes pacalibus addite flammis:
Albaque per fuſa uictima fronte cadat.
Vtque domus quæ præſtat eam cum pace perenet
Ad pia propenſos uota rogate deos.
Sed iam prima mei pars exhauſta laboris:
Cumque ſuo finem menſe libellus habet

P. Oui. Naſonis faſtorum Liber Secundus.

Manus hét finẽ: cũ carmie creſcat & amnus
Alter ut it menſis: ſic liber alter eat.
Nunc primum uelis elegi maioribus itis:
Exiguum memini nuper eratis opus.
Ipſe ego uos hũi faciles i amore miſtros
Cum luſit numeris prima iuuenta ſuis:
Idem ſacra cano ſignataque tempora faſtis:
Et quis ad hæc illinc crederet eſſe uiam.
Hæc mea militia eſt: gerimus quæ poſſumus: arma:
Dextraque non omni munere noſtra uacat:
Si mihi non ualido torquentur pila lacerto:
Nec bellatoris terga præmuntur equi:
Nec galea tegimur: nec acuto cingimur enſe:
His habilis telis quilibet eſſe poteſt.
Atque tua proſequimur ſtudioſo pectore cæſar
Nomina per titulos ingredimurque tuos:
Ergo ades & placido paulum mea munera uultu
Reſpice: pacato ſi quid ab hoſte uacat.

P. OVIDII

OPERA.

X. fo.
34

RARIORA



Cm


195
Cm

Cm

Litterae Latinae

Folio n°. 34.

563. **Ovidius** Naso, P., Opera. Venetië, Lazarus de Soardis 3 Maart, 1 April 1492. 2 dln. (1 vol.) 2o. X. 2o. 341

Type 1. — Drukkersmerk I. — HC 12146. — Pr. 5882. — Bl. 10 en 11 defect.

Op bl. 1a: „Ex libris Jacobi Voortij". Op bl. 1a van het 2e stuk van dezen bundel: „Frater Symon Lindenfels brackenheim professus Mulbront...." (Brackenheim en Maulbrunn zijn plaatsen in Würtemberg, beide in den Neckarkreis). — Samengeb. met nr. 561. — In den catalogus van 1718.

561. **Ovidius** Naso, P., Heroides cum commentariis Antonii Volsci et Ubertini Clerici Crescentinatis. [Acc.] Eiusdem Sapphus epistola et liber in Ibin, cum comment. Domitii Calderini. Venetië, Martinus de Lazaronibus et Christophorus de Quietis 14 Dec. 1492. 2o. X. 2o. 342

2 typen: Q/u (comment.: 80 m.M.; tekst 108 m.M.) — H 12206. — R.App. VI p. 105.

Samengeb. met nr. 563.

Ex Libris

Jacobi Woorty.

AB

Bonus Accursius Pisanus salutẽ dicit plurimam Magnifico equiti aurato & sapiẽtissimo ac prio ducali secretario Cicchо Simõetæ.

NEscio quibus aliis studiis meis ostendere tibi uir clarissime atq; optime Cicche Simoneta dilucidius possim meam erga te beniuolentiam atque obseruantiam quam re litteraria librariaque. Hæc enim mea munuscula sunt:quibus & ipse cum per ocium licebit:aliquando delecteris.& liberis tuis:quos tibi opto quam simillimos fore:consulas ad doctrinam & usum intelligẽdi.Qua ipse ductus sententia.Pu. Ouidium Nasonem metamorphoseon mea opera correctum atque emendatum imprimendum curaui Verum cum diligentius quærerem: quæ prisci scriptores litteris mandauerunt:incidi in Cœlium firmianum Lactantium Placidum: qui in Statii Thebaida scripsit: uirum mea sententia & diligentissimum & disertissimum:& qui in fabulas eiusdem poetæ commentatus est. Cuius ego ingenium non potui equidem non mirari. Nam incredibili quadam breuitate fabulam quamque complectitur:& interpretatur.Quæ omnia ita in hoc opere inserui:ut nimiam pulchritudinem præ se ferant. Scis enim nostra tempestate ueniisse in lucem hanc imprimendorum uoluminum artem rem profecto & utilem & perpulchram.Nam libros excriptos haud facile est omnibus sibi comparare propter pretii ac pecuniarum difficultatem. Quæ tam:& si diuina benignitate tibi nulli impedimento esse potest:non tamẽ est contemnenda propter pulchritudinem artificij & quia ubi huiusmodi librorum impressio:& tanquam formatio recte fuerit initio constituta: semper eodem procedit ordine in omnibus huiusmodi uoluminibus: ut uix errare liceat. Id quod in excribendis libris longe secus euenire solet. Sed hæc ignota tibi certe non sunt. Ego autem quicquid feci:eo ductus feci consilio:ut rem tibi facerem pergratam.Tu uero ut es humanitate singulari:animum meum potius quam rem ipsam considerabis. Sed quoniam tu harum rerum grauissimus iudex es longior esse nolim. Suscipe igitur munusculum hoc meum indicium certe mei summi erga te amoris atque obseruantiæ.Nam si rem ipsam in sese animo uolueris tacitus cogitare:itelliges profecto apprime dignam esse quam plurimi facias:habeasque charissimam. Vale Vir clarissime:& me commendatum habe.

Vm usitatissimũ esse morẽ animaduerterim splendidissime eques aurate Cicche Simoneta in exponẽdis auctoribus cuiuscunq; tandẽ ii sunt facultatis ut in legẽdi principio eorũ uita referat in mediũ: qua etiam mores ipsi cõtinentur. Non erit alienũ a præsenti meo instituto. P. Ouidii Nasonis amoeni elegãtissimiq; poetæ quicquid de uita eius inuenirim in mediũ referre. Qua quidẽ in re nihil equidẽ noui ex me ipso afferã. Id quod facere non nulli cõsueuerunt ostentationis magis cupidi q̃ ueritatis.

At ego ita de hoc poeta uerba facturus sum: ut quicquid dixero id ex eiusdem operibus a me collectum liquido appareat. Qua in re si a me tibi satisfactũ fuerit uir Magnifice: & grates habebo maximas omnipotẽti deo: & ex iudicio tuo maximã capiam uoluptatem. Nec ificias ibo me tibi debere plurimum: cuius approbationibus & adiutus fuero & ornatus: Nunc autem: ne prolixior sim: uenio ad rem ipsam. Fuit igitur Poeta noster claris parentibus ex ordine equestri procreatus eodem quarto tristium sic scribente.

Si quid id a proauis usque est uetus ordinis hæres:
Nõ sũ fortunæ mũere factus eques & sexto fastorũ ad Octauianũ:
Sancte pater patriæ tibi plæbs tibi curia nomen
Hoc dedit: hoc dedimus nos tibi nomen eques
Quod etiam in ponto confirmauit:
Si genus excutias: equites ab origine prima
Vsque per innumeros inueniemur auos.

Patriam habuit Sulmonem riuis & fontibus affluentem ab urbe per nonagintamillia passuum distantem ipso dicente in tristibus.

Sulmo mihi patria est gelidis uberrimus undis:
Millia qui nouies distat ab urbe decem: & in fastis.
Sulmonis gelidi patriæ Germanice nostræ:
Me miserum scythico quam procul illa loco est:

Vnde his carminibus facile cõprobari potest. Ouidi. fastorũ libros in exilio saltẽ edidisse. Cõdidit ãt ciuitatẽ ipsam comes q̃dã æneæ nomine Solemus Vnde fastorũ quarto postquã æneã nominauerat inqt: Huius erat soleus phrygia comes unus ab ida: Aquo Sulmõis mœnia nomẽ hẽnt. Regiũcula ãt i qua cõdita fuit pelignũ uocabatur multorũ fõtiũ uenis scaturiẽs. Ideo. ii. de amoribus ita pfatus ẽ

Hoc quoque cõposui peligni natus aquosis: & iterum in tristibus.

Me pars Sulmo tenet peligni tertia ruris: & rursus in fine amorũ.

Mantua Vergilio gaudet Verona Catullo.
Pelignæ gentis gloria dicar ego.

Patrimonium uero eius satis amplũ cõstat extitisse: ut liquide ab eodẽ in põto declaratur: Vbi iquit.

Non meus amissos animus desiderat agros:
Ruraque peligni conspicienda solo.
Nec quæ peniferis positos in collibus hortos:
Spectat flaminiæ claudia iuncta uiæ.

Habuit etiam domum non longe a capitolio: Vnde primo tristium:

Hanc ego suspiriens & ab hac capitolia cernens:
Quæ nostro frustra iũcta fuere lari.

Habuit autem fratrẽ unicum nomine Luciũ se nimirũ ætate maiorem septem mensibus procreatum. & quod mirum est: ambo sub quarto decimo Calendas aprileis secũda die ex quinq; festis Mineruæ in lucem: licet annus unus natiuitatibus inter fuisset: peruenerunt: Vnde quarto tristium:

Nec stirps prima fui genito sum fratre creatus:
Qui tribus ante quater mensibus ortus erat.
Lucifer ambobus natalibus affuit idem
Vna celebrata est per duo liba dies.
Hæc est armiferæ de festis quinque Mineruæ:
Quæ fieri pugna prima cruenta solet.

Ipse siquidem minor natu eo anno ortus est: quo Hirtius & Pansa consules romani in bello Mutinensi perierũt: Vnde de tristibus:

Editus hinc ego sum: nec non ut tempora noris
Cũ cecidit fato cõsul uterq; pari.

Aetate postmodũ cõsentiẽte grãmaticã simul imbuerũt: ac frater exinde oratoriæ facultati opam dederat. Quiduis uero natura iubente furtim ẽt poeticæ maxime adhærebat. Quod pr̃ Botius cognoscẽs illum a pposito sæpissime

dimouere coactus é asserens huiusmodi scientiá nullas opes pa-
re consueuisse. Vnde monitus Naso orationem solutam compo-
nere temptabat. At se etiam inuito natura magistra clausulas sæ-
pissime uersu finiebat. Postmodũ ab ambobus fratribus sumpta
uirili toga Lucius cum uigesimum annum ageret: a uita discedit.
Quæ omnia quarto tristium in hunc modum declarantur.

Protinus excolimur teneri curaque parentis:
Imus ad insignes urbis ab arte uiros.
Frater ad eloquium uiridi tendebat ab æuo:
Fortia uerbosi natus ad arma fori.
At mihi iam puero cælestia sacra placebant:
Inque suum furtim.musa trahebat opus:
Sæpe pater dixit studium quid in utile temptas: tentas.
Meonides nullas ipse reliquit opes.
Motus eram dictis totoque helicone relicto
Scribere conabar uerba soluta modis.
Sponte sua carmen numeros ueniebat ad aptos:
Et quod temptabam dicere uersus erat.
Interea tacito passu labentibus annis:
Liberior fratri sumpta mihique toga est.
Induiturque humeris cum lato purpura clauo:
Et studium nobis quod fuit ante manet.
Iamque decem frater uitæ geminauerat annos:
Cum perit: & cœpi parte carere mei.

Primá habuit dignitatẽ apud triumuiratũ maximas dignitates as
pernando corpus siquidem ad labores impatiens cum haberet am
bitionis etiá solicitudine minime uexabatur: Vnde quarto tristiũ.

Cœpimus & teneræ primos: ætatis honores:
Deque uiris quondam pars tribus una fui:
Curia restabat: claui mensura coacta est.
Maius erat nostris uiribus illud onus.
Nec patiens corpus nec mens fuit apta labori.
Sollicitæque fugax ambitionis eram

Cũ aũt otia libẽter amaret: pœtis oĩbus illius tpis familiarissime
utebat. Macro scilicet: Propertio Horatioq; ac etiá Tibullo. Gallo
insũp & Vergilio: quẽ tantũ se uidisse pfitetur: Vnde subiunxit.

Et petere aoniæ suadebant tuta sorores
Ocia: iudicio semper amata meo.
Temporis illius colui fouique poetas.
Quodque aderant uates rebar adesse deos.
Sæpe suas uolucres legit iam grandior æuo
Quæque nocet serpens quæ iuuet herba Macer.
Sæpe suos solitus recitare Propertius ignes:
Iure sodalitii qui mihi iunctus erat.
Ponticus heroicis Battus quoque clarus iambis.
Dulcia cum iunctis membra fuere mei.
Detinuit nostras numerosus Horatius aures:
Cum ferit ausonia carmina culta lyra.
Vergilium uidi tantum: nec auara Tibullo
Tempus amicitiæ fata dedere meæ:
Successorque fuit tibi galle Propertius: illi
Quartus ab his serie temporis ipse fui.

Orauit etiam iuuenis apud iudices sæpissime. nec non etiam iudex
fuerat ipso dicente Quinto tristium.

Nec male commissa est nobis fortuna reorum:
Vsque decem decies inspicienda uiris.
Res quoque priuatas statui sine crimine iudex:
Deque mea passa est pars quoque uita fide.

Fuit etiam adeo natura benignus: ut nullum poetarum ante quin-
quagesimum ãnum habuerit detrectatorem: Ideo pdicto lib. inqt.

Nec qui detrectat præsentia liuor iniquus
Vllum de nostris dente momordit opus.

Moribus præterea fuit exculti ssimis. Nam in primis uini parcissi-
mus: tũ ẽt detestandũ puerorũ uitiũ maxime horrebat: ac penitus
omni labe carere uidebatur. Nam inquit in ponticis uersibus:

Non hæ

Non hæc immodico contraxi damna lyæo.
Scis mihi quam puræ pene bibantur aquæ.& secundo de arte.
Odi concubitus:qui non utrinque resoluunt:
Hoc est cur pueri tangor amore minus.& quarto de ponto.
Vita prior uitio caret:& sine labe peracta est:
Habuit & insuper poeta noster pelignus tris uxores quarum prima citissime caruit. Secundam sine tamen crimine repudiauit. Tertiam ex nobili Maximorum familia usque ad ultimum fidelissimam tenuit ipso dicente quarto Tristium.
Pene mihi puero nec digna nec utilis uxor
Est data:quæ tempus per breue nupta fuit.
Illi successit quamuis sine crimine coniunx:
Non tamen in nostro firma futura toro.
Vltima quæ mecum seros permansit in annos
Sustinuit coniunx exulis esse uiri.
Filiam unicam bis nuptui dederat: ex una nepotes cõstat sibi contigisse. Vnde subiunxit. Filia me mea bis prima secũda iuuenta.
Sed non ex uno coniuge fecit auum.
Patet etiam ex tertio tristiũ eum plures filios habuisse :cuius uerba hæc sunt. Vtque sit exiguum pœnæ quod coniuge chara.
Quod careo patria pignoribusque meis.
Cum autem esset Ouidius annorum quinquaginta ira principis Octauiani ad Euxinos relegatus est ipso dicente in tristibus:
Postque meos ortus pisæa iunctus oliua:
Abstuleram decies præmia uictor eques:
Cum maris Euxini positos ad læua tomitas:
Quærere me læsi principis ira iubet.
Ipso accedente in exilium arctophylax occidere cosmice uidebatur. Quare constat recessum suum tertio nonas Martias extitisse
Quod testatur ipse primo tristium ita scribens:
Tingitur oceano custos erimanthidos ursæ:
Aequoreasque suo sidere turbat aquas.
Nos tamen ionium non nostra scindimus æquor
Sponte:sed audaces cogimur esse metu.
Errores autẽ suos dũ nauigaret tacẽdos esse indicauit tũ nẽ te uir magnifice fastidio afficiã:cũ id lõgissimum quidẽ esse uideatur: tũ etiã quod legere uoleti ex primo tristiũ clarissime patere põt.
Venit igit tandẽ in Scythiã Poeta ipse infelicissimus: in Miletoq: sic Octauiano iubẽte sedem suã collocauit. Quod patet ex tristibus ibi uidelicet. Denique quo Scythia est:propero:quo mittimur inq̃ &ibidem. Ah quibus aduenias Miletidos hospes ad urbem.
Offensi quo me contulit ira dei.
Quibus omnibus eius infortuniis omnes moueri debemus:tum propter eius innocentiam & ingenii acrimoniam:tum etiam maxime quod in locis barbaris bonis moribus humanitate:ac tam bono carentibus uitam ducere coactus erat. Quæ omniaperpulchre idẽ poeta ad Rufinum primo ponti ita describit.
Orbis in extremi iaceo desertus harenis
Fert ubi perpetuas obruta terra niues.
Non ager hic pomum:non dulces educat uuas:
Non salices ripa:robora monte uirent.
Neue fretum laudes terra magis:æquora semper
Ventorum rabie solibus orba tument.
Quocunque aspicies campi cultore carentes:
Vastaque quæ nemo uendicet:arua iacent.
Hostis adest dextra læuaque a parte timendus:
Vicinoque metu territ utrunque latus.
Altera bistonias pars est sensura sagittas.
Altera sarmatica spicula missa manu.
Cãm exilii uariã fuisse cõperio. Nõ nunq̃ p cõfessus é ipe Oui. carmina artis pepisse. Aliqñ uero errorẽ potiꝰ extitisse. Quo suspicãdũ é eũ cũ familiarissimus eẽt octauiãõ: forte eũ uel p phœbo se adorari faciẽtẽ:aut eũdẽ puero abutẽtẽ uidisse. Excusauit & alio loco uxorẽ Octauiãi aboi noxa. Ex quo cõprehẽdi põt:sniam illoꝝ q affirmãt:eũ ob adulterã Liuiã exulẽ cẽfactũ:oino ñ carere

Exilij causa
vide Baldwin
in Ibin, in
principio.

ueritate. In teſtimoniũ quag; ſnia g; licet plurios uerſus adducere poſſem: attñ paucis cõtentus ero Ex q̃rto igf de põto hoc elicitur.

Carmina nil poſſunt: nocuerunt carmina quondam:
Primaque tam miſeræ cauſa fuere fugæ. & ſecundo eiuſdem.
Neue roges: quæ ſit ſtultam quam ſcripſimus artem:
Innocuas nobis hæc uetat eſſe manus.
Et quid præterea peccarim: quærere noli.
Vt pateat ſola culpa ſub arte mea. & parum infra ſubiunxit:
Naſo parum prudens artem dum tradit amandi:
Doctrinæ præcium triſte magiſter habet.
& tertio eiuſdem ad amorem.
Nec ſatis hoc fuerat: ſtultus quoque carmina feci:
Artibus ut poſſis non rudis eſſe meis.
Pro quibus exilium miſero mihi tradita merces.
Id quoqđe in extremis & ſine pace locis.
Quarto uero triſtium inquit.
Aut timor aut error nobis prior obfuit error.
In tertio uero eiuſdem dixerat.
Inſcia quod crimen uiderunt lumina plector:
Peccatum que oculos eſt habuiſſe meum.
Non equidem totam poſſum defendere culpam:
Sed partem noſtri criminis error habet. Inſuper de ponto hæc carmina Ouidio in ſomnis amor ipſe reſpondit:
Vtque hæc ſic utinam defendere cætera poſſem
Scis aliud: qđ te læſerit eſſe magis: & ſecõdo de triſtibus clarius loquens de errore carmina poſuit.
Cur aliquid uidi? cur noxia lumina feci?
Cur imprudenti cognita culpa mihi eſt?
Inſcius Actæon uidit ſine ueſte Dianam.
Præda fuit canibus non minus ipſe ſuis.
Fatetur autem ipſe Ouidius in triſtibus libro. ii. errorem & carmen aliud neſcio quid exiliũ ſibi peperiſſe: licet carmen p multos ãnos nihil ſibi nocuiſſe manifeſtũ ſit. Sed error carminis peccatũ iã antiqtate ſopitũ reuiuiſcere fecit. Vñ illud Ouidianũ triPerdiderint cũ me duo crimia carmẽ & error: ſtium ſcdo:
Alterius facti culpa ſilenda mihi: & eodem loco.
Carmina quæ ediderам tum te delicta notantem
Præterii totiens irrequietus eques.
Ergo quæ iuueni mihi non nocitura putaui:
Scripta parum prudens tunc nocuere ſeni.
Suſpicionem autẽ tertiæ cauſæ: qua de adulterio cum uxore Octauiani culpabatur: nobis afferre poſſunt duo illa carmina in ſecundo ponti in hunc modum ſignificantia:
Fœmina ſed princeps in qua fortuna uidere
Se probat: & certe crimina falſa tulit.
Quæ autẽ paſſus fuerit i exilio ſilẽtio ptranſibimus cũ lõgiſſimũ id futurũ eſſe cognoſcã. Quinq; ſiquidẽ libros de triſti. & q̃ttuor de põto euoluere opus eſſet: ſi ſingula enucleare cõtẽderẽ. Quare moderandum orationi meæ iam ſiquidẽ eſſe iudicaui: fugiẽdãq; animi tui ſatietatẽ. Quo circa finẽ faciã ſi prius libellos ab eo compoſitos breuiter & ſuccincte nominauerim. In primis cũ iuuenis adhuc eſſet: ſparſim ſe falſo captũ amore fingẽdo carmina plurima & pcipue de amoribus cõpoſuerit eo ita dicente ſecundo triſtium
Ad leue rurſus opus iuuenilia carmina ueni:
Et falſo mouit pectus amore meum.
Antea ſi quidem heroidum epiſtolas ad populum ſtilo elegantiſſimo perſcripſit: ut idem quarto triſtium teſtatur: cum inquit:
Carmina cum primum populo iuuenilia ſcripſi:
Barba reſecta mihi biſue ſemelue fuit.
Cũ aũt cẽt ætate grã libr: opus de amoribus inſcriptũ quinq; etiã uoluminibus cõpreheſũ ob quædã puerila in eis repta ſæuiore lima caſtigãs i tria dũtaxat ſibi placuit redegiſſe. Vñ primo amor.
Qui modo naſonis fueramus quinque libelli:
Tres ſumus: hoc illi prætulit auctor opus.
Reperiunt pterea plurima & multa carmina ab eodẽ: ut mihi pſua deo: pene

deo:pene puero compoſita: ut de ſonno: cuculo:aurora medicamine aurium & faciei:pulice:nuce:& philomela: quoꝝ cum maior pars puerile aliquid ſonare uideaꝫ:nuſq̃ eum comperio feciſſe mẽtionem:de limace autem & quattuor humoribus & ludo ſcacorum:& de uetula auſim nequaquam ſua extitiſſe propria affirmare. Traduxit elegiam illam a Saphone græca compoſitam .qđ facillime perſuaderi poteſt:cum hic uerſus Eſt in te facies ſunt apti luſibus anni & in prædicta elegia &in libro amorũ reperiatur: Cum autem uideret Catullũ:Propertiũ: Tibullũ de amoribus decantaſſe:non dubitauit & ipſe:ut aliquid nouũ præcæteris compoſuiſſe uideatur tris libros de arte cõponere quos edidit:& emendauit.In quibus cum ad ſolutos ſcriberet:monuit pudicas a lectione talis libelli deſiſtere: Vnde ſecundo triſtium eadem carmina:quæ in principio artis poſuerat:in hunc modum replicauit.

Neue quibus ſcribam poſſis dubitare libellis:
Quattuor hos uerſus e tribus unus habet.
Eſſe procul uitæ tenues inſigne pudoris:
Quæque tegis medios inſtita longa pedes.
Nil niſi legitimum conceſſaque furta canemus:
Inque meo nullum carmine crimen erit.

Poſt longa autem tempora ut crimini:quod ſibi ob editam artem imponebaꝫ:mederi poſſet:remedia philoſopho digna ad id morbi ſubiunxit:ut patet in primo prænominati libri:

Ad mea decepti iuuenes præcepta uenite:
Quos ſuus ex omni parte fefellit amor.
Diſcite ſanari:per quem didiciſtis amare:
Vna manus uobis uulnus opemque feret.

Faſtoꝝ libros duodecim añ exiliũ cõſtructos &cũ eẽt exul ad Cæſarẽ Germãicũ inſcriptos edidit licet uetuſtate omnia corrodẽte ſex ultimis careamus. Tragicis etiam nõ nunquã dederat operam. Mutatas præterea formas hominum non ſatis elimatas igni:cum recederet Roma ſemianimis:dederat.

Quod liquido patet ex tertio triſtium per hæc carmina.

Sex ego faſtorum ſcripſi totidemque libellos:
Cumque ſuo finem menſe libellus hẽt. Inde ſubiunxit.
Et dedimus tragicis ſcriptum regale cothurnis:
Quæque grauis debet:uerba cothurnus habet.
Dictaque ſub nobis quamuis manus ultima cœpto
Defuit in facies corpora uerſa nouas.& primo eiuſdem.
Carmina mutatas hominum dicentia formas
Infelix domini quod fuga rupit opus.
Hæc ego diſcendens ſicut bona multa meorum
Ipſe mea poſui mœſtus in igne manu.& ſubdens inquit.
Vel quod eram muſas ut crimina noſtra peroſus.
Vel quod adhuc creſcens & rude carmen erat.

Sed aliter res atq; crediderat euenit. Nã uti fieri ſolet iã apd multos ſeries illoꝝ hẽbaꝫ.Quod poſtea quã ſibi exuli nunciatũ ẽ hos uerſus quos prio triſtiũ ꝛpperi:præponẽdos metamorphoſi a ſuis cultoribus cupidiſſime expoſtulauit. Verſus autem ſunt tales.

Hos quoque ſex uerſus in prima fronte libelli
Si præponendos eſſe putabis:habe.
Orba parente ſuo quicunque uolumina cernis:
His ſaltem noſtra detur in urbe locus.
Quoque magis faueas:non ſunt hæc edita ab ipſo:
Sed quaſi de domini funere rapta ſui.
Quicquid in his igitur uitii rude carmen habebit:
Emendaturus ſi licuiſſet:eram.

Edidit præterea epithalamium metricum:pronũciauit Maximo amiciſſimo ducente uxorem:ut ipſe primo ponti monſtrauit: hæc ſcribens Ille ego qui dixi ueſtros hymenæon ad ignes:
Et cecini fauſto carmina digna toro

Scripſit & exul cũ ĩ itinere:& cũ eẽt apd tomitas.v.libellos de triſtibus epiſtolis ad amiços ſine tĩ noie iſcriptos. Verũ audatior factus cum libellos quattuor de ponto ederet:mutare nõ dubitauit ibi ſiquidem nomina:quibuſcunque amicis impoſuerat.

Nec ipſe primitus in unum illa collegit.hæc ipſe de ponto in teſtimonium adduxit.
Inuenies quamuis non ſit miſerabilis index:
Non minus hoc illo triſte quod ante fuit.
Rebus idem eſt:titulo differt:& epiſtola cui ſit:
Non occultato nomine miſſa docet:& in triſtibus.
Vos quoque pectoribus noſtris hæretis amici:
Dicere quos cupio nomine quenque ſuo.
Sed timor officium cautus compeſcit:& illos
In noſtro poni carmine nolle puto.iterum in ponto.
Nec liber ut fieret:ſed uti ſua cuique daretur
Littera propoſitum curaque noſtra fuit.
Poſtmodo collectas ut cunque ſine ordine iunxi:
Hoc opus electum ne mihi forte putes.
Triumphũ autem Cæſaris quo caremus:ſcripſit elegantiſſime:& adeo ad omnia natum ingenium habebat: ut etiam apud tomitas gẽticum libellum de Cæſaris laudibus componeret. Vnde tertio ponticorum carminum ad Rufinum ſcribens illa elegia.
Hæc tibi non uanam portantia uerba ſalutem:
Id quod diximus:declarat & in fine ſubdit.
Vtque ſuo faueas mandat ruphine libello
In ueſtras ueniet ſi tamen ille manus.
Eſt opus exiguum noſtriſque paratibus impar.
Quale tamen cunque eſt:ut tueare:rogo. De getico autem libello in quarto eiuſdem inquit.
Ah pudet:& getico ſcripſi ſermone libellum:
Structaque ſunt noſtris barbara uerba modis.
Materiam quæris:laudes de cæſare dixi.
Cætera conſulto prætereo:cum autem ſexto anno ſui exilii ſpes cum ſolita defeciſſet:ad uxorem ſuam ſcripſit:ut oſſa ſua poſt mortem ſaltem Romam reportarentur.
Hoc tertio triſtium demonſtratur:cum legimus ad uxorem
Oſſa tamen facito parua referantur in urna:
Sic ego non etiam mortuus exul ero.
Iuſſit & eidem:ut hoc epitaphium ab eo compoſitum marmoreo tumulo inſcribendum curaret: Videlicet
Quoſque legat uerſus oculo properante uiator:
Grandibus in tumuli marmore cæde notis.
Hic ego qui iaceo tenerorum luſor amorum:
Ingenio perii Naſo poeta meo.
At tibi qui tranſis:ne ſit graue quiſquis amaſti:
Dicere naſonis molliter oſſa cubent.

Fabulæ Primi Libri.

i. Chaos in ſpecies.
ii. Terra in uarias perſonas.
iii. Mundus ĩ ſæcula q̃ttuor aureũ:argenteũ:æreũ: & ferreũ.
iiii. Item annus in tempora quattuor:
v. Gigantum ſanguis in homines.
vi. Lycaon Pelaſgi filius in lupum.
vii. A Deucalione iacti lapides in uiros & a Pyrrha ĩ mulieres.
viii. Phyton ſerpens in figuras.
ix. Daphne penei filia in laurum.
x. Io Inachi filia in uaccam.
xi. Mercurius in paſtorem.
xii. Syrinx nympha in fiſtulam.
xiii. Argus Ariſtoris filius in pauonem.
xiiii. Io ſupradicta in Iſidem.

Fabule Secundi Libri.

i. Phaeton ſolis & clymenes filius fulmine ictus
ii. Heliades ſorores. Aegle: Lampetie. Phaethuſa: Phœbe in arbores populos.
iii. Lachrymæ earum in electrum.
iiii. Cygnus ſtheneli filius ligurum rex in auem ſui nominis.
v. Calyſto Lycaonis filia in urſam.
vi. Eademque cum filio Arcade a ioue in ſideribus

vii. Coruus

vii. Coruus uolucris initio candidus dehinc niger.
viii. Coronis Coronei filia in auem cornicem.
ix. Nyctimene Nycthei filia in nocturam.
x. Ocyroe Chironis filia centauri in equam.
xi. Battus Nelei filius ruricola in saxum.
xii. Aglauros Cecropis filia in lapidem.
xiii. Iup. Satur. & opis filius ad Europam in taurum.

Fabulæ Tertii Libri.

i. Dentes draconis in homines.
ii. Acteon Aristæi & Autonoes filius in ceruum.
iii. Iuno Saturni & Opis filia in anum.
iiii. Tiresia Seueri filius in fœminam.
v. Item in uirum augurem.
vi. Echo Iunonis filia in uocem.
vii. Narcissus Ephesii & Iyriopes filius in florem suum nois.
viii. Liber pater Semeles & Iouis filius in Acœtem
ix. Idemque liber pater in puerum.
x. Tyrrheni nautæ in aues & in delphinos
xi. Pentheus Echionis filius dilaceratus.

Fabulæ Quarti Libri.

i. Dercetis Nini regis filia in piscem cessit
ii. Semiramis Dercetis filia in columbam.
iii. Pyrami & Thisbes cruor in arborem morum.
iiii. Leucothoe orcami regis filia in uirgam thuream.
v. Clyne Orcami coniunx in herbam Heliotropium.
vi. Daphnis Idei filius in saxum
vii. Scithon ex uiro in fœminam.
viii. Ex imbribus procreati Celmus & Adamas
ix. Crocus & Smilax famuli in flores.
x. Salmacis & Hermaphroditus in unum corpus
xi. Minides thebanæ in uespertiliones.
xii. Ino & melicertes dii maris leucotheaq; & Palæmon.
xiii. Spuma maris in Venerem.
xiiii. Sidoniæ comites Inus in saxa & in aues.
xv. Cadmus & Armonia in dracones
xvi. Guttæ Medusæ in serpentes.
xvii. Atlas Iapeti filius in montem sui nominis
xviii. Virgæ subiectæ capiti Gorgonis in Coraliũ lapidẽ.
xix. Medusæ crines in serpentes.
xx. Nais nympha in piscem.

Fabulæ Quinti Libri.

i. Phineus & socii eius in saxum.
ii. Polydectes in lapidem.
iii. Musæ in aues:
iiii. Cyne in fontem.
v. Steles puer in lacertam.
vi. Ascalaphus in bubonem.
vii. Sirenæ ex parte in aues.
viii. Arethusa in fontem.
ix. Lyncus rex in lyncem.
x. Pierides in picas.

Fabulæ Sexti Libri.

i. Aracne in araneam
ii. Niobe in lapidem.
iii. Agrestes licii in ranas.
iiii. Marsias in flumen.
v. Pelopis humerus in eburneum
vi. Progne & philomela in aues.
vii. Tereus in uolucrem Epopem
viii. Zetas & Calais ex parte in aues.

Fabulæ Septimi Libri.

i. Dentes draconis in homines.
ii. Aeson ex sene in iuuenem.
iii. Liberi nutrices in iuuentam.
iiii. Aries in species agni uidetur.

v. Cerambus in auem.
vi. Draco in ſaxum.
vii. Iuuencus liberi in cerui figuram.
viii. Cobidus in ſpeciem monumenti.
ix. Mæra in canis figuram.
x. Cææ matronæ in boues.
xi. Telchines in ſcopulos.
xii. Alcidamantis filia in columbam.
xiii. Cygnus Hyries filius in Olorem.
xiiii. Hyriæs mater in ſtagnum.
xv. Cambe in auem.
xvi. Lotois ex uiro in uolucrem.
xvii. Menephron in feram.
xviii. Cephinis in focem.
xix. Eumeli filia in uolucrem.
xx. Ephyre in ſerpentem.
xxi. Phene Periphas in aues.
xxii. Polyphemonis neptis in uolucrem.
xxiii. Spuma Cerberi in uenenum.
xxiiii. Sciron in petram.
xxv. Arne in auem Monedulam.
xxvi. Formicæ in homines.
xxvii. Cephalus ab aurora immutatur.

Fabulæ Octaui libri.

i. Scylla niſi filia in auem Ciri & niſus pater eius in auem alietum.
ii. Ariadne in Coronam.
iii. Perdix in auem ſui nominis
iiii. Meleagrides in aues.
v. Nymphæ Naides in inſulas ſepoſitæ.
vi. Perimele in inſulam.
vii. Iuppiter & Mercurius in hominum ſpecies & Caſa Baucidis & Pilæmonis in templum: & Baucis & Pilemon in arborum ſpecies.
viii. Proteus in ſpecies.
ix. Menſtre Eriſitonis filia in diſſimilem figuram & Eriſiton in famem.

Fabulæ Noni Libri.

i. Achelous in uarias figuras.
ii. Neſſi cruor in uenenum.
iii. Licas in ſcopulum.
iiii. Hercules in deum.
v. Galantis in Muſtellam.
vi. Driope in arborem Loton:
vii. Iolaus in adoleſcentem.
viii. Calliroes filii in iuuenes.
ix. Biblydis lachrymæ in fontem:
x. Iphis ex uirgine in puerum.

Fabulæ Decimi Libri.

i. Cerberus: Olenus: Letheus in lapides.
ii. Attis in pinum.
iii. Cypariſſus in cupreſſum.
iiii. Iuppiter in aquilam.
v. Hyacinthus in florem.
vi. Cypri incolæ in boues.
vii. Propedides in lapides.
viii. Pigmalion in uæcordem amorem.
ix. Myrrha in arborem ſui nominis.
x. Ex connubio Myrrhæ & Cynaræ in ceſto Adonis.
xi. Hippomenes & Atalanta in leones.
xii. Adonis cruor in florem purpureum.
xiii. Mynthe nympha in herbam mentam.

Fabulæ Vndecimi Libri.

i. Serpens in lapidem.
ii. Cææ matronæ in ſpecies.

iii. Contactus Midæ in aurum: & Pactolus amnis in colorem auri.
iiii. Midæ aures in asini aures.
v. Ex harena obruta harundinem.
vi. Neptūnus & Apollo in homines.
vii. Thetis nympha in plura.
viii. Dedalion in uolucrem.
ix. Lupus in saxum.
x. Cæix & Alcione in auem sui nominis.
xi. Esacus in uolucrem mergum.

Fabulæ duodecimi libri.

i. Serpens in lapidem.
ii. Iphigenia in ceruam.
iii. Cygnus in auem.
iiii. Cænis in uolucrem.
v. Peridemenus in plura.
vi. Apollo in Alexandrum.

Fabulæ.xiii.libri.

i. Aiacis cruor in florem.
ii. Hecuba in canem.
iii. Memnonides in aues.
iiii. Anienis filiæ in columbas.
v. Orionis filiæ in Coronidas.
vi. Ambrasius in saxum & Molossii filii in aues.
vii. Acis in flumen.
viii. Glaucus in deum marinum.

Fabulæ Decimiquarti Libri.

i. Scylla in feram.
ii. Eadem in saxum.
iii. Cecropides in simias.
iiii. Sibylla in uocem.
v. Socii Vlyxis in feras.
vi. Iidem in homines.
vii. Picus in auem.
viii. Socii eius in feras.
ix. Canenspici uxor in locum.
x. Diomedis socii in aues.
xi. Apulus pastor in Oleastrum.
xii. Naues Aeneæ in nymphas.
xiii. Nereti naues in saxum.
xiiii. Ardea Turni in auem.
xv. Aeneas in deum.
xvi. Vertumnus in anum.
xvii. Anaxarete in lapidem.
xviii. Romulus in Quirinum.
xix. Hersilia in horam.

Fabulæ.xv.Libri.

i. Calculi nigri in candidum colorem.
ii. Animæ in uarias species.
iii. Panthus in Euphorbium.
iiii. Tempora in species.
v. Amnis Lyciæ in regionem mutatus.
vi. Erasinus amnis in regionem similiter aliam.
vii. Caicum flumen in regionem aliam similiter.
viii. Almasenum flumen in feræ speciem:
ix. Anigrum flumen dulce in aquæ amaritudines.
x. Hipanis amnis in aquæ amaritudinem similiter.
xi. Anthisa & pharos insulæ in scopulos mutatæ.
xii. Leucades insulæ tres in montium species & Zancle insula in scopulum.
xiii. Elyce & Buris insulæ in scopulum similiter.
xiiii. Tumulus Troezena in aream mutatus est.
xv. Lacus in africa Hammonis in glaciem conuertitur.
xvi. Lignum in Athamanta a tactu aquæ in ignem.
xvii Flumen Ciconum bibentes in lapidem mutantur.

xviii. Gratis amnis colorem in uarium uertit.
xix Salmacis fonte qui contingitur: in molliciem uertitur
xx. Lacum æthiopiæ qui bibit: insaniam uertitur.
xxi. Clytonium fontem qui bibit: odium uini capit.
xxii. Linceſtium amne qui bibit in ebrietate conuertit.
xxiii. Aqua in urbe Phinea in uarias uertitur.
xxiiii. Symplegades cautes in ponto in petras redactas.
xxv. Aetna mons Siciliæ in ignem.
xxvi. In palena urbe Titonides a tactu in aues.
xxvii. Scytides fœminæ a tactu immutatæ ueneni.
xxviii. Ex uitulis apes naſcuntur.
xxix. Ex equo ſcabrones.
xxx. Ex Cancro Scropio.
xxxi. Ex tineis agreſtibus papiliones.
xxxii. Ranæ ex limo produntur.
xxxiii. Ex carne urſæ effigies eius apparet: poſtea lambendo efficitur.
xxxiiii. Apes initio uermes poſt in ſuam ſpeciem ueniant
xxxv. Ex oui uitello prodeunt aues.
xxxvi. Ex medulla humana angues naſcuntur.
xxxvii. Phœnix auis ex ſanie ſua aliam progenerat.
xxxviii. Hyena fera in uarias figuras.
xxxix. Anima labentis in uarias ſpecies.
xl. Lynces liberi ex urina in lapidem.
xli. Coralium lapis ſub aqua mollis eſt: extra dureſcit.
xlii. Gentium ſpecies in uarias.
xliii. Numa pompilius in aera.
xliiii. Aegeria poſt mortem mariti Numæ in uallem Aricinam ſe contulit lugens.
xlv. Hippolytus in deum Virbium.
xlvi. Aegeria nympha coniunx Numæ in fontem
xlvii. Gleba in puerum eundem Itagen nomen.
xlviii. Iaculum Romuli in arborem
xlix. Cypri frons in cornua.
l. Aeſculapius in Draconem.
li. Cæſar in ſtellam.

O rba parente ſuo quicunque uolumina tangis:
His ſaltem noſtra detur in urbe locus.
Quoque magis faueas: non hæc ſunt edita ab ipſo:
Sed quaſi de domini funere rapta fui.
Quicquid in his igitur uitii rude carmen habebit:
Emendaturus ſi licuiſſet: eram.

i. Chaos in ſpecies.
ii. Terra in uarias perſonas.
iii. Mundus in ſæcula quattuor: aureum argenteum aereum & ferreum.
iiii. Item annus in tempora quattuor.
v. Gigantum ſanguis in homines.
vi. Licaon Pelaſgi filius in lupum.
vii. Deucalione iacti lapides i uiros: & a pyrra i mulieres.
viii. Phithon ſerpens in figuras.
ix. Daphne Penei filia in laurum.
x. Io Inachi filia in uaccam.
xi. Mercurius in paſtorem.
xii. Syrinx nympha in fiſtulam.
xiii. Argus ariſtoris filius in pauonem.
xiiii. Io ſupradicta in iſidem.

Fabula prima.

Chaos ut Heſiodi indicat uolumen: quod deorū originem continet: fuit initio quædam rerum confuſio: quæ poſtea in ſuas ſpecies diſtributa é: ut leuiſſima corpora æther igneus: & hunc infra aer frigidus: & cætera ſidera in ſublimi parte paterent: per quæ ſolis ſplendor ac lunæ uagaretur. grauiſſima autem humus liquorque in ima parte ſubſiderent.

PVBLII OVIDII NASONIS METAMORPHOSEOS. LIBER PRIMVS INCIPIT.

NNoua fert animus mutatas dicere formas
Corpora: dii cæptis: nã uos mutastis & illas:
Aspirate meis: primaque ab origine mundi
Ad mea perpetuũ deducite tempora carmen.
Ante mare & terras: & quod tegit omia cœlũ
Vnus erat toto nãturæ uultus in orbe:
Quẽ dixere chaos: rudis indigestaque moles.
Nec quicquam: nisi pondus iners: congestaque eodem
Non bene iunctarum discordia semina rerum.
Nullus adhuc mundo præbebat lumina titan:
Nec noua crescendo reparabat cornua phœbe:
Nec circunfuso pendebat in aere tellus
Ponderibus librata suis: nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat amphitrite.
Quaque erat & tellus: illic & pontus: & aer:
Sic erat instabilis: tellus innabilis unda.
Lucis egens aer: nulli sua forma manebat:
Obstabatque aliis aliud: quia corpore in uno
Frigida pugnabant calidis: humentia siccis:
Mollia cum duris: sine pondere habentia pondus.
Hanc deus: & melior litem natura diremit:
Nam cœlo terras: & terris abscidit undas:
Et liquidum spisso secreuit ab æthere cœlum:
Quæ postquam euoluit: cæcoque exemit aceruo:
Dissociata locis concordi pace ligauit.
Ignea conuexi uis & sine pondere cœli
Emicuit: summaque locum sibi legit in arce.
Proximus est aer illi leuitate: locoque:
Densior his tellus: elementaque grandia traxit:
Et pressa est grauitate sua: circunfusus humor
Vltima possedit: solidumque coercuit orbem.
Sic ubi dispositã: quisquis fuit ille deorum:
Congerie secuit: sectaque in mẽbra redegit.

Fabula secunda.

Ex terra cum omnia generata sint: omniũque rerum mater
reperiatur: ut humanum genus cuncta uincat: Prometheus
Iapeti filius: ut idem Hesiodus ostendit: hominem ex hu-
mo finxit: cui Minerua spiritum immisit.
Principio terram: ne non æqualis ab omni
Parte foret: magni speciem glomerauit in orbis.
Tum freta diffudit: rapidisque tumescere uentis
Iussit: & ambitæ circundare littora terræ.
Addidit & fontes: & stagna immensa: lacusque:
Fluminaque obliquis cinxit decliuia ripis.
Quæ diuersa locis partim sorbentur ab ipsa:
In mare perueniunt partim: campoque recepta
Liberioris aquæ: pro ripis littora pulsant.
Iussit & extendi campos: subsidere ualles:
Fronde tegi siluas: lapidosos surgere montes:
Vtque duæ dextra cœlum: totidemque sinistra
Parte secant zonæ: quinta est ardentior illis.
Sic onus inclusum numero distinxit eodem
Cura dei: totidemque plagæ tellure premuntur:
Quarum quæ media est: non est habitabilis æstu:
Nix tegit alta duas: totidem inter utrasque locauit:
Temperiemque dedit mixta cum frigore flamma.
Imminet his aer: qui quanto est pondere terræ:
Pondere aquæ leuior: tanto est onerosior igne:
Illic & nebulas: illic consistere nubes
Iussit: & humanas motura tonitrua mentes:
Et cum fulminibus facientes frigora uentos.
His quoque non passim mundi fabricator habendum:
Aera permisit: uix nunc obsistitur illis:
Cum sua quisque regat diuerso flamina tractu:

Quin lanient mundum: tanta est discordia fratrum.
Eurus ad auroram: nabatæaque regna recessit:
Persidaque: & radiis iuga subdita matutinis:
Vesper, & occiduo quæ littora sole tepescunt:
Proxima sunt zephyro: scythiam septemque triones
Horrifer inuasit boreas: contraria tellus
Nubibus assiduis: pluuioque madescit ab austro.
Hæc super imposuit liquidum: & grauitate carentem
Aethera: nec quicquam terrenæ fecis habentem.
Vix: ita limitibus dissepserat omnia certis.
Cum quæ pressa diu massa latuere sub ipsa:
Sidera cœperunt toto effervescere cœlo.
Neu regio foret ulla suis animalibus orba:
Astra tenent cœleste solum formæque deorum.
Cesserunt nitidis habitandæ piscibus undæ.
Terra feras cœpit: volucres agitabilis aer.
Sepata terra erat a cæteris elementis. Sed hō nondum natus ipsius terræ futurus cultor ac dominus. Itaque prometheus Iapeti filius terram imbri moliuit: & ex hac hominem ad dei similitudinem & imaginem finxit: cuius facies nō pna: ut cætera aīalia esset: non terrā sed cœlū spectaret erecta. Sanctius his animal: mentisque capacius altæ
Deerat adhuc: & quod dominari in cætera posset
Natus homo est: siue hunc diuino semine fecit
Ille opifex rerum mundi melioris origo:
Siue recens tellus seductaque nuper ab alto
Aethere cognati retinebat semina cœli:
Quam satus Iapeto mixtam fluuialibus undis
Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum.
Pronaque cum spectent animalia cætera terram:
Os homini sublime dedit: cœlumque uidere
Iussit: & erectos ad sidera tollere uultus.
Sic modo quæ fuerat rudis: & sine imagine tellus:
Induit ignotas hominum conuersa figuras.

Fabula Tertia.

Ex quo chaos tenebrosū iniecta luce discussū ē & discretis elemētis: faciē hāc tā clarā mūdus accepit: deiceps q̄si ī ætates q̄sdā ī sæcula q̄ttuor distributū ē: hoc ē aureū & argēteū: aereū & ferreū: qbus p q̄litate sui ascripta sunt noīa. Nā aureū sæculū dictū ē: qđ Saturno regnāte oīum rex erat plena tranqllitas. nō furor sæuiebat armor: nō auaricia hoīum fluctibus cōmiserat uitā: & cessātibus rastris inarata grauidas fruges terra pmebat. ociosa erat ac secura uita mortalibus: ac sine uicissitudine tpum cōtinua ueris gratia fruebant. Dei de secū dū sæculū ī argēteū ab aureo colore migrauit tū primū & æstus ardētior cœli & grauiora frigora icubuere mortalibus. Tūc meditata domor tutiora secreta. Antea. n. aut ī antris habitabāt aut incolebāt frutteta siluar. Semina ēt tū primū sulcis cœpere cōmittere cū iā terra solita hoībus denegaret aliméta. Tertiū sæculū successit aereū argēto iā durius cepere hoies inuerecū dius uiuere. Nā cupiditate hēndi auaricia cū pfidia exorta est inde mare puiū factū: dū diuitiæ req runt. Terra quoque antea cūctis cōmunis limitibusque discreta ē: & in uēis eius nō solū frumenta q̄sita sūt: sed metalla iuēta crepuerūt. Quartū sæculū ferreū a rigore diratū ē: qđ ī tātā rabiē furoris erupit ut oīa scelera cupiditatis excelleret. Nā ab odiosa uīta & isaniētis auaritiæ crassatiōibus ad parricidia usque puen-

Aurea prima sata est ætas: quæ uindice nullo tum est.
Sponte sua sine lege fidem rectumque colebat.
Pœna metusque aberant nec uerba minantia fixo
Aere ligabantur: nec supplex turba timebat
Iudicis ora sui: sed erant sine iudice tuti.
Nondum cæsa suis peregrinum ut uiseret orbem:
Montibus in liquidas pinus descenderat undas.
Nullaque mortales præter sua littora norant.

Nondum

Nondum præcipites cingebant oppida foſſæ:
Non tuba directi:non æris cornua flexi:
Non galeæ:non enſis erat ſine militis uſu
Mollia ſecuræ peragebant ocia gentes.
Ipſa quoque immunis raſtroque intacta:nec ullis
Saucia uomeribus per ſe dabat omnia tellus.
Contentique cibis nullo cogente creatis:
Arbuteos fœtus:montanaque fraga legebant:
Cornaque:& in duris hærentia mora rubetis:
Et quæ deciderant patula iouis arbore glandes.
Ver erat æternum:placidique tepentibus auris
Muſcebant zephyri natos ſine ſemine flores.
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat:
Nec renouatus ager grauidis canebat ariſtis.
Flumina iam lactis:iam flumina nectaris ibant.
Flauaque de uiridi ſtillabant ilice mella.

Fabula Quarta

Cũ ſaturno aurea ſæculi rectore cœli arce deiecto teneret.
Iuppiter mũdũ:ſic ipſe mũdus ẽttuor ac diuerſa tpa coar
tauit:ut uer:q; fuerat ante unũ ſemp ad ſerenã trãquilitatẽ
cõtinuũ:in ptẽ ãni ẽrtã:& ãguſtiſſimũ coegerit tps:ut huic
ſuccederet ardor æſtatis:&tertio ſeq̃ret auctũni iſida tẽpies:
& poſt hæc totus ãnus rigida hyeme claudereť.Quæ ẽttuor
tpa ueris exordio qualitatẽ imitarenť & ordinẽ ſæculoꝝ.
Poſtquam ſaturno tenebroſa in tartara miſſo
Sub ioue mundus erat:ſubiitque argentea proles
Auro deterior:fuluo preciſtior ære:
Iuppiter antiqui contraxit tempora ueris:
Perque hyemes:æſtuſque & inæquales auctumnos:
Et breue uer ſpatiis exegit quattuor annum.
Tum primum ſiccis aer feruoribus uſtus
Canduit:& uentis glacies aſtricta pependit.
Tum primum ſubiere domos:domus antra fuerunt:
Et denſi frutices:& nodtæ cortice iurgæ.
Semina tum primum longis cerealia ſulcis
Obruta ſunt:preſſique iugo gemuere iuuenci:
Tertia poſt illam ſucceſſit ænea proles
Sæuior ingeniis:& ad horrida promptior arma
Non ſcelerata tamen.de duro eſt ultima ferro.
Protinus irrupit uenæ peioris in æuum
Omne nephas:fugere pudor:uerumque:fideſque:
In quorum ſubiere ſolum fraudeſque:dolique:
Inſidiæque:& uis:& amor ſceleratus habendi.
Vela dabat uentis:nec adhuc bene nouerat illos
Natãta:quæque diu ſteterant in montibus altis
Fluctibus ignotis inſultauere carinæ.
Communemque prius ceu lumina ſolis & auræ
Cautus humum longo ſignauit limite meſſor.
Nec tantum ſegetes alimentaque debita diues
Poſcebatur humus.ſed itum eſt in uiſcera terræ:
Quaſque recondiderat ſtygiis admouerat umbris:
Effodiuntur opes irritamenta malorum.
Iamque nocens ferrum:ferroque nocentius aurum
Prõdierat:prodit bellum:quod pugnat utroque:
Sanguineaque manu crepitantia concutit arma.
Viuitur ex rapto:non hoſpes ab hoſpite tutus:
Non ſocer a genero:fratrum quoque gratia rara eſt.
Immineť exitio uir coniugis:illa mariti:
Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ:
Filius ante diem patrios inquirit in annos:
Victa iacet pietas:& uirgo cæde madentes
Vltima cœleſtum terras aſtrea reliquit.

Fabula Quinta.

Gigãtes noſe immẽſæ molis & ſimiles matri filios parens ter
ra pgenuit:quos magnitudini par exarſit audacia. Nã extru

ctis in excelsum aggerem montibus sacrilegas manus iniecere
cœlestibus. Sed fulminum igne deiecti impium genus pœnæ
suæ cruore generarunt. Nam sanguis eorum permixtus terræ
homines procreauit haud longe ab origine discrepantes.
Neue foret terris securior arduus æther:
Affectasse ferunt regnum cæleste gigantes:
Altaque congestos struxisse ad sidera montes.
Tum pater omnipotens misso perfregit olympum
Fulmine:& excussit subiectum pelion ossæ
Obruta mole sua cum corpore dira iacerent:
Perfusam multo natorum sanguine terram
Immaduisse ferunt:calidumque animasse cruorem:
Et ne nulla suæ stirpis monumenta manerent:
In faciem uertisse hominum:sed & illa propago
Contemptrix superum:sæua;eque auidissima cædis:
Et uiolenta fuit:scires e sanguine natam.

Fabula Sexta.

De gigantū sāguine nati:q̄ sacrilega mēte uersati sūt:Lycaōis
testat exēplū:q tyrānus arcadiæ cū aduenas hospites trucida
ret:ēt Iouē in se accēdit iratū. Nā Iuppiter humani sceleris ipa
tiēs i deos q̄rimonia delata hōinis specie simulata ad Lycaōis
regiā uenit:cui Lycaon tanq̄ mortali p̄parans mortē prius hu
mana mēbra deuorandā uelut hospitali hūanitate apposuit.
Quæ post q̄ Iuppiter sensit nō eū penitus iteremit:ne suppli
cii amiteret sēsum:sed in lupi sæui eū formā cōuertit:q & mo
res i rabiē & nomē Lycaōis i appellationem seruaret. Nō cōten
tus fuit Iuppiter cæteros hoīes uniusLycaōis terrere supplicio
nisi in genus oē sæuiret. Indē deniq; tātā iussit aquaꝝ copiā re
dundare:ut optis diluuio mōtibus cuncti homines interirēt.
Quæ pater ut summa uidit saturnius arce:
Ingemit:& facto nondum uulgata recenti
Fœda lycaoniæ referens conuiuia mensæ:
Ingentes animo dignas ioue concipit iras.
Consiliūmque uocat:tenuit mora nulla uocatos.
Est uia sublimis cœlo manifesta sereno
Lactea nomen habet:candore notabilis ipso.
Hac iter est superis ad magni tecta tonantis:
Regalemque domum:dextra leuaque deorum
Atria nobilium ualuis celebrantur apertis.
Plæbs habitat diuersa locis:a fronte potentes
Cælicolæ clarique suos posuere penates.
Hic locus est:quem si uerbis audacia detur:
Haud timeam magni dixisse palatia cœli.
Ergo:ubi marmoreo superi sedere recessu:
Celsior ipse loco:sceptroque innixus eburno:
Terrificam capitis concussit terque quaterque
Cæsariem:cum qua terram:mare:sidera mouit.
Talibus inde modis ora indignantia soluit.
Non ego pro mundi regno magis anxius illa
Tempestate fui:qua centum quisque parabat
Inicere anguipedum captiuo brachia cœlo:
Nam:quanquam ferus hostis erat:tamen illud ab uno
Corpore:& ex una pendebat origine bellum.
Nunc mihi qua totum nereus circunsonat orbem
Perdendum est mortale genus:per flumina iuro
Infera sub terras stygio labentia luco.
Cuncta prius tentanda:sed immedicabile uulnus
Ense recidendum est:ne pars syncera trahatur.
Sunt mihi semidei:sunt rustica numina fauni:
Et nymphæ:satyrique:& monticolæ siluani:
Quos quoniam cœli nondum dignamur honore:
Quas dedimus certe terras habitare sinamus.
An satis o superi tutos fore creditis illos?
Cum mihi:qui fulmen:qui uos habeoque:regoque:
Struxerit insidias notus feritate lycaon.

Contremuere

Contremuere omnes:ſtudiiſque ardentibus auſum
Talia depoſcunt:ſic cum manus impia ſæuit
Sanguine cæſareo romanum extinguere nomen:
Attonitum tanto ſubitæ terrore ruinæ
Humanum genus eſt:totuſque perhorruit orbis.
Nec tibi grata minus pietas auguſte tuorum:
Quam fuit illa ioui:qui poſtquam uoce manuque
Murmura compreſſit:tenuere ſilentia cuncti.
Subſtitit ut clamor preſſus grauitate regentis:
Iuppiter hoc iterum ſermone ſilentia rupit.
Ille quidem pœnas:curam hanc dimittite:ſoluit.
Quod tamen admiſſum:quæ ſit uindicta docebo.
Contigerat noſtras infamia temporis aures.
Quam cupiens falſam ſummo delabor olympo.
Et deus humana luſtro ſub imagine terras:
Longa mora eſt:quantum noxæ ſit ubique repertum:
Enumerare:minor fuit ipſa infamia uero.
Menala tranſieram latebris horrenda ferarum:
Et cum cylleno geli di pineta lycæi.
Arcados hinc ſedes:& inhoſpita tecta tyranni
Ingredior:traherent cum ſera crepuſcula noctem:
Signa dedi uenisſe deum:uulguſque precari
Cœperat:irridet primo pia uota lycaon.
Mox ait:experiar deus hic diſcrimine aperto:
An ſit mortalis:nec erit dubitabile uerum:
Nocte grauem ſomno:nec opina perdere morte
Me parat:hæc illi placet experientia ueri.
Nec contentus eo eſt:miſſi de gente moloſſa
Obſidis unius iugulum mucrone reſoluit.
Atque ita ſemineces partim feruentibus artus
Mollit aquis:partim ſubiecto torruit igni:
Quos ſimul impoſuit menſis:ego uindice flamma
In dominum dignos euerti tecta penates.
Territus ipſe fugit:nactuſque ſilentia ruris
Exululat:fruſtraque loqui conatur:ab ipſo
Colligit os rabiem:ſolitæque cupidine cædis
Vtitur in pecudes:& nunc quoque ſanguine gaudet.
In uillos abeunt ueſtes:in crura lacerti.
Fit lupus:& ueteris ſeruat ueſtigia formæ.
Canicies eadem eſt:eadem uiolentia uultus.
Iidem oculi lucent.eadem ferocitatis imago eſt. Fa .vii.
Iuppiter pp audaciã lycaõis cæterorũque mortaliũ: q ſcele
ribus ſuis ẽt deor potẽtiã tẽptabãt. Itaque orbẽ terrar pfuſis
ibribus inũdauit.Et cũ duo pietate cæteros mortales ãteceſſiſ
ſet:Deucaliõ Promethei filius:ac pyrrha eadẽ ſoror atque cõ
iũx e Parnaſo mõte proluuiẽ imbriũ effugiſſent ſorte moniti
Themidis q eo tempore antiſtes terræ fuiſſe tradit:a deis ue
niã acceperũt p pces generandæ plis.Ita ut lapides poſt tergũ
iacerent:ex quibus homines naſcebantur: & a Deucalione miſ
ſi in uiros uertebantur:a Pyrrha autem in fœminas.
Occidit una domus:ſed non domus una perire
Digna fuit.qua terra patet fera regnat erynnis:
In facinus iuraſſe putes:dent ocyus omnes
Quas meruere pati:ſic ſtat ſententia:pœnas.
Dicta iouis pars uoce probant:ſtimuloſque frementi
Adiiciunt:alii partes aſſentibus implent.
Eſt tamen humani generis iactura dolori
Omnibus:& quæ ſit terræ mortalibus orbæ
Forma futura rogant;quis ſit laturus in aras
Tura:feris ne pareꝫ populandas tradere terras.
Talia quærentes:ſibi enim fore cætera curæ
Rex ſuperum trepidare uetat:ſobolemque priori
Diſſimilem populo promittit origine mira.
Iamque erat in totas ſparſurus fulmina terras:
Sed timuit:ne forte ſacer tot ab ignibus æther

Conciperet flammas:totuſque ardeſceret axis.
Eſſe quoque in fatis reminiſcitur affore tempus:
Quo mare:quo tellus:correptaque regia cæli
Ardeat:& mundi moles operoſa laboret.
Tela reponuntur manibus fabricata cyclopum.
Pœna placet diuerſa genus mortale ſub undis
Perdere:& ex omni nimbos dimittere cœlo.
Protinus æoliis aquilonem claudit in antris:
Et quæcunque fugant inductas flamina nubes.
Emittitque notum:madidis notus euolat alis
Terribilem picea tectus caligine vultum.
Barba grauis nimbis:canis fluit unda capillis.
Fronte ſedent nebulæ:rorant pennæque ſinuſque.
Vtque manu late pendentia nubila preſſit:
Fit fragor:& denſi funduntur ab æthere nimbi.
Nuncia iunonis uarios inducta colores
Concipit iris aquas:alimentaque nubibus affert:
Sternuntur ſegetes:& deplorata colonis
Vota iacent:longique perit labor irritus anni.
Nec cœlo contenta ſuo eſt iouis ira:ſed illum
Cæruleus frater iuuat auxiliaribus undis.
Conuocat hic amnes:qui poſtquam tecta tyranni
Intrauere ſui:non eſt hortamine longo
Nunc ait utendum:uires effundite ueſtras.
Sic opus eſt.aperite domos:ac mole remota
Fluminibus ueſtris totas immittite habenas.
Iuſſerat.hi redeunt:ac fontibus ora relaxant.
Et defrenato uoluuntur in æquora curſu.
Ipſe tridente ſuo terram percuſſit:at illa
Intremuit:motuque uias patefecit aquarum.
Expatiata ruunt per apertos flumina campos:
Cumque ſatis arbuſta ſimul:pecudeſque uiroſque:
Tectaque cumque ſuis rapiunt penetralia ſacris.
Si qua domus manſit:potuitque reſiſtere tanto
Indeiecta malo:culmen tamen altior huius
Vnda tegit:preſſæque latent ſub gurgite turres.
Iamque mare & tellus nullum diſcrimen habebant.
Omnia pontus erat:deerant quoque littora ponto.
Occupat hic collem:cymbâ ſedet alter adunca:
Et ducit remos illic:ubi nuper ararat.
Ille ſuper ſegetes:aut merſæ culmina uillæ
Nauigat:hic ſumma piſcem deprehendit in ulmo.
Figitur in uiridi:ſic fors tulit:anchora prato:
Aut ſubiecta tegunt curuæ uineta carinæ:
Et modo qua graciles gramen carpſere capellæ.
Nunc ibi deformes ponunt ſua corpora phocæ.
Mirantur ſub aqua lucos:urbeſque:domoſque
Nereides:ſiluaſque tenent delphines:& altis
Incurſant ramis:agitataque robora pulſant:
Nat lupus inter oues:fuluos uehit unda leones.
Vnda uehit:tigres:nec uires fulminis apro:
Crura nec ablato proſunt uelocia ceruo:
Quæſitiſque diu terris ubi ſiſtere poſſit:
In mare laſſatis uolucris uaga decidit alis:
Obruerat tumulos immenſa licentia ponti.
Pulſabantque noui montana cacumina fluctus.
Maxima pars unda rapitur:quibus unda pepercit:
Illos longa domant inopi ieiunia uictu:
Separat aonios actæis phocis ab aruis
Terra ferax:dum terra fuit:ſed tempore in illo
Pars maris:& latus ſubitarum campus aquarum.
Mons ibi uerticibus petit arduus aſtra duobus
Nomine parnaſus:ſuperatque cacumine nubes:
Hic ubi deucalion:nam cætera texerat æquor:
Cum conſorte tori parua rate uectus adhæſit.

Coricidas

Coricidas nymphas:& numina montis adorat:
Fatidicamque themin:quæ tunc oracla tenebat.
Non illo melior quisquam:nec amantior æqui
Vir fuit:aut illa reuerentior ulla deorum.
Iuppiter ut liquidis stagnare paludibus orbem:
Et superesse uirum de tot modo millibus unum:
Et superesse uidet de tot modo millibus unam:
Innocuos ambos:cultores numinis ambos:
Nubila disiecit:nimbisque aquilone remotis:
Et cœlo terras ostendit:& æthera terris.
Nec maris ira manet:positoque tricuspide telo
Mulcet aquas rector pelagi:supraque profundum
Extantem:atque humeros innato murice tectum
Cæruleum tritona uocat:conchaque sonanti
Inspirare iubet:fluctusque:& flumina signo
Iam reuocare dato:cana buccina sumitur illi
Tortilis in latum:quæ turbine crescit ab imo.
Buccina:quæ in medio concepit ubi aera ponto:
Littora uoce replet sub utroque iacentia phœbo.
Tum quoque ut ora dei madida rorantia barba
Contigit:& cecinit iussos inflata receſſus.
Omnibus audita est telluris & æquoris undis.
Et quibus est undis audita:coercuit omnes.
Iam mare litus habet:plenos capit alueus amnes.
Flumina subsidunt:colleſque exire uidentur:
Surgit humus:crescunt loca decrescentibus undis.
Postque diem longam nudata cacumina siluæ
Ostendunt.limumque tenent in fronde relictum.
Redditus orbis erat:quem postquam uidit apertum:
Et desolatas agere alta silentia terras:
Deucalion lachrymis ita pyrrham affatur abortis.
O soror:o coniunx:o fœmina sola superstes:
Quam commune mihi genus:& patruelis origo:
Deinde torus iunxit:nunc ipsa pericula iungunt:
Terrarum:quascunque uident occasus & ortus:
Nos duo turba sumus:possedit cætera pontus.
Hæc quoque adhuc uitæ non est fiducia nostræ
Certa satis:terrent etiam nunc nubila mentem.
Quis tibi:si sine me fatis erepta fuisses:
Nunc animus miseranda foret:quo sola timorem
Ferre modo posses:quo consolante dolores:
Namque ego:crede mihi si te quoque pontus haberet:
Te sequerer coniunx:& me quoque pontus haberet.
O utinam possem populos reparare paternis
Artibus:atque animas formatæ infundere terræ.
Nunc genus in nobis restat mortale duobus.
Sic uisum est superis:hominumque exempla manemus.
Dixerat:& flebant.placuit cœleste precari
Numen:& auxilium per sacras quærere sortes.
Nulla mora est:adeunt pariter cephisidas undas:
Et nondum liquidas:sed iam uada nota secantes.
Inde ubi libatos irrorauere liquores
[illegible]estibus & capiti:flectunt uestigia sacræ
[illegible]delubra deæ:quorum fastigia turpi
[illegible]bant muſco:stabantque sine ignibus aræ.
[illegible]pli tetigere gradus:procumbit uterque
[illegible]humi:gelidoque pauens dedit oscula saxo.
[illegible]a:si precibus dixerunt numina iustis
[illegible]nollescunt:si flectitur ira deorum:
[illegible]i qua generis damnum reparabile nostri
[illegible]messis fer opem mitissima rebus.
[illegible]est:fortemque dedit:discedite templo:
[illegible]aput:cinctasque resoluite uestes:
[illegible]st tergum magnæ iactate parentis.
[illegible]diu:rupitque silentia uoce

Pyrrha prior:iussisque deæ parere recusat.
Detque sibi ueniam pauido rogat ore:pauetque
Lædere iactatis maternas ossibus umbras.
Interea repetunt cæcis obscura latebris
Verba datæ sortis secum:inter seque uolutant.
Inde promethei des placidis epimethida dictis
Mulcet:& aut fallax ait est solertia nobis:
Aut pia sunt:nullumque nephas oracula suadent:
Magna parens terra est:lapides in corpore terræ
Ossa reor dici:iacere hos post terga iubemur.
Coniugis augurio quanquam titania mota est:
Spes tamen in dubio est:adeo cœlestibus ambo
Diffidunt monitis:sed quid tentare nocebit?
Discedunt:uelantque caput:tunicasque recingunt.
Et iussos lapides sua post uestigia mittunt.
Saxa(quis hoc credat)nisi sit pro teste uetustas)
Ponere duriciem cœpere suumque rigorem:
Mollirique mora:mollitaque ducere formam.
Mox ubi creuerunt:naturaque mitior illis
Contigit ut quædam:sic non manifesta uideri
Forma potest hominis:sed uti de marmore cœpta
Non exacta satis:rudibusque simillima signis:
Quæ tamen ex illis aliquo pars humida succo:
Et terrena fuit:uersa est in corporis usum.
Quod solidum est:flectique nequit mutatur in ossa:
Quæ modo uena fuit:sub eodem nomine mansit.
Inque breui spacio superorum numine saxa
Missa uiri manibus faciem traxere uirorum.
Et de fœmineo reparata est fœmina iactu.
Inde genus durum sumus:experiensque laborum.
Et documenta damus:qua simus origine nati.

Fabula Octaua.

Post Cathaclismon factũ edidit terra Phytonẽ serpẽtẽ speciẽ ignotã mortalibus. Hunc Apollo sagittis iteremit: &ne eius aboleret nomen:instituit ludos & certamina quæ iã in his ludis oñdit. Vñ etiã Apollo Phytius é apellatus: ludique phyti.

Cætera diuersis tellus animalia formis
Sponte sua peperit:postquam uetus humor ab igne
Percaluit solis:cœnumque:udæque paludes
Intumuere æstu:fœcundaque semina rerum
Viuaci nutrita solo ceu matris in aluo
Creuerunt:faciemque aliquam cœpere morando
Sic ubi deseruit madidos septemfluus agros
Nilus:& antiquo sua flumina reddidit alueo:
Aethereoque recens exarsit sidere limus:
Plurima cultores uersis animalia glebis
Inueniunt:& in his quædam modo cœpta per ipsum
Nascendi spacium:quædam imperfecta:suisque
Trunca uident humeris:& eodem corpore sæpe
Altera pars uiuit.rudis est pars altera tellus.
Quippe ubi temperiem sumpsere humorque calorque
Concipiunt:& ab his oriuntur cuncta duobus.
Cumque sit ignis aquæ pugnax:uapor humidus omnes
Res creat:& discors concordia fœtibus apta est.
Ergo ubi diluuio tellus lutulenta recenti
Solibus æthereis:altoque recanduit æstu:
Edidit innumeras species:partimque figuras
Rettulit antiquas:partim noua monstra creauit.
Illa quidem nollet:sed te quoque maxime phyton
Tum genuit:populisque nouis incognite serpens
Error eras:tantum spacii de monte tenebas.
Nunc deus arcitenens:& nunquam talibus armis
Ante nisi in damis capreisque fugacibus usus:
Mille grauem telis exhausta pene pharetra
Implicuit effuso per uulnera nigra ueneno.

Neu

Neue operis famam posset delere uetustas:
Instituit sacros celebri certamine ludos.
Phytia perdomitæ serpentis nomine dictos.
Hic iuuenum quicunque manu pedibusue rotaue
Vicerat:æsculeæ capiebat frondis honorem.
Nondum laurus erat:longoque decentia crine
Tempora cingebat de qualibet arbore phœbus.

Fabula Nona.

Daphne Penei fluminis filia cū oīum uirginū quæ in Thessalia essent speciosissima hēret:adeo qdē ut eos pulchritudine sua capet. Apollo cū eā cōspexisset forma eius expalluit. Quæ cū neque pollicitis neque pcibus adiī potuisset.uim ut īferret īstituit.& illa cursu cōspectū eius effugere cupiēs patrē īuocauit:ut uirginitati suæ quā sibi pmiserat:ferret auxiliū:quā ille auditis pcibus filiæ deor ut uim effugeret;i laur cōuertit.

Primus amor phœbi daphne peneia:quem non
Sors iguara dedit:sed sæua cupidinis ira.
Delius hunc nuper uicto serpente superbus
Viderat adducto flectentem cornua neruo.
Quidque tibi lasciue puer cum fortibus armis:
Dixerat:ista decent humeros gestamina nostros.
Qui dare certa ferę:dare uulnera possumus hosti.
Qui modo pestifero tot iugera uentre prementem
Strauimus innumeris tumidum phytona sagittis.
Tu face nescio quos esto contentus amores
Irritare tua:nec laudes assere nostras.
Filius huic ueneris:figat tuus omnia phœbe:
Te meus arcus ait:quantoque animalia cedunt
Cuncta deo:tanto minor est tua gloria nostra:
Dixit.& elisso percussis aere pennis
Impiger umbrosa parnasi constitit arce:
Atque sagittifera prompsit duo tela pharetra
Diuersorum operum:fugat hoc;facit illud amorem:
Quod facit:auratum est:& cuspide fulget acuta.
Quod fugat:obtusum est:& habet sub arundine plumbum.
Hoc deus in nympha peneide fixit:at illo
Læsit apollineas traiecta per ossa medullas:
Protinus alter amat:fugit altera nomen amantis.
Siluarum latebris captiuarumque ferarum
Exuuiis gaudens:inuptæque æmula phœbes
Vitta coercebat positos sine lege capillos.
Multi illam petiere:illa auersata petentes:
Impatiens expersque uiri nemora auia lustrat.
Nec quid hymen:quid amor:quid sint connubia curat.
Sæpe pater dixit:generum mihi filia debes:
Sæpe pater dixit:debes mihi nata nepotes.
Illa uelut crimen tædas exosa iugales
Pulchra uerecundo suffundens ora rubore:
Inque patris blandis hærens ceruice lacertis:
Da mihi perpetua genitor carissime dixit
Virginitate frui:dedit hoc pater ante dianæ.
Tu quidem obsequitur:sed te decor iste:quod optas.
Esse uetat:uotoque tuo tua forma repugnat.
Phœbus amat:uisæque cupit connubia daphnes:
Quodque cupit;sperat:suaque illum oracula fallunt.
Vtque leues stipulæ demptis adolentur aristis:
Vt facibus sepes ardent:quas forte uiator
Vel nimis admouit:uel iam sub luce reliquit.
Sic deus in flammas abiit:sic pectore toto
Vritur:& sterilem sperando nutrit amorem:
[illegible]fat inornatos collo pendere capillos.
[illegible]si comantur ait:uidet igne micantes
[illegible]oculos:uidet oscula:quæ non
[illegible]udat digitosque manusque:
[illegible]s media plus parte lacertos.

Siqua latent meliora putat: fugit ocyor aura
Illa leui: neque ad hec reuocantis uerba resistit:
Nympha precor penea mane. non insequor hostis:
Nympha mane. sic agna lupum: sic cerua leonem.
Sic aquilam penna fugiunt trepidante columbæ.
Hostes quæque suos. amor est mihi causa sequendi.
Me miserum ne prona cadas: indignaue lædi
Crura notent sentes. & sim tibi causa doloris.
Aspera qua properas loca sunt. moderantius oro
Curre: fugamque inhibe: moderantius insequar ipse.
Cui placeas inquire tamen: non incola montis.
Non ego sum pastor. non hic armenta gregesque
Horridus obseruo: nescis temeraria: nescis
Quem fugias: ideoque fugis: mihi delphica tellus:
Et claros & tenedos: patareæque regia seruit.
Iuppiter est genitor. per me quod eritque: fuitque
Estque: patet. per me concordant carmina neruis.
Certa quidem nostra est: nostra tamen una sagitta
Certior: in uacuo quæ uulnera pectore fecit.
Inuentum medicina meum est: opiferque per orbem
Dicor: & herbarum subiecta potentia nobis.
Hei mihi quod nullis amor est medicabilis herbis:
Nec prosunt domino: quæ prosunt omnibus artes.
Plura locuturum timido peneia cursu
Fugit. cumque ipso uerba imperfecta reliquit.
Tunc quoque uisa decens: nudabant corpora uenti:
Obuiaque aduersas uibrabant flamina uestes.
Et leuis impulsos retro dabat aura capillos.
Aucta fuga forma est: sed enim non sustinet ultra
Perdere blandicias iuuenis deus: utque monebat
Ipse amor: admisso sequitur uestigia passu.
Vt canis in uacuo leporem cum gallicus aruo
Vidit: & hic prædam pedibus petit: ille salutem:
Alter inhæsuro similis: iam iamque tenere
Sperat & extenso stringit uestigia rostro:
Alter in ambiguo est: an sit comprehensus: & ipsis
Morsibus eripitur: tangentiaque ora relinquit:
Sic deus & uirgo est. hic spe celer: illa timore.
Qui tamen insequitur pennis adiutus amoris
Ocyor est. requiemque negat: tergoque fugacis
Imminet: & crinem sparsum ceruicibus afflat.
Viribus absumptis expalluit illa: citæque
Victa labore fugæ: spectans peneidos undas:
Fer pater inquit opem: si flumina nomen habetis:
Qua nimium placui tellus ait hisce: uel istam
Quæ facit: ut lædar mutando perde figuram.
Vix prece finita torpor grauis occupat artus.
Mollia cinguntur tenui præcordia libro.
In frondes crines: in ramos brachia crescunt.
Pes modo tam uelox pigris radicibus hæret.
Ora cacumen habent: remanet nitor unus in illa.
Hanc quoque phœbus amat: positaque in stipite dextra
Sentit adhuc trepidare nouo sub cortice pectus.
Complexusque suis ramos ut membra lacertis:
Oscula dat ligno. refugit tamen oscula lignum.
Cui deus: at quoniam coniunx mea non potes esse:
Arbor eris certe dixit mea: semper habebunt
Te coma: te cytharæ: te nostræ laure pharetræ.
Tu ducibus lætis aderis: cum læta triumphum
Vox canet: & longas uisent capitolia pompas.
Postibus augustis eadem fidissima custos
Ante fores stabis: mediamque tuebere quercum:
Vtque meum intonsis caput est iuuenile capill
Tu quoque perpetuos semper gere fro
Finierat pæan factis modo laurea ra

Annuit:utque caput uisa é agitasse cacumé. Fabu.x.
Io Inachi ánis filia cũ æqles suas specie p̃cederet ab Ioue ada-
mata é q admotis p̃cibus desideriũ expleuit & ne puella Iuno
nis irá incideret:a cõpressore i uaccá é trás figurata:cuius falla
ciá Iuno cũ itellexisset:petit cá a Ioue uelut munus sibi daret
uaccá.qa specioſissima erat cæteris armẽtis:q í peloponeſo eſ
sẽt.Iuppiter uero neſi negasset,pderet puellá:tribuit cõfestim
Iuno ãt ne ãplius eius pellex cũ Ioue concũberet:Argũ Aristo
ris filiũ cẽtũ oculos hñtẽ ei ppoſuit.Quẽ mercurius patris iuſ
ſu iteremit:& a cæſu eius argiphonos é cognomiatus. Iuno Ar
gum quem ob custodiam ipſe occiderat in uolucrem pauonẽ
transformauit.&receptum in suam tutelam pennis insignibus
quibus amissa lumina indicaret;ornauit.
Est nemus æmoniæ:prærupta quod undique claudit
Silua uocant tempe:per quæ peneus ab imo
Effusus pindo spumoſis uoluitur undis:
Deiectuque graui tenues agitantia fumes
Nubila conducit:summiſque aspergine ſiluis
Insluit:& sonitu plus q uicina fatigat.
Hæc domus:hæc sedes:hæc sunt penetralia magni
Amnis:in his residens facto de cautibus antro
Vndis iura dabat:nymphisque colentibus undas.
Conueniunt illuc popularia flumina primum
Neſcia gratentur:consolentur ne parentem.
Populifer sperchius:& irrequietus enipeus:
Eridanusque senex:lenisque amphrysus:& æas:
Moxque amnes alii:qui qua ruli impetus illos:
In mare deducunt feſſas erroribus undas.
Inachus unus abest:imoque reconditus antro
Fletibus auget aquas:natamque miserrimus io
Luget ut amissam:nescit uita ne fruatur:
An sit apud manes:sed quam non inuenit usquam:
Esse putat nusquam.atque animo peiora ueretur.
Viderat apatrio redeuntem iuppiter illam
Flumine:& o uirgo ioue digna:tuoque beatum
Nescio quem factura toro pete dixerat umbras:
Aut horum:aut horum nemorum:& monstrauerat ambas
Dum calet:& medio sol est altissimus orbe.
Quod si sola times latebras intrare ferarum
Præside tuta deo nemorum secreta subibis:
Nec de plæbe deo:sed qui cælestia magna
Scæptra manu teneo:sed qui uãga fulmina mitto.
Ne fuge me;fugiebat enim;iam pascua lernæ:
Consitaque arboribus lycæa reliquerat arua:
Cum deus inducta latas caligine terras
Occuluit:tenuitque fugam:rapuitque pudorem.
Interea medios iuno despexit in agros:
Et noctis faciem nebulas fecisse uolucres
Sub nitido mirata die:non fluminis illas
Esse:nec humenti sensit tellure remitti:
Atque suus coniunx ubi sit circunspicit:ut quæ
Deprensi totiens bene nosset furta mariti.
Quem postquam cœlo non repperit:aut ego fallor:
Aut ego lædor ait:delapsaque ab æthere summo
Constitit in terris:nebulasque recedere iussit:
Coniugis aduentum præsenserat;inque nitentem
Inachidos uultus mutauerat ille iuuencam:
Bos quoque formosa est speciem saturnia uaccæ
Quanquam inuita probat:nec non & cuius:& unde
Quoue sit armento ueri quasi neſcia quærit.
Iuppiter e terra genitam mentitur:ut auctor
Desinat inquiri:petit hanc saturnia munus:
Quid faciat:crudele suos abdicere amores
Non dare suspectum:pudor est qui suadeat illud:
Hinc dissuadet amor.uictus pudor esset amore

Sed leue ſi munus ſociæ generiſque torique
Vacca negaretur:poterat non uacca uideri
Pellice donata non protinus exuit omnem
Diua metum:timuitque iouem:& fuit anxia furti:
Donec ariſtoridæ ſeruandam tradidit argo.
Centum luminibus cinctum caput argus habebat.
Inde ſuis uicibus capiebant bina quietem.
Cætera ſeruabant:atque inſtatione manebant.
Conſtiterat quocunque loco:ſpectabat ad io:
Ante oculos io quamuis auerſus habebat.
Luce ſinit paſci:cum ſol tellure ſub alta eſt:
Claudit:& indigno circundat uincula collo.
Frondibus arboreis:& amara paſcitur herba.
Proque toro terræ non ſemper gramen habent
Incubat infœlix:limoſaque flumina potat.
Illa etiam ſupplex argo cum brachia uellet
Tendere:non habuit quæ brachia tenderet argo.
Et conata queri:mugitus edidit ore.
Pertimuitque ſonos:propriaque exterrita uoce eſt.
Venit & ad ripas ubi ludere ſæpe ſolebat
Inachidas ripas:nouaque ut conſpexit in unda
Cornua:pertimuit:ſeque exterrata refugit.
Naiades ignorant:ignorat & inachus ipſe
Quæ ſit:& illa patrem ſequitur:ſequunturque ſorores:
Et patitur tangi:ſeque admirantibus offert.
Decerptas ſenior porrexerat inachus hærbas:
Illa manus lambit:patriſque dat oſcula palmis
Nec retinet lachrymas:& ſi modo uerba ſuperſint:
Oret opem:nomenque ſuum caſuſque loquatur.
Littera pro uerbis quam pes in puluere duxit:
Corporis indicium mutati triſte peregit.
Me miſerum exclamat pater inachus:inque gementis
Cornibus:& niueæ pendens ceruice iuuencæ
Me miſerum ingeminat:tu ne es quæſita per omnes
Nata mihi terras:tu non inuenta:reperta es.
Luctus erat leuior:retices:nec mutua noſtris
Dicta refers:alto tantum ſuſpiria ducis
Pectore:quodque unum potes ad mea uerba remugis.
At tibi ego ignarus thalamos:tædaſque parabam:
Speſque fuit generi mihi prima:ſecunda nepotum.
De grege nunc tibi uir:& de grege natus habendus.
Nec finire licet tantos mihi morte dolores:
Sed nocet eſſe deum:præcluſaque ianua lethi
Aeternum noſtros luctus extendit in æuum.
Talia dicenti ſtellatus ſummouet argus:
Ereptamque patri diuerſa in paſcua natam
Abſtrait:ipſe procul montis ſublime cacumen
Occupat:un ſedens partes ſpeculat in oēs. Fabula .xi.
Iuppiter mittit Mercurium i habitu paſtoris ad Argū ſu-
pradictum interficiendum.
Nec ſuperum rector mala tanta phoronidos ultra
Ferre poteſt:natumque uocat:quem lucida parta
Pleias enixa eſt:lethoque det imperat argum.
Parua mora eſt:alas pedibus uirgamque potenti
Sommiferam ſumpſiſſe manu:tegimenque capillis.
Hæc ubi diſpoſuit patria ioue natus ab arce
Deſilit in terras:illic tegimenque remouit:
Et poſuit pennas.tantummodo uirga retenta eſt:
Hac agit ut paſtor per deuia rura,capellas
Dum uenit adductas:& ſtructis cantat auenis.
Voce nouæ captus cuſtos iunonius artis:
Quiſquis es:hoc poteris mecum conſidere ſaxo
Argus ait:neque enim pecori fœcundior ullo
Hærba loco eſt:aptamque uides paſtoribus umbram.
Sedit atlantiades:& euntem multa loquendo

Detinuit ſ

Detinuit ſermone diem:iunctiſque canendo
Vincere harundinibus ſeruantia lumina tentat.
Ille tamen pugnat molles euincere ſomnos.
Et quamuis ſopor eſt oculorum parte receptus:
Parte tñ uigilat:quærit quoque:nãque reperta
Fiſtula nup erat:qua ſit rõne repta. Fa. .xii.
Syrinx nympharũ naiadũ:quæ circa mõtes arcadiæ uagabã
tur:ſpecioſiſſima ꝓdit fuiſſe. Quã cũ Pan Mercurii fili
us adamaſſet:& eã ꝓſequeret:cũ ad anne ladona Arcadiæ
cõpuliſſet:ne uirginitatẽ deponere cogeret:ſororũ auxilio
in harundinem cõuerſa eſt:ex qua fiſtula eſt cõpoſita: quæ
nomine eius ſyrinx nuncupat:cuius cãtu argus ĩ ſomnos cõ
pulſus eſt:quo facilius eum Mercur.interficere poſſet.
Tum deus arcadiæ gelidis in montibus inquit
Inter namadryadas celeberrima nonacrinas
Naias una fuit:nymphæ ſyringa uocabant.
Non ſemel & ſatyros eluſerat illa ſequentes:
Et quoſcunque deos:umbroſaque ſilua feraxque
Rus habet:ortygiam ſtudiis ipſamque colebat
Virginitate deam:ritu quoque cincta dianæ
Falleret:& poſſet credi latonia:ſi non
Corneus huic arcus:ſi non foret aureus illi.
Sic quoque fallebat:redeuntem colle lycæo
Pan uidet hanc:pinuque caput præcinctus acuta
Talia uerba refert.reſtabat uerba referre:
Et precibus ſpretis fugiſſe per auia nympham:
Donec harenoſi placidum ladonis ad amnem
Venerat:hic illam curſum impedientibus undis
Vt ſe mutarent liquidas oraſſe ſorores.
Panaque:cum prehenſam ſibi iam ſyringa putaret:
Corpore pro nymphæ calamos tenuiſſe paluſtres:
Dumque ibi ſuſpirat:motos in harundine uentos
Effeciſſe ſonum tenuem:ſimilemque querenti:
Arte noua uociſque deum dulcedine captum
Hoc mihi conſilium tecum dixiſſe manebit:
Atque ita diſparibus calamis compagine cæræ
Inter ſe iunctis nomen tenuiſſe puellæ.
Talia dicturus:uidit cyllenius omnes
Succubuiſſe oculos:adopertaque lumina ſomno
Supprimit extemplo uocem:firmatque ſoporem
Languida permulcens meditata lumina uirga.
Nec mora:falcato nutantem uulnerat enſe:
Qua collo eſt confine caput:ſaxoque cruentum
Deiicit:& maculat præruptam ſanguine rupem.
Arge iaces:quodque in tot lumina lumen habebas:
Extinctum eſt:centumque oculos nox occupat una.
Excipit hos:uolucriſque ſuæ ſaturnia pennis
Collocat:& gemmis caudam ſtellantibus implet.

Fabula Decimatertia.

Io ſupradcã cũ furiis exagitata orbẽ terraꝝ ꝓcurriſſet:nouiſ
ſime ĩ Aegyptũ delata:ac placata Iunone a Ioue ĩ priſtinã figu
rã reuerſa eſt Iſidis deæ nomẽ accepit:uigilãſque ẽ appellata.
Protinus exarſit:nec tempora diſtulit iræ:
Horriferamque oculis animoque obiecit erinnym:
Pellicis argolicæ:ſtimuloſque in pectore cæcos
Condidit:& profugam per totum terruit orbem.
Vltimus immenſo reſtabas nile labori.
Quem ſimulac tetigit:poſitiſque in margine ripæ
Procubuit genibus:reſupinoque ardua collo
Quos potuit ſolos tendens ad ſidera uultus:
Et gemitu & lachrymis & luctiſono mugitu
Cum ioue uiſa quæri eſt:finemque orare malorum.
Coniugis ille ſuæ complexus colla lacertis:
Finiat ut pœnas tandem rogat:inque futurum
Pone merus inquit:nunquam tibi cauſa doloris

Hæc erit:& ſtygias iubet hoc audire paludes.
Vt lenita dea eſt:uultus capit illa priores:
Fitque quod ante fuit:fugiunt de corpore ſetæ:
Cornua decreſcunt:fit luminis arctior orbis.
Contrahitur rictus:redeunt humerique:manuſque:
Vngulaque in quinos dilapſa aſſumitur ungues.
De boue nil ſupereſt formæ:ni candor in illa
Officioque pedum nymphe contenta duorum
Erigitur:metuitque loqui:ne more iuuencæ
Mugiat:& timide uerba intermiſſa retentat.
Nunc dea lanigera colitur celeberrima turba.
Hinc epaphus magni genitus de ſemine tandem
Creditur eſſe iouis:perque urbes iuncta parenti
Templa tenet:fuit huic animus æqualis & annis
Sole ſatus phaethon:quem quondam magna loquentem:
Nec ſibi cedentem:phœboque parente ſuperbum
Non tulit inachides:matrique ait omnia demens
Credis:& es tumidus genitoris imagine falſi:
Erubuit.phaethon:iramque pudore repreſſit.
Et tulit ad clymenen epaphi conuicia matrem.
Quoque magis doleas genitrix ait:en ego liber
Ille ferox tacui:pudet hæc obprobria nobis
Et dici potuiſſe:& non potuiſſe refelli.
At tu:ſi modo ſum cœleſti ſtirpe creatus:
Ede notam tanti generis:meque aſſere cœlo.
Dixit:& implicuit materno brachia collo.
Perque:ſuum meropiſque caput:thædaſque ſororum
Traderet:orauit:ueri ſibi ſigna parentis.
Ambiguum eſt clymene precibus phaethontis an ira
Mota magis ficti ſibi criminis:utraque cœlo
Brachia porrexit:ſpectanſque ad lumina ſolis:
Per iubar hoc inquit radiis inſigne coruſcis
Nate tibi iuro:quod nos auditque:uideque:
Hoc te quem ſpectas:hoc te qui temperat orbem
Sole ſatum:ſi ficta loquor:neget ipſe uidendum
Se mihi:ſitque oculis lux iſta nouiſſima noſtris:
Nec longus patrios labor eſt tibi noſſe penates.
Vnde oritur terræ domus eſt contermina noſtræ:
Si modo fert animus gradere:& ſcitabere ab ipſo.
Emicat extemplo lætus poſt talia matris
Dicta ſuæ phaeton:& concipit æthera mente.
Aethiopaſque ſuos:poſitoſque ſub ignibus indos
Sidereis tranſit:patriоſque adit impiger ortus.

Liber Secundus.

.i. Phaeton ſolis & clymenes filius fulmine ictus
.ii. Heliades ſorores.Aegle:Lampetie:Phaetuſa Phœbe in arbores populos.
.iii. Lachrymæ earum in electrum.
.iiii. Cygnus Stheneli filius ligur; rex ĩ auẽ ſui nomis.
.v. Caliſto Lycaonis filia in urſam.
vi. Eademque cum filio arcade a Ioue in ſidera.
vii. Cornus uolucris initio candidus:de hinc niger.
viii. Coronis Coronei filia in auem cornicem.
ix. Nyctimene Nyctei filia in noctuam.
.x. Ocyroe Chironis filia centauri in equam
xi. Battus Nelei filius ruricola in ſaxum.
xii. Aglauros Cecropis filia in lapidem.
xiii. Iuppiter Satur.& Opis filius ad Europam ĩ taurꝝ.

Fabula .i.

Clymene Oceani & Tethios filia cũ Phaetõte ex ſole cõceptũ genuiſſet:& ĩ aduſtã pduxiſſet ætatẽ:monuit:ut patrẽ cognoſceret.Qui ifeliciter pgreſſus ad oriẽtẽ ſolẽ puenit: agnituſque ẽ ab eo cõnubii ĩdicio:accẽſuſque agitãdi currus amore: quẽ q̃ttuor eq̃:pyrous.Eous.Aethõ.ac Phlegõ p orbẽ aſſueuerãt trahere diu uero petitũ currũ accepit:& a miniſtris horis iunctum conſcendit.

iūctū cōscēdit. Monitis itaque istructus patris p iter ignotum
cū eqs obniti neqsset: eq ignoto agitatore cōterriti mundi. pnā
ptē petierunt. Quāobrē cū cuncta mortaliū ardore subito ,p
flagrātia icēderēt a Ioueque opē iplorātes peterēt: ne orbis ter
ra; cōflagraret: Phaetō fulmie ictus & i terrā pcipitatus ē. at-
que ita libati eq uiculis agnito itinē ad suā statione reuersi sē.

PV. OVI. NASO. METAMORPHOSEOS LIBER II.

REGIA solis erat sublimibus alta columnis.
Clara micante auro: flāmasque imitante pyropo:
Cuius ebur nitidum fastigia summa tegebat.
Argenti bifores radiabant lumine ualuæ.
Materiam superabat opus. nam mulciber illic
Aequora cœlarat medias cingentia terras:
Terrarumque orbem: cœlumque: quod imminet orbi.
Ceruleos habet unda deos: tritona canorum:
Protheaque ambiguum: balenarumque prementem
Egæona suis immania terga lacertis.
Doridaque: & natas: quarum pars nare uidetur:
Pars in mole sedens uirides siccare capillos:
Pisce uehi quædam: facies non omnibus una:
Non diuersa tamen: qualem decet esse sororum.
Terra uiros: urbesque gerit: siluasque ferasque:
Fluminaque: & nymphas: & cætera numina ruris:
Hæc super imposita est cœli fulgentis imago:
Signaque sex foribus dextris: totidemque sinistris:
Quo simul accliuo climenia limite proles
Venit: & intrauit dubitati tecta parentis:
Protinus ad patrios sua fert uestigia uultus:
Consistitque procul: neque enim propiora ferebat
Lumina: purpurea uelatus ueste sedebat
In solio phœbus claris lucente smaragdis.
A dextra: læuaque dies: & mensis: & annus:
Sæculaque: & positæ spaciis æqualibus horæ.
Verque nouum stabat cinctum florente corona:
Stabat nuda æstas: & spicea serta gerebat:
Stabat & auctunnus calcatis sordidus uuis:
Et glacialis hyems canos hirsuta capillos.
Inde loco medius rerum nouitate pauentem
Sol oculis iuuenem quibus aspicit omnia uidit.
Quæque uiæ tibi causa: quid hac ait arce petisti
Progenies phaeton haud inficianda parenti?
Ille refert: o lux immensi publica mundi
Phœbe pater: si das usum mihi nominis huius:
Nec falsa clymene culpam sub imagine cœlat:
Pignora da genitor: per quæ tua uera propago
Credar: & hunc animis errorem detrahe nostris.
Dixerat at genitor circum caput omne micantes
Deposuit radios: propiusque accedere iussit:
Amplexuque dato: nec tu meus esse negari
Dignus es: & clymene ueros ait edidit ortus.
Quoque minus dubites: quod uis pete munus: & illud
Me tribuente feres: promissi testis adesto
Diis iuranda palus oculis incognita nostris.
Vix bene desierat: currus petit ille paternos:
Inque diem alipedum ius & moderamen equorum.
Pœnituit iurasse patrem: qui terque quaterque
Concutiens illustre caput: temeraria dixit
Vox mea facta tua est: utinam promissa liceret
Non dare: confiteor: solum hoc tibi nate negarem:
Dissuadere licet. non est tua tuta uoluntas.
Magna petis phaeton: & quæ non uiribus istis
Munera conueniunt: nec tam puerilibus annis:
Sors tua mortalis: non est mortale quod optas.
Plus etiam quam quod superis contingere fas est:
Nescius affectas. placeat sibi quisque licebit:

Non tamen ignifero quiſquam conſiſtere in axe
Me ualet excepto.uaſti quoque rector olympi
Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra:
Non aget hos currus.& quid ioue maius habetur?
Ardua prima uia eſt:& qua uix mane recentes
Enituntur equi.medio eſt altiſſima cœlo:
Vnde mare & terras ipſi mihi ſæpe uidere
Fit timor:& pauida trepidat formidine pectus.
Vltima prona uia eſt:& eget moderamine certo
Tunc etiam:quæ me ſubiectis excipit undis,
Ne ferar in præceps tethys ſolet.ipſa uereri.
Adde quod aſſidua rapitur uertigine cœlum:
Sideraque alta trahit:celerique uolumine torquet.
Nitor in aduerſum:nec me:qui cætera uincit
Impetus:& rapido contrarius euehor orbi.
Finge datos currus:quid agis?poteris ne rotatis
Obuius ire polis:ne te citus auferat axis?
Forſitan & lucos illic:urbeſque deorum
Concipias animo:delubraque dicta donis
Eſſe:per inſidias iter eſt:formaſque ferarum:
Vtque uiam teneas:nulloque errore traharis:
Per tamen aduerſi gradieris cornua tauri:
Aemonioſque arcus:uiolentique ora leonis:
Sæuaque circuitu curuantem brachia longo
Scorpion:atque aliter curuantem brachia cancrum.
Nec tibi quadrupedes animoſos ignibus illis:
Quos in pectore habent:quos ore & naribus efflant:
Impromptu regere eſt:uix me patiuntur:ubi acres
Incaluere animi:ceruixque repugnat habenis.
At tu:funeſti ne ſim tibi muneris auctor:
Nate caue:dum reſque ſinit:tua corrige uota.
Scilicet ut noſtro genitum te ſanguine credas:
Pignora certa petis:do pignora certa timendo.
Et patrio pater eſſe metu probor:aſpice uultus
Ecce meos;utinamque oculos in pectore poſſes
Inſerere:& patrias intus deprehendere curas.
Denique quicquid habet diues:circunſpice:mundus
Deque tot ac tantis cœli terræque;mariſque:
Poſce bonis aliquid:nullam patiere repulſam.
Deprecor hoc unum:quod uero nomine pœna:
Non honor eſt:pœnam phaeton pro munere poſcis.
Quid mea colla tenes blandis ignare lacertis?
Nẽ dubita:dabitur:ſtygias iuraumus undas:
Quodcunque optaris:ſed u ſapientius opta.
Finierat monitus:dictis tamen ille repugnat:
Propoſitumque premit:flagratque cupidine currus.
Ergo qua licuit genitor cunctatus ad altos
Deducit iuuenem uulcania munera currus.
Aureus axis erat:temo aureus:aurea ſummæ
Curuatura rotæ:radiorum argenteus ordo:
Per iuga chryſoliti;poſitæque ex ordine gemmæ
Clara repercuſſo reddebant lumina phœbo.
Dumque ea magnanimus phaeton miratur;opuſque
Perſpicit:ecce uigil rutilo patefecit ab ortu
Purpureas aurora fores:& plena roſarum
Atria diffugiunt ſtellæ:quarum agmina cogit
Lucifer:& cœli ſtatione nouiſſimus exit.
Tum pater ut terras: mundumque rubeſcere uidit:
Cornuaque extremæ uelut euaneſcere lunæ:
Iungere equos titan uelocibus imperat horis.
Iuſſa deæ celeres peragunt:ignemque uomentes
Ambroſiæ ſucco ſaturos præſepibus altis
Quadrupedes ducunt:adduntque ſonantia frena:
Tum pater ora ſui ſacro medicamine nati
Contigit:& rapidæ fecit patientia flammæ:

Impoſuitque

Imposuitque comæ radios.præsagaque luctus
Pectore sollicito repetens suspiria:dixit:
Si potes his saltem montis parere parentis:
Parce puer stimulis:& fortius utere loris:
Sponte sua properant:labor est inhibere uolantes:
Nec tibi directos placeat uia quinque per arcus:
Sectus in obliquum est lato curuamine limes:
Zonarumque trium contentus fine:polumque
Effugito australem:iunctamque aquilonibus arcton.
Hac sit iter:manifesta rotæ uestigia cernes:
Vtque ferant æquos:& cœlum:& terra colores:
Nec preme:nec summum molire per æthera currum.
Altius egressus cœlestia signa cremabis:
Inferius terras:medio tutissimus ibis.
Neu te dexterior tortum declinet ad anguem:
Neue sinisterior pressam rota ducat ad aram.
Inter utrunque tene:fortunæ cætera mando:
Quæ iuuet:& melius quam tu tibi consulat:opto:
Dum loquor hesperio positas in littore metas
Humida nox tetigit:non est mora libera nobis:
Poscimur:& fulget tenebris aurora fugatis.
Corripe lora manu:uel si mutabile pectus
Est tibi:consiliis non curribus utere nostris
Dum potes:& solidis etiam nunc sedibus astas:
Dumque male optatos nondum premis inscius axes.
Quæ tutus spectes:sine me dare lumina terris.
Occupat ille leuem iuuenili corpore currum:
Statque super:manibusque datas contingere habenas
Gaudet:& inuito grates agit ille parenti.
Interea uolucres:pyrous:eous:& æthon
Solis equi:quartusque phlegon hinnitibus auras
Flammiferis implent:pedibusque repagula pulsant.
Quæ postquam tethis fatorum ignara nepotis
Reppulit:& facta est immensi copia cœli:
Corripuere uiam:pedibusque per aera motis
Obstantes scindunt nebulas:pennisque leuati
Prætereunt ortos iisdem de partibus euros.
Sed leue pondus erat:nec quod cognoscere possent
Solis equi:solitaque iugum grauitate carebat.
Vtque labant curuæ iusto sine pondere naues:
Perque mare instabiles nimia leuitate feruntur:
Sic onere insueto uacuos dat in aere saltus:
Succutiturque alte:similisque est currus inani.
Quod simulac sensere:ruunt:tritumque relinquunt
Quadriiugis spacium:nec quo prius ordine currunt.
Ipse pauet:nec qua commissas flectat habenas:
Nec scit qua sit iter:nec si sciat:imperet illis.
Tum primum radiis gelidi caluere triones:
Et uetito frustra:tentarunt æquore tingi.
Quæque polo posita est glaciali proxima serpens
Frigore pigra prius:nec formidabilis ulli
Incaluit:sumpsitque nouas feruoribus iras.
Te quoque turbatum memorant fugisse boote:
Quamuis tardus eras:& te tua plaustra tenebant.
Vt uero terras despexit ab æthere summo
Infœlix phaeton penitus penitusque iacentes:
Palluit:& subito genua intremuere timore.
Suntque oculis tenebræ per tantum lumen obortæ:
Et iam mallet equos nunquam tetigisse paternos:
Iam cognosse genus piget:& ualuisse rogando:
Iam meropis dici cupiens:ita fertur ut acta
Præcipiti pinus borea:cui cuncta remisit
Frena suus rector:quam diis uotisque reliquit.
Quid faciat:multum cœli post terga relictum:
Ante oculos plus est:animo metitur utrunque:

Et modo:quos illi fatum contingere non eſt:
Proſpicit occaſus:interdum reſpicit ortus.
Quidque agat ignarus:ſtupet:& nec frena remittit:
Nec retinere ualet:nec nomina nouit equorum.
Sparſa quoque in uario paſſim miracula cœlo:
Vaſtarumque uidet trepidus ſimulacra ferarum:
Eſt locus:in geminos ubi brachia concauat arcus
Scorpius:& cauda flexiſque utrinque lacertis
Porrigit in ſpacium ſignorum membra duorum:
Hunc puer ut nigri madidum ſudore ueneni
Vulnera curuata minitantem cuſpide uidit:
Mentis inops gelida formidine lora remiſit.
Quæ poſtquam ſummo tetigere iacentia tergo
Expatiantur equi:nulloque inhibente per auras
Ignotæ regionis eunt:quaque impetus egit
Hac ſine lege ruunt:altoque ſub æthere fixis
Incurſant ſtellis:rapiuntque per auia currum.
Et modo ſumma petunt:modo per decliue uiaſque
Præcipites ſpatio terræ propiore feruntur:
Inferiuſque ſuis fraternos currere luna
Admiratur equos:ambuſtaque nubila fumant.
Corripitur flammis:ut quæque altiſſima tellus:
Fixaque agit rimas:& ſuccis aret ademptis.
Pabula caneſcunt:cum frondibus uritur arbor.
Materiamque ſuo præbet ſeges arida damno.
Parua queror:magnæ pereunt cum mœnibus urbes
Cumque ſuis totas populis incendia gentes
In cinerem uertunt:ſiluæ cum montibus ardent.
Ardet athos:tauruſque cilix:& rimolus:& œthe:
Et tum ſicca prius celeberrima fontibus ida.
Virgineuſque helicon:& nondum œagrius æmus
Ardet in immenſum geminatis ignibus ætna:
Parnaſuſque biceps:& erix:& cynthus:& othrys:
Et tandem nubibus rhodope caritura:minaſque:
Dyndimaque:& mycale:natuſque ad ſacra citheron:
Nec proſunt ſcythiæ ſua frigora:caucaſus ardet
Oſſaque cum pindo:maiorque ambobus olympus:
Aeriæque alpes.& nubifer apéninus.
Tum uero phaeton cunctis e partibus orbem
Aſpicit accenſum:nec tantos ſuſtinet æſtus:
Feruentesque auras:uelut e fornace profunda
Ora trahit:curruſque ſuos candeſcere ſentit:
Et neque iam cineres:eiectatamque fauillam
Ferre poteſt:calidoque inuoluitur undique fumo:
Quoque eat:aut ubi ſit picea caligine tectus
Neſcit:& arbitrio uolucrum raptatur equorum.
Sanguine tunc credunt in corpora ſumma uocato
Aethiopum populos nigrum traxiſſe colorem:
Tum facta eſt libye raptis humoribus æſtu
Arida:tum nymphæ paſſis fonteſque:lacuſque
Defleuere comis:quærit boetia dircen:
Argos amimonen:ephyre pirneidas undas.
Nec ſortita loco diſtantes flumina ripas
Tuta manent:mediis tanais fumauit in undis:
Peneuſque ſenex:theutrantæuſque caycus:
Et celer iſmenos cum phocaico erymantho:
Arſuruſque iterum xanthus:flauuſque licormas:
Quique recuruatis ludit Meandrus in undis:
Mygdoniuſque melas:& Tænarius eurotas.
Arſit & euphrates babyloniusarſit orontes:
Termodoonque citus:gangeſque:& pheſis:& hiſter
Aeſtuat alpheus:ripæ ſpercheidos ardent.
Quodque ſuo tagus amne uehit fluit ignibus aurum:
Et quæ mæonias celebrarunt carmine ripas
Flumineæ uolucres medio caluere cayſtro.

Nilus

Nilus in extremum fugit perterritus orbem:
Occuluitque caput:quod adhuc latet:hostia septem
Puluerulenta uacant:septem sine flumine ualles.
Fors eadem ismarios hebrum cum strymone siccat:
Hesperiosque amnes rhenum:rhodanumque:padumque:
Cuique fuit rerum permissa potentia thybrim.
Dissilit omne solum:penetratque in tartara rimis
Lumen:& infernum terret cum coniuge regem:
Et mare contrahitur:siccæque est campus harenæ:
Quod modo pontus erat:quosque altum texerat æquor
Existunt montes:& sparsas cycladas augent:
Iam petunt pisces:nec se super æquora curui
Tollere consuetas audent delphines in auras.
Corpora phocarum summo resupina profundo
Exanimata iacent:ipsum quoque nerea fama est:
Doridaque & natas tepidis latuisse sub undis.
Ter neptunus aquis cum toruo brachia uultu
Exerere ausus erat:ter non tulit aeris ignes.
Alma tamen tellus:ut erat circundata ponto
Inter aquas pelagi contractosque undique fontes:
Qui se condiderant in opacæ uiscera matris:
Sustulit omniferos collo tenus arida uultus:
Opposuitque manum fronti:magnoque tremore
Omnia concutiens paulum subsedit:& infra
Quam solet esse:fuit:sacraque ita uoce locuta est.
Si placet hoc:meruique:quid o tua fulmina cessant
Summe deum?liceat perituræ uiribus ignis
Igne perire tuo:clademque auctore leuare.
Vix equidem fauces hæc ipsa inuera resoluo:
Presserat ora uapor:tostos en aspice crines:
Inque oculis fumum:uolitant super ora fauillæ.
Hos ne mihi fructus?hunc fertilitatis honorem:
Officiique refers?quod adunci uulnera aratri
Rastrorumque fero:totoque exerceor anno?
Quod pecori frondes:alimentaque mitia fruges
Humano generi:uobis quoque tura ministro?
Sed tamen exitium fac me meruisse:quid undæ?
Quid meruit frater:cur illi tradita sorte
Aequora decrescunt?& ab æthere longius absunt?
Quod si nec fratris:nec te mea gratia tangit.
At cœli miserere tui:circunspice utrinque:
Fumat uterque polus:quos si uiolauerit ignis:
Atria uestra ruent:atlas en ipse laborat:
Vixque suis humeris candentem sustinet axem:
Si freta:si terræ pereunt:si regna cœli:
In chaos antiquum confundimur:eripe flammis
Si quid adhuc superest:& rerum consule summæ.
Dixerat hæc tellus:neque enim tolerare uaporem
Vlterius poterat:nec dicere plura:suumque
Rettulit os in se:propioraque manibus antra.
At pater omnipotens superos testatus & ipsum
Qui dederat currus:nisi opem ferat:omnia fato
Interitura graui:summam petit arduus arcem:
Vnde solet nubes latis inducere terris:
Vnde mouet tonitrus:uibrataque fulmina iactat:
Sed neque quas posset terris inducere nubes
Tunc habuit:ne quos cœlo dimitteret imbres:
Intonat:& dextra libratum fulmen ad aure
Misit in aurigam:pariterque animaque rotisque
Expulit:& sæuis compescuit ignibus ignes.
Consternantur equi:& saltu in contraria facto
Colla iugo eripiunt:abruptaque lora relinquunt:
Illic fræna iacent:illic temone reuulsus
Axis:in hac radii fractarum parte rotarum:
Sparsaque sunt late lateri uestigia currus.

At phaeton rutilos flamma populante capillos
Voluitur in præceps:longoque per aera tractu
Fertur:ut interdum de cælo ſtella ſereno
Et ſi non cecidit:potuit cecidiſſe uideri.
Quem procul a patria diuerſo maxius orbe
Excipit eridanus:fumantiaque abluit ora. Fa. .ii.
Sorores Phaetõtis Phaetuſa:Lãpetie: Phœbe caſũ fratris dũ
deflent:deorũ miſericordia ĩ arbores populeas mutatæ ſunt.
Naiades heſperiæ trifida fumantia flamma
Corpora dant tumulo:ſignant quoque carmine ſaxum.
His ſitus eſt phaeton currus auriga paterni:
Quem ſi non tenuit:magnis tamen excidit auſis.
At pater obductos luctu miſerabilis ægro
Condiderat uultus:& ſi modo credimus:unum
Iſſe diem ſine ſole ferunt:incendia lumen
Præbebant:aliquiſque malo fuit uſus in illo
At clymene:poſtquam dixit quæcunque fuerunt
In tantis dicenda malis:lugubris:& amens:
Et laniata ſinus totum percenſuit orbem:
Exanimes artus primo:mox oſſa requirens:
Repperit oſſa tamen peregrina condita terra:
Incubuitque loco:nomenque in marmore lectum
Perfudit lachrymis:& aperto pectore fouit.
Nec minus heliades lugent:& inania morti
Munera dant lachrymas:& cæſæ pectora palmis
Non auditurum miſeras phaetonta querelas
Nocte dieque uocant:aſternunturque ſepulchro.
Luna quater iunctis implerat cornibus orbem
Illæ more ſuo:nam morem fecerat uſus:
Plangorem dederant:e quis phaetuſa ſororum
Maxima cum uellet terræ procumbere:queſta eſt
Diriguiſſe pedes:ad quam conata uenire
Candida lampetie ſubita radice retenta eſt.
Tertia cum crimen manibus laniare pararet:
Auellit frondes.hæc ſtipite crura teneri:
Illa dolet fieri longos ſua brachia ramos.
Dumque ea mirantur:complectitur inguina cortex.
Perque gradus uterum pectuſque humeroſque manuſque
Ambit:& extabant tantum ora uocantia matrem.
Quid faciat mater:niſi quo trahit impetus illam:
Huc eat atque illuc:& dum licet oſcula iungat:
Non ſatis eſt:truncis auellere corpora tentat:
Et teneros manibus ramos abrumpit:at inde
Sanguineæ manant tanquam de uulnere guttæ.
Parce precor mater quæcunque eſt faucia clamat:
Parce precor:noſtrum laceratur in arbore corpus:
Iamque uale:cortex in uerba nouiſſima uenit.

Fabula Tertia.

Lachrymæ earum:ut Heſiodus & Euripides indicant:ĩ electrum conuerſæ ſunt:ac fluiſſe dicunt.
Inde fluunt lachrymæ:ſtillataque ſole rigeſcunt
De ramis electra nouis:quæ lucidus amnis
Excipit:& nuribus mittit geſtanda latinis.

Fabula Quarta.

Cygnus Sthẽneli filius materno genere Phaetonti pximus:
cũ Liguriã icoleret:& ĩ ripa Eridãi amnis quẽ qdã padum
uocãt: cũ uidiſſet corpus Phaetõtis a ſororibus eius ablui:
pari calamitate ẽ cõcuſſus:plus enĩ iuſto deflẽdo ppĩq; ite
ritũ deor; uoluntate ĩ uolucrẽ Cygnũ abiit:q poſus, cæleſtem ignẽ paludes ac flumina:qbus iſeneſceret: eſt ſecutus.
Hæc phanocles in cupidinibus auctor.
Affuit huic monſtro proles Stheneleia cygnus:
Qui tibi materno quamuis a ſanguine iunctus
Mente tamen phaeton propior fuit:ille relicto:
Nam ligurum populos:& magnas rexerat urbes:

Imperio

Imperio ripas uirides amnemque querelis
Eridanum implerat:siluamque sororibus auctam:
Cum uox est tenuata uiro:canæque capillos
Dissimulant plumæ:columque a pectore longe
Porrigitur:digitosque ligat iunctura rubentes.
Penna latus uelat:tenet os sine acumine rostrum.
Fit noua cygnus auis:nec se cœloque iouique
Credit:ut iniuste missi memor ignis ab illo.
Stagna petit:patulosque lacus ignemque perosus:
Quæ colat elegit contraria flumina flammis. Fa. v.
Iuppiter cũ reliqas torrẽtis ignis pseqret ut laborãtibus opẽ
ferret mortalibus:cũ circa mõtes Arcadiæ ubi gẽitus existiat
uagaret:i Caliſtos Lycaõis filie icidit amorẽ. Cui cũ pces de
expleméto desiderii sui admouisset:frustrataque uoces suas
itellexisset:astu eã subiit:i Diãæ náque sexũ se reiecit: ac fati-
gatæ ornatus pharetra sagittisque uelut Diana occurrit: ac ue
ste pariter posita uirgo Iouẽ expta ẽ:Neque iõ a Iunõe i merẽ
ti delictũ remissũ ẽ.Nã cõfesti pellicatu eius icẽsa ne amplius
pulchritudie cõiugẽ capet:i ursã eã trãsfigurauit. Quæ a Io-
ue cũ Arcad filio:quẽ erat enixa iter sidera collocat. A græcis
ãt Helicea nostris septẽtrio nũcupat.& a Tethy & Oceano ob
Iunõis irã iter cætera sidera liquore ñ tigit: ut auctor Hesio-
dus idicat uel alii.
Sed lucet i astris Caliſto renouatque.suos sine fluctibus ignes
Squallidus interea genitor phaetontis:& expers
Ipse sui decoris:qualis cum deficit orbi
Esse solet:lucemque odit:seque ipse diemque:
Datque animum in luctus:& luctibus adiicit iram:
Officiumque negat mundo:satis inquit ab ætui
Sors mea principis fuit irrequieta:pigetque
Actorum sine fine mihi:sine honore laborum.
Quilibet alter agat portantes lumina currus
Si nemo est;omnesque dei non posse fatentur.
Ipse agat:ut saltem dum nostras tentat habenas:
Orbatura patres aliquando fulmina ponat.
Tunc sciet igniperuni uires expertus equorum
Non meruisse necem:qui non bene rexerit illos.
Talia dicentem circunstant omnia solem
Numina:neue uelit tenebras inducere rebus
Supplice uoce rogant.missos quoque iuppiter ignes
Excusat:precibusque minas regaliter addit.
Colligit amentes:& adhuc terrore pauentes
Phœbus equos:stimuloque dolens & uerbere sæuit:
Sæuit enim:natumque obiectat:& imputat illis.
At pater omnipotens ingentia mœnia cœli
Circuit:& ne quid labefactum uiribus ignis
Corruat:explorat;quæ postquam firma:suique
Roboris esse uidet:terras:hominumque labores
Perspicit:arcadiæ tamen est impensior illi.
Cura suæ:fonteſque:& nondum audentia labi
Flumina restituit:dat terræ gramina;frondes
Arboribus:læsasque iubet reuirescere siluas:
Dum redit:itque frequens:in uirgine nouacrina
Hæsit:& accepti caluere sub ossibus ignes:
Non erat huius opus lanam mollire trahendo:
Nec positas uariare comas.sed fibula uestem:
Vitta coercuerat neglectos alba capillos.
Et modo leue manu iaculum:modo sumpserat arcum:
Miles erat phœbes;nec mænalon attigit ulla
Gratior hac triuiæ:sed nulla potentia longa est.
Vlterius spacium medio sol altus habebat:
Cum subit illa nemus;quod nulla ceciderat ætas.
Exuit hic humero pharetram:lentosque tetendit
Arcus:inque solo:quod texerat hærba:iacebat:
Et pictam posita pharetram ceruice premebat.

Iuppiter ut uidit feſſam:& cuſtode uacantem:
Hoc certe furtum coniunx mea neſciet inquit:
Aut ſi reſcierit:ſunt o ſunt iurgia tanti:
Protinus induitur faciem:cultumque dianæ:
Atque ait:o comitum uirgo pars una mearum
In quibus es uenata iugis:de ceſpite uirgo
Se leuat:& ſalue numen me iudice dixit:
Audiat ipſe licet:maius ioue:ridet:& audit:
Et ſibi præferri ſe gaudet:& oſcula iungit:
Nec moderata ſatis:nec ſic a uirgine danda.
Qua uenata foret ſilua narrare parantem
Impedit amplexu:nec ſe ſine crimine prodit.
Illa quidem contra tantum modo fœmina poſſet.
Aſpiceres utinam ſaturnia:mitior eſſes
Illa quidem pugnat:ſed quæ ſuperare puella
Quiſue iouem poterat:ſuperum petit æthera uictor
Iuppiter:huic odio nemus eſt:& conſcia ſilua.
Vnde pedem referens pene eſt oblita pharetram
Tollere cum telis:& quem ſuſpenderat arcum.
Ecce ſuo comitata choro dictynna per altum
Mænalon ingrediens:& cæde ſuperba ferarum
Aſpicit hanc uiſamque uocat:clamata refugit:
Et timuit primo:ne iuppiter eſſet in illa.
Sed poſtquam pariter nymphas incedere uidit:
Senſit abeſſe dolos:numerumque acceſſit ad harum
Heu quam difficile eſt crimen non prodere uultu:
Vix oculos attollit humo:nec ut ante ſolebat:
Iuncta deæ lateri:nec toto eſt agmine prima:
Sed ſilet:& læſi dat ſigna rubore pudoris.
Et:niſi quod uirgo eſt poterat ſentire diana
Mille notis culpam:nymphæ ſenſiſſe feruntur.
Orbe reſurgebant lunaria cornua nono:
Cum dea uenatu fraternis languida flammis:
Nacta nemus gelidum:de quo cum murmure labens
Ibat:& attritas uerſabat riuus harenas:
Vt collaudauit:ſummas pede contigit undas:
His quoque laudatis procul eſt ait arbiter omnis:
Nuda ſuperfuſis tingamus corpora lymphis:
Parrhaſis erubuit:cunctæ uelamina ponunt:
Vna moras quærit:dubitanti ueſtis adempta eſt:
Qua poſita nudo patuit cum corpore crimen.
Attonitæ manibuſque uterum cælare uolenti:
I procul hinc dixit:nec ſacros pollue fontes
Cynthia:deque ſuo iuſſit ſecedere cœtu.
Senſerat hoc olim magni matrona tonantis:
Diſtuleratque graues in idonea tempora pœnas.
Cauſa moræ nulla eſt:& iam puer arcas:id ipſum
Indoluit iuno:fuerat de pellice natus.
Quo ſimul obuertit ſæuam cum lumine mentem:
Scilicet hoc etiam reſtabat adultera dixit
Vt fœcunda fores:fieretque iniuria partu
Nota:iouiſque mei teſtatum dedecus eſſet:
Haud impune feres:adimam tibi nanque figuram:
Qua tibi:quaque places noſtro importuna marito.
Dixit.& arreptam prehenſis a fronte capillis
Strauit humi pronam:tendebat brachia ſupplex:
Brachia cœperunt nigris horreſcere uillis.
Curuarique manus:& aduncos creſcere in ungues:
Officioque pedum fungi:laudataque quondam
Ora ioui:lato fieri deformia rictu.
Neue preces animos:& uerba precantia flectant:
Poſſe loqui eripitur:uox iracunda:minaxque:
Plenaque terroris rauco de gutture fertur.
Mens antiqua manet:facta quoque manſit in urſa:
Aſſiduoque ſuos gemitu teſtata dolores

Qualeſcunque

Qualeſcunque manus ad cœlum & ſidera tollit:
Ingratumque iouem nequeat cum dicere:ſentit.
Ah quotiens ſola non auſa quieſcere ſilua
Ante domum quondamque ſuis errauit in agris.
Ah quotiens per ſaxa canum latratibus acta eſt.
Venatrixque metu uenantum territa fugit.
Sæpe feris latuit uiſis oblita quid eſſet:
Vrſaque conſpectos in montibus horruit urſos:
Pertimuitque lupos:quanuis pater eſſe in illis.
Ecce lycaoniæ proles ignara parentis
Arcas adeſt ter quinque ferens natalibus annos:
Dumque feras ſequitur:dum ſaltus eligit aptos:
Nexilibuſque plagis ſiluas erymanthidos ambit:
Incidit in matrem:quæ reſtitit arcade uiſo:
Et cognoſcenti ſimilis fuit:ille refugit.
Immotoſque oculos in ſe ſine fine tenentem
Neſcius extimuit:propiuſque accedere fugit.

Fabula ſexta.

Caliſto ſupradcā cū filio arcad ī ſideribus a Ioue trāſlati ſūt.

Vulnifico fuerat fixurus pectora telo:
Arguit omnipotens:pariterque ipſoſque nephaſque.
Suſtulit.& celeri raptos per iania uento
Impoſuit cœlo:uicinaque ſidera fecit.
Intumuit iuno poſtquam inter ſidera pellex
Fulſit:& ad canam deſcendit in æquora tethym:
Oceanumque ſenem:quorum reuerentia mouit
Sæpe deos:cauſamque uiæ ſcitantibus inſit.
Quæritis æthereis quare regina deorum
Sedibus hic adſim:pro me tenet altera cœlum.
Mentiar:obſcurum niſi nox confecerit orbem:
Nuper honoratas ſummo mea uulnera cœlo
Videritis ſtellas:illic ubi circulus axem
Vltimus extremum:ſpacioque breuiſſimus ambit.
Eſt uero cur quis iunonem lædere nolit?
Offenſamque tremat?quæ proſum ſola nocendo?
O ego quantum egi:quam uaſta potentia noſtra eſt.
Eſſe hominem uetui:facta eſt dea:ſic ego pœnas
Sontibus impono:ſic eſt mea magna poteſtas.
Vendicet antiquam faciem:uultuſque ferinos
Detrahat:argolica quod in ante phoronide fecit:
Cur non expulſa ducit iunone:meoque
Collocat in thalamo:ſocerumque lycaona ſumat?
At uos:ſi læſæ tangit contemptus alumnæ:
Gurgite cæruleo ſeptem prohibete triones:
Sideraque in cœlum ſtupri mercede recepta
Pellite:ne puro tingatur in æquore pellex.
Dii maris annuerant:habili ſaturnia curru
Ingreditur liquidum pauonibus aera pictis:
Tam nuper pictis cæſo pauonibus argo:

Fabula vii.

Coruus uolucris initio naturæ cādidis pēnis plūatus fuit: Sed qa Coronidā Corōei filiā īdicauerat Apollini ī adulterio morari: Itaque pp acerbiſſimū īdiciū flagrātis dei ſagittis cōfixa ē Ereo illeniger ex cādido factus. Ex hac & Apollīe naſcit Aſclepius: qué pater exciſo utero matris cū ea rogo eſſet īpoſita: abſtulit. is ad Chironē a patre ī Pelium delatus eſt mōtem: ut ab eo incrementum ſimulque ſcientiam acciperet medendi.

Quam tu nuper eras:cum candidus ante fuiſſes
Corue loquax ſubito nigrantes uerſus in alas:
Nam fuit hæc quondam niueis argentea pennis
Ales:ut æquaret totas ſine labe columbas.
Nec ſeruaturis uigili capitolia uoce
Crederet anſeribus:nec amanti flumina cygno.
Lingua fuit damno:lingua faciente loquaci:
Qui color albus erat:nunc eſt contrarius albo.

Fabula .viii.

Coronis Coronei filia refert Coruo:ne idiciũ Apollini faceret.Cũ igit̃ Minerua Erichthoniũ Vulcani filiũ:qđ ex cõplexu sui i terrã ceciderat sustuliſſet:& comitibus suis Pãdraſo & Herſe Aglauroque filiis ciſtula icluſũ custodiẽdũ tradidiſſet:monuiſſetque neqs oino id cõſpiceret. Coronis supradcã nobiliſſima uirginũ custodibus laxatã ciſtulam & iſpectã draconẽ reppiſſet: diuulgauit. Quamobrẽ dea a se alienauit.quæ cũ solitudine i littore oblectaret:Neptũnus pcul cõſpecta uenere eius icaluit: cũ uim afferret:ab eadẽ dea ꝓpter uirginitatẽ tenaciter custoditã in auẽ cornicem conuerſa eſt:Ita ut templo deæ admoueretur.

Pulchrior in tota quam lariſſæa coronis, filia Coroni phocaidos
Non fuit æmonia:placuit tibi delphice certe
Vel dum caſta fuit uel inobſeruata:ſed ales quam Apollo amabat
Senſit adulterium phœbeius:utque latentem
Detegeret culpam:non exorabilis index
Ad dominum tendebat iter:quem garrula motis
Conſequitur pennis:ſcitetur ut omnia:cornix:
Auditaque uiæ cauſa:non utile carpis
Inquit iter:ne ſperne meæ præſagia linguæ:
Quid fuerim:quid ſimque uide:meritumque require:
Inuenies nocuiſſe fidem:nam tempore quondam
Pallas Erichthonium prolem ſine matre creatam
Clauſerat actæo texta de limine ciſta:
Virginibuſque tribus gemino de cecrope natis
Seruandum dederat:ſic inconfeſſa quid eſſet
Et legem dederat:ſua ne ſecreta uiderent.
Abdita fronde leui denſa ſpeculabar ab ulmo
Quid facerent:commiſſa duæ ſine fraude tuentur
Pandraſos atque herſe:timidas uocat una ſorores
Aglauros:nodoſque manu deducit:& intus
Infantemque uident:apporrectumque draconem.
Acta deæ refero:pro quo mihi gratia talis
Redditur:ut dicar tutela pulſa mineruæ:
Et ponar poſt noctis auem:mea pœna uolucres
Admoniſſe poteſt:ne uoce pericula quærant.
At:puto:non ultro:nec quicquam tale rogantem
Me petiit:licet hoc ex ipſa pallade quæras:
Quanuis irata eſt:non hoc irata negabit.
Nam me phocaica clarus tellure coroneus:
Nota loquor:genuit:fueramque ego regia uirgo:
Diuitibuſque procis:ne me contemne:petebar.
Forma mihi nocuit:nam cum per littora lentis
Paſſibus:ut ſoleo:ſumma ſpaciarer harena.
Vidit & incaluit pelagi deus:utque precando
Tempora cum blandis abſumpſit inania uerbis:
Vim parat:& ſequitur.fugio:denſumque relinquo
Littus:& in molli ne quicquam laſſor harena.
Inde deos homineſque uoco:nec contigit ullum
Vox mea mortalem:mota eſt pro uirgine uirgo:
Auxiliumque tulit:tendebam brachia cœlo.
Brachia cœperunt leuibus nigreſcere pennis.
Reiicere ex humeris ueſtem molibar:at illa
Pluma erat:inque cutem radices fixerat imas.
Plangere nuda meis conabar pectora palmis:
Sed neque iam palmas:nec pectora nuda gerebam.
Currebam:nec ut ante pedes rẽnebat harena:
Sed ſumma tollebar humo:mox acta per auras
Euehor:& data ſum comes inculpata Mineruæ.
Quid tamen hoc prodeſt:ſi diro facta uolucris
Crimine nyctimene noſtro ſucceſſit honori? Fa. ix.

Nyctimene Nyctei filia uirgo leſbia nimia libidine effrenata i patris cubile ſe iplicuit.Ideoque aduerſantibus deis ob admiſſum ceſſit i noctuã. Quod ſcelus ipſa nocturno tpe occultat &

occultat:& in luce uisa ab oibus uolucribus petitur obnoxia.
An quæ per totam res est notissima lesbon:
Non audita tibi est:patrium temerasse cubile
Nyctimenen.auis illa quidem:sed conscia culpæ
Conspectum lucemque fugit:tenebrisque pudorem
Cælat:& a cunctis expellitur æthere toto.
Talia dicenti tibi ait reuocamina coruus
Sint precor ista malo:nos uanum spernimus omen:
Nec cœptum dimittit iter:dominoque iacentem
Cum iuuene æmonio uidisse coronida narrat.
Laurea delapsa est:audito crimine amantis:
Et pariter uultusque deo plectrumque colorque
Excidit:ut quæ animus tumida ferebat ab ira:
Arma assueta capit:flexumque a cornibus arcum
Tendit:& illa suo totiens cum pectore iuncta
Indeuitato traiecit pectora telo.
Icta dedit gemitum:tractoque a uulnere ferro
Candida puniceo perfudit membra cruore:
Et dixit:potui pœnas tibi phœbe dedisse:
Sed peperisse prius:duo nunc morientur in una.
Hactenus:& pariter uitam cum sanguine fudit.
Corpus inane animæ frigus lætale secutum est.
Pœnitet heu sero pœnæ crudelis amantem:
Seque quod audierit:quod sic exarserit:odit.
Odit auem:per quam crimen causamque dolendi
Scire coactus erat:nec non arcumque:manumque
Odit:cumque manu temeraria tela sagittas.
Collapsamque fouet:seraque ope uincere fata
Nititur:& medicas exercet inaniter artes.
Quæ postquam frustra temptata:rogumque parari
Vidit:& arsuros supremis ignibus artus.
Tum uero gemitus(neque enim cœlestia tingi
Ora licet lachrymis)alto de corde petitos
Edidit:haud aliter quam cum spectante iuuenca
Lactentis uituli dextra libratus ab aure
Tempora discussit claro caua malleus ictur
Vt tamen ingratos in pectora fudit odores:
Et dedit ampelxus:iniustaque busta peregit.
Non tulit in cineres labi sua phœbus eosdem
Semina:sed natum flammis uteroque parentis
Eripuit:geminique tulit chironis in antrum:
Sperantemque sibi non falsæ præmia linguæ
Inter aues albas uetuit consistere coruum. Fa. .x.
Ocyroe Chironis & charictæ filia cõtemptis patris artibus ue
sania futura precinuit:infanti Asclepio prædixit quod medi
cina mortuos ad supos educturus esset:ab auo fulmini ictũ
experturum.Patrem quoque Chirona sagittis cruciandum.
cupidumque mortis ex deo mortalium numerum inuentus&
Quæ cum esset elocuta in equæ cessit figuram:ne aduersanti
bus fatis plura ederet:quam prædicta Apollinis sinerent.
Semifer interea diuinæ stirpis alumno
Lætus erat:mixtoque oneri gaudebat honore.
Ecce uenit rutilis humeros protecta capillis
Filia centauri:quam quondam nympha caici
Fluminis in rapidi ripis enixa uocauit
Ocyroen.non hæc artes contenta paternas
Edidicisse fuit.fatorum arcana canebat.
Ergo ubi uaticinos concepit mente furores:
Incaluitque deo:quem clausum pectore habebat:
Aspicit infantem:totique salutifer orbi
Cresce puer dixit.tibi se mortalia sæpe
Corpora debebunt.animas tibi reddere ademptas
Fas erit.idque semel dus indignantibus ausus
Posse dare hoc iterum flamma prohibebere auita.
Eque deo corpus fies exangue:deusque:

Qui modo corpus eras:& bis tua fata nouabis.
Tu quoque chare pater non iam mortalis:& æuis
Omnibus ut maneas nascendi lege creatus
Posse mori cupies:tum cum cruciabere diræ
Sanguine serpentis per saucia membra recepto.
Teque ex æterno patientem numina mortis
Efficient:tripliceſque deæ tua fila resoluent.
Restabat fatis aliquid:suspirat ab imis
Pectoribus:lachrymæque genis labuntur abortæ:
Atque ita:præuertunt me inquit mea fata:metorque
Plura loqui:uociſque meæ præcluditur usus.
Non fuerant artes tanti:quæ numinis iram
Contraxere mihi mallem nesciſſe futura.
Iam mihi subduci facies humana uidetur:
Iam cibus herba placet:iam latis currere campis
Impetus est:in equam cognataque corpora uertor:
Tota tamen quare?pater est mihi nempe biformis.
Talia dicenti pars est extrema querelæ
Intellecta parum:confuſaque uerba fuerunt.
Mox nec uerba quidem:nec equæ sonus ille uidetur.
Sed simulantis equæ:paruoque in tempore certos
Edidit hinnitus:& brachia mouit in herbis.
Tum digiti coeunt:& quinos alligat ungues:
Perpetuo cornu leuis ungula crescit:& oris
Et colli spacium:longæ pars maxima pallæ
Cauda fit:utque uagi crines per colla iacebant:
In dextras abiere iubas:pariterque nouata est
Et uox & facies:nomẽ quoq; mõstra dederũt. Fa. xi.

Apollo Iouis & Latonæ filius cum pecus Admeti Pheretis filii pasceret:fistulæ cantu solitudinem protegés boues eius in agro Pyliæ regionis progressæ sunt:quas Mercurius auertit:& in sylua occulit. Quod cum Battus Nelei filius equas pascens uidisset:Mercurius uero:ut inditiũ ꝑmeret:ex armentis formosissimã uaccã ei concessit. At ille discedẽti affirmauit:lapidem ꝓximũ quẽ uidisset:celerius quã se qcquã indicaturum Deus uero:ut mortalis fidẽ experiretur:paulopost mutata figura ad eũdẽ reuersus ẽ simulauitque se amissos boues quærere:& premiũ promisit:si demonstrasset.at ille cũ sub quo mõte pascerẽtur:ostendisset:Mercurius pfidia eius offensus in lapidẽ eũ mutauit qui ab euentu index circa Pyliũ uocat

Flebat opemque tuam fruſtra phyllirius heros
Delphice poscebat:nam nec rescindere magni
Iussa iouis poteras:nec si rescindere posses:
Tunc aderas:elim:meseniaque arua colebas.
Illud erat tempus:quo te pastoria pellis
Texit:onusque fuit baculus siluestris oliuæ:
Alterius dispar septenis fistula cannis:
Dumque amor est curæ:dum te tua fistula mulcet:
Incustoditæ pylios memorantur in agros
Processisse boues:uidet has atlantide maia
Natus:& arte sua siluis occultat abactas.
Senserat hoc furtum nemo:nisi natus in illo
Rure senex:battum uicinia tota uocabat.
Diuitiis hic saltus:hærbosaque pascua nelei:
Nobiliumque greges custos seruabat equarum.
Hunc timuit:blandaque manu seduxit:& illi
Quisquis es hospes ait:si forte armenta requiret
Hæc aliquis:uidisse nega:neu gratia facto
Nulla rependatur:nitidam cape præmia uaccam.
Et dedit:accepta uoces has reddidit hospes.
Tutus eas:lapis iste prius tua furta loquetur:
Et lapidem ostendit:simulat ioue natus abire:
Mox redit:& uersa pariter cum uoce figura:
Rustice uidisti:si quas hoc limite dixit
Ire boues:fer opem:furtoque silentia deme.

Iuncta suo

Iuncta ſuo pariter dabitur tibi fœmina tauro.
At ſenior poſtquam merces geminata: ſub illis
Montibus inquit: erant: & erant ſub montibus illis.
Riſit atlantiades. & me mihi perfide prodis:
Me mihi prodis ait: periuraque pectora uertit
In durum ſilicem: qui nunc quoque dicitur index:
Inque nihil merito uetus eſt infamia ſaxo.

Fabula Duodecima.

Athenis uirgines p ſoleñe ſacrificiũ caniſtris Mineruæ ferũt pigmẽta: iter quas a Mercurio eminẽs ſpecie cõſpecta eſt herſe Cecropis filia. Itaq; aggreſſus ſororẽ eius aglauron precatuſque ut ſe herſe ſorori ſuæ iungeret: at illa cũ p miniſterio aurũ eũ popoſciſſet: Minerua grauiter offenſa eſt auaricia eius: ob quã ciſtulã etiã traditã ſororibus eius cuſtodiendã aduerſum ſuũ prædictũ appuiſſet Inuidiæ nouiſſime impauit: & eam ſorori herſe exacerbauit: diuq; cruciatã ſaxo mutauit.

Hinc ſe ſuſtulerat paribus caduciſer alis:
Manichioſque uolans agros: gratamque mineruæ
Deſpiciebat humum. cultique arbuſta lycæi.
Illa forte die caſtæ de more puellæ
Vertice ſuppoſite feſtas in palladis arces
Pura coronatis portabant ſacra caniſtris.
Inde reuertentes deus aſpicit ales: iterque
Non agit in rectum. ſed in orbem curuat eundem:
Vt uolucris uiſis rapidiſſima miluius extis
Dum timet: & denſi circunſtant ſacra miniſtri:
Flectitur in gyrum: nec longius audet abire:
Spemque ſuam motis auidus circunuolat alis.
Sic ſuper attæas agilis cyllenius arces
Inclinat curſus: & eaſdem circinat auras.
Quanto ſplendidior q̃ cetera ſidera fulget
Lucifer: & quanto q̃ lucifer aurea phœbe:
Tanto uirginibus præſtantior omnibus herſe
Ibat: eratque decus pompæ: comitumque ſuarum.
Obſtupuit forma ioue natus: & æthere pendens
Non ſecus exarſit: quam cum balearica plumbum
Funda iacit. uolat illud: & incandeſcit eundo:
Et quos non habuit ſub nubibus inuenit ignes.
Vertit iter: cœloque petit diuerſa relicto:
Nec ſe diſſimulat: tanta eſt fiducia formæ:
Quæ quanquam iuſta eſt: cura tamen adiuuat illam:
Permulcetque comas: chlamydemque ut pendeat apte
Collocat: ut limbus: totumque appareat aurum:
Vt teres in dextra: qua ſomnos ducit: & arcet
Virga ſit: ut terſis niteant talaria plantis.
Pars ſecreta domus ebore: & teſtudine cultos
Tres habuit thalamos: quorum tu pandroſe dextrum:
Aglauros læuum: medium poſſederat herſe.
Quæ tenuit leuum uenientem prima notauit
Mercurium: nomenque dei ſcitarier auſa eſt:
Et cauſam aduentus: cui ſic reſpondit atlantis:
Pleioneſque nepos. ego ſum qui iuſſa per auras
Verba patris porto. pater eſt mihi iuppiter ipſe:
Nec fingam cauſas: tu tantum fida ſorori
Eſſe uelis: proliſque meæ matertera dici.
Herſe cauſa uiæ eſt faueas oramus amanti.
Aſpicit hunc oculis iiſdem: quibus abdita nuper
Viderat aglauros flauæ ſecreta mineruæ:
Proque miniſterio magni ſibi ponderis aurum
Poſtulat: interea tectis excedere cogit:
Vertit ad hanc torui dea bellica luminis orbes:
Et tanto penitus traxit ſuſpiria motu:
Vt pariter pectus: poſitamque in pectore forti
Aegida concuteret. ſubit hanc arcana prophana
Detexiſſe manu: tum cum ſine matre creatam

Lemniacam ſtirpem contra data fœdera uidit.
Ingratamque deo ſore iam ingratamque ſorori:
Et ditem ſumpto quod auara popoſcerat auro.
Protinus inuidiæ nigro ſquallentia tabo
Tecta petit:domus eſt imis in uallibus antri
Abdita:ſole carens:non ulli peruia uento:
Triſtis:& ignaui pleniſſima frigoris:& quæ
Igne uacet ſemper:caligine ſemper abundet:
Huc ubi peruenit bello metuenda uirago:
Conſtitit ante domum:neque enim ſuccedere tectis
Fas habet:& poſtes extrema cuſpide pulſat.
Concuſſæ patuere fores.uidet intus edentem
Vipereas carnes uitiorum alimenta ſuorum:
Inuidiam:uiſaque oculos auertit:at illa
Surgit humo pigre:ſemeſſarumque relinquit
Corpora ſerpentum:paſſuque incedit inerti.
Vtque deam uidit:formaque armiſque decoram:
Ingemuit:uultumque deæ ad ſuſpiria duxit.
Pallor in ore ſedet:macies in corpore toto:
Nuſquam recta acies:liuent rubigine dentes:
Pectora felle uirent:lingua eſt ſuffuſa ueneno:
Riſus abeſt:niſi quem uiſi fecere dolores:
Nec fruitur ſomno uigilantibus excita curis:
Sed uidet ingratos:intabeſitque uidendo
Succeſſus hominum:carpitque:& carpitur una:
Suppliciumque ſuum eſt:quamuis tamen oderit illam:
Talibus affata eſt breuiter tritonia dictis.
Infice tabe tua natarum cecropis unam:
Sic opus eſt:aglauros ea:eſt:haud plura locuta
Fugit:& impreſſa tellurem reppulit haſta.
Illa deam obliquo fugientem lumine cernens
Murmura parua dedit:ſucceſſorumque mineruæ
Indoluit:baculumque capit:quem ſpinea totum
Vincula cingebant:adopertaque nubibus atris
Quacunque ingreditur florentia proterit arua:
Exuritque herbas:& ſumma papauera carpit
Afflatuque ſuo populos:urbeſque:domoſque
Polluit:& tandem tritonida conſpicit arcem
Ingeniis:opibuſque:& feſta pace nitentem.
Vixque tenet lachrymas:quia mi lachrymabile cernit
Sed poſtquam thalamos intrauit Cecrope natæ:
Iuſſa facit:pectuſque manu ferrugine tincta
Tangit:& hamatis præcordia ſentibus implet:
Inſpiratque nocens uirus:piceumque per oſſa
Diffipat:& medio ſpargit pulmone uenenum.
Neue mali cauſæ ſpatium per latius errent:
Germanam ante oculos:fortunatumque ſororis
Coniugium:pulchraque deum ſub imagine ponit:
Cunctaque magna facit:quibus irritata dolore
Cecropis occulto mordetur:& anxia nocte:
Anxia luce gemit:lentaque miſerrima tabe
Liquitur:ut glacies incerto ſaucia ſole.
Fœliciſque bonis aliter non uritur herſes:
Quam cum ſpinoſis ignis ſupponitur hærbis:
Quæ neque dant flammas:lenique tepore cremantur.
Sæpe mori uoluit:ne quicquam tale uideret:
Sæpe uelut crimen rigido narrare parenti:
Denique in aduerſo uenientem limine ſedit
Excluſura deum:cui blandimenta preceſque
Verbaque iactanti:mitiſſima deſine:dixit.
Hinc ego me non ſum niſi te motura repulſo.
Stemus ait pacto uelox cyllenius iſto:
Cælataſque fores uirga patefecit:at illi
Surgere conanti partes quacunque ſedendo
Flectitur:ignaua nequeunt:grauitate moueri.

Illa quidem

Illa quidem pugnat recto se attollere trunco
Sed genuum iunctura riget: frigusque per ungues
Labitur: & pallent amisso sanguine uenæ.
Vtque malum late solet immedicabile cancer
Serpere: & illæsas uitiatis addere partes:
Sic lethalis hyems paulatim in pectora uenit:
Vitalesque uias: & respiramina clausit:
Nec conata loqui est: nec si conata fuisset:
Vocis habebat iter saxum iam colla tenebat:
Oraque deruerant: signumque exangue sedebat:
Nec lapis albus erat: sua mens infecerat illam. Fa. xiii.
Cum Mercurius iussu patris in phœnicē transgressus esset: ut arméta illius regionis ad littus cōpelleret: Iuppiter in tauū cō uersus é. Cū se iuuēcis Agenoris regis imiscuisset: & i amorem sui spaciantes i harena uirgines cōsistere coegisset: ac paulatim singulas alludens nouissime Europā agenoris filiā: cuius amore compulsus auerterat figuram: Insidentem sibi tergo p mare i īsulā Cretā detulit: ibiq; cōcubitu eius fructus é.
Has ubi uerborum pœnas: mentisque prophanæ
Cepit atlantiades: dictas a pallade terras
Linquit: & ingreditur iactatis æthera pennis.
Seuocat hunc genitor: nec causam fassus amoris:
Fide minister ait iussorum nate meorum
Pelle moram: solitoque celer delabere cursu.
Quæque tuam matrem tellus a parte sinistra
Suspicit: indigenæ sidonida nomine dicunt:
Hanc pete: quodq; procul montano gramine pasci
Armentum regale uides: ad littora uerte:
Dixit. & expulsi iandudum monte iuuenci
Littera iussa petunt: ubi magni filia regis
Ludere uirginibus tyriis comitata solebat.
Non bene conueniunt: nec in una sede morantur
Maiestas & amor: sceptri grauitate relicta
Ille pater rectorque deum: cui dextra trisulcis
Ignibus armata est: qui nutu concutit orbem:
Induitur faciem tauri mixtusque iuuencis
Mugit: & in teneris formosus obambulat herbis:
Quippe color niuis est: quam nec uestigia duri
Calcauere pedis: nec soluit aquaticus auster:
Colla toris extant: armis palearia pendent.
Cornua parua quidem: sed quæ contendere posses
Facta manu: puraque magis perlucida gemma.
Nullæ in fronte minæ: nec formidabile lumen:
Pacem uultus habet: miratur agenore nata
Quod tam formosus: quod prælia nulla minetur.
Sed quamuis mitem metuit contingere primo:
Mox adit: & flores ad candida porrigit ora:
Gaudet amans: & dum ueniat sperata uoluptas:
Oscula dat manibus: uix ah uix cætera differt:
Et nunc alludit: uiridique exultat in hærba:
Nunc latus in fuluis niueum deponit harenis.
Paulatimque metu dempto modo pectora præbet
Virginea palpanda manu: modo cornua sertis
Impedienda nouis. ausa est quoque regia uirgo
Nescia quem premeret: tergo considere tauri.
Tum deus a terra: siccoque a littore sensim
Falsa pedum primo uestigia ponit in undis.
Inde abit ulterius: mediique per æquora ponti
Fert prædam: pauet hæc: littusque ablata relictum
Respicit: & dextra cornu tenet: altera dorso
Imposita est: tremulæ sinuantur flamine uestes.

Liber tertius.

i. Dentes draconis in homines
ii. Actæon Aristæi & Autonoes filius in ceruum
iii. Iuno saturni & opis filia in anum.

iiii. Tiresia Seueri filius in fœminam
v. Item in uirum augurem.
vi. Echo iunonis filia in uocem.
vii. Narcisus Ephesii & Lyriopes filius i floré sui nois.
viii. Liber pater Semeles & Iouis filius in Acœtem.
ix. Idemque liber pater in puerum.
x. Tyrrheni nautæ in naues & in delphinos:
xi. Pentheus Echionis filius dilaceratus. Fa. .i.

Agenor rapta Europa fratres eius ad reqrédá sororé dimisit: ita ut nisi eá reppissent: ad se ne reuerterent: impat. Cilix diuersas petit regiones nouissime constituit Ciliciá. Nec minus Phœnix a nomie phœnicé: Cadmus uero despata spe uisendi parétis Apollinis oraculú igredit scisciás i qbus ptibus orbis cósisteret accepta itaq; sorte ut uaccá a grege secretá: quæ lunæ signú in latere haberet ageret. & ubi fessa pcubuisset ibi statueret urbé. parens præcepto in eam terrá deuenit: quæ postea a boue boetia est dicta. Hic cú ad fontem Martis socios aquatum misisset: & cú etiá ipe illuc iuisset ut uidit a dracoe socios cósumptos: serpété iterfecit: & détes eius Mineruæ móitu humo sparsit. ex qbus armatorú multitudo pgignit: quæ iter se domestico bello confligit. ita ut ex ea quinq; relinquerent: qui Mineruæ uolútate creádi populi q thebis cósiderét: principes essent: quoz noia hæc pdunt fuisse. Ethió: Ideus: Chromius: Pelorus: Hyppere nó Cadmo socii códé dæ urbis additi sunt.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEOS LIBER TERTIVS.

NAmque deus posita fallacis imagine tauri
Se confessus erat: dictæaque rura tenebat:
Cum pater ignarus raptam perquirere cadmo
Imperat: & pœnam si non inuenerit: addit
Exilium: facto pius & sceleratus eodem:
Orbe pererrato: quis enim deprehendere posset
Furta iouis? profugus patriamque iramque parentis
Vitat agenorides: phœbique oracula supplex
Consulit & quæ sit tellus habitanda requirit.
Bos tibi phœbus ait solis occurret in aruis
Nullum passa iugum: curuique immunis aratri.
Hac duce carpe uias: & qua requieuerit herba
Mœnia fac condas: boetiaque illa uocato.
Vix bene castalio cadmus descenderat antro:
Incustoditam lente uidet ire iuuencam
Nullum seruitii signum ceruice gerentem:
Subsequitur: pressoque legit uestigia gressu:
Auctoremque uiæ phœbum taciturnus adorat:
Iam uada cephisi: panopesque euaserat arua:
Bos stetit: & tollens speciosam cornibus altis
Ad cœlum frontem: mugitibus impulit auras.
Atque ita respiciens comites sua terga sequentes
Procubuit: teneraque latus submisit in herba.
Cadmus agit grates: peregrinæque oscula terræ
Figit & ignotos montes: agrosque salutat.
Sacra ioui facturus erat: iubet ire ministros:
Et petere e uiuis libandas fontibus undas.
Silua uetus stabat nulla uiolata securi:
Et spectus in medio uirgis ac uimine densus
Efficiens humilem lapidum compagibus arcum:
Vberibus fœcundus aquis: ubi conditus antro
Martius anguis erat cristis præsignis & auro.
Igne micant oculi: corpus tumet omne ueneno:
Tresque micant linguæ: triplici stant ordine dentes.
Quem postquam tyria lucum de gente profecti
In fausto tetigere gradu: demissaque in undas
Vma dedit sonitum: longum caput extulit antro
Cæruleus serpens: horrendaque sibila misit.
Effluxere undæ manibus: sanguisque reliquit

Corpus: &

Corpus:& attonitos ſubitus tremor occupat artus.
Illæ uolubilibus ſquamoſos nexibus orbes
Torquet:& immenſo ſaltu ſinuatur in arcus.
At media plus parte leues erectus in auras
Deſpicit omne nemus:tantoque eſt corpore:quanto
Si totum ſpectes geminas qui ſeparat arctos.
Nec mora phœnices:ſiue illi tela parabant:
Siue fugam:ſiue ipſe timor prohibebat utrunque:
Occupat hos morſu:longis complexibus illos:
Hos necat afflatu:funeſta hos tabe ueneni.
Fecerat exiguas iam ſol altiſſimus umbras;
Quæ mora ſit ſociis miratur Agenore natus.
Veſtigatque uiros:tegmen direpta leonis
Pellis erat;telum ſplendenti lancea ferro.
Et iaculum:teloque animus præſtantior omni.
Vt nemus intrauit lethatæq; corpora uidit:
Victoremque ſupra ſpacioſi corporis hoſtem:
Triſtia ſanguinea lambentem uulnera lingua:
Aut ultor ueſtræ fidiſſima corpora mortis:
Aut comes inquit ero:dixit:dextraque molarem
Suſtulit:& magnum magno conamine miſit.
Illius impulſu cum turribus ardua celſis
Mœnia mota forent:ſerpens ſine uulnere manſit:
Loricæque modo ſquamis defenſus:& atræ
Duricia pellis ualidos cute reppulit ictus.
At non duricia iaculum quoque uicit eadem:
Quod medio lentæ ſpinæ curuamine fixum
Conſtitit:& totum deſcendit in ilia ferrum.
Ille dolore ferox caput in ſua terga retorſit:
Vulneraque aſpexit:fixumque haſtile momordit.
Idque ubi ui multa partem labefecit in omnem:
Vix tergo eripuit:ferrum tamen oſſibus hæſit.
Tum uero poſtquam ſolitas accеſſit ad iras
Cauſa recens:plenis tumuerunt guttura uenis:
Spumaque peſtiferos circunfluit albida rictus:
Terraque raſa ſonat;ſquamis quique halitus exit:
Ore niger ſtygio uitiatas inficit herbas.
Ipſe modo immenſum ſpiris fatientibus orbem
Cingitur:interdum longa trabe rectior extat.
Impete nunc uasto ceu concitus imbribus amnis
Fertur:& obſtantes perfubat pectore ſiluas.
Cedit agenorides paulum:ſpolioque leonis
Suſtinet incurſus:inſtantiaque ora retardat
Cuſpide prætenta:furit ille:& mania duro
Vulnera dat ferro:figitque in acumine dentes.
Iamque uenenifero ſanguis manare palato
Cœperat:& uirides aſpergine tinxerat herbas:
Sed leue uulnus erat:quia ſe retrahebat ab ictu;
Læſaque colla dabat retro plagamque ſequebat
Cedendo arcebat:nec longius ire ſinebat:
Donec agenorides coniectum in gutture ferrum
Vſque ſequens preſſit:dum retro quercus euntі
Obſtitit:& fixa eſt pariter cum robore ceruix:
Pondere ſerpentis curuata eſt arbor:& imæ
Parte flagellari gemuit ſua robora caudæ.
Dum ſpacium uictor uicti conſiderat hoſtis.
Vox ſubito audita eſt:neq; erat cognoſcere promptum
Vnde:ſed audita eſt:quid agenore nate peremptum
Serpentem ſpectas:& tu ſpectabere ſerpens
Ille diu pauidus pariter cum uoce colorem
Perdiderat:gelidoque comæ terrore rigebant:
Ecce uiri fautrix ſuperas delapſa per auras
Pallas adeſt:motæque iubet ſupponere terræ
Vipereos dentes populi incrementa futuri.
Paret:& impreſſo ſulcum patefecit aratro:

Spargit humi iussos mortalia semina dentes:
Inde fide maius glebæ cœpere moueri:
Primaque de sulcis acies apparuit hastæ
Tegmina mox capitum picto nutantia cono:
Mox humeri pectusque:onerataque brachia telis
Existunt:crescitque seges clypeata uirorum.
Sic ubi tolluntur festis aulæa theatris
Surgere signa solent:primumque ostendere uultus:
Cætera paulatim:placidoque educta tenore
Tota patent:imoque pedes in margine ponunt.
Territus hoste nouo cadmus capere arma parabat:
Ne cape de populo:quem terra creauerat:unus
Exclamat:nec te ciuilibus insere bellis:
Atque ita terrigenis rigido de fratribus unum
Cominus ense ferit.iaculo cadit eminus ipse.
Hic quoque qui dederat letho:non longius illo
Viuit:& expirat modo.quas acceperat auras.
Exemploque pari furit omnis turba:suoque
Marte cadunt subiti per mutua uulnera fratres.
Iamq; breuis uitæ spatium fortuna iuuentus
Sanguineam tepido plangebat pectore matrem:
Quinque superstitibus.quorum fuit unus echion.
Is sua iecit humi monitu tritonidis arma:
Fraternæque fidem pacis petiitque deditque:
Hos operis comites habuit sidonius hospes:
Cum posuit iussam phœbeis sortibus urbem.

Fabula Secunda.

Diana cũ i ualle Gargaphie æstiuo tpe fatigata exassidua uẽa
tione se ad fontẽ plueret: Acteõ Aristæi & autonoes filius eun
dẽ locũ petens ad refrigerãdũ se & canes quos exercuerat: fe
ras pseqns i cõspectu deæ icidit. Qui ne eloq posset habitus
eius: iceruũ ab ea cõuersus ẽ: ita ut p fera laceratus a suis cani
bus sit.

Iam stabant thebæ:poteras iam cadme uideri
Exilio fœlix:soceri tibi marsque uenusque
Contigerant:huc adde genus de coniuge tanta:
Tot natos:nataque:& pignora chara nepotes:
Hos quoque iam iuuenes:sed scilicet ultima semper
Expectanda dies homini est:dicique beatus
Ante obitum nemo:supremaque funera debet.
Prima nepos inter tot res tibi cadme secundas
Causa fuit luctus:alienaque cornua fronti
Addita:uosque canes satiati sanguine herili.
At:bene si quæras:fortunæ crimen in illo:
Non scelus inuenies:quod enim scelus error habebat?
Mons erat infectus uariarum cæde ferarum:
Iamque dies medius rerum contraxerat umbras:
Et sol ex æquo.meta distabat utraque:
Cum iuuenis placido per deuia lustra uagantes
Participes operum compellat hiantius ore.
Lina madent comites:ferrumque cruore ferarum:
Fortunamque diesq habuit satis:altera lucem
Cum croceis inuecta rotis:aurora reducet:
Propositum repetemus opus.nunc phœbus utraque
Distat idem terra:finditque uaporibus arua.
Sistite opus præsens:nodosaque tollite lina:
Iussa uiri faciunt intermittuntque laborem:
Vallis erat piceis:& acuta densa cupressu
Nomine gargaphie succincte sacra dianæ:
Cuius in extremo est antrum nemorale recessu:
Arte laboratum nulla:simulauerat artem
Ingenio natura suo:nam pumice uiuo:
Et leuibus tophis natiuum duxerat arcum.
Fons sonat a dextra tenui perlucidus unda:
Margine gramineo patulos succinctus hiatus:
Hic dea siluarum uenatu fessa solebat

Virgineos artus

Virgineos artus liquido perfundere rore.
Quo postquam subiit:nympharum tradidit uni
Armigeræ iaculum:pharetramque:arcusque retentos:
Altera depositæ subiecit brachia pallæ:
Vincla duæ pedibus demunt:nam doctior illis
Ismenis crocale sparsos per colla capillos
Colligit in nodum:quanuis erat ipsa solutis.
Excipiunt laticem nymphæque hialeque thanisque:
Et psecas:& phiale:funduntque capacibus urnis:
Dumque ibi perluitur solita titania lympha:
Ecce nepos cadmi dilata parte laborum
Per nemus ignotum non certis passibus errans
Peruenit in lucum:sic illum fata ferebant:
Qui simul intrauit rorantia fontibus antra
Sicut erant nudæ uiso sua pectora nymphæ
Percussere uiro:subitisque ululatibus omne
Impleuere nemus:circumfusæque dianam
Corporibus texere suis:tamen altior illis
Ipsa dea est:colloque tenus supereminet omnes:
Qui color infectis aduersi solis ab ictu
Nubibus esse solet:aut purpureæ auroræ:
Is fuit in uultu uisæ sine ueste dianæ:
Quæ quanquam comitum turba est stipata:suarum
In latus obliquum tamen astitit:oraque retro
Flexit:& ut uellet promptas habuisse sagittas:
Quos habuit sic hausit aquas:uultumque uirilem
Perfudit:spargensque comas ultricibus undis:
Addidit hæc cladis prænuncia uerba futuræ.
Nunc tibi me posito uisam uelamine narres:
Si poteris narrare licet:nec plura minata
Dat sparso capiti uiuacis cornua cerui.
Dat spacium collo:summasque cacuminat aures:
Cum pedibusque manus:cum longis brachia mutat
Cruribus:& uelat maculoso uellere corpus.
Additus & pauor est:fugit auroncius heros:
Et se tam celerem cursu miratur in ipso.
Vt uero uultus:& cornua uidit in unda:
Me miserum dicturus erat:uox nulla secuta est:
Ingemuit:uox illa fuit:lachrymæque per ora
Non sua fluxerunt:mens tantum pristina mansit.
Quid faciat:repetat ne domum:& regalia tecta:
An lateat siluis:pudor hoc:timor impedit illud.
Dum dubitat uidere canes:primusque melampus:
Ichnobatesque sagax latratu signa dederunt.
Gnosius ichnobates:spartana gente melampus.
Inde ruunt alii rapida uelocius aura
Pamphagus:& dorceus:& oribasus:arcades omnes
Nebrophonosque ualens:& trux cum lælape theron:
Et pedibus plerelas:& naribus utilis agre:
Hyleusque ferox nuper percussus ab apro:
Deque lupo concepta nape:pecudesque secuta
Pœmenis:& natis comitata harpya duobus:
Et substricta gerens sicyonius ilia ladon:
Et dromas:& canace:ticlæque:& tigris & alce
Et niueis leucon:& uillis asbolus atris:
Prævalidusque lacon:& cursu fortis aello:
Et thous:& cyprio uelox cum fratre lycisse.
Et nigram medio frontem distinctus ab albo
Harpalos & melaneus:hirsutaque corpore lachne.
Et patre dictæo:sed matre laconide nati
Labros:& agrodos:& acutæ uocis hylactor.
Quosque referre mora est:ea turba cupidine prædæ
Per rupes:scopulosque:adituque carentia saxa:
Quaque est difficilis:quaque est uia nulla:sequuntur.
Ille fugit:perque fuerat loca sæpe secutus:

Heu famulos fugit ille ſuos:clamare libebat
Actæon ego ſum:dominum cognoſcite ueſtrum:
Verba animo deſunt:reſonat latratibus æther
Prima melanchetes in tergo uulnera fecit.
Proxima theridamas:oreſitrophus hæſit in armo.
Tardius exierant:ſed per compendia montis
Præcipitata uia eſt:dominum retinentibus illis
Cætera turba coit:confertque in corpore dentes.
Iam loca uulneribus deſunt:gemit ille:ſonumque
Et ſi non hominis:quem non tamen edere poſſit
Ceruus habet:mœſtiſque replet iuga nota querelis:
Et genibus pronis ſupplex:ſimiliſque roganti
Circunfert tacitos tanquam ſua brachia uultus.
At comites rapidum ſolitis hortatibus agmen
Ignari inſtigant:oculiſque actæona quærunt:
Et uelut abſentem certatim actæona clamant.
Ad nomen caput ille refert:& abeſſe queruntur:
Nec capere oblatæ ſegnem ſpectacula prædæ.
Vellet abeſſe quidem:ſed adeſt:uelletque uidere:
Non etiam ſentire canum fera facta ſuorum.
Vndique circunſtant:merſiſque in corpore roſtris:
Dilacerant falſi dominum ſub imagine cerui.
Nec niſi finita per plurima uulnera uita:
Ira pharetratæ fertur ſaciata dianæ.

Fabula Tertia.

Iuno ſuſpecta Semelę Cadmi:&Hermiõe filiã cũ hęret:q cũ
Ioue cõcubuiſſet:ĩ anũ cõuerſa ẽ:ut ſe fallacia ſiue iuuidia cu-
iuſq ulciſceretur:ad eã uenit:pſuadetque ei:ne alio Ioué ap-
paratu recipiat ad cubile:q ſolitus ſit apparere Iunõi. Quo ut
illius auctoritas grauis proinde ipſius cõcubitus iſignis eſſet.
Quod cum impetraſſet a cupiẽte deus inſtructus toĩtribus ac
fulminibus domũ Semeles igreſſus ẽ:tecta eius deceptæ opta
tis flãmis adurit:liberũq; cõceptũ utero grauidæ icẽdio eripit
ac femoꝛ iſuit ſuo:poſtea cõpletis mẽſibus nymphas quæ Ny
ſam montem indiæ pfrequentarent:iã tradidit nutriendum.
Rumor in ambiguo eſt:aliis uiolentior æquo
Viſa dea eſt:alii laudant:dignamque ſeuera
Virginitate uocant:pars inuenit utraque cauſas:
Sola iouis coniunx non tam culpet:ne probet ne
Eloquitur:q clade dom us ab agenore ductæ,
Gaudet:& a tyria collectum pellice tranſfert
In generis ſocios odium:ſubit ecce priori
Cauſa recens:grauidamque dolet de ſemine magni
Eſſe iouis ſemelen:tum linguam ad iurgia ſoluit.
Profeci quid enim totiens per iurgia dixit:
Ipſa petenda mihi eſt:ipſam ſi maxima iuno
Rite uocor perdam:ſi me gemmantia dextra
Sceptra tenere decet:ſi ſũm regina:iouiſque:
Et ſoror & coniunx:certe ſoror:at puto furto eſt
Cõtenta:& thalami breuis eſt iniuria noſtri:
Concipit:id deerat:manifeſtaque crimina pleno
Fert utero:& mater:quod uix mihi contigit uni
De ioue uult fieri:tanta eſt fiducia formæ:
Fallat eam ſaxo.nec ſum ſaturnia:ſi non
A ioue merſa ſuo ſtygias penetrauit ad undas.
Surgit ab his ſolio:fuluaque recondita nube
Limen adit ſemeles:nec nubes:ante remouit:
Quam ſimulauit anum:poſuitque ad tempora canos:
Sulcauitque cutem rugis:& curua trementi
Membra tulit greſſu:uocem quoque fecit anilem.
Ipſaque erat beroe ſemeles epidaurĩa nutrix.
Ergo ubi captato ſermone:diuque loquendo
Ad nomen uenere iouis:ſuſpirat:& opto
Iuppiter ut ſit ait:metuo tamen omnia:multi
Nomine diuorum thalamos iniere pudicos:

Non tamen

Non tamen esse iouem satis est: det pignus amoris:
Si modo uerus is est quantus & qualis ab alta
Iunone excipitur: tantus talisque rogato
Det tibi complexus: suaque ante insignia sumat.
Talibus ignaram luno cadmeida dictis
Formarat: rogat illa iouem sine nomine munus.
Cui deus elige ait: nullam patiere repulsam.
Quoque magis credas: stygii quoque conscia sunto
Numina torrentis: timor & deus ille deorum est.
Læta malo: nimiumque potens: perituraque amantis.
Obsequio semele qualem saturnia dixit
Te solet amplecti: ueneris cum fœdus initis:
Da mihi te talem: uoluit deus ora loquentis
Opprimere: exierat iam uox properata sub auras:
Ingemuit: neque enim non hæc optasse: nec ille
Non iurasse potest. ergo mœstissimus altum
Aethera conscendit: uultuque sequentia traxit
Nubila: quis nimbos: immixtaque fulgura uentis
Addidit: & tonitrus: & inevitabile fulmen:
Qua tamen usque potest uires sibi demere temptat.
Nec quo centimanum delecerat igne typhœa:
Nunc armatur eo: minimum feritatis in illo est:
Est aliud leuius fulmen: cui dextra cyclopum
Sæuitiæ: flammæque minus: minus addidit iræ:
Tela secunda uocant superi: capit illa: domumque
Intrat agenoream: corpus mortale tumultus
Non tulit æthereos: donisque iugalibus arsit.
Imperfectus adhuc infans genitricis ab aluo
Eripitur: patrioque tener: si credere dignum est:
Insuitur femori: maternaque tempora complet:
Furtim illum primis ino matertera cunis
Educat inde datum nymphæ nisceides antris
Occuluere suis: lactisq; alimenta dedere. Fo. .iiii.
Iuppiter cum iunone iocosius omissis oibus iurgiis referens in
coniunctione maiorem capere fœminas q̃ uiro uoluptatẽ: Ti
resiã iudicẽ adeundũ cẽsuit: q utranq; naturã maris ac fœmi
næ fuerat exptus. Nã quodã tẽpore cũ serpẽtes cõcubitu hærẽ
tes baculo pcussisset: in mulierẽ uersus fuerat. ac rursus pro-
ximo uere eadem usus ratiõe: ac tactu in uirum cesserat. Qui
cum Iouis sentẽtiam tutatus esset: damnata iuno lusũ in iracũ
diã uertit: ac Tiresiã luminibus orbauit: Pro qua iniuria: qd
maius eẽt: iuppiter futurorum ei scientiam tribuit.
Dumque ea per terras fatali lege geruntur:
Tutaque bis geniti sunt incunabula bacchi.
Forte iouem memorant diffusum nectare curas
Seposuisse graues: uacuaque agitasse remissos
Cum iunone iocos: & maior uestra profecto est:
Quam quæ contingit maribus dixisse uoluptas.
Illa negat: placuit quæ sit sententia docti
Quærere tiresiæ: uenus huic erat utraque nota:
Nam duo magnorum uiridi coeuntia silua
Corpora serpentum baculi uiolauerat ictu:
Deque uiro factus mirabile: fœmina septem
Egerat autumnos: octauo rursus eosdem
Vidit: & est uestræ si tanta potentia plagæ
Dixit ut auctoris sortem in contraria mutet:
Nunc quoque uos feriam: percussis anguibus iisdem
Forma prior redit: genitiuaque uenit imago.
Arbiter hic igitur sumptus de lite iocosa
Dicta iouis firmat grauius saturnia iusto:
Nec pro materia fertur doluisse: suique
Iudicis æterna damnauit lumina nocte.
At pater omnipotens: neque enim licet irrita cuiquam
Facta dei fecisse deo: pro lumine adempto
Scire futura dedit: pœnamque leuauit honore.

Fabula Quinta.

Liriope nympha ex ãne cephiſo pcreauit narciſũ: cui Tireſia
Seueri filius oia pſpera reſpõſo pollicitus é: ſi pulchritudinis
ſuæ nullã habuiſſet notitiã. Hũc igĩ Echo cũ diligeret: neque
ullã uiã potiũdi iuẽiret: cura & ſollicitudine iuuenis: quẽ ex
tremis uocibus pſeq̃bat fugiẽtẽ: extabuit: Eiuſque reliqæ cor
poris ĩ lapidẽ cõuerſæ ſũt. Quod ei icidit Iunõis ira qa garru
litate ſua eã ſæpe eẽt morata ne Iuppiter in mõtibus pſequens
nymphas manifeſto depræhendi poſſet: Fertur Echo filia Iu-
nonis ob deformitatem montibus recondita: neque eius præ-
ter uocem inſpici poſſe: quæ tamen poſt obitum auditur.

Ille per aonias fama celeberrimus urbes
Irreprehenſa dabat populo reſponſa petenti:
Prima fidem: uociſque datæ temptamina ſumpſit
Cærula Liriope: quam quondam flumine curuo
Implicuit: clauſæque ſuis cephiſus in undis
Vim tulit: enixa eſt utero pulcherrima pleno
Infantem nymphe iam tunc qui poſſet amari.
Narciſumque uocat: de quo conſultus: an eſſet
Tempora maturæ uiſurus longa ſenectæ
Fatidicus uates: ſi Te non nouerit inquit.
Vana diu uiſa eſt uox: auguris: exitus illam
Reſque probat: lethique genus: nouitaſque furoris:
Nam quater ad quinos unum cephiſius annos
Addiderat: poteratque puer: iuueniſque uideri.
Multi illum iuuenes: multæ cupiere puellæ.
Sed fuit in tenera tam dura ſuperbia forma:
Nulli illum iuuenes: nullæ tetigere puellæ.
Aſpicit hunc trepidos agitantem in retia ceruos
Vocalis nymphe: quæ nec reticere loquenti
Nec prior ipſa loqui didicit reſonabilis echo.
Corpus adhuc echo: non uox erat: & tamen uſum
Garrula non alium quam nunc habet oris habebat:
Reddere de multis ut uerba nouiſſima poſſet:
Fecerat hoc iuno: quia cum deprehendere poſſet
Sub ioue ſæpe ſuo nymphas in monte iacentes:
Illa deam longo prudens ſermone tenebat:
Dum fugerent nymphæ. poſtquam ſaturnia ſenſit:
Huius ait linguæ: qua ſum deluſa: poteſtas
Parua tibi dabitur: uociſque breuiſſimus uſus:
Reque minas firmat. tamen hæc in fine loquendi
Ingeminat uoces: auditaque uerba reportat.
Ergo ubi narciſum per deuia rura uagantem
Vidit & incaluit ſequitur ueſtigia furtim:
Quoque magis ſequitur: flamma propiore caleſcit.
Non aliter quam cum ſummis circumlita tædis
Admotas rapiunt uiuacia ſulphura flammas.
O quotiens uoluit blandis accedere dictis:
Et moles adhibere preces: natura repugnat:
Nec ſinit: incipiat. Sed quod ſinit illa parata eſt
Expectare ſonos: ad quos ſua uerba remittat.
Forte puer comitum ſeductus ab agmine fido
Dixerat: hic quis adeſt? & adeſt reſponderat echo.
Hic ſtupet: atque aciem partes demiſit in omnes.
Voce ueni magna clamat: uocat illa uocantem:
Reſpicit & rurſus nullo ueniente: quid inquit
Me fugis? & totidem quot dixit uerba recepit.
Præſtat: & alternæ deceptus imagine uocis:
Huc coeamus ait: nullique libentius unquam
Reſponſura ſono coeamus rettulit echo.
Et uerbis fauet ipſa ſuis: egreſſaque ſilua
Ibat: ut iniiceret ſperato brachia collo.
Ille fugit: fugienſque manus complexibus auſert.
Ante ait emoriar: quam ſit tibi copia noſtri.
Rettulit illa nihil: niſi: ſit tibi copia noſtri.

Spreta latet

Spreta latet ſiluis:pudibundaque frondibus ora
Protegit:& ſolis ex illo uiuit in antris:
Sed tamen hæret amor:creſcitque dolore repulſæ:
Et tenuant uigiles corpus miſerabile curæ:
Adducitque cutem macies:& in aera ſuccus
Corporis omnis abit.uox tantum atque oſſa ſuperſunt.
Vox manet;oſſa ferunt lapidis traxiſſe figuram.
Inde latet ſiluis:nulloque i mõte uidetur:
Omnibus auditur:ſonus ẽ q uiuit i illa. Fa. .vi.
Narciſũ tũc ſupradcũm obnimiã crudlitatẽ quã i echo exhi
buerat:Nemeſis ultrix faſtidiẽtiũ i amorẽ ſui ipulit:ut ñ mi
nore fiãma ille exureret.Qui cũ ex aſſidua uẽatiõe fatigatus
ſecundum fontẽ i opaco ,pcubuiſſet:& hauriẽs aquam imagi
nem ſui cõſpexiſſet:& diutius ibi remoraretur:nouiſſime ta
buit:ita ut uita priuaret:ex cuius ſliqis flos extitit:quẽ Naia-
des nymphæ flẽtes caſũ fratrisnarciſi nom̃ eius adnotauerũt.
Sic hanc:ſic alias undis aut montibus ortas
Luſerat hic nymphas:ſic cœtus abtẽ uiriles:
Inde manus aliquis deſpectus ad æthera tollens;
Sic amet ipſe licet:ſic non potiatur amato.
Dixerat:aſſenſit precibus rhamnuſia iuſtis.
Fons erat illimis nitidis argenteus undis:
Quem neque paſtores:neque paſtæ monte capellæ
Contigerant:aliud ue pecus;quem nulla uolucris:
Nec fera turbarat;nec lapſus ab arbore ramus.
Gramen erat circa:quod proximus humor alebat.
Siluaque ſole locum paſſura tepeſcere nullo.
Hic puer & ſtudio uenandi laſſus:& æſtu
Procubuit:faciemque loci;fontemque ſecutus.
Dumque ſitim ſedare cupit:ſitis altera creuit:
Dumque bibit:uiſæ correptus imagine formæ
Spem ſine corpore amat;corpus putat eſſe quod umbra ẽ:
Ac ſtupet ipſe ſibi:nultuque immotus eodem
Hæret:ut e pario formatum marmore ſignum:
Spectat humi poſitus geminum ceu lumina ſydus:
Et dignos bacchõ digitos:& apolline crines:
Impubeſque genas:& eburnea colla;decuſque
Oris:& in niueo mixtum candore ruborem.
Cunctaque miratur;quibus eſt mirabilis ipſe.
Se cupit imprudens:& qui probat;ipſe probatur.
Dumque petit;petitur;pariterque accendit:& ardet.
Irrita fallaci quotiens dedit oſcula fonti:
In medias quotiens uiſum captantia collum
Brachia merſit aquis:nec ſe deprehendit in illis.
Quid uideat:neſcit:ſed quod uidet;uritur illõ:
Atque oculos idem qui decipit incitat error.
Credule quid fruſtra ſimulacra fugacia captas?
Quod petis eſt nuſquam;quod amas auertere:perdes.
Iſta repercuſſæ quam cernis imaginis umbra eſt.
Nil habet iſta ſui:tecum uenitque;manetque;
Tecum diſcedet;ſi tu deſcedere poſſis.
Non illum Cereris:non illum cura quietis
Abſtrahere inde poteſt:ſed opaca fuſus in hærba
Spectat in expleto mendacem lumine formam.
Perque oculos perit ille ſuos:paulumque leuatus
Ad circunſtantes tendens ſua brachia ſiluas
Ecquis io ſiluæ crudelius inquit amauit:
Scitis enim:& multis latebra opportuna fuiſtis:
Ecquem:cum ueſtræ tot agantur ſæcula uitæ:
Qui ſic tabuerit;longo meminiſtis in æuo?
Et placet:& uideo;ſed quod uideoque;placetque;
Non tamen inuenio:tantus tenet error amantem.
Quoque magis doleam;non nos mare ſeparat ingens:
Nec uia:nec montes:nec clauſis mœnia portis:
Exigua prohibemur aqua;cupit ipſe teneri:

Nam quotiens liquidis porreximus oscula lymphis:
Hic totiens ad me resupino nititur ore.
Posse putes tangi:minimum est quod amantibus obstat:
Quisquis es:huc exi:quid me puer unice fallis:
Quoue petitus abis:certe nec forma:nec ætas
Est mea:quam fugias:& amarunt me quoque nymphæ:
Spem mihi nescio quam uultu promittis amico.
Cumque ego porrexi tibi brachia:porrigis ultro:
Cum risi:arrides.lachrymas quoque sæpe notaui
Me lachrymante tuas.nutu quoque signa remittis
Et quantum motu formosi suspicor oris:
Verba refers aures non peruenientia nostras:
Iste ego sum:sensi:nec me mea fallit imago:
Vror amore mei:flammas moueoque:feroque.
Quid faciam?roger:an ne rogem?quid deinde rogabo?
Quod cupio mecum est:inopem me copia fecit.
O utinam a nostro secedere corpore possem.
Votum in amante nouũ est:uellem:quod amamus:abesset.
Iamque dolor uires adimit:nec tempora uitæ
Longa meæ superant:primoque extinguor in æuo.
Nec mihi mors grauis est posituro morte dolores.
Hic qui diligitur:uellem diuturnior esset.
Nunc duo concordes anima moriemur in una.
Dixit:& ad faciem redit male sanus eandem:
Et lachrymis turbauit aquas:obscuraque moto
Reddita forma lacu est:quam cum uidisset abire
Quo refugis?remane.nec me crudelis amantem
Desere clamauit.liceat quod tangere non est:
Aspicere:& misero præbere alimenta furori.
Dumque:dolet summo uestemque reduxit ab ore:
Nudaque marmoreis percussit pectora palmis.
Pectora traxerunt tenuem percussa ruborem:
Non aliter quam poma solent:quæ candida parte
Parte rubent:aut ut uariis solet uua racemis
Ducere purpureum nondum matura colorem.
Quæ simul aspexit liquefacta rursus in unda:
Non tulit ulterius:sed ut intabescere flauæ
Igne leui cæræ:matutinæque pruinæ
Sole tepente solent:sic attenuatus amore
Liquitur:& tecto paulatim carpitur igni:
Et neque iam color est mixto candore rubori:
Nec uigor:& uires:& quæ modo uisa placebant:
Nec corpus remanet:quondam quod amauerat echo.
Quæ tamen ut uidit:quamuis irata:memorque
Indoluit:quotiensque puer miserabilis eheu
Dixerat:hæc resonis iterabat uocibus eheu.
Cumque suos manibus percusserat ille lacertos:
Hæc quoque reddebat sonitum plangoris eundem:
Vltima uox solitam fuit hæc spectantis in undam:
Heu frustra dilecte puer:totidemque remisit
Verba locus:dictoque uale:uale inquit & echo.
Ille caput uiridi fessum summisit in herba.
Lumina mors clausit domini mirantia formam.
Tunc quoque se postquam est inferna sede receptus:
In stygia spectabat aqua:planxere sorores
Naiades:& sectos fratri imposuere capillos.
Planxerunt dryades:planctibus assonat echo:
Iamque rogum:quassasque faces:pheretrumque parabant.
Nusquam corpus erat:croceum pro corpore florem
Inueniunt foliis medium cingentibus albis.

Fabula Septima.

Pentheus Echiõis & Agaues filius ĩ cõtẽptũ trahẽs ꝑdcã, Tirc
siæ auguris cũ ĩ aduẽtu Liberi Thebãi hedera ꝛ̃dimiti, ꝓcde
rẽt: ac sacra suscipẽt, phibet suos Pẽtheus pareꝛ̃ mõitis: qd̃ ne
garet ex Semele Baccũ deũ, ꝓditũ. Cõfesti itaq; famulus ĩpat:

ut conspectum

ut ĩ cõſpectũ ſuũ libe; uictũ adtrahãt. At ille ut ueſaniẽtem
eluderet uerſus ĩ Aceten ducitur uinctus: & cuſtodia claudit.
Cognita res uatis meritam per achaidas urbes
Attulerat famam: nomenque erat auguris ingens.
Spernit Echionides tamen hunc ex omnibus unus
Contemptor ſuperum pentheus: præſagaque ridet
Verba ſenis: tenebraſque: & cladem lucis ademptæ
Obiicit: ille mouens albentia tempora canis
Quam fœlix eſſes: ſi tu quoque luminis huius
Orbus ait fieres: nec brachia ſacra uideres.
Namque dies aderit: quam non procul auguror eſſe:
Qua nouus huc ueniet proles ſemeleia liber:
Quem niſi templorum fueris dignatus honore:
Mille lacer ſpargere locis: & ſanguine ſiluas
Fœdabis: matremque tuam: matriſque ſorores:
Et uenier: neque enim dignabere numen honore:
Meque ſub his tenebris nimium uidiſſe quereris.
Talia dicentem perturbat echione natus.
Dicta fides ſequitur: reſponſaque uatis aguntur.
Liber adeſt: feſtiſque fremunt ululantibus agri.
Turba ruit: mixtæque uiris matreſque: nuruſque:
Vulguſque: & proceres ignota ad ſacra feruntur.
Quis furor anguigenæ proles mauortia ueſtras
Attollit mentes pentheus ait: æra ne tantum
Aera repulſa ualent: & aduncо tibia cornu:
Et magicæ fraudes: ut quos non bellicus enſis:
Non tuba terruerit: non ſtrictis agmina tælis:
Fœmineæ uoces: & mota inſania uino:
Obſcœnique greges: & manja tympana uincant?
Vos ne ſenes mirer: qui longa per æquora uecti:
A tyro hac profugos poſuiſtis ſede penates:
Nunc ſinitis ſine marte capi: uos acrior ætas
O iuuenes propiorque meæ: quos arma tenere
Non thyrſos: galeaque tegi: non fronde decebat:
Eſte precor memores qua ſitis ſtirpe creati:
Illiuſque animos: qui multos perdidit unus:
Sumite ſerpentis: pro fontibus ille lacuque
Interiit: at uos pro fama uincite ueſtra
Ille dedit letho fortes: uos uincite molles:
Et patrium retinete decus: ſi fata uetabunt
Stare diu thebas: utinam tormenta: uirique
Mœnia diruerent: ignis ferrumque ſonaret:
Eſſemus miſeri ſine crimine: forſque querenda
Non cælanda foret: lachrymæque pudore carerent:
At nunc a puero thebæ capientur inermi:
Quem neque bella iuuant: nec tela: nec uſus equorum:
Sed madidi pyrrha crines: molleſque coronæ.
Purpuraque: & pictis intexrum ueſtibus aurum:
Quem quidem ego actutum: modo uos aſſiſtite: cogam
Aſſumptumque patrem: commentaque ſacra fateri.
An ſatis acriſio eſt animi contemnere uanum
Numen: & argolicas uenienti claudere portas?
Penthea terrebit cum totus aduena thebis:
Ite citi: famulis hoc imperat: ite: ducemque
Attrahite huc uinctum: iuſſis mora ſegnis abeſto.
Hunc auus: hunc athamas: hunc cætera turba ſuorum
Corripiunt dictis: fruſtraque inhibere laborant:
Acrior admonitu eſt: irritaturque retenta
Et creſcit rabies: moderaminaque ipſa nocebant:
Sic ego torrentem: qua nil obſtabat eunti:
Lenius & modico ſtrepitu decurrere uidi.
At quacunque trabes obſtructaque ſaxa tenebant:
Spumeus: & feruens: & ab obice ſæuior ibat.
Eccè cruentati redeunt: & bacchus ubi eſſet
Quærenti domino: bacchum uidiſſe negarunt.

Hunc dixere tamen comitum famulumque ſacrorum
Cepimus:& tradunt manibus poſt terga ligatis
Sacra dei quondam tyrrhena gente ſecutum.
Fabula. viii. ix. x. xi.
Acoetes ſupradictus liberi comes: cuiꝰ ſub imagie deus latue
rat:eludés:Péthea idicat regi:qa ita exigeret:nom̃ gẽuſq; ar-
tis ſuæ:& q̃nta uis appuerit i libero quo tpe petés Naxũ i tyr
rhẽos icideret:ab his.n.pp eximiã pulchritudiné captus ꝓ p̃
da ip̃ſitꝰ nauigio ẽ. Qui ut uidit ialiã ſe duci regionẽ:arma
méta nauis i feras ac ſerpétes cõuertit. Quo ꝓdigio exterriti
Tyrrhẽi i pelagus ſe p̃cipitauere:ac i delphios & aues ſe muta
uere. Poſt hæc iteꝝ cuſtodia claudit̃:q̃ cũ ſp̃te dei patuiſſet
& uincla a mãibus ꝺfluxiſſẽt i mõté Cytherona digredit̃:ibiq;
Agauẽ mr̃em eius aliẽatã furoꝝ adiuuãtibus ſororibus Ino &
Autonoe impellit:ut ſacra proterentẽ ſua interimat manu.
Aſpicit hunc pentheus oculis:quos ira tremendos
Fecerat:& quanquam uix pœnæ tempora differt:
O periture:tuaque aliis documenta daturꝰ
Morte ait:ede tuum nomen:nomenque parentum:
Et patriam:moriſque noui cur ſacra frequentes:
Ille metu uacuus nomen mihi dixit Acœtes:
Patria mæonia eſt:humili de plæbe parentes.
Non mihi quæ duri colerent pater arua iuuenci:
Lanigeroſque greges:non ulla armenta reliquit.
Pauper & ipſe fuit:linoque ſolebat:& hamis
Decipere:& calamo ſalientes ducere piſces.
Ars illi ſua cenſus erat:cum traderet artem:
Accipe quas habeo ſtudii ſucceſſor & hæres
Dixit opes morienſque mihi nil ille reliquit
Præter aquas:unum hoc poſſum appellare paternum.
Mox ego:ne ſcopulis hærerem ſemper in iiſdem:
Addidici regimen dextra moderante carinæ
Flectere:& oleniæ ſidus pluuiale capellæ:
Taygetemque:hyadaſque oculis:arctonque notauit:
Ventorumque domos:& portus puppibus aptos:
Forte petens delonchiæ telluris ad oras
Applicor:& dextris adducor littora remis.
Doque leues ſaltus:udæque immittor harenæ:
Nox ibi conſumpta eſt:aurora rubeſcere primo
Cœperat:exurgo:laticeſque inferre recentes
Admoneo:monſtroque uiam:quæ ducit ad undas.
Ipſe:quid aura mihi tumulo promittat ab alto
Proſpicio:comiteſque uoco:repetoque carinam.
Adſumus en inquit ſociorum primus opheltes.
Vtque putat prædam deſerto nactus in agro
Virginea puerum ducit per littora forma.
Ille mero:ſomnoque grauis titubare uidetur:
Vixque ſequi:ſpecto cultum:faciemque:gradumque:
Nil ibi quod credi poſſet mortale uidebam:
Et ſenſi:& dixi ſociis:quod numen in iſto
Corpore ſit dubito:ſed corpore numen in iſto eſt.
Quiſquis es o faueas:noſtriſque laboribus adſis:
His quoque des ueniam:pro nobis mitte precari
Ditis ait:quo non alius conſcendere ſummas
Ocyor antemnas:prenſoque rudente relabi.
Hoc libys:hoc flauus proræ tutela melanthus:
Hoc probat alcymedon:& qui requiemque modumque
Voce dabat remis animorum hortator epopeus.
Hoc omnes alii:prædæ tam cæca cupido eſt.
Non tamen hanc ſacro uiolari pondere pinum
Perpetiar dixi:pars hic mihi maxima iuris:
Inque aditu obſiſto:furit audaciſſimus omni
De numero licabas:qui thuſca pulſus ab urbe
Exilium dira pœnam pro cæde luebat.
Is mihi dum reſto:iuuenili guttura pugno

Hæſiſſem:

Rupit:& excussum misisset in æquora:si non
Hæsissem:quanuis amens in fune retentus.
Impia turba probat factum:tum denique bacchus:
Bacchus enim fuerat ueluti clamore solutus
Sit sopor:atque mero redeant in pectora sensus:
Quid facitis:quis clamor ait:qua dicite nautæ
Huc ope peruenit:quo me deferre paratis:
Pone metum porrheus:& quos contingere portus
Ede uelis dixit:terra sistere petita.
Naxon ait liber,cursus aduertite uestros:
Illa mihi domus est:uobis erit hospita tellus.
Per mare fallaces:perque omnia numina iurant
Sic fore:neque iubent pictæ dare uela carinæ.
Dextra naxos erat:dextra mihi lintea danti:
Quid facis o demens:quis te furor inquit opheltes:
Pro se quisque timet:leuam pete maxima nutu
Pars mihi significat,pars:quid uelit:aure susurrat:
Obstupui:capiatque aliquis moderamina dixi.
Meque ministerio sceleriscque artisque remoui.
Increpor à cunctis:totumque immurmurat agmen.
E quibus ethalion:te scilicet omnis in uno
Nostra salus posita est ait:& subit ipse:meumque
Explet opus:naxoque petit diuersa relicta.
Tum deus illudens tanquam modo denique fraudem
Senserit:e puppi pontum prospectat aduncа:
Et flenti similis:non hæc mihi littora nautæ
Promisistis ait:non hæc mihi terra rogata est:
Quo meruí pœnam facto:quæ gloria uestra est:
Si puerum iuuenes:si multi fallitis unum:
Iandudum flebam:lachrymas manus impia nostras
Ridet:& impellit properantibus æquora remis.
Per tibi nunc ipsum:neque enim præsentior illo
Est deus adiuro:tam me tibi uera referre:
Quam ueri maiora fides.stetit æquore puppis
Haud aliter:quam si siccum naualе teneret.
Illi admirantes remorum in uerbere perstant:
Velaque deducunt:geminaque ope currere tentant.
Impediunt hederæ remos:nexuque recuruo
Serpunt:& grauidis distinguunt uela corymbis.
Ipse racemiferis frontem circundatus uuis
Pampineis agitat uelatam frondibus hastam:
Quem circa tigres:simulacraque mania lyncum:
Pictarumque iacent fera corpora pantherarum.
Exiliere uiri:siue hoc insania fecit:
Siue timor:primusque medon nigrescere cœpit
Corpore depresso:& spinæ curuamine flecti:
Incipit.huic lycabas in quæ miracula dixit
Veteris:& lati rictus:& panda loquenti
Naris erat:squamamque cutis durata trahebat.
At libys obstantes dum uult obuertere remos:
In spacium resilire manus breue uidit:& illas
Iam non esse manus:iam pennas posse uocari:
Alter ad intortos cupiens dare brachia funes:
Brachia non habuit:truncoque repandus in undas
Corpore desiliit:falcata nouissima cauda est:
Qualia dimidiæ sinuantur cornua lunæ.
Vndique dant saltus:multaque aspergine rorant:
Emerguntque iterum:redeuntque sub æquora rursus:
Inque chori ludunt speciem:lasciuiaque iactant
Corpora:& acceptum patulis mare naribus affiant.
De modo uiginti:tot enim rapuerat illa ferebat:
Restabam solus pauidus gelidusque trementi
Corpore:uixque meum firmat deus excute dicens
Corde metum:clamque tene:delatus in illam
Accessi sacris:bacchcaque sacra frequento.

Præbuimus longis pentheus ambagibus aures
Inquit:ut ira mora uires absumere posset.
Præcipitem famuli rapite hunc:cruciataque duris
Corpora tormentis stygie dimittite morti.
Protinus abstractus solidis tyrrhenus acœtes
Clauditur intectus:& dum crudelia iussæ
Instrumenta necis ferrumque:ignesque parantur:
Sponte sua patuisse fores:lapsasque lacertis
Sponte sua fama est nullo soluente catenas:
Perstat echionides:nec iam iubet ire:sed ipse
Vadit ubi festus faciendæ ad sacra citheron
Cantibus:& clara bacchantum uoce sonabat:
Vt fremit acer equus:cum bellicus ære canoro
Signa dedit tubicen;pugnæque assumit amorem:
Penthea sic ictus longis ululatibus æther
Monit:& audito clamore recanduit ira.
Monte fere medio est cingentibus ultima siluis
Purus ab arboribus spectabilis undique campus:
Hic oculis illum cernentem sacra prophanis
Prima uidet:prima est insano concita cursu:
Prima suum misso uiolauit penthea thyrso
Mater:& o geminæ clamauit adeste sorores:
Ille aper in nostris errat qui maximus agris:
Ille mihi feriendus aper:ruit omnis in unum
Turba furens:cunctæ coeunt:trepidumque sequuntur
Iam trepidum:iam uerba minus uiolenta loquentem:
Iam se damnantem:iam se peccasse fatentem.
Saucius ille tamen:fer opem matertera dixit
Autonoe:moueant animos actæonis umbræ.
Illa quis actæon dixit;dextramque precantis
Abstulit:inoo lacerata est altera raptu.
Non habet infœlix:quæ matri brachia tendat:
Trunca sed ostendens deiectis uulnera membris
Aspice mater ait:uilis ululauit Agaue:
Collaque iactauit:mouitque per aera crines:
Auulsumque caput digitis complexa cruentis
Clamat:io comites opus hoc uictoria nostra est.
Non citius frondes autumni frigore tactas:
Iamque male hærentes alta rapit arbore uentus:
Quam sunt membra uiri manibus direpta nephandis.
Talibus exemplis monitæ noua sacra frequentant:
Turaque dant:sanctasque colunt ismenides aras.

P.O.NA. METAMORPHOSEOS LIBER QUARTVS.

i. Dircetis Nini regis filia in piscem cessit.
ii. Semiramis Dirceris filia in columbam.
iii. Pyrami & Tisbes cruor in arborem morum
iiii. Leucotoe Orcami regis filia in uirgam turcam
v. Clyne Orcami coniunx in herbam Helitropium
vi. Daphnis Idæi filius in saxum.
vii. Scithon ex uiro in fœminam.
viii. Ex imbribus procreati Celmus & adamas
ix. Crocis & Smilax famuli in flores.
x. Salmacis & Hermaphroditus in unum corpus
xi. Minides thebanæ in Vespertiliones.
xii. Ino & Melicertes dii maris:Leucotheaq; & Palemõ
xiii. Spuma maris in uenerem.
xiiii. Sidoniæ comites Inus in saxa & in aues:
xv. Cadmus & Armiona in dracones.
xvi. Guttæ Meduſæ in serpentes.
xvii. Atlas Iapeti filius in montem sui nominis.
xviii. Virgæ subiectæ capiti Gorgonis i Coraliũ lapidẽ.
xix. Meduſe crines in serpentes
xx. Nais nympha in piscem. Fa. .i.

Thebis cũ tiresia Seueri filius diẽ festũ sacro⁹ Liberi edidis
set:alcithoe Mine filia eiusdẽ ciuitatis i eodẽ pmãsit iudicio
quo Pentheus

quo Pẽtheus cũ ſororibus: q̃ lanæ potius operãde ſtudio quã ſacrorũ adeſſe uolunt: itaq; rogata eſt: ut iter opus lanificii referrẽt fabulas: q̃bus oblectarẽt aſſuetũ laborẽ: dubitabat: an de babylonia q̃ i piſcẽ cõuerſa ſit: an de filia quæ ceſſit i colũbã an de Naide nympha quæ ſimiliter ceſſit i piſcẽ. an ẽt d̃ ea arbore: cuius poma albi coloris in ſanguinem ceſſerunt.

VT non alcithoe mineias orgia cenſet
Accipienda dei: ſed adhuc temeraria bacchum
Progeniem negat eſſe iouis: ſociaſque ſorores
Impietatis habet: feſtum celebrare ſacerdos
Immunes operũ famulas: dominaſque ſuorum
Pectora pelle tegi: crinales ſoluere uittas:
Serta comis: manibus frondentes ſumere thyrſos
Iuſſerat: & ſæuam læſi fore numinis iram
Vaticinatus erat: parent matreſque nuruſque:
Telaſq̃ue: & calathos infectaque penſa reponunt:
Turaque dant: bacchumque uocant: bromiumque: lyeum:
Ignigenamque: ſatumque iterum: ſolumque bimatrem:
Additur his nyſeus: indetonſuſque thyoneus:
Et cum lenæo genialis conſitor uuæ:
Nyctileus: eleleuſque parens: & lacchus: & Euan:
Et quæ præterea per graias plurima gentes
Nomina liber habes: tibi enim inconſumpta iuuenta:
Tu puer æternus: tu formoſiſſimus alto
Conſpiceris cœlo: tibi cum ſine cornibus aſtas:
Virgineum caput eſt: oriens tibi uictus aduſque:
Decolor extremo qua cingitur india gange.
Penthea tu uenerande: bipenniferumque lycurgum
Sacrilegos mactas: tyrrhenaque mittis in æquor
Corpora: tu biiugum pictis inſignia frenis
Colla premis lyncum: bacchæ: ſatyrique ſequuntur:
Quique ſenex ferula titubantes ebrius artus
Suſtinet: & pando non fortiter hæret aſello.
Quacunque ingrederis clamor iuuenilis: & una
Fœmineæ uoces: impulſaque tympana palmis:
Concauaque æra ſonant: longoque foramine buxus:
Placatus mitiſque rogant iſmenides adſis:
Iuſſaque ſacra colunt: ſole mineides intus
In tempeſtiua turbantes feſta minerua:
Aut ducunt lanas: aut ſtamina pollice uerſant:
Aut herent telæ: famulaſque laboribus urgent:
Equibus una leui deducens pollice filum:
Dum ceſſant aliæ: commentaque ſacra frequentant:
Nos quoque: quas pallas melior dea detinet: inquit
Atile opus manuum uario ſermone leuemus.
Perque uices aliquid: quod tempora longa uideri
Non ſinat: in medium uacuas referamus ad aures
Dicta probant: primamque iubent narrare ſorores:
Illa quid e multis referat: nam plurima norat:
Cogitat: & dubia eſt de te babylonia narret:

Fabula Secunda.

Docet an d̃ Babylõia Dirceti filia dicat: q̃ i piſcẽ cõuerſa erat.

Dirceti quam uerſa ſquamis uelantibus artus
Stagna paleſtini credunt mutaſſe figura.
An magis de filia quoq; eius quæ i Colũbã mutata fuerat.
An magis ut ſumptis illius filia pennis
Extremos altis in turribus egerit annos.
An etiam de nympha Naiade: quæ iuuenes propter libidinẽ ſuam ſolita erat in piſces immutare: & ipſa in eundem caſum reciderit. An de ea arbore: cuius poma albi coloris in ſanguinem ceſſerint: de qua quoniam trita non erat: ſic incipit.
Nais an ut cantu nimiumque potentibus herbis
Verterit in tacitos iuuenilia corpora piſces:
Donec idem paſſa eſt: an quæ poma alba ferebat:
Vt nunc nigra ferat: contactu ſanguinis arbor:

Hoc placet:hæc quoniã uulgaris fabula nõ eſt,
Talibus orſa modis lana ſua fila ſequente. Fa. iii.
Pyramus & Thiſbe urbis Babiloniæ:quam Semiramis regina
muro cinxerat:& ætate & forma pares cũ in ꝓpinquo habita
rẽt:rima parietis:& colloquii & amoris initia iter ſe pigneraꝛ
ti ſunt.Conſtiterunt itaq; ut a matutino ad monumentũ Nini
regis ſub arboré mox cõuenirẽt ad amoré.Et cũ celerius ſub
lucẽ Thiſbe nacta ocaſionẽ ad deſtinatum locũ ueniſſet:con
ſpectu leænæ exterrita abiecto amictu in ſiluã refugit: At feꝛa a recẽti præda cũ ad fontẽ uicinũ tumulo ſitiẽs decurreret
relictã ueſtem cruento ore lacerauit.Poſt cuius diſceſſum Py
ramus cum ad eundem ueniſſet locum:& amictum ſanguine
aſperſum inueniſſet:exiſtimans a fera conſumptam: ferro ſe
ſub arbore interfecit:Deide Thiſbe depoſito metu cũ ad eũdẽ fuiſſet reuerſa locũ:& cõperiſſet ſe cauſam mortis adoleſcẽtis extitiſſe:Ne diutius dolori ſupereſſet:eodẽ ferrõ ſe tra
iecit.quorum cruore morus arbor aſpſa quia ſpectaculi fue
rat iſpectrix:poma q̃ gerebat alba: inconſcium uertit coloré,
Pyramus & tiſbe iuuenum pulcherrimus alter.
Altera quas oriens habuit prelata puellis
Contiguas habuere domos.ubi dicitur altam
Coctilibus muris cinxiſſe ſemiramis urbem,
Notitiam:primoſque gradus uicinia fecit:
Tempore creuit amor:tædæ quoque iure coniſſent:
Sed uetuere patres:quod non potuere uetare:
Ex æquo captis ardebant mentibus ambo,
Conſcius omnis abeſt:nutu ſigniſque loquuntur,
Quoque magis tegitur:tectus magis æſtuat ignis;
Fixus erat tenui rima:quam duxerat olim
Cum fieret paries:domui communis utrique.
Id uitium nulli per ſæcula longa notatum.
Quid non ſentit amor?primi uidiſtis amantes;
Et uocis feciſtis iter:tutæque per illud
Murmure blandiciæ minimo tranſire ſolebant.
Sæpe ubi conſtiterant hinc thiſbe:pyramus illinc:
Inque uices fuerat captatus anhelitus oris:
Inuide dicebant paries quid amantibus obſtas?
Quantum erat ut ſineres toto nos corpore iungi:
Aut hoc ſi nimium eſt:uel ad oſcula danda pateres.
Nec ſumus ingrati:tibi nos debere fatemur:
Quod datus eſt uerbis ad amicas tranſitus aures:
Talia diuerſa nequicquam ſede locuti
Sub noctem dixere uale:partique dedere
Oſcula quiſque ſuæ non peruenientia contra.
Poſtera nocturnos aurora remouerat ignes:
Solque pruinoſas radiis ſiccauerat herbas:
Ad ſolitum cojere locum:tum murmure paruo
Multa prius queſti ſtatuunt:ut nocte ſilenti
Fallere cuſtodes:foribuſque excedere tentent.
Cumque domo exierint:urbis quoque tecta relinquant.
Neue ſit errandum lato ſpaciantibus aruo,
Conueniant ad buſta Nini:lateantque ſub umbra
Arboris:arbor ibi niueis uberrima pomis
Ardua morus erat:gelido contermina fonti.
Pacta placent:& lux tarde diſcedere uiſa
Præcipitatur aquis:& aquis nox exit ab iiſdem.
Callida per tenebras uerſato cardine thiſbe
Egreditur:fallitque ſuos:adopertaque uultum
Peruenit ad tumulum:dictaque ſub arbore ſedit:
Audacem faciebat amor:uenit ecce recenti
Cæde leæna boum ſpumantes oblita rictus:
Depoſitura ſitim uicini fontis in unda.
Quam procul ad lunæ radios babylonia thiſbe
Vidit:& obſcurum timido pede fugit in antrum.
Dumque fugit:tergo uelamina lapſa reliquit.

Vt læa

Vt lea fæua ſitim multa compeſcuit unda:
Dum redit in ſiluas.inuentos forte ſine ipſa
Ore cruentato tenues laniauit amictus.
Serius egreſſus ueſtigia uidit in alto
Puluere certa feræ:totoque expalluit ore
Pyramus:ut uero ueſtem quoque ſanguine tinctam
Repperit:una duos inquit nox perdet amantes:
E quibus illa fuit longa dignıſſima uita:
Noſtra nocens anima eſt:ego te miſeranda peremi:
In loca plena metus qui iuſſi nocte uenires
Nec prior huc ueni:noſtrum diuellite corpus:
Et ſcelerata fero conſumite uiſcera morſu
O quicunque ſub hac habitatis rupe leones.
Sed timidi eſt optare necem:uelamina thiſbes
Tollit:& ad pactæ ſecum fert arboris umbram.
Vtque dedit notæ lachrymas:dedit oſcula ueſti:
Accipe nunc inquit noſtri quoque ſanguinis hauſtus:
Quoque erat accinctus dimiſit in illa ferrum.
Nec mora feruenti moriens e uulnere traxit.
Et iacuit reſupinus humo:cruor emicat alte:
Non aliter quam cum uitiato fiſtula plumbo
Scinditur:& tenui ſtridente foramine longas
Eiaculatur aquas:atque ictibus aera rumpit.
Arboreı fœtus aſpergine cædis in atram
Vertuntur faciem:madefactaque ſanguine radix
Purpureo tinxit pendentia mora colore.
Ecce metu nondum poſito:ne fallat amantem,
Illa redit:iuuenemque oculis;animoque requirit:
Quantaque uitarit narrare pericula geſtit.
Vtque locum & uiſam cognoſcit in arbore formam:
Sic facit incertam pomi color:hæret an hæc ſit:
Cum dubitat:tremebunda uidet pulſare cruentum
Membra ſolum:retroque pedem tulit:oraque buxo
Pallidiora gerens exhorruit æquoris inſtar:
Quod fremit:exigua cum ſummum ſtringitur aura.
Sed poſtquam remorata ſuos cognouit amores:
Percutit indignos claro plangore lacertos:
Et laniata comas:amplexaque corpus amatum:
Vulnera ſuppleuit lachrymis:fletumque cruori
Miſcuit:& gelidis in uultibus oſcula figens
Pyrame clamauit:quis te mihi caſus ademit?
Pyrame reſponde:tua te cariſſima thiſbe
Nominat:exaudi:uultuſque attolle iacentes.
Ad nomen thiſbes oculos in morte grauatos
Pyramus erexit:uiſaque recondidit illa.
Quæ poſtquam ueſtemque ſuam cognouit:& enſe
Vidit ebur uacuum:tua te manus inquit:amorque
Perdidit infœlix:eſt & mihi fortis in unum
Hæc manus:eſt & amor:dabit hic in uulnera uires.
Perſequar extinctum:letique miſerrima dicar
Cauſa comeſque tui:quique a me morte reuelli
Heu ſola poteras:poteris nec morte reuelli.
His tamen amborum uerbis eſtote rogati
O multum miſerique mei illiuſque parentes:
Vt quos certus amor:quos hora nouiſſima iunxit:
Componi tumulo non inuideatis eodem.
At tu:quæ ramis arbor miſerabile corpus
Nunc tegis unius;mox es tectura duorum.
Signa tene cædis:pulloſque & luctibus aptos
Semper habe fœtus:gemini monumenta cruoris:
Dixit & aptato pectus mucrone ſub imum
Incubuit ferro:quod adhuc a cæde tepebat:
Vota tamen tetigere deos:tetigere parentes.
Nam color in pomo eſt:ubi permaturuit:ater:
Quodque rogis ſupereſt:una requieſcit in urna.

Sol plată Leucothoē ex Eurymõe & Orcéo Achemẽide prici
pe origie belli genită Clymene Arcadi Circe mĩi & Clycie: q̃
rũ pulchritudine añ ſollicitũ aĩum egerat: dilexit. Et cupiẽs
ut i antedictis cupiditatem ſedat: & in ſpecim matris puellæ
Eurimones cõuerſus uirginem deceptam dolo uitiauit: Cur
adulterio Clycie incenſa: qua nondum ſatiatus erat ſol: paré
ti puellæ idicauit. Quam ille cum terræ defodiſſet: uiuator
admiſſi miſericordiam exhibens deducto ſolo: cui ſubiecta
fuerat: p ea uirgã tinctam nectare: quæ gratiſſima deis homi
nibuſq; eẽt extulit: q̃ turea appellat̃: & hoc Heſiodus idicat.
Deſierat mediumque fuit breue tempus: & orſa eſt
Dicere leucothoe: uocem tenuere ſorores.
Hunc quoque: ſiderea qui temperat omnia luce
Cœpit amor ſolem: ſolis referamus amores.
Primus adulterium ueneris cum marte putatur
Hic uidiſſe deus: uidet hic deus omnia primus:
Indoluit facto: innonigenæque marito
Furta tori: furtique locum monſtrauit: at illi
Et mens: & quod opus fabrilis dextra tenebat.
Excidit extemplo graciles ex ære catenas:
Retiaquæ: & laqueos: quæ lumina fallere poſſent
Elimat: non illud opus tenuiſſima uincant
Stamina: non ſummo quæ pendet aranea tigno:
Vtque leues tactus: momentaque parua ſequantur
Efficit: & lecto circundata collocat apte.
Vt uenere torum coniunx: & adulter in unum:
Arte uiri: uincliſque noua ratione paratis
In mediis ambo deprehenſi amplexibus hærent.
Lemnius extemplo ualuas patefecit eburnas:
Admiſitque deos: illi iacuere ligati
Turpiter: atque aliquis de diis non triſtibus optat.
Sic fieri turpis: ſuperi riſere: diuque
Hæc fuit in toto notiſſima fabula cœlo:
Exigit indicii memorem cithereia pœnam:
Inque uices illum tectos qui læſit amores:
Lædit amore pari: quid nunc hyperione nate
Forma: colorque tibi radiataque lumina proſunt?
Nempe tuis omnes qui terras ignibus uris:
Vreris igne nouo: quinque omnia cernere debes:
Leucothoen ſpectas: & uirgine figis in una:
Quos mundo debes oculos: modo ſurgis eoo
Temperius cœlo: modo ſerius incidis undis.
Spectandique mora brumales porrigis horas:
Deficis interdum: uitiumque in lumina mentis
Tranſit: & obſcurus mortalia pectora terres.
Nec tibi quod lunæ terris propioris imago
Obſtiterit palles: facit hunc amor ipſe colorem.
Diligis hanc unam: nec te clymeneque: rhodoſque:
Nec tenet æææ genitrix pulcherrima circes:
Quæque tuos clycie quamuis deſpecta petebat
Concubitus: ipſoque illo graue uulnus habebat
Tempore. leucothoe multarum oblitia fecit:
Gentis adoriferæ: quam formoſiſſima partu
Edidit eurymone: ſed poſtquam filia creuit:
Quam mater cunctas: tam matrem filia uicit:
Rexit achæmenias urbes pater orcamus: iſque
Septimus a priſco numeratur origine bello:
Axe ſub heſperio ſunt paſcua ſolis equorum:
Ambroſiam pro gramine habent: ea feſſa diurnis
Membra miniſteriis nutrit: reparatque labori.
Dumque ibi quadrupedes cœleſtia pabula carpunt:
Noxque uicem peragit: thalamos deus intrat amatos:
Verſus in eurymones faciem genitricis: & inter
Bis ſex leucothoen famulas ad lumina cernit:
Lenia uerſato ducentem ſtamina fuſo.

Ergo: ubi

Ergo:ubi ceu mater charæ dedit oscula natæ:
Res ait arcana est:famulæ discedite:neue
Eripite arbitrium matri secreta loquendi.
Paruerant:thalamoque deus sine teste relictus:
Ille ego sum dixit:qui longum metior annum
Omnia qui uideo:per quem uidet omnia tellus:
Mundi oculus:mihi crede places:pauet illa:metuque
Et colus:& fusi digitis cecidere remissis.
Ipse timor docuit:nec longius ille moratus
In ueram rediit speciem:solitumque nitorem.
At uirgo quanuis inopino territa usu
Victa nitore dei:posita uim passa querela est:
Inuidit clycie:neque enim moderatus in illam
Solis amor fuerat:stimulataque pellicis ira
Vulgat adulterium:diffamatumque parenti
Indicat:ille ferox immansuetusque precantem
Tendentemque manus ad lumina solis:& ille
Vim tulit inuitæ dicentem:defodit alta
Crudus humo:tumulumque super grauis addit harenæ.
Dissipat hunc radiis hyperione natus:iterque
Dat tibi:quo possis defossos promere uultus.
Nec tu iam poteras enectum pondere terræ
Tollere nympha caput:corpusque exangue iacebas.
Nil illo fertur uolucrum moderator equorum
Post phaetonteos uidisse dolentius ignes.
Ille quidem gelidos radiorum uiribus artus
Si queat in uiuum temptat reuocare colorem.
Sed quoniam tantis fatum conatibus obstat:
Nectare odorato sparsit corpusque locumque:
Multaque præquestus:tanges tamen æthera dixit:
Protinus imbutum cœlesti nectare corpus
Deliquit:terramque suo madefecit odore.
Virgaque per glebas sensim radicibus actis
Turea surrexit:tumulumque cacumine rupit.

Fabula Quinta.

Clycie nympha supradicta ob iniuriam ante dilecta ab amatore deserta ita tenuata uisceribus est: ut in hærbam conueretur: quæ primum conseruans amorem eiusdem dei Heliotropium diceretur:cursumque seruaret eiusdem dei.

At clycien quanuis amor excusare dolorem:
Indiciumque dolor poterat:non amplius auctor
Lucis adit:uenerisque modum sibi fecit in illa.
Tabuit ex illo dementer amoribus usa
Nympharum impatiens:& sub ioue nocte dieque
Sedit humo nuda nudis incompta capillis.
Perque nouem luces expers:undæque:cibique
Rore mero:lachrymisque suis ieiunia pauit.
Nec se mouit humo:tantum spectabat euntis
Ora dei:uultusque suos flectebat ad illum.
Membra ferunt hæsisse solo:partemque coloris
Luridius exangues pallor conuertit in hærbas.
Est in parte rubor:uiolæque similimus ora
Flos tegit:illa suum quanuis radice tenetur.
Vertitur ad solem:mutataque seruat amorem.

Fabula Sexta.

Adiicit quoque de Daphnide Idæo pastor dictura. Qui quia fidem coniugii non præstiterit:abierit in saxum.

Dixerat:& factum mirabile ceperat aures:
Pars fieri potuisse negant:pars omnia ueros
Posse deos memorant:sed non est bacchus in illis.
Poscitur alcithoe:postquam siluere sorores:
Quæ radio stantis percurrens stamina telæ
Vulgatos taceo dixit pastoris amores
Daphnidis idæi:quem nymphe pellicis ira
Contulit in saxum:tantus dolor urit amantes.

Fabula Septima.

Nec de ſcythone qui ex uiro in fœminam ceſſerat.
Nec loquor:ut quondam naturæ iure nouato
Ambiguus fuerit modo uir:modo fœmina ſcython.

Fabula Octaua.

Neque etiam caſus relatura Celmi aut adamantis:Curetumque qui ex imbribus ſunt procreati.
Te quoque nunc adamas quondam fidiſſime paruo
Celme ioui:largoque ſatos curetas ab imbri. Fa. ix.
Vel de croco aut Simulace q̃ ĩ florẽ uerſi ſunt.
Et crocon in paruos uerſum cũ Smilace flores. Fa. x.
Refert quoque Salmacidem fontem Cariæ:cuius liquore cõtacti ĩ mollitiẽ uerſi defigurentur. Mercurius cũ ex Venere: qui duplici figura Hermaphroditus uocatur: genuiſſet eni: quẽ,naiades nymphæ in Ida monte educauiſſent:relictis ſedibus in Cariã uenit.hic conſpicato fonte opaciſſimi ſoli ac plucentis aquæ curſum continuit. Quo diutius eo loco morante Salmacis Naiadum dum flores legit:conſpicatis ueſtigiis diligere cœpit:qui paulatim circa montem Nonacrinũ moratus dũ blanditia liquoris p̃cibuſque tenet nymphæ:fonte ſe merſit.a cõfeſti cõplexu Naiadis inhæſit.nec añ ab ea dimiſſus ẽ: quã a diis ipetraſſet:ĩ unã ut cederet ſpeciẽ. data itaque uenia Hermaphroditus poſtquã ſe aiaduertit nec uirũ nec fœminã factũ:a parentibus ipetrauit:ne infamis ſolus eſſet: ut quicunque eius fontis aqua cõtactus eſſet:,pinde ut ipſe molleſceret.
Prætereo:dulcique animos nouitate tenebo.
Vnde ſit infamis:quare male fortibus undis
Salmacis eneruet:tactoſque remolliat artus.
Dicite cauſa latet.uis eſt notiſſima fontis.
Mercurio puerum diua cithereida natum
Naiades idæis enutriuere ſub antris:
Cuius erat facies:in qua materque paterque
Cognoſci poſſent:nomen quoque traxit ab illis.
Is:tria cum primum fecit quinquennia montes
Deſeruit patrios:idaque altrice;relicta
Ignotis errare locis:ignota uidere
Flumina gaudebat ſtudio minuente laborem.
Ille etiam lycias urbes:lyciæque propinquas
Carras adit.uidet hic ſtagnum lucentis ad imum
Vſque ſolum lymphæ.non illic canna paluſtris:
Nec ſteriles uluæ;nec acuta cuſpide iunci.
Perſpicuus liquor eſt.ſtagni tamen ultima uiuo
Ceſpite cinguntur:ſemperque uirentibus herbis
Nympha colit:ſed nec uenatibus apta;nec arcus
Flectere quæ ſoleat.nec quæ contendere curſu:
Solaque naiadum celeri non nota dianæ.
Sæpe ſuas illi:fama eſt:dixiſſe ſorores
Salmaci uel iaculum:uel pictas ſume pharetras:
Et tua cum duris uenatibus ocia miſce.
Nec iaculum ſumit;nec pictas illa pharetras
Nec ſua cum duris uenatibus ocia miſcet:
Sed modo fonte ſuo formoſos perluit artus.
Sæpe citheriaco deducit pectine crines:
Et quid ſe deceat ſpectatas conſulit undas.
Nunc perlucenti circundata corpus amictu
Mollibus aut foliis;aut mollibus incubat herbis.
Sæpe legit flores:& tunc quoque forte legebat:
Cum puerum uidit:uiſumque optauit habere.
Nec tamen ante adiit:& ſi properabat adire.
Quam ſe compoſuit:quam circunſpexit amictus:
Et ſinxit uultum:& meruit formoſa uideri.
Tunc ſic orſa loqui:puero digniſſime credi
Eſſe deus:ſeu tu deus es:potes eſſe cupido:
Siue es mortalis:qui te genuere beati.
Et mater fœlix:& fortunata profecto

Si qua tibi

Si qua tibi ſit ſoror eſt:& quæ dedit ubera nutrix.
Sed longe cunctis:longeque beatior illa eſt:
Si qua tibi ſponſa eſt:ſi quam dignabere tæda.
Hæc tibi ſiue aliqua eſt:mea ſit furtiua uoluptas.
Seu nulla eſt:ego ſim:thalamumque incamus eundem
Nais ab his tacuit:pueri rubor ora notauit.
Neſcit quid ſit amor.ſed & erubuiſſe decebat:
Hic color aprica pendentibus arbore pomis:
Aut ebori tincto eſt:aut ſub candore rubenti
Cum fruſtra reſonant æra auxiliaria lunæ
Poſcenti nymphæ ſine fine ſororia ſaltem
Oſcula:iamque manus ad eburnea colla ferenti:
Deſinis:an fugio:tecumque ait iſta relinquo:
Salmacis extimuit:locaque hæc tibi libera trado
Hoſpes ait.ſimulatque gradu diſcedere uerſo.
Tum quoque reſpiciens fruticumque recondita ſilua
Declituit:flexoque genu fummiſcit:at ille
Scilicet ut uacuus:& in obſeruatus in herbis
Huc it:& hinc illuc & in alludentibus undis
Summa pedum:taloque tenus ueſtigia tingit:
Nec mora:temperie blandarum captus aquarum
Mollia de tenero uelamina corpore ponit.
Tum uero ſtupuit:nudæque cupidine formæ
Salmacis exarſit:flagrant quoque lumina nymphæ.
Non aliter:quam cum puro nitiſſimus orbe
Oppoſita ſpeculi refertur imagine phœbus.
Vixque moram patitur:uix iam ſua gaudia differt:
Iam cupit amplecti:iam ſe male continet amens:
Ille cauis uelox applauſo corpore palmis
Deſilit in latices:alternaque brachia iactans
In liquidis tranſlucet aquis:ut eburnea ſi quis
Signa tegat claro uel candida lilia uitro.
Vicimus:& meus eſt exclamat nais:& omni
Veſte procul iacta medius immittitur undis.
Pugnantemque tenet:luctantiaque oſcula carpit:
Subiectatque manus:inuitaque pectora tangit.
Et ſunc hac iuuenit:nunc circumfunditur illac.
Denique nitentem contra elabique uolentem
Implicat ut ſerpens:quam regia ſuſtinet ales:
Sublimemque rapit:pendens caput illa pedeſque
Alligat:& cauda ſpaciantes implicat alas.
Vrque ſolent hederæ longos intexere truncos
Vtue ſub æquoribus deprehenſum polypus hoſtem
Continet ex omni demiſſis parte flagellis.
Perſtat atlantiades:ſpartanaque gaudia nymphæ
Denegat illa premit:demiſſaque corpore toto
Sicut inhærebat pugnes licet improbe dixit:
Non tamen effugies:ita dii iubeatis:& iſtum
Nulla dies a me:nec me deducat ab iſto.
Vota ſuos habuere deos:nam mixta duorum
Corpora iunguntur.faciesque inducitur illis
Vna:uelut ſi quis conducat cortice ramos
Creſcendo iungi:pariterque adoleſcere cernit.
Sic ubi complexu coierunt membra tenaci:
Nec duo ſunt:ſed forma duplex:nec fœmina dici:
Nec puer ut poſſit:neutrumque:& utrunque uidetur.
Ergo ubi ſe liquidas:quo uir deſcenderat undas:
Semimarem feciſſe uidet.mollitaq; in illis
Membra manus tendens:ſed iam non uoce uirili
Hermaphroditus ait.nato date munera ueſtro
Et pater & genitrix amborum nomen habenti:
Quiſquis in hos fontes uir uenerit:exeat inde
Semiuir:& tactis ſubito moleſcat in undis.
Motus uterque parens nati rata uerba biformis
Fecit:& incerto fontem medicamine tinxit.

Fabula Vndecima.

Minides Thebanæ ſorores fuiſſe ꝓdunt: quas ſolertiſſimæ
Leucothoe & Leuconoe qđ liberi ſacra in contẽptũ deuocaue
rint: Mineruæ lãificio addictæ ex ĩpuiſo die nũinis uocibus ti
biarũ & tympanorũ ſono exterritæ ſunt: q̃ in cõſpectu nõ uide
rẽt: & ut aĩaduertere telas iſtrumẽtaq; ſua ĩ hederã ac uites re
pẽte mutata: & iocũ aſſuetũ feris repletũ: noctẽq; offuſam ti
mentibus in uolucres cõuerſæ ſunt: quæ ueſpertiliones uocant.
Finis erat dictis: & adhuc mineia proles
Vrget opus: ſpernitque deum: feſtumque prophanat:
Tympana cum ſubito non apparentia raucis
Obſtupuere ſonis: & adunco tibia cornu.
Tinnulaque æra ſonant: & olent myrrhæque crocique.
Reſque fide maior: cœpere uireſcere telæ:
Inque hederæ faciem pendens frondeſcere ueſtis:
Pars abit in frondes: & quæ modo fila fuerunt:
Palmite mutantur: de ſtamine pampinus exit:
Purpura fulgorem pictis accomodat uuis.
Iamque dies exactus erat: tempuſque ſubibat:
Quod tu nec tenebras nec poſſes dicere lucem:
Sed cum luce tamen dubiæ confinia noctis.
Tecta ſubito quati: pingueſque ardere uidentur
Lampades: & rutilis collucent ignibus ædes.
Falſaque ſæuarum ſimulacra ululare ferarum.
Fumida iandudum latitant per tecta ſorores:
Diuerſæque locis ignes ac lumina uitant.
Dumque petunt tenebras: paruos membrana per artus
Porrigitur: tenuesque includunt brachia pennæ.
Nec qua perdiderint ueterem ratione figuram
Scire ſinunt tenebræ: non illas pluma leuauit:
Suſtinuere tamen ſe perlucentibus alis.
Conatæque loqui minimam pro corpore uocem
Emittunt: peraguntque leues ſtridore querelas.
Tectaque non ſiluas celebrant: lucenaque peroſæ
Nocte uolant: feroq; tenent a ueſpere nomen.

Fabula Duodecima.

Iuno grauiter ferens qđ Ino liberi altrix ſororibus punitis cũ
duobus remaneret liberis in uita, contẽptrix numinis ſui per
Tænarũ ꝓmõtoriũ pelopõneſi ferorũ ſequens iter ad Erinnes
ultrices ĩpiorũ deſcẽdit: petitq; ab eis: ut Athamãta cũ cõiuge
Ino aduerſos numinis ſui ulciſcerent: quarũ una impio parens
deæ relicta regia Ditis ad ſupos egreſſa eſt ut Athamãtis regiã
cõtigit: ĩ ſinu eius ac cõ iugis angues ac uirus qbus ſenſus eorũ
alienarent iniecit. Quã ob iſaniã ille Learchũ filiũ ĩ uenatiõe
ꝓ fera ĩterfecit. Ino aũt Melicerten ex ſcopulo ſecũ in profun
dũ præcipitauit. Qui Veneris p̃cibus ꝓ nepote hitis a Neptũ
no pelagi rectore in deorũ ceſſere numerum. ita ut Melicertes:
Palemon ipſa Ino Leucothoe ĩter marinos deos nuncupentur.
Tum uero totis bacchi memorabile thebis
Numen erat: maghaſq; nouã: matertera uires
Narrat ubique dei: de totq; ſororibus expers
Vna doloris erat: niſi quem fecere ſorores.
Aſpicit hanc natis thalamoq; athamantis habentem
Sublimes animos: & alumni numine iuno.
Non tulit & ſecum: potuit de pellice natus
Vertere mœonios pelagoq; immergere nautas:
Et laceranda ſuæ nati dare uiſcera matri:
Et triplices operire nouis mineidas alis:
Nil poterit iuno: niſi inultos flore dolores:
Idq; mihi ſatis eſt: hæc una potentia noſtra eſt
Ipſe docet quid agam: fas eſt & ab hoſte doceri.
Quidq; furor ualeat penthea cæde: ſatiſq;.
Ac ſuper oſtendit: cur non ſtimuletur; eatque
Per cognata ſuis exempla furoribus ino:
Eſt uia decliuis funeſta nubila taxo:

Ducit ad

Ducit ad infernas per muta silentia sedes:
Styx nebulas exhalat iners:umbræq; recentes
Descendunt illac:simulacraq; functa sepulchris.
Pallor hyemsq; tenent late loca senta:nouiq;
Qua sit iter manes:stygiam quod ducat ad urbem
Ignorant ubi sit nigri fera regia ditis.
Mille capax aditus:& apertas undiq; portas
Vrbs habet:utq; fretum de tota flumina terra
Sic omnes animas locus accipit ille:nec ulli
Exiguus populo est:turbamue accedere sentit.
Errant exangues sine corpore & ossibus umbræ.
Parsq; forum celebrant:pars imi tecta tyranni:
Pars aliquas artes antiquæ imitamina uitæ
Exercent:aliam partem sua pœna coercet.
Sustinet ire illuc cœlesti sede relicta:
Tantum odiis iræq; dabat:saturnia iuno.
Quo simul intrauit sacroq; a corpore pressum
Intremuit limen:tria cerberus extulit ora:
Et tres latratus simul edidit.illa sorores
Nocte uocat genitas graue & implacabile numen.
Carceris ante fores clausas adamante sedebant:
Deque suis atros pectebant crinibus angues:
Quam simul agnorunt inter caliginis umbras:
Surrexere deæ:sedes scelerata uocatur.
Viscera præbebat titius lanianda:nouemque
Iugeribus distractus erat:tibi tantale nullæ
Deprehenduntur aquæ:quæque imminet effugit arbor.
Aut petit aut urges rutilurum sisyphe saxum:
Voluitur ixion:& se sequiturque:fugitque
Molirique suis lethum patruelibus ausæ
Assidue repetunt quas perdunt belides undas.
Quos omnes facie postquam saturnia torua
Vidit:& ante omnes ixiona:rursus ab illo
Sisyphon aspiciens:cur hic e fratribus inquit
Perpetuas patitur pœnas:athamanta superbum
Regia dives habet:qui me cum coniuge semper
Spreuit:& exponit causas odiique uiæque:
Quidque uelit:quod uellet erat:ne regia cadmi
Staret:& in facinus traherent athamanta furores.
Imperium:promissa:preces confundit in unum:
Sollicitatque deas:sic hæc iunone locuta
Tisiphone canos ut erat turbata capillos
Mouit:& obstantes reiecit ab ore colubras.
Atque ita:non longis opus est ambagibus inquit:
Facta puta quæcunque iubes.inamabile regnum
Desere:teque refer cœli melioris ad auras.
Læta redit iuno:quam cœlum intrare parantem
Roratis lustrauit aquis thaumantias iris.
Nec mora:tisiphone madefactam sanguine sumit
Importuna facem:fluidoque cruore rubentem
Induitur pallam:torroque incingitur angue.
Egreditur q; domo:luctus comitatur euntem:
Et pauor:& terror:trepidoq; insania uultu.
Limine constiterat:postes tremuisse feruntur
Aeolii;pallorq; fores infecit acernas.
Solque locum fugit:monstris exterrita coniunx:
Territus est athamas.tectoq; exire parabant.
Obstitit infœlix:aditumq; obsedit erynnis:
Nexaque uipereis distendens brachia nodis
Cæsarem excussit.motæ sonuere colubræ.
Parsque iacens humeris:pars circum pectora lapsæ
Sibila dant:saniemque uomunt:linguisque coruscant.
Inde duos medius abrupit crinibus angues:
Pestiferaq; manu raptos immisit.at illi
Inoosque sinus:athamantheosque pererrant:

Inſpirantque graues animas:nec uulnera membris
Vlla ferunt:mens eſt quæ diros ſentiat ictus.
Attulerat ſecum liquidi quoque monſtra ueneni
Oris cerberei ſpumas:& uirus echidnæ:
Erroreſque uagos:cæcæque obliuia mentis:
Et ſcelus:& lachrymas:rabiemque:& cædis amorem:
Omnia trita ſimul:quæ ſanguine mixta recenti
Coxerat ære cauo uiridi uerſata cicuta.
Dumque pauent illi:uertit furiale uenenum
Pectus in amborum:præcordiaque intima mouit.
Tum face iactata per eundem ſæpius orbem:
Conſequitur motos uelociter ignes.
Sic uictrix:iuſſique potens ad inania magni
Regna redit ditis:ſumptumque recingitur anguem.
Protinus Aeolides media furibundus in aula
Clamat io comites his retia tendite ſiluis.
Hic modo cum gemina uiſa eſt mihi prole leæna.
Vtque feræ ſequitur ueſtigia coniugis amens:
Deque ſinu matris ridentem:& parua Learchum
Brachia tendentem rapit:& bis terque per auras
More rotat fundæ:rigidoque infantia ſaxo
Diſcutit ora ferox:tum denique concita mater:
Seu dolor hoc fecit:ſeu ſparſi cauſa ueneni
Exululat:ſparſiſque fugit male ſana capillis.
Teque ferens paruum nudis melicerta lacertis
Ehohe bacche ſonat:bacchi ſub nomine iuno
Riſit:& hos uſus præſtet tibi dixit alumnus.
Imminet æquoribus ſcopulus pars ima cauatur
Fluctibus:& tectas defendit ab imbribus undas:
Summa riget.frontemque in apertum porrigit æquor:
Occupat hunc:uires inſania fecerat:ino.
Seque ſuper pontum nullo tardata timore
Mittit:onuſque ſuum percuſſa recanduit unda.

Fabula Tertiadecima.

Refert quoq; Venerem petiſſe a Neptunno de Ino & Melicerte:ut in numerum deorum referat.Significat enim Venus ſe in undis eſſe creatam:quo facilius mouerit neptunnum.

At uenus immeritæ neptis miſerata labores
Sic patruo blandita ſuo eſt.o numen aquarum:
Proxima cui cœlo ceſſit neptunne poteſtas:
Magna quidem poſco:ſed tu miſerere meorum:
Iactari quos cernis in anio immenſo:
Et diis adde tuis:aliqua & mihi gratia ponto eſt.
Si tamen in medio quondam concreta profundo
Spuma fui:gratumque manet mihi nomen ab illa.
Annuit oranti neptunnus:& abſtulit illis
Quod mortale fuit:maieſtatemque uerendam
Impoſuit:nomenque ſimul:faciemque nouauit:
Leucothoeque deum cum matre palæmona dixit.

Fabula Decimaquarta.

Comites Inus:quod deſiderio reginæ affectæ caſum eius mœrentes de fleuerant:ob eandem iram Iunonis cum præcipitare ſe deſtinaſſent: ne pari honore a Neptunno excipi poſſent: in ſaxa & aues effecit:ut tranſfigurentur.

Sidoniæ comites quantum ualuere ſecutæ
Signa pedum primo uidere nouiſſima ſaxo.
Nec dubium de morte ratæ cadmeida palmis
Deplanxere domum ſciſſis cum ueſte capillis.
Vtque parum iuſtæ:nimiumq; in pellice ſæuæ
Inuidiam fecere deæ.conuitia iuno
Non tulit.& faciam uos ipſas maxima dixit
Sæuitiæ monumenta meæ.res dicta ſecuta eſt:
Nam quæ præcipue fuerat pia:perſequar inquit
Infreta reginam:ſaltumque datura moueri
Haud uſquam potuit:ſcopuloque affliſſa cohæſit.

Altera dum

Altera dum ſolito temptat plangore ferire
Pectora tentatos ſentit riguiſſe lacertos.
Illa manus ut:forte tetenderat in maris undas:
Saxea facta manus in eaſdem porrigit undas:
Huius:ut arreptum laniabat uertice crinem.
Duratos ſubito digitos in crine uideres
Quo quæque in geſtu deprehenſa eſt:hæſit in illo:
Pars uolucres factæ:quæ nunc quoq; gurgite ſ illo
Aequora diſtringũt ſummis cadmeides alis. Fa. .xv.
Cadmus Agenoris filius poſtq̃ inſpector fuerat ſuaꝝ calami-
tatum in exitu neptiũ perosus Thebarũ ſedes cũ Harmenia
Martis & Veneris filia cõiuge ſua in illyricos ꝓfugit ibi petita
uenia a deis in ſpeciẽ draconis cõuertitur:q initio cauſa malo
rũ ſuoꝝ fuiſſet uota eius expleta ſunt:in dracones uerſi ſunt.
Neſcit agenorides natam:paruumque nepotem
Aequoris eſſe deos:luctu:ſerieq; malorum
Victus:& oſtentis:quæ plurima uiderat:exit
Conditor urbe ſua tanquam fortuna locorum
Non ſua ſe premeret:longiſque erroribus actus
Contigit illyricos profuga cum coniuge fines.
Iamque malis:anniſque graues:dum prima retractant
Facta domus.releguntque ſuos ſermone labores:
Num ſacer ille mea traiectus cuſpide ſerpens
Cadmus ait fuerat:tum cum ſidone profectus
Vipereos ſparſi per humum noua ſemina dentes?
Quem ſi cura deum tam certa uindicat ira:
Ipſe precor ſerpens in longam porrigar aluum.
Dixit:& ut ſerpens in longam tenditur aluum:
Duratæq; cuti ſquamas increſcere ſentit:
Nigraque cæruleis uariari corpora guttis.
In pectuſq; cadit pronus:commixtaq; in unum
Paulatim tereti tenuantur acumine crura.
Brachia iam reſtant:quæ reſtant brachia tendit.
Et lachrymis per adhuc humana fluentibus ora
Accede ó coniunx:accede miſerrima:dixit:
Dumque aliquid ſupereſt de me:me tange:manumque
Accipe dum manus eſt:dum non totum occupat anguis.
Ille quidem uult plura loqui:ſed lingua repente
In parte eſt fiſſa duas:nec uerba loquenti
Sufficiunt:quotienſq; aliquos parat edere queſtus
Sibilat.hanc illi uocem natura reliquit.
Nuda manu feriens exclamat pectora coniunx
Cadme mane:teque his infœlix exue monſtris.
Cadme quid hoc?ubi pes?ubi ſunt humerique:manuſq;
Et color:& facies?& dum loquor omnia cur non
Me quoque cæleſtes in eundem uertitis anguem?
Dixerat:ille ſuæ lambebat coniugis ora:
Inque ſinus charos:ueluti cogноſceret:ibat
Et dabat amplexus:aſſuetaque colla petebat.
Quiſquis adeſt:aderant comites:terretur:at illis
Lubrica perlucent criſtati colla draconis.
Et ſubito duo ſunt:iunctoque uolumine ſerpunt:
Donec in appoſiti nemoris ſubiere latebras:
Nunc quoq; nec fugiũt hoſtem:nec uulnere lædũt:
Quidq; prius fuerint placidi mẽinere dracones. Fa. .xvi.
Perſeus Iouis & Danaes filius miſſus a Polidecte ad Meduſæ
caput perferendum: quæ aſpectu ſuo oculos in ſilicem cõuer
tere ſolebat.Minerua adiutrice euicit propoſitum laborem:&
intercepto Phorcidum lumine:quæ inuicem cuſtodias Gor-
gonum alebant:Aſpectum caput Meduſæ rettulit.E ſanguine
autem qui perſeo per Africam iter faciente ſtillauerat: genus
ſerpentum eſt procreatum. Vtero autem eiuſdem Meduſæ
pegaſus cum pennis exit
Sed tamen ambobus uerſæ ſolacia formæ
Magna nepos dederat:quem debellata colebat

India:quem poſitis celebrabat achaia templis.
Solus abantiades ab origine cretus eadem
Acriſius ſupereſt:qui mœnibus arceat urbis
Argolicæ:contraque deum ferat arma genuſque
Non putat eſſe deum:neque enim iouis eſſe putabat
Perſea:quem pluuio danae conceperat auro.
Mox tamen acriſium:tanta eſt præſentia ueri:
Tam uiolaſſe deum:quam non agnoſſe nepotem.
Pœnitet impoſitus iam cœlo eſt alter:& alter
Viperei referens ſpolium memorabile monſtri
Aera carpebat tenerum ſtridentibus alis.
Cumque ſuper libycas uictor penderet harenas
Gorgonei capitis guttæ cecidere cruentæ:
Quas humus exceptas uarios aſauit in angues:
Vnde frequens illa eſt:infeſtaq; terra colubris. Fa. xvii.
Athlas Iapeti:& pleiones filius a Themide quæ initio antiſtes deorum erat:reſponſum accepit:ne quem hoſpitio ex progeme Iouis reciperet:ſi uellet hortum in quo poma aurea erant cuſtoditum habere. Quam ob cauſam cum perſeo fatigato ex aſſiduo curſu requieſcendi hoſpitium negauiſſet; eumque uiribus propelleret:ille elatum caput Gorgonis ei obiecit. Quo uiſo in monte pari nomine é uerſus: Cui ultimus Africæ locis mundus iniectus eſt.
Inde per immenſum uentis diſcordibus actus.
Nunc huc:nunc illuc exemplo nubis aquoſæ
Fertur:& ex alto ſeductas æthere longe
Deſpectat terras:totumque ſuperuolat orbem.
Ter gelidas arctos:ter cancri brachia uidit.
Sæpe ſub occaſus:ſæpe eſt ablatus in ortus.
Iamque cadente die ueritus ſe credere nocti
Conſtitit heſperio regnis atlantis in orbe.
Exiguamque petit requiem:dum lucifer ignes
Euocet auroræ:curſuſque aurora diurnos.
Hic hominum cunctis ingenti corpore præſtans
Iapetionides atlas fuit.ultima tellus
Rege ſub hoc:& pontus erat:qui ſolis anhelis
Aequora ſubdit equis:& feſſos excipit axes.
Mille greges illi:totidemque armenta per herbas
Errabant:& humum uicinia nulla premebat.
Arboreæ frondes auro radiante nitentes:
Ex auro ramos:ex auro poma ferebant.
Hoſpes ait perſeus illi:ſeu gloria tangit
Te generis magni:generis mihi iuppiter auctor:
Siue es mirator rerum:mirabere noſtras.
Hoſpitium requiemque peto.memor ille uetuſtæ
Sortis erat:themis hanc dederat parnaſia ſortem:
Tempus atla uenier:tua quo ſpoliabitur auro
Arbor:& hunc prædæ titulum ioue natus habebit:
Id metuens:ſolidis pomaria clauſerat atlas
Montibus:& uaſto dederat ſeruanda draconi:
Arcebatque ſuis externos finibus omnes.
Huic quoque:uade procul ne longe gloria rerum:
Quas mentiris ait:longe tibi iuppiter abſit.
Vimq; minis adit:manibuſque expellere tentat
Cunctantem:& placidis miſcentem fortia dictis.
Viribus inferior:quis enim par eſſet atlantis
Viribus:at quoniam parui tibi gloria noſtra eſt:
Accipe munus ait:læuaque a parte meduſæ
Ipſe retrouerſus ſquallentia protulit ora.
Quantus erat mons factus atlas:nam barba:comæq;
In ſiluas abeunt:iuga ſunt humerique:manuſque
Quod caput ante fuit:ſummo eſt in monte cacumen
Oſſa lapis fiunt:tum partes altus in omnes
Creuit in immenſum:ſic dii ſtatuiſtis:& omne
Cum tot ſideribus cœlum requieuit in illo.

Fa. xviii.

Fabula Decimaoctaua.

Perſeus p Aethiopiã iter faciẽs poſtq̃ Andromedã pp ſupbiã matris q̃ ſe nymphaꝝ pulchritudini ꝓtulerat: ſaxo alligatã ac mariæ beluæ obiectã uidit: captus ſpecie eius exarſit. Pactuſq; a Cepheo & Caſſiopea parẽtibus uirginis: ut ſibi mr̃imonio eã daret: ſi beluã iteremiſſet: uotiq; cõpos ẽ factus. Interfecto igr̃ mõſtro cupiẽs reqeſcere: ne caput Gorgõis læderet uirgulas lectas ĩ littore ſubiecit: & hæc ſup ĩduruerũt: ita ut adeptis radicib; ſãguinei coloris mari ut arbuſculas naſcerẽt nomq; hẽrẽt

Clauſerat hippotades æterno carcere uentos: Coralliũ.
Admonitorque operum cœlo clariſſimus alto
Luciſer ortus erat: pennis ligat ille reſumptis
Parte ab utraque pedes: teloq; accingitur unco:
Et liquidum motis tentat aera findit.
Gentibus inuumeris circũque infraque relictis
Aethiopum populos: cepheiaque conſpicit arua.
Illic immeritam maternæ pendere linguæ
Andromedam pœnas iniuſtus iuſſerat hammon:
Quam ſimul ad duras religatam brachia cautes
Vidit Abantiades: niſi quod leuis aura capillos
Mouerat: & tepido manabant lumina fletu:
Marmoreum ratus eſſet opus: trahit inſcius ignes:
Et ſtupet: & uiſæ correptus imagine formæ.
Pene ſuas quatere eſt oblitus in aere pennas:
Vt ſtetit: o dixit non iſtis digna catenis:
Sed quibus inter ſe cupidi iunguntur amantes,
Pande requirenti nomen terræque tuumque:
Et cur uincla geras: primo ſilet illa: nec audet
Appellare uirum uirgo: manibuſque modeſtos
Celaſſet uultus: ſi non religata fuiſſet.
Lumina quod potuit: lachrymis impleuit abortis.
Sæpius inſtanti ſua ne delicta fateri
Nolle uideretur: nomen terræque ſuumque:
Quantaque maternæ fecerit fiducia formæ
Indicat: & nondum memoratis omnibus unda
Inſonuit: uenienſque immenſo bellua ponto
Emĩnet: & latum ſub pectore poſſidet æquor.
Conclamat uirgo: genitor lugubris: & una
Mater abeſt: ambo miſeri: ſed iuſtius illa:
Nec ſecum auxilium: ſed dignos tempore fletus:
Plangoremque ferunt iunctoque in corpore adhærent.
Tunc ſic hoſpes ait: lachrymarum longa manere
Tempora uos poterunt ad obem: breuis ora ferenda eſt.
Hanc ego ſi peterem perſeus ioue natus: & illa
Quam clauſam impleuit fœcundo iuppiter auro:
Gorgonis anguicomæ perſeus ſuperator: & alis
Aethereas auſus iactatis ire per auras:
Præferret cunctis certe gener: addere tantis
Dotibus & meritum: faueant modo numina: tento.
Vt mea ſit ſeruata mea uirtute patiſcor.
Accipiunt legem: quis enim dubitaret & orant:
Promittuntque ſuper regnum dotale parentes.
Ecce uelut nauis præfixo concita roſtro
Sulcat aquas iuuenum ſudantibus acta lacertis:
Sic fera dimotis impulſu pectoris undis
Tantum aberat ſcopulis: quantum balearica torto
Funda poteſt plumbo medii tranſmittere cœli:
Cum ſubito iuuenis pedibus tellure repulſa
Arduus in nubes abiit: & in æquore ſummo
Vmbra uiri uiſa eſt. uiſam fera ſæuit in umbram.
Vtque iouis præpes uacuo cum uidit in aruo
Præbentem phœbo liuentia terga draconem:
Occupat aduerſum: neu ſæua retorqueat ora
Squamigeris auidos figit ceruicibus angues
Sic celeri miſſo præceps per inane uolatu

Terga feræ preſſit:dextroque frementis in armo
Inachides ferrum curuo tenus abdidit hamo
Vulnere læſa graui modo ſe ſublimis in auras
Attollit:modo ſubdit aquis:modo more ferocis
Verſat apri:quem turba canum circunſona terret.
Ille auidos morſus uelocibus effugit alis:
Quaque patent nunc terga cauis ſuper obſita conchis
Nunc laterum coſtas:nunc qua tenuiſſima cauda
Deſinit in piſcem falcato uulnerat enſe.
Bellua puniceo mixtos cum ſanguine fluctus
Ore uomit:maduere graues aſpergine pennæ.
Nec bibulis ultra perſeus talaribus auſus
Credere:conſpexit ſcopulum:qui uertice ſummo
Stantibus extat aquis:operitur ab æquore moto.
Nixus eo:rupiſque tenens iuga prima ſiniſtra
Ter quater exegit repetita per ilia ferrum.
Littora cum plauſu clamor:ſuperaſque deorum
Impleuere domos.gaudent:generumque ſalutant:
Auxiliumque domus ſeruatoremque fatentur
Caſſiope:cepheuſque pater.reſoluta catenis
Incedit uirgo:preciumque:& cauſa laboris.
Ipſe manus hauſta uictrices abluit unda.
Anguiferumque caput dura ne lædat harena:
Mollit humum foliis:nataſque ſub æquore uirgas
Sternit & imponit:phorcynidos ora meduſæ
Virga recens:bibulaque etiam nunc uiua medulla
Vim rapuit monſtri:tactuque induruit huius.
Percepitque nouum ramis:& fronde rigorem.
At pelagi nymphæ factum mirabile tentant
Pluribus in uirgis.& idem contingere gaudent
Semina quæ ex illis ut erant iactata per undas:
Nunc quoque coraliis eadem natura remanſit:
Duriciam tacto capiant ut ab aere:quodque
Vimen in æquore erat:fiat ſup æquora ſaxũ. Fa. .xix.

Meduſa Gorgo cum propter pulchritudinem a pluribus peteretur:coniugium Neptunni effugere nõ potuit.Quæ quod in templo Mineruæ cum eo concubuit: propter religionem loci:quã obtriuerat:crines eius in ſerpentes ab eadẽ dea ſunt mutati:ut quæ petita initio a plurimis procis eſſet:obiecta deformitate obuios in fugam uerteret: quos ſerpentes in ægide portat Pallas:ut hoſtes terreat.

Diis tribus ille focos totidem de ceſpite ponit:
Læuum mercurio:dextrum tibi bellica uirgo:
Ara iouis media eſt:mactatur uacca mineruæ:
Alipedi uitulus:taurus tibi ſumme deorum.
Protinus andromedan:& tanti præmia facti
Indotata rapit:tædas himenæus amorque
Præcipiunt:largis ſatiantur odoribus ignes.
Sertaque dependent tectis:& ubique lyræque:
Tibiaque & cantus animi fœlicia læti
Argumenta ſonant reſeratis aurea ualuis
Atria tota patent:pulchroque inſtructa paratu
Cepheni proceres ineunt conuiuia regis.
Poſtquam epulis functi generoſi munere bacchi
Diffudere animos:cultuſque:genuſque locorum
Quærit abantiades:quærenti protinus unus
Narrat Lyncides mores:habitumque uirorum:
Quæ ſimul edocuit:nunc o fortiſſime dixit
Fare precor perſeu quanta uirtute:quibuſque
Artibus abſtuleris crinita draconibus ora.
Narrat abantiades gelido ſub atlante iacentem
Eſſe locum ſolidæ tutum munimine molis:
Cuius in introitu geminas habitaſſe ſorores
Phorcidas unius ſortitas lumine uſum.
Id ſe ſolerti:furtim dum traditur:aſtu

Suppoſita cepiſſe

Suppoſita cepiſſe manu:perque abdita longe
Deuiaque:& ſiluis horrentia ſaxa fragoſis
Gorgoneas tetigiſſe domos:paſſimque per agros:
Perque uias uidiſſe hominum ſimulacra ferarumque
In ſilicem ex ipſis uia conuerſa meduſa.
Sed tamen horrendæ:clipei quem læua gerebat
Aere repercuſſo formam aſpexiſſe meduſæ.
Dumque grauis ſomnus colubras:ipſamque tenebat:
Eripuiſſe caput collo:penniſque fugacem
pegaſon:& fratres matris de ſanguine natos.
Addidit & longi non falſa pericula curſus:
Quæ freta:quas terras ſub ſe uidiſſet ab alto:
Et quæ iactatis tetigiſſet ſidera pennis.
Ante expectatum tacuit:tamen excipit unus
Ex numero procerum quærens cur una ſororum
Geſſerit alternis immixtos crinibus angues.
Hoſpes ait:quoniam ſcitaris digna relatu:
Accipe quæſiti cauſam:clariſſima forma
Multorumque fuit ſpes inuidioſa procorum
Illa:nec in tota conſpectior ulla capillis
Pars fuit:inueni:qui ſe uidiſſe referrent
Hanc pelagi rector templo uitiaſſe mineruæ
Dicitur:auerſa eſt:& caſtos ægide uultus
Nata iouis texit:neue hoc impune fuiſſet:
Gorgoneum crinem turpes mutauit in hydros:
Nunc quoque ut attonitos formidine terreat hoſtes:
Pectore in aduerſo:quos fecit:ſuſtinet angues.

i. Phineus & ſocii eius in ſaxum.
ii. Polydectes in lapidem.
iii. Muſæ in aues.
iiii. Cyane in fontem.
v. Steles puer in lacertam.
vi. Aſcalaphus in bubonem.
vii. Sirenæ ex parte in aues.
viii. Arethuſa in fontem.
ix. Lyncus rex in lyncem.
x. Pierides in picas.

Andromedā Cephei:& Caſſiopes filiā in Aethiopia ꝓpoſitā beſluæ marinæ Perſeus Iouis & Danaes filius Meduſæ Gorgonis caput ferēs paciſcit cōiugē:ſi eā piculo liberaſſet. Cā ātpro ſtituēdæ extiterat ob Nereidū irā quaꝝ pulchritudini ſe mīē prætulerat. Perfecto igī a pſeo pollicito cū fides' pmiſſa a cepheo eēt pſtita:& nuptiaꝝ cōiugaliū epulis regalibus pricipes ītereſſent:Phineus Cephei frater:cui Andromeda deſpōſata fuerat:cōtumeliā ſibi exiſtimās grauiſſimā inūctā:qđ aduēæ cōſanguineus poſtpoſitus eēt:ueſcētiū aīos pugna cōfudit. Et cū res miſerabilis dimicātiū ageret in regia:ac multi ex utraq; pte aīs q̄ caſus obtuliſſet cecidiſſēt:nouiſſime pſeus prætumēs multitudinē aduerſariorꝝ ipauit:ut diſcenderēt ex cōſpectu ſui:caputq; Gorgōis extulit:quo uiſo Phineus cū auxiliātibus diriguit i ſaxū. Noīa āt eoꝝ ſūt Theſſalus āphix. Nileus. aconteus āt Perſei miles dū pſpicit dimicās p imprudētiā aſpectā Gorgōis ſpeciē pinde i Lapidē ceſſit. Itē aſtyages: Rhoethus in dus. athis. phorbas āphimedō Actorides. Phritus. Solymedon Abaris. Licetus: helice. Phlegyaſq; clytus. Idas. Clymeneus. Protenor. Hipſeus. Lyncides. Emathiō. Cromis. Proteus. Telames. Epites. Iaperides: Pepalus. Licormas. Pelates. Corinthius. Abas Menaleus. Dorilas: Alcioneus. Clicius Clamus. Echiō. Agirtes. Molpheus. Ethemō. Itē i lapides. Theſſalus āphix. Lincides. Nileus. erix. nouiſſime phineus & ūbe cū ſuis ſocis diriguit i ſaxū.

P. OVI. NA. METAMORPHOSEOS LIBER QuINTVS.

CVmq; ea cephenum medio daria ius heros
Agmine commeniorat: fremitu regalia turbæ
Atria complentur: nec coniugalia feſta
Qui canat: eſt clamor: ſed qui fera nuntiet arma.

Inque repentinos conuiuia uerſa tumultus
Aſſimilare freto poſſis:quod ſæua quietum
Ventorum rabies motis exaſperat undis.
Primus in his phineus belli temerarius auctor
Fraxineam quatiens æratæ cuſpidis haſtam
En ait en adſum præreptæ coniugis ultor.
Nec mihi te pennæ;nec falſum uerſus in aurum
Iuppiter eripiet:conanti mittere cepheus
Quid facis exclamat?quæ te germane furentem
Mens agit in facinus?meritis ne hæc gratia tantis
Redditur?hac uitam ſeruatæ dote rependis?
Quam tibi non perſeus:uerum ſi quæris:ademit:
Sed graue nereidum numen:ſed corniger hammon:
Sed quæ uiſceribus ueniebat bellua ponti
Exaturanda meis.illo tibi tempore rapta:
Quo peritura fuit:niſi tu crudelis id ipſum
Exigis:ut pereat:luctuque leuabere noſtro.
Scilicet haud ſatis eſt:quod te ſpectante reuicta eſt?
Et nullam quod opem patruus:ſponſuſue tuliſti?
Inſuper a quoq; quod ſit ſeruata dolebis?
Prænuaq; eripies?quæ ſi ubi magna uidentur:
Ex illis ſcopulis ubi erant affixa petiſſes.
Nunc ſine qui petiit:per quem hæc non orba ſenectus:
Ferre:quod & meritis & uoce eſt pactus:eumque
Non tibi:ſed certe prælatum intellige morti.
Ille nihil contra:ſed & hunc:& perſea uultu
Alterno ſpectans petat hunc ignorat:an illum.
Cunctatuſque breui contortam uiribus haſtam
Quantas ira dabat:nequicquam in perſea miſit.
Et ſtetit illa toro:ſtratus:tum denique perſeus
Exiliit:teloque ferox inimica remiſſo
Pectora rupiſſet:niſi poſt altaria phineus
Iſſet:& indignum ſcelerato profuit ara.
Fronte tamen rhœti non irrita cuſpis adhæſit.
Qui poſtquam cecidit:ferrumq; ex oſſe reuulſum eſt:
Calcitrat:& poſitas aſpergit ſanguine menſas.
Tum uero indomitas ardeſcit uulgus in iras:
Telaque coniciunt:& ſunt qui cephea dicant
Cum genero debere mori:ſed limine tecti
Exierat cepheus teſtatus iuſque fidemque
Hoſpitiique deos ea ſe prohibente moueri.
Bellica pallas adeſt:& protegit ægide fratrem.
Datque animos:erat indus athis:quem flumine gange
Edita limniate uitreis peperiſſe ſub undis
Creditur:egregius forma:quam diuite cultu
Augebat bis adhuc octonis integer annis
Indutus tyriam chlamydem:quam limbus obibat
Aureus ornabant aurata monilia collum:
Et madidos myrrha curuum crinale capillos.
Ille quidem iaculo quamuis diſtantia miſſo
Figere doctus erat:ſed tendere doctior arcus.
Tum quoque lenta manu flectentem cornua Perſeus
Stipite:qui media poſitus fumabat in ara:
Perculit:& fractis confudit in oſſibus ora.
Hunc ubi fœdatos iactantem in ſanguine uultus
Aſſyrius uidit lycabas iunctiſſimus illi
Et comes:& ueri non diſſimulator amoris:
Poſtquam exhalantem ſub acerbo uulnere uitam
Deplorauit athin:quos ille tetenderat arcus
Arripit:& mecum tibi ſint certamina dixit.
Nec longum pueri fato lætabere:quo plus
Inuidiæ q̃ laudis habes.hæc omnia nondum
Dixerat:emicuit neruo penetrabile telum.
Vitatumque tamen ſinuoſa ueſte pependit.
Vertit in hunc harpen madefactam cæde meduſæ
Acriſioniades:

Acrisioniades:adigitq; in pectus.at ille
Iam moriens oculis sub nocte natantibus atra
Circunspexit athin:seque acclinauit ad illum.
Et tulit ad manes iunctæ solatia mortis.
Ecce suenites genitus methione phorbas:
Et lybis amphimedon auidi committere pugnam:
Sanguine quo late tellus madefacta tepebat.
Conciderant lapsi:surgentibus obstitit ensis
Alterius costis iugulo phorbantis adactus.
At non actoriden erithum:cui lata bipennis
Telum erat:admoto perseus petit ense:sed altis
Extantem signis:multeque in pondere massæ
Ingentem manibus tollit cratera duabus:
Infligitque uiro:rutilum uomit ille cruorem.
Et resupinus humum moribundo uertice pulsat.
Inde semyramio polidæmona sanguine cretum
Caucaseumque abarim:sperchesi ademq; lycetum
Intonsumq; comas elicen phlegyamq;:clytumque:
Sternit:& extructos morientum calcat aceruos.
Nec phineus ausus concurrere cominus hosti
Intorquet iaculum:quod detulit error in idam
Expertem frustra belli:& neutra arma secutum.
Ille tuens oculis immitem phinea toruis
Quando quidem in partes ait abstrahor:accipe phineu
Quem feci sti hostem:pensaque hoc uulnere uulnus:
Iamque remissurus tractum de corpore telum
Sanguine defectos cecidit collapsus in artus.
Hic quoq; cephenum post regem primus odites
Ense iacet clymeni.Protenora percutit hypseus
Hypsea lyncides.fuit & grandæuus in illis
Emathion æqui cultor:timiduſq; deorum:
Qui quoniam prohibent anni bellare:loquendo
Pugnat;& inceſſit:ſceleratáque deuouet arma.
Huic cromis amplexo tremulis altaria palmis
Decutit enſe caput:quod protinus incidit aræ:
Atque ibi ſemianimis uerba execrantia lingua
Edidit:& medios animam expirauit in ignes.
Hic gemini fratres proteaſq;:& cæſtibus Hammon
Inuicti:uinci ſi poſſent ceſtibus enſes:
Phineia cecidere manu:Cereriſque ſacerdos
Alphitus albenti uelatus tempora uitta.
Tu quoque iapeti de non hos adhibendus ad uſus:
Sed qui pacis opus citharam cum uoce moueres:
Iuſſus eras celebrare dapes:feſtumque canendo:
Quem procul aſtantem plectrumque ibelle tenentem
Petalus irridens ſtygiis cane cætera dixit
Manibus:& leuo mucronem in pectore fixit.
Concidit:& digitis morientibus ille retentat
Fila lyræ:caſuque fuit miſerabile carmen.
Nec ſinit hunc impune ferus cecidiſſe lycormas.
Raptaque de dextro robuſta repagula poſte
Oſſibus illiſit mediæ ceruicis:at ille
Procubuit terræ mactati more iuuenci.
Demere tentabat leui quoque robora poſtis
Cinypheus peates:tentanti dextera fixa eſt
Cuſpide marmaride coriti:lignoque cohæſit.
Hærenti latus hauſit abas:nec corruit ille
Sed retinente manu moriens de poſte pependit.
Sternitur & menaleus perſeia caſtra ſecutus:
Et naſamoniaci Dorilas ditiſſimus agri
Dives agri Dorilas:quo non poſſederat alter
Latius:aut totidem tollebat farris aceruos.
Huius in obliquo miſſum ſtetit inguine ferrum:
Lethifer ille locus:quem poſtquam uulneris auctor
Singultantem animam:& uerſantem lumina uidit.

Bracteus alcioneus:hoc quod premis inquit habeto
De tot agris terræ:corpuſq; exangue reliquit.
Torquet in hunc haſtam calido de uulnere raptam
Vltor abantiades:media quæ nare recepta
Ceruice exacta eſt:in parteſque eminet ambas:
Dumq; manum fortuna iuuat:cliciumq; danumq;
Matre ſatos una diuerſo uulnere fudit:
Nam clicii per utrunq; graui librata lacerto
Fraximus acta femur:iaculum danus ore momordit.
Occidit & celedon:mindeſius occidit aſtreus:
Matre palæſtina & dubio genitore creatus.
Echionq; ſagax quondam uentura uidere:
Nunc aue deceptus falſa:regiſque thoactes
Armiger:& cæſo genitore in famis agitres:
Plus tamen exhauſto ſupereſt:nanque omnibus unum
Opprimere eſt animus:coniurata undique pugnant
Agmina pro cauſa meritum impugnante fidemq;.
Hac pro parte ſocer fruſtra pius:& noua coniunx
Cum genitrice fauent:ululatuque atria complent.
Sed ſonus armorum ſupera:gemituſque cadentum:
Polluteſque ſimul multo bellona penates
Sanguine perfundit:renouataque prælia miſcet:
Circumeunt unum phineus:& mille ſecuti
Phinea:tela uolant hyberna grandine plura
Præter utrunque latus:præterque & lumen:& aures:
Applicat hic humeros ad magnæ ſaxa columnæ:
Tutaque terga gerens:aduerſaque in agmina uerſus
Suſtinet inſtantes:inſtabat parte ſiniſtra
Chaonius molpheus:dextra nabatheus ethemon.
Tigris ut auditis diuerſa ualle duorum
Extimulata fame mugitibus armentorum
Neſcit utro potius ruat:& ruere ardet utroque:
Sic dubius perſeus dextra:læua ne feratur
Molphea traiecti ſummouit uulnere cruris.
Contentuſq; fuga eſt:neque enim dat tempus ethemon
Sed furit:& cupiens alto dare uulnera collo
Non circumſpectis exactum uiribus enſem
Fregit:& extrema percuſſæ parte columnæ
Lamina diſſiluit:dominique in gutture fixa eſt.
Non tamen ad læthum cauſas ſatis illa ualentes
Plaga dedit:trepidum perſeus:& inertia fruſtra
Brachia tendentem cillenide confodit harpe.
Verum ubi uirtutem turbæ ſuccumbere uidit:
Auxilium perſeus:quoniam ſic cogitis ipſi:
Dixit:ab hoſte petam:uultus auertite ueſtros
Si quis amicus adeſt.ut gorgonis extulit ora.
Quære alium:tua quem moueant miracula dixit
Theſſalus:utque manu iaculum lætale parabat
Mittere:in hoc hæſit ſignum de marmore geſtu:
Proximus huic amphix animi pleniſſima magni
Pectora lyncidæ gladio petit:inque petendo
Dextera diriguit:nec citra mota nec ultra eſt.
At nileus:qui ſe genitum ſeptemplice nilo
Mentitus erat:clipeo quoque flumina ſeptem
Argento partim:partim celauerat auro:
Aſpice:ait perſeu noſtræ primordia gentis.
Magna feres tacitæ ſolatia mortis ad umbras
A tanto cecidiſſe uiro:pars ultima uocis
In medio ſuppreſſa ſono eſt:adapertaque uelle
Ora loqui credas:nec ſunt ea peruia uerbis:
Increpat hos:uitioque animi non uiribus inquit
Gorgoneis torpetis eryx:incurrite mecum:
Et proſternite humi iuuenem magica arma mouentem.
Incurſurus erat:tenui ueſtigia tellus.
Immotuſque ſilet:armataque manſit imago.

Hic tamen

Hic tamen ex merito pœnas ſubiere:ſed unus
Miles erat perſei:pro quo dum pugnat acontheus
Gorgone conſpecta ſaxo concreuit oborto.
Quem ratus aſtyages etiam nunc uiuere longo
Enſe ferit:ſonuit tinnitibus enſis acutis.
Dum ſtupet aſtyages:naturam traxit eandem:
Marmoreoque manet uultus mirantis in ore.
Nomina longa mora eſt media de plæbe uirorum
Dicere:bis centum reſtabant corpora pugnæ.
Gorgone bis centum riguerunt corpora uiſa.
Pœnitet iniuſti tunc denique phinea belli:
Sed quid agat?ſimulacra uidet diuerſa figuris.
Agnoſcitque ſuos:& nomine quenque uocatum
Poſcit opem:credenſque parum ſibi proxima tangit
Corpora marmor erant:auertitur:atque ita ſupplex
Confeſſaſque manus:obliquaque brachia tendens:
Vincis ait perſeu:remoue tua monſtra:tuæque
Saxificos uultus quæcunque ea tolle meduſæ
Tolle precor:non nos odium regnique cupido
Compulit ad bellum:pro coniuge mouimus arma.
Cauſa fuit melior meritis tua:tempora noſtra:
Non ceſſiſſe piget:nil o fortiſſime præter
Hanc animam concede mihi:tua cætera ſunto.
Talia dicenti:neque eum quem uoce rogabat
Reſpicere audenti:quod ait timidiſſime phineu
Et poſſum tribuiſſe:& magnum eſt munus inerti:
Pone metum:tribuam:nullo uiolabere ferro.
Quin etiam manſura dabo monumenta per æuum
Inque domo ſoceri ſemper ſpectabere noſtri:
Vt mea ſe ſponſi ſoletur imagine coniunx.
Dixit:& in partem phorcynida tranſtulit illam:
Ad quam ſe trepido phineus obuerterat ore.
Tunc quoque conanti ſua flectere lumina ceruix
Diriguit:ſaxoque oculorum induruit humor.
Sed tamen os timidum:uultuſque in marmore ſupplex:
Summiſſæque manus:faceſque obnoxia manſit.

Fabula Secunda.

Polydectes rex iſulæ Seriphi ad quá Perſeus cũ Dane matre icluſus arca puenerat:cupiẽs allegare arbitriũ ut matre cuius libere potiret:ad Gorgõis meduſæ reſecãdũ caput eũ miſit: qđ ille Minerua uolente ad polydectẽ pertulit:inficiantiq; laborem operis oſtendit.ac priusille diriguit: q̃ ſe ulciſceretur.

Victor abantiades patrios cum coniuge muros
Intrat:& immeriti uindex ultorque parentis
Aggreditur prœtum:nam fratre per arma fugato
Acriſioneas prœtus poſſederat arces.
Sed nec ope armorum:nec quam male ceperat arce
Torua colubriferi ſuperauit lumina monſtri.
Te tamen o paruæ rector polydecte ſeriphi:
Nec iuuenis uirtus per tot ſpectata labores:
Nec mala mollierant:ſed inexorabile durus
Exerces odium:nec iniqua finis in ira eſt:
Detractas etiam laudem:fictamque meduſæ
Arguis eſſe necem:dabimus tibi pignora ueri:
Parcite luminibus perſeus ait:oraque regis
Ore meduſæo ſilicem ſine ſanguine fecit.

Muſæ cum parnaſum montem petiſſent:aduerſis tempeſtatibus inuitatæ a Pironeo:qui Daulida phocidis urbem incolebat:tecta ſubierunt:qui pulchritudine captus uirginum cum regiã claudi imperaſſet ad uim inferẽdã:Ne cupiditatẽ eius experirentur:in uolucres conuerſæ ſunt. quas ille dum pardua mõtium perſequitur:prolapſus altitudine ſcopulorum præcipitatus eſt:ita ut toto corpore elideretur: uitãq; finiret.

Hactenus aurigenæ comitem Tritonia fratri
Se dedit:inde caua circundata nube ſeriphon

Deſerit:a dextra cypro gyaroque relictis.
Quaque ſuper pontum uia uiſa breuiſſima thebas
Virgineumque helicona petit:quo monte potita
Conſtitit:& doctas ſic eſt affata ſorores.
Fama noui fontis noſtras peruenit ad aures:
Dura meduſæi quem præpetis ungula rupit.
Is mihi cauſa uiæ:uolui mirabile factum
Cernere:uidi ipſum materno ſanguine naſci.
Excipit uranie:quæcunque eſt cauſa uidendi
Has tibi diua domos animo gratiſſima noſtro:
Vera tamen fama eſt:& pegaſus huius origo
Fontis:& ad lanices deduxit pallada ſacros.
Quæ mirata diu factas pedis ictibus undas
Siſuarum lucos circunſpicit antiquarum
Antraque:& innumeris diſtinctas floribus herbas:
Fœliceſque uocat pariter ſtudiique locique
Meonidas:quam ſic affata eſt una ſororum:
O niſi te uirtus opera ad maiora tuliſſet:
In partem uentura chori tritonia noſtri:
Vera refers:meritoque probas artemque locumque:
Et gratam ſortem:tutæ modo ſimus:habemus.
Sed:uetitum eſt adeo ſceleri nihil:omnia terrent
Virgineas mentes:diruſque ante ora pyreneus
Vertitur:& nondum me tota mente recepi.
Daulia thraicio phoceaque milite rura
Ceperat ille ferox:iniuſtaque regna tenebat.
Templa petebamus parnaſia:uidit euntes:
Noſtraque fallaci ueneratus numina uultu:
Meonides:cognorat enim:conſiſtite dixit:
Ne dubitate precor:tecto graue ſidus & imbrem
Imber erat:uitate meo:ſubiere minores
Sæpe caſas ſuperi:dictis & tempore motæ
Annuimuſque uiro:primaſque intrauimus ædes.
Deſierant imbres:uictoque aquilonibus auſtro
Fuſca repugnato fugiebant nubila cœlo:
Impetus ire fuit:claudit ſua tecta pyreneus:
Vimque parat:quam nos ſumptis effugimus alis.
Ipſe ſecuturo ſimilis ſtetit arduus arce.
Quaque uia eſt uobis erit & mihi dixit eadem.
Seque iacit uecors e ſummo culmine turris:
Et cadit in uultus:diſcuſſiſque oſſibus oris
Tũdit humũ moriẽs ſcelerato ſanguine tictã; Fa. iiii.
Venus idignata quod & diana & ꝓſerpina Cereris filia numẽ ſuum coniugiaq; aſpernarent':Ditem qui territus uiribus Typhonis mouentis ætnam:cui ſubiectus a dis erat:cum ab inferis emerſiſſet impulit in amorem:uti proſerpinam circa ætnã flores legentẽ cũ minerua atq; Diana reperet: q̃ capta cum ꝓperanter curru fugeret:a Cyane nympha quã dilexerat Anaphis amnis interedẽte tardatus eſt. At ille incenſus ira ꝓpter morã itercedentis relicto ſcæptro iter ſtagna diſcuſſit undã: præcepſq; mari merſus Cyaneq; currui obſtiterat i liquorem ſui nominis uertit:cuius lacus contiguus Arethuſæ uidetur
Muſa loquebatur:pennæ ſonuere per auras.
Voxque ſalutantum ramis ueniebat ab altis.
Suſpicit & linguæ quærit tam certa loquentes:
Vnde ſonent hominemq; putat ioue nata locutum:
Ales erat:numeroq; nouem ſua facta querentes
Inſtiterant ramis imitantes omnia picæ.
Miranti ſic orſa deæ:dea nuper & iſtæ
Auxerunt uolucrum uictæ certamine turbam.
Pierus has genuit pellæis diues in aruis.
Pæonis anippe mater fuit illa potentem
Lucinam nouies:nouies paritura uocauit.
Intumuit numero ſtolidarum turba ſororum:
Perq; tot Acmonias & per tot achaidas urbes

Huc uenit:

Huc uenit:& tali committit prælia uoce.
Desinite indoctum uana dulcedine uulgus
Fallere:nobiscum si qua est fiducia uobis
Thespiades certate deæ;nec uoce nec arte
Vincemur:totidemq; sumus:uel cedite uictæ
Fonte meduſæo & hyantia aganippe:
Vel nos aemathiis ad pæonas usque niuosos
Cedemus siluis:dirimant certamina nymphæ:
Turpe quidem contendere erat:sed cedere uisum
Turpius:electæ iurant per flumina nymphæ.
Factaque deuiuo pressere sedilia saxo.
Tunc sine sorte prior:quæ se certare professa est:
Bella canit superum:falsoque in honore gigantes
Ponit:& extenuat magnorum facta deorum:
Emissumque ima de sede thyphoea terræ
Cœlestibus feciſſe metum:cunctosque dediſſe
Terga fugæ:donec fessos ægyptia tellus
Ceperit:& septem distertus in hostia nilus:
Huc quoque terrigenam uenisse thyphoea narrat:
Et se mentitis superos celasse figuris:
Duxque gregis dixit sit iupiter:unde recuruis
Nunc quoque formatus libys est cum cornibus Hammon.
Delius in coruo:proles semeleia capro.
Fele soror phœbi:niuea saturnia uacca:
Pisce uenus latuit:Cyllenius ibidis alis.
Hactenus ad citharam uocalia mouerat ora:
Poscimur aonides;sed forsitam ocia non sunt.
Nec nostras præbere uacat tibi cantibus aures.
Ne dubita:uestrumque mihi refer ordine carmen
Pallas ait.nemorisque leui consedit in umbra.
Musa refert dedimus summam certaminis uni:
Surgit:& immensos hedera collecta capillos
Calliope querulas præremptat pollice chordas:
Atque hæc percussis subiungit carmina neruis:
Prima ceres unco glebam dimouit aratro.
Prima dedit fruges alimentaque mitia terris:
Prima dedit leges:Cereris sunt omnia munus:
Illa canenda mihi est utinam modo dicere possem
Carmina digna dea:certe est dea carmine digna.
Vasta giganteis iniecta est insula membris
Trinacris:& magnis subiectum molibus urget
Aethereas ausum sperare typhoea sedes.
Nititur ille quidem:temptatq; resurgere sæpe:
Dextra sed ausonio manus est subiecta peloro.
Leua pachynne tibi:lilybæo crura premuntur.
Degrauat ætna caput:sub qua resupinus harenas
Eiectat:flamamque fero uomitore typhœus.
Sæpe remoliri luctatur pondera terræ:
Oppidaque & magnos deuoluere corpora montes:
Inde tremit tellus:& res pauet ipse silentem:
Ne pateat latoque solum retegatur hiatu:
Immissusque dies trepidantes terreat umbras.
Hanc metuens cladem tenebrosa sede tyrannus
Exierat:curruque atrorum uectus equorum
Ambibat siculæ cautus fundamina terræ:
Postquam exploratum satis est loca nulla labare:
Depositoque metu uidet hunc erycina uagantem
Monte suo residens:natumque amplexa uolucrem
Arma manusque meæ mea nate potentia dixit:
Illa quibus superas omnes cape tæla cupido:
Inque dei pectus celeres molire sagittas:
Cui triplicis cessit fortuna nouissima regni:
Tu superos ipsumque iouem:tu numina ponti
Victa domas:ipsumque regit qui numina terræ:
Tartara quid cessant:cur non matrisque tuumque

Imperium profers:agitur pars tertia mundi.
Et tamen in cœlo quoque iam patientia noſtra eſt.
Spernimur:ac mecum uires minuuntur amoris.
Pallada nonne uides iaculatricemque dianam
Abſciſſiſſe mihi?Cereris quoque filia uirgo
Si patiemur erit:nam ſpes affectat eaſdem:
At tu pro ſocio ſi qua eſt ea gratia regno:
Iunge deam patruo:dixit Venus.ille pharetram
Soluit:& arbitrio matris de mille ſagittis
Vnam ſepoſuit:ſed qua nec acutior ulla:
Nec minus incerta eſt:nec.quæ magis audiat arcum
Oppoſitoque genu euruauit flexile cornu:
Inque cor hamata percuſſit harundine ditem.
Haud procul ætneis lacus eſt a mœnibus altus
Nomine perguſa:non illo plura cayſter
Carmina cygnorum labentibus audit in undis:
Silua coronat aquas cingens latus omne:ſuiſque
Fundibus ut uelo phœbeos ſummouet igoes.
Frigora dant rami;uarios humus humida flores:
Perpetuum uer eſt:quo dum proſerpina luco
Ludit:& aut uiolas aut candida lilia carpit:
Dumque puellari ſtudio calathoſque ſinumque
Implet:& æquales certat ſuperare legendo.
Pene ſimul uiſa eſt:dilectaque raptaque diti:
Vſque adeo eſt properatus amor:dea territa mœſto
Et matrem & comites:ſed matrem ſæpius ore
Clamat:& ut ſumma ueſtem laniarat ab ora
Cellecti flores tunicis cecidere remiſſis.
Tantaque ſimplicitas puerilibus affuit annis:
Hæc quoque uirgineum mouit iactura dolorem.
Raptor agit currus:& nomine quenque uocando
Exhortatur equos:quorum per colla ſubaſque
Excutit obſcura tinctas ferrugine habenas:
Perque lacus altos & olentia ſulphure fertur
Stagna palicorum rupta feruentia terra:
Et qua bacchiadæ bimari gens orta corintho
Inter inæquales poſuerunt mœnia portus.
Eſt medium cyanes & piſææ arethuſæ.
Quod coit anguſtis incluſum cornibus æquor.
Hic fuit:a cuius ſtagnum quoque nomine dictum eſt
Inter ſicelidas Cyane celeberrima nymphas:
Gurgite quæ medio ſumma tenus extitit aluo:
Agnouitque deam:nec longius ibitis inquit.
Non potes inuitæ cereris gener eſſe.roganda:
Non rapienda fuit:quod ſi componere magnis
Parua mihi fas eſt;& me dilexit anapis:
Exorata tamen:nec ut hæc exterrita nupſi:
Dixit & in partes diuerſas brachia tendens
Obſtitit:haud ultra tenuit ſaturnius iram:
Terribileſque hortatus equos in gurgitis ima
Contortum ualido ſcæptrum regale lacerto
Condidit:icta uiam tellus in tartara fecit:
Et pronos currus medio cratere recepit:
At Cyane raptamque deam contemptaque fontis
Iura ſui mœrens inconſolabile uulnus
Mente gerit tacita:lachrymiſque abſumitur omnis:
Et quarum fuerat magnum modo numen in illas
Extenuatur aquas:molliri membra uideres:
Oſſa pati flexus;ungues poſuiſſe rigorem.
Primaque de toto tenuiſſima quæque liqueſcunt:
Cerulei crines digitique & crura pedeſque:
Nam breuis in gelidas membris exilibus undas
Tranſitus eſt:poſt hæc humeri tergumque latuſque:
Pectoraque in tenues abeunt euanida riuos.
Denique pro uiuo nitiatas ſanguine uenas

Lympha ſubit:reſtatque nihil quod prehendere poſſis.

Fabula Quinta.

Ceres cum orbem terrarum peragraſſet,requirēs filiam Proſerpinā æſtu torrida ad caſam cuiuſdā anus nomine Miſmes deuēit:petitq; ab ea ut ſibi aquā ad colluēdū ieiunū porrigeret.Quæ cū polētatā potionē ei dediſſet:& illa auidius biberet:puer qdā ex eiuſdē caſæ nomine Steles ,pcacius ē ,pſecutus pdicās auiditatē eius ī bibēdo:cuius dea audacia pueri offenſa ī malis partē potionis in eū effudit:fecitq; ut in Stellionem conuerteretur:qui potiorem ſparſam polenta oſtēderet.

Interea pauidæ nequicquam filia matri
Omnibus eſt terris:omni quæſita profundo.
Illam non udis ueniens aurora capillis:
Ceſſantem uidit:non heſperus:illa duabus
Flammiferas pinus manibus ſuccendit ab ætna.
Perque pruinoſas tulit irrequieta tenebras.
Rurſus ubi alma dies habetarat ſidera:natam
Solis ab occaſu:ſolis quærebat ad ortus.
Feſſa labore ſitim conceperat:oraque nulli
Colluerant fontes:contectam ſtramine uidit
Forte caſam:paruaſque fores pulſauit:at inde
Prodit anus:diuamq; uidet:lymphaque roganti
Dulce dedit teſta quod coxerat ante polenta.
Dum bibit illa datum:duri puer oris & audax
Conſtitit ante deam:riſitq;:auidamque uocauit:
Offenſa eſt:neque adhuc epota parte loquentem
Cum liquido mixta perfudit diua polenta.
Combibit os maculas:& quæ modo brachia geſſit
Crura gerit:cauda eſt mutatis addita membris.
Inque breuem formam:ne ſit uis magna nocendi:
Contrahitur:paruaque minor mienſura lacerta eſt.
Mirantem flentemque & tangere monſtra pauentem
Fugit anum:latebraſque petit:aptumque colori
Nomen habet uariis ſtellatus corpora guttis:

Fa. vi.

Cum Arethuſa nympha Siciliæ fontis qui humo preſſus ab Elide fluit:indicauiſſet Cereri a Dite raptam Proſerpinam: & illam ab Ioue impetraſſet ſi fratris nuptiis contenta non eſſet ea lege ab iferis duceret eam:ſi nihil guſtaſſet. Quam ob cauſam cum iudicium fieret:Aſcalaphus hoſpes Acherontis filius ad iudiciū primus deſcēdit:docuitq; eam mali punici granū guſtaſſe.Quamobrē ī auē bubonē abominādi omnis cōuerſus ē.Iuppiter aūt ex æquo Cereriq; fratriq; tribuit:ut partē āni Proſerpina apud uirū:partem aūt apud matrē ageret.

Quas dea per terras:& quas errauerit undas
Dicere longa mora eſt:quærenti defuit orbis.
Sicaniam repperit:dumque omnia luſtrat eundo:
Venit & ad Cyanen:ea ni mutata fuiſſet:
Omnia narraſſet:ſed & os & lingua uolenti
Dicere non aderant:nec qua loqueretur habebat:
Signa tamen manifeſta dedit:notamque parenti
Illo forte loco delapſam in gurgite ſacro
Perſephone zonam ſummis oſtendit in undis.
Quam ſimul agnouit tanquam tum denique raptam
Sciſſet:inornatos laniauit diua capillos:
Et repetita ſuis percuſſit pectora palmis.
Neſcit adhuc ubi ſit:terras tamen increpat omnis:
Ingrataſque uocat:nec frugum munere dignas
Trinacriam ante alias:in qua ueſtigia dammi
Repperit:ergo illic ſæua uertentia glebas
Fregit aratra manu:parilique irata colonos:
Ruricolaſque boues ſœto dedit:aruaque iuſſit
Fallere depoſitum:uiciataque ſemina fecit.
Fertilitas terræ latum uulgata per orbem
Sparſa iacet.primis ſegetes moriuntur in herbis:
Et modo ſol nimius:nimius modo corripit imber

Sideraque:uentiq; nocent:auidæque uolucres
Semina iacta legunt:lolium tribulique fatigant
Triticias meſſes:& inexpugnabile gramen.
Tum caput eleis alpheias extulit undis:
Roranteſque comas a fronte remouit ad aures.
Atque ait o toto quæſitæ uirginis orbe:
Et frugum genitrix immenſos ſiſte labores:
Neue tibi fidæ uiolenta iraſcere terræ.
Terra nihil meruit:patuitque inuita rapinæ:
Nec ſum pro patria ſupplex:huc ſoſpita ueni:
Piſa mihi patria eſt:& ab elide ducimus ortus.
Sicaniam peregrina colo:ſed gratior omni
Hæc mihi terra ſolo eſt:hos nunc arethuſa penates:
Hanc habeo ſedem:quam tu mitiſſima ſerua.
Mota loco cur ſim tantique per æquoris undas
Aduehor ortygiam:ueniet narratibus hora
Tempeſtiua meis:cum tu curaque leuata
Et uultus melioris eris:mihi peruia tellus
Præbet iter:ſubterque imas ablata cauernas
Hic caput attollo:deſuetaque ſidera cerno.
Ergo dum ſtygio ſub terris gurgite labor:
Viſa tua eſt oculis illic proſerpina noſtris.
Illa quidem triſtis:neque adhuc interrita uultu:
Sed regina tamen:ſed opaci maxima mundi.
Sed tamen inferni pollens matrona tyranni.
Mater ad auditas ſtupuit ceu ſaxea uoces:
Attonitæque diu ſimilis fuit:utque dolore
Pulſa graui grauis eſt amentia:curribus auras
Exit in æthereas:ibi toto nubila uultu
Ante iouem ſparſis ſtetit inuidioſa capillis.
Proque meo ueni ſupplex tibi iuppiter inquit
Sanguine proque tuo:ſi nulla eſt gratia matris
Nata patrem moueat neu ſit tibi cura precamur
Vilior illius quod noſtro eſt edita partu:
En quæſita diu tandem mihi nata reperta eſt
Si reperire uocas amittere certius:aut ſi
Scire ubi ſit reperire uocas:quod rapta feremus:
Dummodo reddat eam:neque enim prædone marito
Filia digna tua eſt:ſi iam mea filia non eſt.
Iuppiter excepit commune eſt pignus onuſque
Nata mihi tecum:ſed ſi modo nomina rebus
Addere uera placet:non hoc iniuria factum:
Verum amor eſt:neque erit nobis gener ille pudori:
Tu modo diua uelis ut deſint cætera:quantum eſt
Eſſe iouis fratrem?quid quod non cætera deſunt?
Nec cedit niſi forte mihi?ſed tanta cupido
Si tibi diſſidii eſt:reperet proſerpina cœlum:
Lege tamen certa:ſi nullos:contigit illic
Ore cibos:nam ſic parcarum fœdere cautum eſt.
Dixerat:at cereri certum eſt educere natam.
Non ita fata ſinunt:quoniam ieiunia uirgo
Soluerat:& cultis dum ſimplex errat in hortis:
Puniceum curua decerpſerat arbore pomum.
Sumptaque pallenti ſeptem de cortice grana
Preſſerat ore ſuo:ſoluſque ex omnibus illud
Aſcalaphus uidit:quem quondam dicitur orphne
Inter auernales haud ignotiſſima nymphas
Ex acheronte ſuo furuis peperiſſe ſub antris.
Vidit:& indicio reditum crudelis ademit.
Ingemuit regina herebi:teſtemque prophanum
Fecit auem:ſparſumque caput flegethontide lympha
In roſtrum & plumas & grandia lumina uertit:
Ille ſibi ablatus fuluis amicitur in alis:
Inque caput creſcit:longoſque reflectitur ungues:
Vixque mouet natas per inertia brachia pennas.

Fœdaque ſit

Fœdaque fit uolucris uenturi nuncia luctus:
Ignauus bubo dirum mortalibus omen. Fa. vii.
Syrenes Acheloi & Melpomenes musæ filiæ cum Proserpinã raptam requirerent:neq; eam ullo modo possent inuenire: a deis nouissime impetrauissent ut uersæ in uolucres non tãtũ in terram:sed etiam in mare requisitam consequi possent:no uissime deuenerunt ad petram maris:quæ immineba proxi ma pelago.Harum ita fatum fuit:quam diu earum uox audi ta nõesset mortalibus:manerẽt incolumes:Forte Vlyxes mo/ nitu Circes præteruectus est:tũm se præcipitauerunt.
Hic tamen indicio pœnam linguaque uideri
Commeruisse potest:uobis acheloides undæ
Pluma pedesque auium:cum uirginis ora geratis:
An quia cum legeret flores proserpina uernos:
In comitum numero mixtæ sirenes eratis:
Quam postquam toto frustra quæsitis in orbe:
Protinus:ut uestram sentirent æquora curam:
Posse super fluctus alarum insistere remis
Optastis:facilesque deos habuistis:& artus
Vidistis uestros subitis flauescere pennis.
Ne tamen ille canor mulcendas natus ad aures:
Tantaque dos oris linguæ deperderet:usum:
Virginei uultus & uox humana remansit. Fa. viii.
Iuppiter diuisit annum:ut Proserpina partim apud uirũ par tim apud matrem moraretur:ergo Ceres exigit ab arethusa: ut sibi originem suam exponat.arethusa achaidum nympha rum formosissima,cum ab alpheo amne persequeretur:cupe retq; psequentis ipetũ effugere:inuocauit Dianã:cuius comes & æmula studii fuerat: ut laborãti iferret auxiliũ: obiectaq; ea numini ne i cõspectũ cupiẽtis posset uenire:tellure rupta i isulã ætnã admisit p obscurũ iter:& i fõtẽ cognomis sui Or/ tygiũ uersã ad supos euocauit:cuius liquore alpheus ãnis ifũ
At medius fratrisque sui mœstæque sororis /dif.
Iuppiter ex æquo uoluentem diuidit annum.
Nunc dea regnorum numen commune duorum
Cum matre est totidem:totidem cum coniuge menses.
Vertitur extemplo facies & mentis & oris.
Nam modo quæ poterat diti quoque mœsta uideri:
Læta deæ frons est:ut sol qui tectus aquosis
Nubibus ante fuit:uictis e nubibus exit.
Exigit alma ceres nata secura recepta
Quæ tibi causa fugæ:cur sis arethusa sacer fons:
Conticuere undæ:quarum dea sustulit alto
Fonte caput:uirideque manu siccata capillos
Fluminis alphei ueteres narrauit amores.
Pars ego nympharum quæ sunt in achaide dixit
Vna fui:nec me studiosius altera saltus
Legit:nec posuit studiosius altera casses:
Sed quamuis formæ nunquam mihi fama petita est:
Quamuis fortis eram:formosæ nomen habebam:
Nec mea me facies nimium laudata iuuabat.
Quaque aliæ gaudere solent ego rustica dote
Corporis erubui:crimenque placere putaui.
Lassa reuertebar:memini:stymphalide silua.
Aestus erat:magnusque labor geminauerat æstum:
Inuenio sine uortice aquas:sine murmure euntes
Perspicuas ad humum:per quas numerabilis alte
Calculus omnis erat:quas tu uix ire putares.
Cana salicta dabant nutritaque populus unda
Sponte sua natas ripis decliuibus umbras.
Accessi:primumque pedis uestigia tinxi:
Poplite deinde tenus:neque eo contenta recingor:
Molliaque impono salici uelamina curuæ.
Nudaque mergor aquis:quas dum ferioque trahoque
Mille modis labens:excussaque brachia iacto:

Neſcio quod medio ſenſi ſub gurgite murmur.
Territaque inſiſto propiori margine fontis.
Quo properas arethuſa ſuis alpheus ab undis:
Quo properas iterum rauco mihi dixerat ore?
Sicut eram fugio ſine ueſtibus:altera ueſtes
Ripa meas habuit:tanto magis inſtat:& ardet.
Et quia nuda fui:ſum uiſa paratior illi.
Sic ego currebam:ſic me ferus ille premebat:
Vt fugere accipitrem penna trepidante columbæ.
Vt ſolet accipiter trepidas urgere columbas:
Vſque ſub orchomenon ſophidaque cyllenenque
Mænalioſque ſinus:gelidumque erimanthon:& elim
Currere ſuſtinui:nec me uelocior ille:
Sed tollerare diu curſus ego uiribus impar
Non poteram longi patiens erat ille labori:
Per tamen & campos & opertos arbore montes:
Saxa quoque & rupes:& qua uia nulla cucurri:
Sol erat a tergo:uidi præcedere longam
Ante pedes umbram niſi ſi timor illa uidebat.
Sed certe ſonituque pedum terrebar:& ingens
Crinales uitas afflabat anhelitus oris:
Feſſa labore fugæ fer opem deprehendimur inquam
Armigeræ diana tuæ:cui ſæpe dediſti
Ferre tuos arcus:incluſaque tela pharetra.
Mota dea eſt:ſpiſſiſque ferens e nubibus unam
Me ſuper iniecit:luſtrat caligine tectam
Amnis.& ignarus circum caua nubila quærit:
Biſque locum:quo me dea texerat:inſcius ambit:
Et bis io arethuſa io arethuſa uocauit.
Quid mihi tunc animi miſeræ fuit?an ne quod agi
Si qua lupos audit circum ſtabula alta frementes:
Aut lepori?qui uepre latens hoſtilia cernit
Ora canum:nullos audet dare corpore motus.
Non tamen abſedit:neque enim ueſtigia cernit
Longius ulla pedum:ſeruat nubemque locumque:
Occupat obſeſſos ſudor mihi frigidus artus:
Ceruleæque cadunt toto de corpore guttæ:
Quaque pedem moui:manat lacus eque capillis
Ros cadit:& citius quam nunc tibi fata renarro:
In latices mutor:ſed enim cognoſcit amatas
Amnis aquas.poſitoque uiri quod ſumpſerat ore
Vertitur in proprias ut ſe mihi miſeat undas.
Delia rupit humum cæciſque ego merſa cauernis
Aduehor oortygiam:quæ me cognomine diuæ
Grata mihi ſuperas eduxit prima ſub auras Fa. ix.
Triptolemus a Cerere fruges diuidendas accepit p terras cur
rumq; draconibus iunctum cum feciſſet:nouiſſime delatus ē
in Scythiam:& a Lynco rege exceptus hoſpitio cui cum expo
ſuiſſet:qualiter a dea eſſet honoratus:inuidia honoris inſtin-
ctus dormientem ut interficeret:aggreſſus eſt.Dea memor nū
cii ſui:ut quem dignum habuerat diuini honoris cōſeruaret
antequam occideretur:hoſpitem in Lycam feram conuertit.
Hac arethuſa tenus:geminos dea fertilis angues
Curribus admouit:freniſque coercuit ora.
Et medium cœli terræque per aera uecta eſt.
Atque leuem currum tritonida miſit in urbem
Triptolemo:partimque rudi data ſemina iuſſit
Spargere humo:partim poſt tempora longa recultæ.
Iam ſuper europem ſublimis & aſida terram
Vectus erat iuuenis:ſcythicaſque aduertitur horas.
Rex ibi Lyncus erat.regis ſubit ille penates.
Qua ueniat:cauſamque uiæ:nomenque rogatus:
Et patriam:patria eſt claræ mihi dixit athenæ.
Triptolemus nomen:ueni nec puppe per undas.
Nec pede per terras;patuit mihi peruius æther.

Dona fero

Dona fero Cereris:latos quæ ſparſa per agros.
Frugiferas meſſes:alimentaque mitia reddant.
Barbarus inuidit:tantique ut muneris auctor
Ipſe ſit:hoſpitio recipit:ſomnoque grauatum.
Aggreditur ferro:conantem fugere pectus.
Lynca Ceres fecit:rurſuſque per aera iuſſit
Mopſopium iuuenem ſacros agitare iugales. Fa. .x.

Pieri qui macedoniam poſſedit & Enipes nouem filiæ inſolẽ
tius dum gloriarentur muſas in certamina prouocarũt:cãtuſ
q; quarum una carmẽ exorſa eſt:quod gigãtes aduerſus deos
cõtenderint:ex qbus Typhœus terrigena deformitate terruiſ
ſet deos cõpulſos ĩ ægyptũ.ubi Iuppiter ob metũ ĩ arietẽ uer
ſus eſt. Apollo in coruũ. Liber ĩ caprã:Diana in felẽ. Iuno ĩ uac
cam Venus in piſcem. Inuicem autem muſæ cũ Cereris laudẽ
ceciniſſent;& qualiter Typhœus ætnæ montis Siciliæ ſubie
ctus eſſet. Pierides victæ in picas ſunt tranſfiguratæ.

Finierat doctor e nobis maxima cantus:
At nymphæ uiciſſe deas helicona colentes
Concordi dixere ſono:conuicia victæ
Cum facerent:quoniam dixi certamine uobis
Supplicium meruiſſe parum eſt:maledictaque culpæ
Additis:& non eſt patientia libera nobis:
Ibimus in pœnas:& qua uocat ira ſequemur.
Rident enipedes:ſpernuntq; minantia uerba:
Conatæque loqui magno clamore proteruas
Intentare manus:pennas exire per ungues
Aſpexere ſuos operiri & brachia plumis.
Alteraq; alterius rigido concreſcere roſtro
Ora uidet:uolucreſq; nouas accedere ſiluis
Plangere dunq; uolunt per brachia mota Icuathæ
Aere pendebant nemorum conuicia picæ.
Nunc quoque in alitibus facundia priſca remanſit:
Raucaq; garulitas ſtudiumq; immane loquendi.

i. Aragne in aranẽam
ii. Niobe in lapidem
iii. Ageſtes Lyci in ranas
iiii. Marſias in flumen
v. Pelopis humero in eburneum
vi. Progne & philomela in aues
vii. Tereus in uolucrem Epopem
viii. Zetus & Calais ex parte in aues Fa. .i.

Aragne Lydia Idmonis filia cuius mater genitu Hippolis ſtu
dio lanificii famam q̃ſierat cũ materna ĩduſtria cunctas p̃ceſ
ſiſſet in opere faciendo iſtis diebus inſolentius gloriata quam
mortalẽ decuit:elocuta ẽ. Nã mineruã a qua docta fuerat cer
tamẽ ꝓuocauit. Quæ in anũ uerſa in hoc ad eã uenerat:ut au
daciæ impetũ otio futurũ compeſcerer. Quã cũ uidiſſet ĩ cer
tamine pmanentẽ reuerſa in ſuã ſpecie opere propoſito ĩ cer
tamen deſcendit:& ſingula quæ frequẽtur :inſeruerunt tele.
Tandem prius Minerua dehinc Aragne. Sunt enim quædam
neceſſaria poſita interuerſus;quæ repreſentãt opus utrarũq;.

P. O. NA. METAMORPHOSEOS LIBER SEXTVS.

PRæbuerat dictis tritonia tabulis aures:
Carminaq; Aonidum :iuſtamq; probauerat irã.
Tum ſecũ:laudare parũ eſt:laudemur & ipſe:
Numina nec ſperni ſine pœna noſtra ſinamus:
Mœoniæque animum fatis intendit Aragnes.
Quam ſibi lanificæ non cedere laudibus artis
Audierat:non illa loco:nec origine gentis
Clara:ſed arte fuit:pater huic Colophonius Idmon
Phocaico bibulas tingebat murice lanas:
Occiderat mater:ſed & hæc de plæbe:ſuoque
Aequa uiro fuerat;Lydias tamen illa per urbes
Quæſierat ſtudio nomen memorabile:quamuis
Orta domo parua paruis habitabat hipepis.

Hujus ut aſpicerent opus admirabile ſæpe
Deſeruere ſui nymphæ uineta timoli.
Deſeruere ſuas nymphæ pactolides undas.
Nec factas ſolum ueſtes ſpectare iuuabat:
Tunc quoque cum fierent:tantus decor affuit arti.
Siue rudem primos lanam glomerabat in orbes:
Seu digitis ſubigebat opus:repetitaque longo
Vellera mollibat nebulas æquantia tractu:
Siue leui teretem uerſabat pollice fuſum:
Seu pingebat acu:ſcires a pallade doctam:
Quod tamen ipſa negat:tantaque offenſa magiſtra
Certet ait mecum:nihil eſt quod uicta recuſem.
Pallas anum ſimulat.falſoſque in tempora canos
Addit:& infirmos baculo quoque ſuſtinet artus:
Tunc ſic orſa loqui:non omnia grandior ætas:
Quæ fugiamus habet:ſeris uenit uſus ab annis:
Conſilium ne ſperne meum:tibi fama petatur
Inter mortales faciendæ maxima telæ.
Cæde deæ:ueniamque tuis temeraria dictis
Supplice uoce roga.ueniam dabit illa roganti.
Aſpicit hanc toruis:inceptaque file relinquit:
Vixque manus retinens confeſſam uultibus iram
Talibus obſcuram reſecuta eſt pallada dictis.
Mentis inops:longaque uelis confecta ſenecta:
Et nimium uixiſſe diu nocet:audiat iſtas
Siqua tibi nurus eſt:ſi qua eſt tibi filia:uoces.
Conſilii ſatis eſt in me mihi:neue monendo
Profeciſſe putes:eadem eſt ſententia nobis:
Cur non ipſa uenit?cur hæc certamina uitat?
Tunc dea uenit ait:formamque remouit anilem.
Palladaque exhibuit:uenerantur numina nymphæ.
Mygdonideſque nurus:ſola eſt interrita uirgo:
Sed tamen erubuit:ſubituſque inuita notauit
Ora rubor:rurſuſque euanuit:ut ſolet aer
Purpureus fieri:cum primum aurora mouetur.
Et breue poſt tempus candeſcere ſolis ab ortu.
Perſtat in incepto:ſtolidæque cupidine palmæ
In ſua fata ruit.neque enim ioue nata recuſat.
Nec mouet ulterius:nec iam certamina differt.
Haud mora:conſiſtunt diuerſis partibus ambæ.
Et gracili geminas intendunt ſtamine telas.
Tela iugo iuncta eſt:ſtamen ſecernit arundo.
Inſeritur medium radiis ſub tegmen acutis:
Quod digiti expediunt:atque inter ſtamina ductum
Percuſſo feriunt inſecti pectine dentes.
Vtraque feſtinat:cinctæque ad pectora ueſtes
Brachia docta mouent ſtudio fallente laborem:
Illic & tyrium quæ purpura ſenſit ahenum
Texitur:& tenues parui diſcriminis umbræ:
Qualis ab imbre ſolet percuſſis ſolibus arcus
Inficere ingenti longum curuamine cœlum
In quo diuerſi niteant cum mille colores:
Tranſitus ipſe tamen ſpectantia lumina fallit:
Vſque adeo quod tangit idem eſt:tamen ultima diſtant
Illic & lentum filis immittitur aurum.
Et uetus i tela deducitur argumentū. Fa. .i.
Certamen Minerue ſub uno capite.
Minerua icipit:itaq; telæ ſuæ itexuit contentionē Athenaq;
inter ſe Neptunumq; habitam:qui lacu ſalſo in arce edito
ſuā poſſeſſionē uendicabat ipſa oliua a ſe arbore inuenta.
Cecropia pallas ſcopulum mauortis in arce
Pingit:& antiquam de terræ nomine litem.
Bis ſex cæleſtes medio ioue ſedibus altis
Auguſta grauitate ſedent:ſua quenque deorum
Inſcribit faciens:iouis eſt regalis imago.

Stare deum

81.42

Stare deum pelagi:longoque ferire tridente
Aſpera ſaxa facit:medioque e uulnere ſaxi
Exiluiſſe ferum:quo pignore uendicet urbem.
At ſibi dat clipeum:dat acutæ cuſpidis haſtam.
Dat galeam capiti:defenditur ægide pectus.
Percuſſamque ſua ſimulat de cuſpide terram.
Prodere cum baccis fœtum canentis oliuæ:
Mirarique deos:operis uictoria finis.
Vt tamen exemplis intelligat æmula laudis
Quod pretium ſperet pro tam furialibus auſis
Quattuor ĩ ptes certamina quattuor addit
Clara colore ſuo breuibus diſtincta ſigillis. Fa. ii.
Ité Rhodopé Threiciã & Hemũ:qui pari inſania & amore cõ
iugii.Iouis ac Iunonis abuſi crãt nomibus: tranſfiguratu ſunt.
Threiciam rhodopen habet angulus unus:& Hemũ
Nunc gelidos mõtes:mortalia corpora quondã:
Numina ſummoꝝ ſibi qui tribuere deoꝝ. Fa. iii.
Pigantes caſu ab Iunone in gruem uerſa eſt:
Altera pigmeæ fatum miſerabile matris
Pars habet:hanc iuno iuſſit certamine uictam
Eſſe gruem:populiſque ſuis indicere bellum. Fa. iiii.
Item Antigonen Laomedontis filiam: quæ cum Ioue coiſſet:
ob admiſſum Iuno eam tranſfigurauit in Ciconiam.
Pinxit & antigonen auſam contendere quondam
Cum magni conſorte iouis:quam regia iuno
In uolucrem uertit:nec profuit Ilion illi
Laomedonue pater:ſumptis quin candida pennis
Ipſa ſibi plaudat crepitãte ciconia roſtro. Fa. v.
Cinyræ regis aſſyrioꝝ ꝓterea filias ob inſolẽtiã ab eadẽ dea in
graduũ tẽpli ſui lapidẽ mutatas:p q̃ exẽpla frãgi poſſet d Mi
nerue numĩe:finẽq; opis ſui explicuit:is modus é:& facit ſua
Qui ſup é ſolus Cynará habet ãgulus orbũ: arboꝝ finẽ
Iſque gradus templi natarum membra ſuarum
Amplectens:ſaxoque iacens lachrymare uidetur.
Circuit extremas oleis pacalibus oras.
Is modus é:opiſq; ſuã facit arbore finẽ. Fa. i.
Item aragnes certamen ſub eodem capite.
Aragne autem ut uideretur per opera reſpondiſſe contentio
nem telæ intexuit.Iouem in tauꝝ uerſum ob Europæ amorẽ.
Meonis eluſam deſignat imagine tauri
Europam:uerum taarum:freta uera putares:
Ipſa uidebatur terras ſpectare relictas:
Et comites clamare ſuas:tactumque uereri
Aſſilientis aquæ:timidaſq; recõdere plantas. Fa. ii.
Eundẽq; fecit ĩ aquilã ut cõprimeret Aſterien.
Fecit & aſterien aquila luctante teneri. Fa. iii.
Eundẽ in oloré:ut ledã theſti filiã comprimeret.
Fecit olorinis lædam recubare ſub alis: Fa. iiii.
Eundem in ſatyrum:ut nycteida nyctei filiam cõprimeret
Addidit ut ſatyri celatus imagine pulchra
Iuppiter impleuit gemino nycteida fœtu. Fa. v.
Eundẽ ĩ amphitryona:ut alcmenã electriõis filiã cõprimeret.
Amphytrion fuerit cũ te tirynthia cepit. Fa. vi.
Eundem ĩ aurũ ut danaem Acriſii filiã cõprimeret: ut Aſopi
dam in ignem:duo ſenſus iſti in unum uerſum continentur.
Aureus ut danaen:Aſopida luſerit ignis. Fa. vii.
Eundem in paſtorem ut Mennoſinen comprimeret :in ſerpẽ
tem:ut Oeolidam.& hi duo ſenſus in unum uerſum ueniunt.
Mennoſinen paſtor:uariuſq; Oeolida ſerpens. Fa. viii.
Neptunni etiam cupiditatem inſerit:ita ut doceret eum ĩ iu
uencum eſſe mutatum:ut Aeoli filiam ſtupraret: in amnem
Enipheum:ut Aeoliam in arietem:ut biſalpidam comprime
ret.hi tres ſenſus in tribus uerſibus aliter cadere nõ poſſunt.
Te quoque mutatum toruo neptune iuuenco
Virgine in æolia poſuit:tu uiſus enipeus:

Gignis & aloidas:aries biſalpida fallis. Fa. ix.
Eundem ut Cererem in equum:in uolucrem ut Gorgonem
Meduſam:ex qua equus Pegaſus proditur fuiſſe;i delphinũ
ut Melantho:hi ſenſus continentur in tribus uerſibus.
Et te flaua comas frugum mitiſſima mater
Senſit equum:te ſenſit equum crinita colubris
Mater equi uolucris:ſenſit delphina melantho. Fa. .x.
Apollinis præterea in eadem contentione amoris furta inte-
xuit reddita:indicat eum in accipitrem interdum in leonem
alias in paſtorem;ut Iſſem Macarei filiam comprimeret.
Omnibus his faciemque ſuam faciemque locorum
Reddidit:eſt illic agreſtis imagine phœbus:
Vtq; modo accipitris pennas:modo terga leonis
Geſſerit:ut paſtor macareida luſerit iſſen; Fa xi.
Liber pater,quoq; in uuam uerſus ut Erigonen comprimeret.
Liber ut erigonen falſa deceperit uua: Fa. xii.
Saturnus præterea uerſus in equum;ut Phyllira Oceani filiã
ex qua Chirona centaurum uidetur procreaſſe; cõprimeret.
Vt ſaturnus equo geminũ chirona crearit. Fa. xiii.
Poſtquam Aragne ordinata tela cum cõtumelioſe ad ea pul-
ſa eſſet:ſuſpendioſe affecit.Sed in ultimo caſu propter ſtudi
um quod a dea acceperat:in araneã uerſa:ut opere inutili nul
lum ſui effectũ capere poſſet.Plura uero opera Aragnes poe-
ta rettulit fuiſſe quam Mineruæ:ut hanc ſciẽtia artis quæ po
tior eſt illam labore contendiſſe demonſtraret.
Vltima pars telæ tenui circundata limbo
Nexilibus flores hederis habet inter textos:
Non illud pallas:non illud carpere liuor
Poſſit opus:doluit ſucceſſu flaua uirago.
Et rupit pictas cœleſtia crimina ueſtes:
Vtque citheriaco radium de monte tenebat:
Ter quater idmoniæ frontem percuſſit aragnes.
Non tulit infœlix:laqueoque animoſa ligauit
Guttura:pendentem pallas miſeratã leuauit.
Atque ita:uiue quidem:pende tamen improba dixit.
Lexque eadem pœnæ ne ſis ſecura futuri
Dicta tuo generi:ſeriſq; nepotibus eſto.
Poſtea diſcedens ſucis hecateidos herbæ
Sparſit:& extemplo triſti medicamine tactæ
Defluxere comæ:cum quis & naris & aures:
Fitq; caput minimum:totoq; eſt corpore parua:
In latere exiles digiti pro cruribus herent.
Cætera uenter habet:de quo tamen illa remittit
Stamen:& antiquas exercet aranea telas. Fa. .ii.
Niobe Tãtali filia,ſiphilo Lydiæ orta ob inſolentiã Apollinis
ac Dianæ numẽ expta é.Nã ex Amphione ſeptẽ filiis totidẽq;
uirginibus editis,dũ comitata gauderet: & quondã tpe Man-
tho Tireſiæ filia reſponſo moniuiſſet Thebanos:ut Latõæ &
liberis eius p p̃ces thura redderẽt:ſola extitit:q̃ ſacrificio in-
tereſſe uoluerit p̃dicãs potẽtioré ſe numine deæ ac liberis eius
eſſe.Itaq; orõne inſtructa Latõa queſta cũ filiis qđ ſuæ iniuria
rũ nõ exiſterẽt ultores.cõfeſti itaq; Apollo & Diana tecti nubi
bus ut p̃cepat gẽitrix Thebas uenerũt:ac Niobes filios cũ i cã
po eqs exercerẽt:ſagittis necauerũt:quoꝝ noia hæc ſũt.Iſme
nius Siphilus.Phedius.Tãtalus.Archẽor.Damaſithõ Ilioneus
Pr̃ Amphiõ Poſt necẽ filiorꝝ ferro ſe iterfecit Nec mior uiolẽ
tia đſtit eẽ Niobes:qđ Diana idigne tulit.Nã uirgies pi calãita
te affecit uita.Nouiſſie Niobe flẽs diriguit:turbineq; uẽ torꝝ i
pr̃iã Siphilũ đlata é:ceſſitq; i filicẽ uolũtate Apollis & Diãæ.
Lydia tota fremit:phrigiæq; per oppida facti
Rumoris magnum ſermonibus occupat orbem.
Ante ſuos niobe thalamos cognouerat illam:
Tunc cum meoniam uirgo ſiphilumq; colebat:
Nec tamen admonita eſt pœna popularis aragnes:
Cædere cœlitibus uerbiſq; minoribus uti:

Multa dabant

Multa dabant animos:ſed enim nec coniugis arces:
Nec genus amborum magnique potentia regni
Sic placuere illi:quanuis ea cuncta placerent:
Vt ſua progenies:& fœliciſſima matrum
Dicta foret niobe:ſi non ſibi uiſa fuiſſet:
Nam fata tireſia uenturi præſcia mantho
Per medias fuerat diuino concita motu
Vaticinata uias.iſmenides ite frequentes:
Et date latonæ latonigeniſque duobus
Cum prece tura pia:lauroque innectite crinem.
Ore meo latona iubet:paretur:& omnes
Thebaides iuſſis ſua tempora frondibus ornant:
Turaque dant ſanctis & uerba precantia flammis:
Ecce uenit comitum niobe celeberrima turba
Veſtibus intexto phrygis ſpectabilis auro:
Et quantum ira ſinit formoſa mouenſque decoro
Cum capite immiſſos humerum per utrunque capillos
Conſtitit:utque oculos circuntulit alta ſuperbos.
Quis furor auditos inquit præponere uiſis
Cœleſtes:aut cur colitur latona per aras?
Numen adhuc ſine ture meum:eſt mihi tantalus auctor
Cui licuit ſoli ſuperorum tangere menſas.
Pleiadum ſoror eſt genitrix mea:maximus atlas
Eſt auus:ætherium qui fert ceruicibus axem.
Iuppiter alter auus:ſocero quoque glortor illo.
Me gentes metuunt phrygiæ:me regia cadmi
Sub domina eſt:fidibuſque mei commiſſa mariti
Mœnia cum populis a meque uiroque reguntur.
In quacunque domus aduerti lumina partem
Immenſæ ſpectantur opes:accedit eodem
Digna dea facies:huc natas adiice ſeptem:
Et totidem iuuenes:& mox generoſque nuruſque.
Quærite nunc habeat quam noſtra ſuperbia cauſam?
Quoque modo audeat genitam titanida cæo
Latonam præferre mihi?cui maxima quondam
Exiguam ſedem parituræ terra negauit:
Nec cœlo:nec humo:nec aquis dea ueſtra recepta eſt.
Exul erat mundi:donec miſerata uagantem
Hoſpita tu terris erras ego dixit in undis:
Inſtabilemque locum delos dedit:illa duorum
Facta parens:uteri pars hæc eſt ſeptima noſtri.
Sum fœlix:quis enim neget hoc?fœlixque manebo.
Hoc quoque quis dubitat?tutam me copia fecit:
Maior ſum quam cui poſſit fortuna nocere.
Multaque ut eripiat:multo mihi plura relinquet.
Exceſſere metum mea iam bona:fingite demi
Huic aliquid populo natorum poſſe meorum:
Non tamen ad numerum redigar ſpoliata duorum
Ite ſacris propere ſacris:laurumque capillis
Ponite.deponunt:& ſacra infecta relinquunt.
Quodque licet tacito uenerantur murmure numen
Latonæ turba quæ quam diſtabat ab orba
Indignata dea eſt:ſummoque in uertice cynthi
Talibus eſt dictis gemina cum prole locuta.
En ego ueſtra parens uobis animoſa creatis:
Et niſi iunoni nulli ceſſura dearum
An dea ſim dubito:perque omnia ſæcula cultis
Arceor:o nati niſi uos ſuccurritis aris:
Nec dolor hic ſolus:diro conuicia facto
Tantalis adiecit:uoſque eſt poſtponere natis
Auſa ſuis:& me quod in ipſam recidat orbam.
Dixit:& exhibuit linguam ſcelerata paternam.
Deiectura preces erat his latona relatis.
Deſine phœbus ait:pœnæ mora longa querela eſt:
Dixit idem phœbe:celerique per aera lapſu

Contigerant tecti cadmeida nubibus arcem.
Planus erat lateque patens prope mœnia campus
Aſſiduis pulſatus equis:ubi turba rotarum
Duraque mollierat ſubiectas ungula glebas.
Pars ibi de ſeptem genitis amphione fortes
Conſcendunt in equos:tyrioque rubentia ſuco
Terga premunt:auro grauidis moderantur habenis:
Equibus iſmenos:qui matri ſarcina quondam
Prima ſuæ fuerat:dum certum flectit in orbem
Quadrupedi currus:ſpumantiaque ora coercet:
Hei mihi conclamat:medioque in pectore fixa
Tela gerit:freniſque manu moriente remiſſis
In latus a dextro paulatim defluit armo.
Proximus audito ſonitu per inane pharetræ
Fræna dabat ſiphilus:ueluti cum præſcius imbris
Nube fuit uiſa:pendentiaque undique rector
Carbaſa deducit:ne qua leuis affluat aura:
Fræna tamen dantem non euitabile tælum
Conſequitur:ſummaque tremens ceruice ſagitta
Hæſit:& extabat nudum de gutture ferrum.
Ille ut erat pronus per crura admiſſa iubaſque
Voluitur:& calido tellurem ſanguine fœdat.
Phædimus infœlix:& auiti nominis hæres
Tantalus:ut ſolito finem impoſuere labori:
Tranſierant ad opus nitidæ iuuenile palæſtræ:
Et iam contulerant arcto luctantia nexu
Pectora pectoribus:contento concia neruo:
Sicut erat iuncti:traiecit utrunque ſagitta.
Ingemuere ſimul:ſimul incuruata dolore
Membra ſolo poſuere:ſimul ſuprema iacentes
Lumina uerſarunt:animam ſimul exhalarunt.
Aſpicit alphenor:laniataque pectora plangens
Euolat:ut gelidos complexibus alleuet artus:
Inque pio cadit officio:nam Delius illi
Intima ſatifero rupit præcordia ferro.
Quod ſimul eductum eſt:pars eſt pulmonis in hamis:
Eruta cumque anima cruor eſt effuſus in auras.
At non intonſum ſimplex damaſitona uulnus
Afficit:ictus erat qua crus eſſe incipit:& qua
Mollia nodoſus facit internodia poples.
Dumque manu tentat trahere exitiabile telum:
Altera per iugulum pennis tenus acta ſagitta eſt.
Expulit hanc ſanguis:ſeque eiaculatus in altum
Emicat:& longe terebrata proſilit aura.
Vltimus ilioneus non profectura precando
Brachia ſuſtulerat:diique o communiter omnes
Dixerat ignarus non omnes eſſe rogandos:
Parcite motus erat:cum iam reuocabile telum
Non fuit arcitenens.minimo tamen occidit ille
Vulnere:non alte percuſſo corde ſagitta.
Fama mali populique dolor lachrymeque ſuorum
Tam ſubitæ matrem certam fecere ruinæ
Mirantem potuiſſe:iraſcentemque quod auſi
Hoc eſſent ſuperi:quod tantum iuris haberent:
Nam pater amphion ferro per pectus adacto
Finierat moriens pariter cum luce dolorem.
Heu quantum hæc niobe:niobe diſtabat ab illa:
Quæ modo latois populum ſummouerat aris:
Et mediam tulerat greſſus reſupina per urbem
Inuidioſa ſuis:at nunc miſeranda uel hoſti:
Corporibus gelidis incumbit:& ordine nullo
Oſcula diſpenſat natos ſuprema per omnes.
A quibus ad cœlum liuentia brachia tollens:
Paſcere crudelis noſtro latona dolore:
Paſcere ait:ſatiaque meo tua pectora luctu:

Corque ferum facia:dixit per funera ſeptem
Efferor:exulta:uictrixque inimica triumpha:
Cur autem uictrix?miſeræ mihi plura ſuperſunt
Quam tibi fœlici:poſt tot quoque funera uinco:
Dixerat:& ſonuit contento neruus ab arcu:
Qui præter nioben unam conterruit omnes:
Illa mala eſt audax.ſtabant cum ueſtibus atris
Ante toros fratrum demiſſo crine ſorores:
E quibus una trahens hærentia uiſcere tela:
Impoſito fratri moribunda relanguit ore.
Altera ſolari miſeram conata parentem
Conticuit ſubito:duplicataque uulnere cæco eſt:
Oraque compreſſit:niſi poſtquam ſpiritus ibat
Hæc fruſtra fugiens collabitur:illa ſorori
Immoritur:latet hæc:illam trepidare uideres.
Sexque datis lœto:diuerſaque uulnera paſſis
Vltima reſtabat:quam toto corpore mater
Tota ueſte tegens unam minimamque relinque
De multis:minimam poſco:clamauit:& unam
Dumque rogat:pro qua rogat occidit:orba reſedit
Exanimes inter natos nataſque uirumque:
Diriguitque malis.nullos mouet aura capillos.
In uultu color eſt ſine ſanguine:lumina mœſtis
Stant immota genis:nihil eſt in imagine uiuum:
Ipſa quoque interius cum duro lingua palato
Congelat:& uenæ deſiſtunt poſſe moueri.
Nec flecti ceruix:nec brachia reddere geſtus.
Nec pes ire poteſt:intra quoque uiſcera ſaxum eſt.
Flet tamen:& ualidi circundata turbine uenti
In patriam rapta eſt:ubi fixa cacumine montis
Liquitur:& lachrymis ẽt nũc marmora manãt. Fa. iii.

Latona Cæi filia cum Iunonis ira ob adulterium ex Ioue conceptos Apollinem & Dianam parere non poſſet:& nulla eã errantẽ regio reciperet:nouiſſime uenit i Lyciam:& cũ ex ardore æſtus ac longitudine uiæ ſitim ſedare uellet:ab iis q uuluã & iuncum ſecundũ Lacum legerent:prohibita eſt propius accedere.Quamobrem accenſa ira digrediens petit a deis: accolæ nunquam ſtagno carerent:auditis itaque precibus eius lupiter agricolas in ſpeciem ranarum tranſfigurauit.

Tunc uero cuncti manifeſtam numinis iram
Fœmina uirque timent:cultuque impenſius omnes
Magna gemelliparæ uenerantur numina diuæ.
Vtque fit a facto propiore priora renarrant:
Equibus unus ait:lycie quoque fertilis agris
Non impune deam ueteres ſpreuere coloni.
Res obſcura quidem eſt ignobilitate uirorum:
Mira tamen:uidi præſens ſtagnumque locumque
Prodigio notum:nam me iam grandior æuo
Impatienſque uiæ genitor deducere lectos
Iuſſerat inde boues gentiſque illius eunti
Ipſe ducem dederat:cum quo dum paſcua luſtro:
Ecce lacu medio ſacrorum nigra fauilla:
Ara uetus ſtabat:tremulis circundata cannis.
Reſtitit:& paruo faueas mihi murmure dixit
Dux meus:& ſimili faueas mihi murmure dixi.
Naiadum fauni ne foret tamen ara rogabam
Indigenæ ue dei:cum talia rettulit hoſpes.
Non hæc o iuuenis montanum numen in ara eſt:
Illa ſuam uocat hanc:cui quondam regia coniunx
Orbem interdixit quam uix erratica delos
Errantem accepit:tunc cum leuis inſula nabat:
Illic incumbens cum palladis arbore palmæ:
Edidit inuita geminos latona nouerca.
Hinc quoque iunonem fugiſſe puerpera fertur:
Inque ſuo portaſſe ſinu duo numina natos:

Iamque chimæriferæ cum ſol grauis uerreret arua:
Finibus in lyciæ:longo dea faſſa labore
Sidereo ſiccata ſitim collegit ab æſtu:
Vberaque ebiberant auidi lactantia nati.
Forte lacum mediocris aquæ proſpexit in imis
Vallibus:agreſtes illic fruticoſa legebant
Vimina cum iuncis:gratamque paludibus uluam.
Acceſſit poſitoque genu titania terram
Preſſit:ut hauriret gelidos potura liquores.
Ruſtica turba uetat:dea ſic affata uetantes
Quid prohibetis aquas?uſus communis aquarum eſt.
Nec ſolem proprium natura nec aera fecit:
Nec tenues undas:ad publica munera ueni:
Quæ tamen ut detis ſupplex peto:non ego noſtros
Abluere hic artus:laſſataque membra parabam.
Sed releuare ſitim:caret os humore loquentis
Et fauces arent:uixque eſt uia uocis in illis.
Hauſtus aquæ mihi nectar erit:uitamque,fatebor
Accepiſſe:ſimul uitam dederitis in undis.
Hi quoque uos moueant.qui roſtro brachia tendunt
Parua ſinu:& caſu tendebant brachia nati.
Quem non blanda deæ potuiſſent uerba mouere?
Hi tamen orantem perſtant prohibere:minaſque
Ni procul abſcedat:conuiciaque inſuper addunt.
Nec ſatis eſt:ipſos etiam pedibuſque manuque
Turbauere lacus:imoque e gurgite mollem
Huc illuc limum ſaltu mouere maligno.
Diſtulit ira ſitim:neque enim iam filia cæi:
Supplicat indignis:nec dicere ſuſtinet ultra
Verba minora dea:tollenſque ad ſidera palmas:
Aeternum ſtagno dixit uiuatis in iſto.
Eueniunt optata deæ:iuuat eſſe ſub undis.
Et modo tota caua ſummergere membra palude:
Nunc proferre caput:ſummo modo gurgite nare.
Sæpe ſuper ripam ſtagni conſiſtere:ſæpe
Ingelidos reſilire lacus:ſed nunc quoque turpes
Litibus exercent linguas:pulſoque pudore
Quamuis ſint ſub aqua:ſub aqua maledicere temptant.
Vox quoque iam rauca eſt.inflataque colla tumeſcunt:
Ipſaque dilatant patulos conuicia rictus.
Terga caput tangunt:colla intercepta uidentur.
Spina uiret:uenter pars maxima corporis albet:
Limoſoque noue ſaliunt in gurgite ranæ.

Fabula Quarta.

Satyrus nomine Marſias dum cū apolline tibiis cōtēdit:quas
Minerua iueniſſe proditur:p audaciā qđ deo cedendū nō pu
taret ſuſpenſus acute eſt nudatus tergore:quē nymphæ ac Sa-
tyri cæteriq; ruris icolæ ita fletu,pſecuti ſunt.Quod eius cātu
carituri eſſent:ita ut lachrymis eoꝝ flumē increuerit:qđ eius
nomine in phrygia Marſias a prioribus noſtris nuncupari uī.
Sic ubi neſcio quis lycia de gente uirorum
Rettulit:exitium ſatyri reminiſcitur alter.
Quem tritoniaca latous harundine uictum
Affecit pœna:quid me mihi detrahis inquit?
Ah piget:ah non eſt:clamabat tibia tanti.
Clamanti cutis eſt ſummos direpta per artus:
Nec quicquam niſi uulnus erat:cruor undique manat:
Detectique patent nerui:trepidæque ſine ulla
Pelle micant uenæ:ſalientia uiſcera poſſes:
Et perlucentes numerare in pectore fibras.
Illum ruricolæ ſiluarum numina fauni
Et ſatyri fratres & tunc quoque clarus olympus
Et nymphæ flerunt:& quiſquis montibus illis
Langeroſque greges:armentaque bucera pauit.
Fertilis immaduit:madefactaque terra caducas

Concepit

Concepit lachrymas:ac uenis perbibit imis.
Quas ubi fecit aquas:uacuat emisit in auras:
Inde petens rapidum ripis decliuibus æquor:
Marsia nomẽ habet:phrygiæ liq dissimus ãnis. Fa. .v.
Tãtalus epulis Iouis cũ itereſſet:& cũ uellet expiri an futura
ꝓſpiceret:iuitato ad epulas Pelopẽ nothũ ex filiis interemit:
uiſceraq; eius reliqs dapibus imiſcuit. Quo ꝓ merito punito
miſericordia deoꝝ q cõuiuii participes fuerãt ptes uiſceꝝ Pe
lopis cõpoſuerũt:& humerus q defuerat:effectus ẽ de ebore.
Talibus exemplis redit ad præſentia dictis
Vulgus:& extinctum cum ſtirpe amphiona luget:
Mater in inuidia eſt.hanc tunc quoque dicitur unus
Fleſſe pelops:humeroque ſuas a pectore poſtquam
Deduxit ueſtes:ebur oſtendiſſe ſiniſtro.
Concolor huic humerus naſcendi tempore dextro
Corporeuſque fuit:manibus mox cæſa paternis
Membra ferunt iunxiſſe deos:aliiſque repertis
Qui locus eſt iuguli medius:ſummique lacerti
Defuit:impoſitum eſt non comparentis in uſum
Partis ebur:factoque pelops fuit integer illo.

Fabula Sexta & Septima.

Tereus ãmartis filius Thracũ rex cum auxilia multis regibus
ferret:Pãdiõi quoq; Athẽis regnãti cũ a pximis ciuitatibus op
pugnaret:nõ defuit:Quãobrẽ filiã ſuã Progné illi i mrimo
niũ dedit:q deportata i mariti regnũ cũ exercitu apedie ſoro
rẽ Pphilomelã deſideraret:petit a Tereo:ut proficiſceretur
Athẽas:ſororẽ ſibi ad ſolẽne ſacrificiũ ut adduceret. Qui ut
Athẽas puenit:ſoceri uſus hoſpitio i Philomelæ icidit amo
rẽ:quã ſecũ digreſſus mandato coniugis duxit i Thraciam:&
ſtabulis clauſit:ut ad eam ſine ſuſpicione cuiuſq ſæpius com
mearet:ac ne eloq poſſet cõniſſa:linguam trũcauit. & cõiugi
eſt mentitus:dixit eni ſororẽ eius itereſſe:At Philomena ea q
lingua ꝓdere non poterat:ueſte intexuit notis litterarũ:quæ
ſorori dedit uni pferenda. Qua inſpecta illa cum cõiugis ſibi
dinem caſumq; germanæ cõperiſſet:cõſtituit ſe ſacra celebra
re libero patri:& more bacchantis ad ſtabula uenit:ſororẽq;
raptam in regiam duxit:filium Itym interemit:& dapibus im
miſcuit. Quibus expletis Tereus filium cũ deſyderaret Itym:
nouiſſime caput eius in ſinũ abiecerũt:dicentes intus habes:
quem deſyderas. Tereus cum intellexiſſet ſcelus ſcelere ultũ
ẽ:cõiugẽ & ſororẽ cõiugis dũ ꝓſequitur deoꝝ uolũtate uer,
ſi ſũt i aues. Progne i Hirũdinẽ. Philomela i luſciniã. Terreus

Finitimi proceres coeunt:urbeſq; propinquæ i Epopé.
Orauere ſuos ire ad ſolatia reges.
Argoſque:& ſparte:pelopeiadeſque micenæ:
Et nondum toruæ calydon inuiſa dianæ:
Orchomenoſque ferax:& nobilis ære corinthos
Meſſeneque ferox:patereque:humiliſque cleone.
Et neleia pylos:nec adhuc pytheia troezen:
Quæque urbes aliæ bimari clauduntur ab iſthmo.
Exteriuſque ſitæ bimari ſpectantur ab iſthmo.
Credere quis poſſet:ſolæ ceſſaſtis athenæ.
Obſtitit officio bellum:ſubiectaque ponto
Barbara cecropios terrebant agmina muros.
Threicius tereus hæc auxiliaribus armis
Fuderat:& clarum uincendo nomen habebat.
Quem ſibi pandion opibuſque uiriſque potentem:
Et genus a magno ducentem forte gradiuo
Connubio prognes iunxit.non pronuba iuno.
Non hymenæus adeſt:illi non gratia lecto.
Eumenides tenuere faces de funere raptas:
Eumenides ſtrauere torum:tectoque prophanus
Incubuit bubo:thalamique in culmine ſedit.
Hac aue coniuncti progne tereuſque patentes
Hac aue ſunt facti:gratata eſt ſcilicet illis

Thracia:diiſque ipſis grates ægere:diemque
Quaque data eſt claro pandione nata tyranno:
Quaque erat ortus itys feſtum iuſſere uocari:
Vſque adeo latet utilitas:iam tempora titan
Quinque per auctunnos repetitis duxerat annis.
Cum blandita uiro progne:ſi gratia dixit
Vlla mea eſt:uel me miſendam mitte ſorori:
Vel ſoror huc ueniat:redituram tempore paruo
Promittes ſocero.magni mihi muneris inſtar
Germanam uidiſſe dabis:iubet ille carinas
In freta deduci:ueloque & remige portus
Cecropios intrat piræaque littora tangit.
Vt primum ſoceri data copia:dextera dextræ
Iungitur:in fauſto committitur ordine ſermo.
Ceperat aduentus cauſas mandata referre:
Coniugis:& celeres miſſæ ſpondere recurſus:
Ecce uenit diues magno philomena paratu
Diuitior fama:quales audire ſolemus
Naiadas:& dryadas mediis incedere ſyluis:
Si modo des illis cultus:ſimileſque paratus.
Non ſecus exarſit conſpecta uirgine tereus:
Quam ſi quis canis ignem ſupponat ariſtis:
Aut frondem:poſitaſque cremet fœnilibus hærbas:
Digna quidem facies:ſed & hunc innata libido
Extimulat:pronumque genus regionibus illis
In uenerem eſt flagrat uitio gentiſque ſuoque:
Impetus eſt illi comitum corrumpere curam.
Nutriciſque fidem:nec non ingentibus ipſam
Sollicitare datis:totumque impendere regnum:
Aut rapere:& ſæuo raptam defendere bello.
Et nihil eſt:quod non effræno captus amore
Auſit.nec capiunt incluſas pectora flammas.
Iamque moras malefert:cupidoque reuertitur ore
Mandata ad prognes:& agit ſua uota ſub illa.
Facundum faciebat amor:quotienſque rogabat
Vlterius iuſto:prognen ita uelle ferebat.
Addidit & lachrymas:tanquam mandaſſet & illas.
Proh ſuperi quantum mortalia pectora cæcæ
Noctis habent:ipſo ſceleris molimine tereus
Creditur eſſe pius:laudemque acrimine ſumit.
Quid quod idem philomena cupit:patrioſque lacertis
Blanda tenens humeros:ut eat uiſura ſororem:
Perque ſuam contraque ſuam petit illa ſalutem.
Spectat eam tereus:præcontrectatque uidendo.
Oſculaque:& collo circundata brachia cernens:
Omnia pro ſtimulis:facibuſque:ciboque furoris
Accipit:& quotiens amplectitur illa parentem:
Eſſe parens uellet:neque enim minus impius eſſet.
Vincitur amborum genitor prece:gaudet:agitque
Illa patri grates:& ſucceſſiſſe duabus
Id putat infœlix:quod erat lugubre duabus.
Iam labor exiguus phœbo reſtabat:equique
Pulſabant pedibus ſpacium decliuis olympi:
Regales epulæ menſis & bacchus in auro
Ponitur:hinc placido dantur ſua corpora ſomno
At rex odryſius:quamuis ſucceſſit:in illa
Aeſtuat:& repetens faciem:motuſque manuſque
Qualia uult fingit:quæ nondum uidit:& ignes
Ipſe ſuos nutrit:cura remouente ſoporem:
Lux erat:& generi dextram complexus euntis
Pandion:comitem lachrymis commendat obortis
Vt uoluere ambæ:uoluiſti tu quoque tereu:
Hanc ego care gener:quoniam pia cauſa coegit
Do tibi:perque fidem:cognataque pectora ſupplex
Per ſuperos oro:patrio ut tuearis amore:

Et mihi

Et mihi ſollicito lenimem dulce ſenectæ
Quamprimum omnis erit nobis mora longa:remitte
Tu quoque quam primum:ſatis eſt procul eſſe ſororem:
Si pietas ulla eſt:ad me philomena redito.
Mandabat:pariterque ſuæ dabat oſcula natæ:
Et lachrymæ mites inter mandata cadebant.
Vt fidei pignus dextras utraſque popoſcit:
Inter ſeque datas iunxit:natamque nepotemque:
Abſentes pro ſe memori rogat ore ſalutent.
Supremumque uale pleno ſingultibus ore
Vix dixit:timuitque ſuæ præſagia mentis.
Vt ſimul impoſita eſt pictæ philomena carinæ:
Admotumque fretum remis:telluſque repulſa eſt.
Vicimus exclamat:mecum mea uota feruntur.
Exultatque:& uix animo ſua gaudia differt
Barbarus:& nuſquam lumen detorquet ab illa.
Non aliter quam cum pedibus prædator aduncis
Depoſuit nido leporem iouis ales ab alto.
Nulla fuga eſt capto:ſpectat ſua præmia raptor.
Iamque iter effectum:iamque in ſua littora feſſis
Puppibus exierant:cum rex pandione natam
In ſtabula alta trahit ſiluis obſcura uetuſtis.
Atque ibi pallentem:trepidamque:& cuncta timentem:
Et iam cum lachrymis ubi ſit germana rogantem
Includit:faſſuſque nephas:& uirginem & unam
Vi ſuperat fruſtra clamato ſæpe parente:
Sæpe ſorore ſua:magnis ſuper omnia diuis.
Illa tremit uelut agna pauens quæ ſaucia cani
Ore excuſſa lupi:nondum ſibi tuta uidetur.
Vtque columba ſuo madefactis ſanguine plumis
Horret adhuc:auidoſque timet quibus hæſerat ungues.
Mox ubi mens rediit:paſſos laniata capillos
Lugenti ſimilis cæſis plangore lacertis
Intendens palmas:o diris barbare factis:
O crudelis ait:nec te mandata parentis
Cum lachrymis mouere piis:nec cura ſororis:
Nec mea uirginitas:nec coniugalia iura:
Omnia turbaſti.pellex ego facta ſororis:
Tu geminus coniunx:hoſtis mihi:debita pœna.
Quin animam hanc:ne quod facinus tibi perfide reſtet:
Eripis:atque utinam feciſſes ante nephandos
Concubitus:uacuas habuiſſem criminis umbras.
Si tamen hoc ſuperi cernunt:ſi numina diuum
Sunt aliquid:ſi non perierunt omnia mecum:
Quandocunque mihi pœnas dabis ipſa pudore
Proiecto tua facta loquar:ſi copia detur:
In populos ueniam.ſi ſiluis clauſa tenebor:
Implebo ſiluas:& conſcia ſaxa mouebo:
Audiat hoc æther:& ſi deus ullus in illo eſt.
Talibus ira feri poſtquam commotâ tyranni:
Nec minor hac metus eſt:cauſa ſtimulatus utraque:
Quo fuit accinctus uagina liberat enſem.
Arreptamque coma flexis poſt terga lacertis
Vincla pati cogit.iugulum philomena parabat:
Spemque ſuæ mortis uiſo conceperat enſe.
Ille indignantem:& nomen patris uſque uocantem:
Luctantemque loqui:comprehenſam forcipe linguam
Abſtulit enſe fero:radix micat ultima linguæ:
Ipſa iacet:terræque tremens immurmurat atræ.
Vtque ſalire ſolet mutilatæ cauda colubræ:
Palpitat:& moriens dominæ ueſtigia quærit.
Hoc quoque poſt facinus:uix auſim credere:fertur
Sæpe ſua lacerum repetiſſe libidine corpus:
Suſtinet ad prognen poſt talia facta reuerti:
Coniuge quæ uiſo germanam quærit:at ille

Dat gemitus fictos:commentaque funera narrat.
Et lachrymæ fecere fidem:uelamina progne
Diripit ex humeris auro fulgentia lato.
Induiturque atras ueſtes:& inane ſepulchrum
Conſtituit:falſiſque piacula manibus infert:
Et luget non ſic lugendæ fata ſororis.
Signa deus bis ſex acto Iuſtrauerat anno.
Quid faciat filomena?fugam cuſtodia claudit:
Structa rigent ſolido ſtabulorum mœnia ſaxo.
Os mutum facti caret indice:grande doloris
Ingenium eſt:miſeriſque uenit ſolertia rebus:
Stamina barbarica ſuſpendit candida tæla:
Purpureaſque notas filis intexuit albis.
Indicium ſceleris:perfectaque tradidit uni:
Vtque ferat dominæ geſtu rogat:illa rogata
Pertulit ad prognen:nec ſcit quid tradat in illis:
Euoluit ueſtes ſæui matrona tyranni.
Fortunæque ſuæ carmen miſerabile legit.
Et mirum eſt potuiſſe:ſilet:dolor ora repreſſit:
Verbaque quærenti ſatis indignantia linguæ:
Defluerant:nec flere uacat:ſed faſque nefaſque
Confuſura ruit:pœnæque in imagine tota eſt.
Tempus erat:quo ſacra ſolent trieterica bacchi
Sithoniæ celebrare nurus:nox conſcia ſacris:
Nocte ſonat rhodope tinnitibus æris acuti.
Nocte ſua eſt egreſſa domo regina deique
Ritibus inſtruitur:furialiaque accipit arma.
Vite caput tegitur:lateri ceruina ſiniſtro
Vellera dependent:humero leuis incubat haſta:
Concita per ſyluas turba comitante ſuarum
Terrebilis progne:furiiſque agitata doloris:
Bacche tuas ſimulant:uenit ad ſtabula auia tandem
Exululatque:ehoeque ſonat.portaſque refringit
Germanamque rapit:raptæque [illegible]ignia bacchi
Induit:& uultus hederarum frondibus abdit.
Attonitamque trahens intra ſua mœnia ducit.
Vt ſenſit tetigiſſe domum philomena nefandam:
Horruit infœlix:totoque expalluit ore:
Nacta locum progne ſacrorum pignora demit.
Oraque deuelat miſeræ pudibunda ſororis.
Amplexumque petit:ſed non attollere contra
Suſtinet hæc oculos pellex ſibi uiſa ſororis.
Deiectoque in humum uultu:iurare uolenti:
Teſtarique deos:per uim ſibi dedecus illud
Illatum pro uoce manus fuit.ardet:& iram
Non capit ipſa ſuam progne:fletumque ſororis
Corripiens:non eſt lachrymis hoc inquit agendum:
Sed ferro:ſed ſiquid habes:quod uincere ferrum
Poſſit:in omne nefas ego me germana paraui.
Aut ego cum facibus regalia tecta cremabo:
Artificem mediis immittam terea flammis:
Aut linguam:aut oculos:& quæ tibi membra pudorem
Abſtulerant:ferro rapiam:aut per uulnera mille
Sontem animam expellam:magnũ eſt quodcunque paraui:
Quid ſit adhuc dubito:peragit dum talia progne:
Ad matrem ueniebat itys:quid poſſit ab illo
Edmonita eſt:oculiſque tuens immitibus ah quam
As ſimilis patri dixit:nec plura locuta
Triſte parat facinus:tacitaque exæſtuat ira.
Vt tamen acceſſit natus:matrique ſalutem
Attulit:& paruis adduxit colla lacertis:
Mixtaque blanditiis puerilibus oſcula iunxit:
Mota quidem eſt genitrix:infractaque conſtitit ira:
Inuitique oculi lachrymis maduere coactis.
Sed ſimul ex nimia mentem pietate labare

Senſit:ab hoc

Senſit:ab hoc iterum eſt ad uultus uerſa ſororis:
Inque uicem ſpectans ambos:cur admouet inquit
Alter blanditias:rapta ſilet altera lingua?
Quam uocat hic matrem?cur non uocat illa ſororem?
Cui ſis nupta uide pandione nata marito.
Degeneras:ſcelus eſt pietas in coniuge tereo.
Nec mora:traxit itym:ueluti gangetica ceruæ
Lactantem fœtum per ſiluas tigris opacas.
Vtquæ domus altæ partem tenuere remotam:
Tendentemque manus:& iam ſua fata uidentem.
Et mater:mater clamantem:& colla petentem:
Enſe ferit progne lateri qua pectus adhæret:
Nec uultum uertit:ſatis illi ad fata uel unum
Vulnus erat:iugulum ferro philomena reſoluit:
Viuaque adhuc:animæque aliquid retinentia membra
Dilaniat:pars inde cauis exultat ahenis:
Pars uerubus ſtridet:manant penetralia tabo:
His adhibet coniunx ignarum terea menſis.
Et patrii moris ſacrum mentita:quod uni
Fas ſit adire uiro:comites famuloſque remouit:
Ipſe ſedens ſolio tereus ſublimis auito
Veſcitur:inque ſuam ſua uiſcera congerit aluum.
Tantaque nox animi eſt:itym huc accerſite dixit.
Diſſimulare nequit crudelia gaudia progne.
Iam que ſuæ cupiens exiſtere nuncia cladis:
Intus habens:quod poſcis ait:circumſpicit ille
Atque ubi ſit quærit:quærenti:iterumque uocanti:
Sicut erat ſparſis furiali cæde capillis
Proſiluit:lytiſque caput philomena cruentum
Miſit in ora patris:nec tempore maluit ullo
Poſſe loqui:& meritis teſtari gaudia dictis.
Thracius ingenti menſas clamore repellit:
Vipereas quæ ciet ſtygio de ualle ſorores:
Et modo ſi poſſet reſecto pectore diras
Egerere inde dapes:emerſaque uiſera geſtit:
Flet modo:ſeque uocat buſtum miſerabile nati.
Nunc ſequitur nudo genitas pandione ferro.
Corpora cecropidum pennis pendere putares:
Pendebant pennis:quarum petit altera ſiluas:
Altera tecta ſubit:neque adhuc de pectore cædis
Exceſſere notæ:ſignataque ſanguine pluma eſt.
Ille dolore ſuo:pœnæque cupidine uelox
Vertitur in uolucrem:cui ſtant in uertice criſtæ:
Prominet immodicum pro longa cuſpide roſtrum:
Nomen epops uolucri:facies armata uidetur. Fa. viii.

Aquilo cū Orithyā Erichthei filiā diligeret:neq; ullis p̄cibus a parētibus puellæ īpetrare potuiſſet:ut ſe i affinitatē recipe-rēt:uiribus uſus ſuis athenas uenit:& puellā raptā in Thraciā pertulit:ibiq; grauidam fecit.ex qua geminos Zetū & Calain procreauit:quorum poſtea humeris alæ uolucrū increuerūt per quas parentis imagines referrēt. Pādion quoq; dolore nata actus caruit uita regnūq; Erichtheus filius eius poſſedit.

Hic dolor ante diem:longæque extrema ſenectæ
Tempora tartareas pandiona miſit ad umbras.
Sceptra loci:rerumque capit moderamen erichtheus.
Iuſtitia dubium eſt:ualidis ne potentior armis.
Quattuor ille quidē iuuenes:totidemque crearat
Fœmineæ ſortis:ſed erat par forma duarum:
Ē quibus æolides cephalus te coniuge fœlix
Procri fuit:boreæ tereus:thraceſque nocebant.
Dilectaque diu caruit deus orithya:
Dum rogat:& precibus mauult quam uiribus utī.
Aſt ubi blandiciis agitur nihil:horridus ira
Quæ ſolita eſt illi nimiumque domeſtica uento.
Et merito dixit:quid enim mea tela reliqui?

Sæuiciam:& uires:iramque:animoſque minaces:
Admouique preces:quarum me dedecet uſus:
Apta mihi uis eſt:hac triſtia nubila pello:
Hac freta concutio:nodoſaque robora uerto.
Induroque niues.& terras grandine pulſo.
Idem ego cum fratres cœlo ſum nactus aperto:
Nam mihi campus is eſt:tanto molimine luctor:
Vt medius noſtris concurſibus inſonet æther:
Exiliantque cauis eliſi nubibus ignes.
Idem ego cum ſubii conuexa foramina terræ:
Suppoſuique ferox imis mea terga cauernis:
Sollicito manes:totumque tremoribus orbem.
Hac ope debueram thalamo petiiſſe:ſocerque
Non orandus erat mihi:ſed faciendus erichtheus.
Hæc boreas:aut his non inferiora locutus:
Excuſſit pennas:quarum iactatibus omnis
Afflata eſt tellus:latumque perhorruit æquor.
Puluereamque trahens per ſumma cacumina pallam:
Verrit humum:pauidamque metu caligine tectus
Orythyan adamans fuluis complectitur alis:
Dum uolat:arſerunt agitati fortius ignes:
Nec prius aerii curſus ſuppreſſit habenas:
Quam ciconum tenuit populos:& mœnia raptor.
Illic & gelidi coniunx actæa tyranni:
Et genitrix facta eſt:partus enixa gemellos.
Cætera qui matris:pennas genitoris habebant:
Non tamen has memorant una cum corpore natas:
Barbaque dum rutilis aberat ſubnixa capillis:
In plumas calaiſque puer zetuſque fuerunt.
Mox pariter pennæ ritu cœpere uolucrum
Cingere utrunque latus pariter flaueſcere malæ:
Ergo ubi conceſſit tempus puerile iuuentæ.
Vellera cum minyis nitido radiantia uillo
Per mare non notum prima petiere carina:

i. Dentes draconis in homines.
ii. Aeſon ex ſene in iuuenem:
iii. Liberi nutrices in iuuentutem.
iiii. Aries in ſpecies agni uidetur.
v. Cerambus in auem:
vi. Draco in ſaxum.
vii. Iuuencus liberi in cerui figuram.
viii. Cobidus in ſpeciem monumenti:
ix. Mera in canis figuram.
x. Cææ Matronæ in boues.
xi. Telchines filia in ſcopulos.
xii. Alcidamantis filia in columbam.
xiii. Cygnus Hyries filius in Olorem.
xiiii. Hyries mater in ſtagnum.
xv. Cambe in auem
xvi. Lotois ex uirō in uolucrem.
xvii. Menephron in feram:
xviii. Cephiſis in focem.
xix. Eumeli filia in uolucrem:
xx. Ephyre in ſerpentem.
xxi. Phene & Periphas in aues.
xxii. Polyphemonis neptis in uolucrem
xxiii. Spuma Cerberi in uenenum.
xxiiii. Schiron in petram.
xxv. Arne in auem Monedulam:
xxvi. Formicæ in homines:
xxvii. Cephalus ab aurora immutatur. Fa. .i.

Iaſon Aeſonis filius miſſus a Pelia Neptūni filia cum proceribus graiorum Colchō ad pellem auream apportandam adiutricibus Iunōe ac Minerua ut Aetæ ſolis filii cōtigit regiā pulchritudine ſua pculit Medeā aduerſus parētē:ut ſibi potius

quam patriæ

quã patriæ cõsuleret. Ergo obligatũ Iasonẽ coegit ut fidẽ pstaret cõiugii erga se. Nã tauros spirãtes ignẽ: & draconẽ custodientẽ tẽplũ: & tergus auratũ uenẽis atq; carminibus coegit parere Iason ut pciſſo ſolo dẽtes obſereret ſerpẽtis: ex quibus leges armatorũ pceſceret: iter quos ut ei pceptum erat a Medea iactato ſilice coegit eos inter ſe dimicare: qui mutuo bello conciderunt: His geſtis Iaſon cum Medea Corinthum abiit.

P. OVI. NA. METAMORPHOSEOS LIBER. VII.

NAmque fretum minyæ pagaſæa puppe ſecabãt.
Perpetuaque trahens inopem ſub nocte ſenectã
Phineus uiſus erat: iuuenemque aquilone creat
Virgineas uolucres miſeri ſenis ore ugarant:
Multaque perpeſſi claro ſub iaſone: tandem
Contigerant rapidas limoſi phaſidos undas.
Dumque adeunt regem: phryxeaque uellera poſcunt:
Voxque datur minyis magnorum horrenda laborum.
Concipit interea ualidos æetias ignes:
Et luctata diu: poſtquam ratione furorem
Vincere non poterat: fruſtra Medea repugnas:
Neſcio quis deus obſtat ait: mirumque quod hoc eſt:
Aut aliquid certe ſimile huic quod amare uocatur.
Nam cur iuſſa patris nimium nihi dura uidentur?
Sunt quoque dura nimis: cur quem modo denique uidi
Ne pereat timeo? quæ tanti cauſa timoris?
Excute uirgineo conceptas pectore flammas:
Si potes infœlix: ſi poſſem: ſanior eſſem.
Sed trahit inuitam noua uis: aliudque cupido:
Mens aliud ſuadet: uideo meliora: proboque:
Deteriora ſequor. quid in hoſpite regia uirgo
Vreris? & thalamos alieni concipis orbis?
Hæc quoque terra poteſt: quod ames dare: uiuat an ille
Occidat in diis eſt. uiuat tamen: idque precari:
Vel ſine amore licet: quid enim commiſit iaſon?
Quem niſi crudelem non tangat iaſonis ætas?
Et genus? & uirtus? quem non ut cætera deſint:
Forma mouere poteſt? certe mea pectora mouit:
At niſi opem tulero: taurorum afflabitur ore:
Concurretque ſuæ ſegetis tellure creatis
Hoſtibus: aut auido dabitur fera præda draconi.
Hoc ego ſi patiar: tunc me de tigride natam:
Tunc ferrum & ſcopulos geſtare in corde fatebor:
Cur non & ſpecto pereuntem? oculoſque uidendo
Conſcelero: cur non tauros exhortor in illum?
Terrigenaſque feros? inſopitumque draconem?
Dii meliora uelint: quanquam non iſta precanda:
Sed facienda mihi: prodam ne ego regna parentis?
Atque ope neſcio quis ſeruabitur aduena noſtra?
Vt per me ſoſpes ſine me det lintea uentis:
Virque ſit alterius: pœnæ medea relinquar?
Si facere hoc: aliam ue poteſt præponere nobis:
Occidat ingratus: ſed non is uultus in illo
Non ea nobilitas animo eſt: ea gratia formæ:
Vt timeam fraudem: meritique obliuia noſtri.
Et dabit ante fidem: cogamque in fœdera teſtes
Eſſe deos: quid tuta times? accingere: & omnem
Pelle moram: tibi ſe ſemper debebit iaſon.
Te face ſolemni iunget ſibi: perque pelaſgas
Seruatrix urbes matrum celebrabere turba.
Ergo ego germanam: fratrumque: patremque: deoſque:
Et natale ſolum uentis ablata relinquam?
Nempe pater ſæuus: nempe eſt mea barbara tellus:
Frater adhuc infans: ſtant mecum uota ſororis.
Maximus intra me deus eſt: non magna relinquam:
Magna ſequar: titulum ſeruatæ puppis achiuæ:
Noticiamque loci melioris: & oppida: quorum

Hic quoque fama uiget:cultuſque arteſque uirorum.
Quemque ego cum rebus:quas totus poſſidet orbis
Aeſonidem mutaſſe uelim:quo coniuge fœlix:
Et diis chara ferar:& uertice ſidera tangam.
Quid quod neſcio qui mediis incurrere in undis
Dicuntur montes?ratibuſque inimica charybdis
Nunc ſorbere fretum?nunc reddere?cinctaque ſæuis
Scylla rapax canibus ſiculo latrare profundo?
Nempe tenens quod amo:gremioque in iaſonis hærens:
Per freta longa ferar:nihil illum amplexa timebo.
Aut ſi quid metuam:metuam de coniuge ſolo.
Coniugium ne putas?ſpecioſaque nomina culpæ
Imponis medea tuæ?quin aſpice quantum
Aggrediare nefas:& dum licet:effuge crimen.
Dixit:& ante oculos rectum:pietaſque pudorque
Conſtiterant:& uicta dabat iam terga cupido.
Ibat ad antiquas hecates perſeidos aras:
Quas nemus umbroſum:ſecretaque ſilua tegebat.
Et iam fractus erat:pulſuſque reſederat ardor:
Cum uidet æſoniden:extinctaque flamma reluxit.
Et rubuere genæ:totoque recanduit ore:
Vt ſolet a uentis alimenta reſumere:quæque
Parua ſub inducta latuit ſcintilla fauilla
Creſcere:& in ueteres agitata reſurgere uires:
Sic iam lenis amor:iam quem languere putares:
Vt uidit iuuenem:ſpecie præſentis inarſit.
Et caſu ſolito formoſior æſone natus
Illa luce fuit:poſſes ignoſcere amanti:
Spectar:& in uultu ueluti tum denique uiſo
Lumina fixa tenet.nec ſe mortalia demens
Ora uidere putat:nec ſe declinat ab illo.
Vt uero cœpitque loqui:dextramque prehendit
Hoſpes:& auxilium ſummiſſa uoce rogauit:
Promiſitque torum:lachrymis ait illa profuſis:
Quid faciam uideo:nec me ignorantia ueri
Decipiet:ſed amor:ſeruabere munere noſtro.
Seruatus promiſſa dato:per ſacra triformis
Ille deæ:lucoque foret quod numen in illo:
Perque patrem ſoceri:cernentem cuncta futuri:
Euentuſque ſuos:& tanta pericula iurat.
Creditus accepit cantatas protinus herbas.
Edidicitque uſum:lætuſque intecta receſſit.
Poſtera depulerat ſtellas aurora micantes:
Conueniunt populi ſacrum mauortis in aurum:
Conſiſtuntque iugis:medio rex ipſe reſedit:
Agmine purpureus:ſceptroque in ſignis eburno.
Ecce adamanteis uulcanum naribus efflant
Aeripedes tauri:tactæque uaporibus herbæ
Ardent:utque ſolent pleni reſonare camini:
Aut ubi terrena ſilices fornace ſoluti
Concipiunt ignem liquidarum aſpergine aquarum:
Pectora ſic intus clauſas uoluentia flammas
Gutturaque uſta ſonant:tamen illis æſone natus
Obuius it:uertere truces uenientis ad ora
Terribiles uultus:præfixaque cornua ferro.
Puluereumque ſolum pede pulſauere biſulco.
Fumificiſque locum mugitibus impleuere.
Diriguere metu ſubito minyæ:ille nec ullos
Senſit anhelatus:tantum medicamina poſſunt:
Pendulaque audaci mulcet palearia dextra:
Suppoſitoſque iugo pondus graue cogit aratri
Ducere:& inſuetum ferro proſcindere campum.
Mirantur colchi:minyæ clamoribus augent.
Adiiciuntque animos:galea tum ſumit ahena
Vipereos dentes:& aratos ſpargit in agros.

Semina mollit humus ualido prætincta ueneno:
Et creſcunt:fiuntque ſati noua corpora dentes.
Vtque hominis ſpeciem materna ſumit in aluo:
Perque ſuos intus numeros componitur infans:
Nec niſi maturus communes exit in auras
Sic ubi uiſceribus grauidæ telluris imago
Effecta eſt omnis:fœto conſurgit in aruo.
Quodque magis mirum eſt:ſimul edita concutit arma:
Quos ubi uiderunt præacutæ cuſpidis haſtas
In caput æmonii iuuenis torquere parentes:
Demiſere metu uultumque animumque pelaſgi.
Ipſa quoque extimuit:quæ tutum fecerat illum.
Vtque peti uidit iuuenem tot ab hoſtibus unum:
Palluit:& ſubito ſine ſanguine frigida ſedit.
Neue parum ualeant a ſe data gramina:carmen
Auxiliare canit:ſecretaſque aduocat artes.
Ille grauem medios ſilicem iaculatus in hoſtes
A ſe depulſum martem conuertit in ipſos
Terrigenæ pereunt per mutua uulnera fratres:
Ciuilique cadunt acie:gratantur achiui:
Victoremque tenent:auidiſque amplexibus hærent.
Tu quoque uictorem complecti barbara uelles:
Obſtitit incepto pudor:& complexa fuiſſes:
Sed te ne faceres tenuit reuerentia famæ.
Quod licet:affectu tacito lætaris:agiſque
Carminibus:grates:& diis auctoribus horum.
Peruigilem ſupereſt hærbis ſopire draconem:
Qui criſta linguiſque tribus præſignis:& uncis
Dentibus horrendus cuſtos erat arboris aureæ.
Hunc poſtquam ſparſit lethæi gramine ſuci:
Verbaque ter dixit placidos facientia ſomnos:
Quæ mare turbatum:quæ concita flumina ſiſtunt:
Somnus in ignotos:oculos ubi uenit:& auro
Heros aeſonius potitur:ſpolioque ſuperbus
Muneris auctorem ſecum ſpolia altera portans
Victor cecropios tetigit cum coniuge portus.

Iaſon poſtquã Medeam adductã parentibus in Græciã duxit: & promiſſo coniugio ſibi copulauit:multis rebus expertus ingenium huius petiit parentẽ aeſonẽ ſenectute eliſum in adoleſcentiam pduceret. At illa amore nondũ depoſito quem ex iuuentute ceperat:nihil negando ei ahenũ conſtituit:hærbarumq; genera: quaꝝ ſcientiã hẽbat uariis regionibus quæſita incoquẽs poſtquã aĩaduertit ſtupitẽ quo uerſabat herbas in arborẽ oleã oneratã baccis eſſe conuerſum:maturatũ tẽpus exiſtimans:quæ deſpumata ahena in terram deciderant: in lætiſſimam hærbã eſſe conuerſa: Aeſonem interemptũ madentibus herbis immiſcuit:& ut promiſerat coniugi ex ſenectute in priſtinum rigorem ſiue uigorem uidetur perduxiſſe.

Aemoniæ matres pro natis dona receptis:
Gradeuique ferunt patres:congeſtaque flamma
Tura liquefaciunt:indutaque comibus aurum
Victima uota facit.ſed abeſt gratantibus æſon.
Iam propior læto:feſſuſque ſenilibus annis.
Tunc ſic æſonides:o cui debere ſalutem
Confiteor coiunx:quanquam mihi cuncta dediſti:
Exceſſitque fidem meritorum ſumma tuorum:
Si tamen hoc poſſunt:quid enim non carmina poſſunt:
Deme meis annis:& demptos adde parenti:
Nec tenuit lachrymas:mota eſt pietate rogantis:
Diſſimilemq; animum ſubiit pater aera relictus:
Non tamen affectus tales confeſſa:quod inquit
Excidit ore tuo coniunx ſcelus:ergo ego cuiquam
Poſſe tuæ uideor ſpacium tranſcribere uitæ:
Non ſinat hoc hecate:nec tu petis æqua:ſed iſto
Quo petis experiar maius dare munus iaſon:

Arte mea ſoceri longum temptabimus æuum
Non annis renouare tuis:modo diua triformis
Adiuuet:& præſens ingentibus annuat auſis:
Tres aberant noctes:ut cornua tota coirent:
Efficerentque orbem:poſtquam pleniſſima fulſit:
Et ſolida terras ſpectauit imagine luna:
Egreditur tectis ueſtes induta recinctas:
Nuda pedem:nudos humeris infuſa capillos:
Fertque uagos mediæ per muta ſilentia noctis
Incomitata gradus:homines uolucreſque feraſque
Soluerat alta quies:nullo cum murmure ſerpens
Sopito ſimilis nullo cum murmure ſerpit:
Immotæque ſilent frondes:ſilet humidus aer:
Sidera ſola micant:ad quæ ſua brachia tendens
Ter ſe conuertit:ter ſumptis flumina crinem
Irrorauit aquis:ternis & hiatibus ora
Soluit:& indura ſummiſſo poplite terra:
Nox ait arcanis fidiſſima quæque diurnis
Aurea cum luna ſucceditis ignibus aſtra:
Tuque triceps hecate:quæ cœptis conſcia noſtris:
Adiutrixque uenis:cantuſque arteſque magorum:
Quæque magos tellus pollentibus inſtruis hærbis:
Auræque:& uenti:monteſque:amneſque:lacuſque.
Diique omnes nemorum:diique omnes noctis adeſte:
Quorum ope cum uolui ripis mirantibus amnes
In fontes rediere ſuos:concuſſaque ſiſto:
Stantia concutio cantu freta:nubila pello.
Nubilaque induco:uentos abigoque:uocoque:
Vipereas rumpo uerbis & carmine fauces:
Viuaque ſaxa ſua conuulſaque robora terra:
Et ſiluas moueo:iubeoque tremiſcere montes:
Et mugire ſolum:maneſque exire ſepulchris.
Te quoque luna traho:quamuis temerata labores
Aera tuos minuant:currus quoque carmine noſtro
Pallent:& pallet noſtris aurora uenenis.
Vos mihi taurorum flammas habetaſtis:& unco
Haud patiens oneris collum preſſiſtis aratro.
Vos ſerpentigenis in ſe fera bella dediſtis:
Cuſtodemque rudem ſomno ſopitis:& aurum
Vindice decepto graias miſiſtis in urbes.
Nunc opus eſt ſucis:per quos renouata ſenectus
In florem redeat:primoſque recolligat annos:
Et dabitis:neque enim micuerunt ſidera fruſtra:
Nec fruſtra uolucrum tactus ceruice draconum
Currus adeſt:aderat demiſſus ab æthere currus:
Quo ſimul aſcendit:frænataque colla draconum
Permulſit:manibuſque leues agitauit habenas:
Sublimis rapitur:ſubiectaque theſſala tempe
Deſpicit:& cretis regionibus applicat angues.
Et quas oſſa tulit:quaſque altus pellion herbas:
Othriſque & pindus:& pindo maior olympus
Perſpicit:& placitas partim radice reuellit.
Partim ſuccidit curuamine falcis ahenæ.
Multa quoque eridani placuerunt gramina ripis:
Multa quoque amphryſi:nec eras immunis Enipeu:
Nec non peneus:nec non ſperchiades undæ
Contribuere aliquid:iuncoſaque littora phœbes
Carpſit:& euboica uiuax anthedone gramen:
Nondum uulgatum mutato corpore glauci:
Nona dies illam curru penniſque draconum:
Nonaque nox omnes luſtrantem uiderat agros.
Cum rediit:nec erant tacti niſi odore dracones:
Et tamen annoſæ pellem poſuere ſenectæ.
Conſtitit aduehiens citra limenque foreſq;
Et tantum cælo tegitur:refugitque uiriles

Contactus.ſtatuitque aras e ceſpite binas.
Dexteriore becates.at leua parte iuuentæ.
Has ubi uerbenis ſiluaque incinxit agreſti.
Haud procul egeſta ſcropibus tellure duabus
Sacra facit:cultroſque in guttura uelleris atri
Coniicit:& patulas perfudit ſanguine foſſas.
Tum ſuper inuergens tepidi carcheſia lactis:
Alteraque inuergens liquidi carcheſia mellis:
Verba ſimul fundit:terrenaque numina:poſcit:
Vmbrarumque rogat rapta cum coniuge regem.
Ne properent artus anima fraudare ſenili:
Quos ubi placauit precibuſque & murmure longo:
Aeſonis effetum proferri corpus ad aras
Iuſſit:& in plenos reſolutum carmine ſomnos
Exanimi ſimilem ſtratis porrexit in herbis:
Hinc procul æſonidem:procul hinc iubet ire miniſtros:
Et monet arcanis oculos remouere prophanos.
Diffugiunt iuſſi:ſparſis medea capillis
Bacchantum ritu flagrantes circuit aras:
Multifidaſque faces in foſſa ſanguinis atra
Tingit:& infectas geminis accendit in aris.
Terque ſenem flamma:ter aqua:ter ſulphure luſtrat.
Interea calido poſitum medicamen aheno
Feruet:& exultat:ſpumiſque tumentibus albet.
Illic æmonia radices ualle reſectas:
Seminaque:& flores:& ſucos incoquit atros.
Adiicit extremo lapides oriente petitos:
Et quas oceani refluum mare lauit harenas:
Addidit exceptas lunæ de nocte pruinas:
Et ſtrigis infames ipſis cum carnibus alas:
Inque uirum ſoliti uultus mutare ferinos
Ambigui procęta lupi:nec defuit illi
Squamea cinyphei tenuis membrana chelydri:
Viuaciſque iecur cerui:quibus inſuper addit
Ora caputque,nouem cornicis ſæcula paſſæ.
His & mille aliis poſtquam ſine nomine rebus
Propoſitum inſtruxit mortali barbara munus:
Arenti ramo iampridem mitis oliuæ
Omnia confudit;ſummiſque immiſcuit ima.
Ecce uetus calido uerſatus ſtipes aheno
Fit uiridis primo:nec longo tempore frondes
Induit:& ſubito grauidis oneratur oliuis.
At quacunque cauo ſpumas eiecit aheno
Ignis:& in terram guttæ cecidere cadentes:
Vernat humus floreſque:& mollia pabula ſurgunt:
Quæ ſimulac uidit:ſtricto medea recludit
Enſe ſenis iugulum:ueteremque exire cruorem
Paſſa replet ſucis:quos poſtquam combibit æſon
Aut ore acceptos aut uulnere:barba comæque
Canicie poſita nigrum rapuere colorem.
Pulſa fugit macies:abeunt pallorque ſituſque:
Abiectoque cauæ ſupplentur corpore rugæ.
Membraque luxuriant:æſon miratur:& olim
Ante quater denos nunc ſe reminiſcitur annos.
Diſſimilemque animum ſubiit ætate relicta. Fa. .iii.
Liber pater ut animaduertit Aeſonem ſenectutem remediis
Medeæ expuliſſæ:petiit:ut ,pinde nutricibus ſuis ferret auxi-
lium:eaſque in adoleſcentiæ uigorem reduceret:cuius aucto-
ritate illa compulſa eiſdem remediis quibus Aeſonem impri
mitias reduxit.Liberoq; æternum beneficium dedit.
Viderat ex alto tanti miracula monſtri
Liber:& admonitus iuuenes nutricibus annos
Poſſe ſuis reddi:capit hoc a colchide munus Fa. .iiii.
Peliades Peliæ filiæ herbis ſpulſæ poſtq̃ uiderẽt arietẽ grauatũ ætate ĩ agni ſpeciẽ trãſſiguratũ: ãbitioſius a Medea petere

cœperunt:ut Peliæ parenti earum reſtitueret:quam tempore
proceſſione amiſiſſet iuuentutem. quod ut illa accepit cupiés
inimicum Iaſonis data occaſione punire impulit eas:ut paren-
tem interficerent:& laceratum in ahenum feruēs dimitterent
quod ut factum eſt currum draconibus iunctum conſcendit:
& per aera elata conſpectum inimicorum profugit.
Neue doli ceſſent:odium cum coniuge falſum
Phaſias aſſimulat:peliæque ad limina ſupplex
Confugit:atque illam:quoniam grauis ipſe ſenecta eſt:
Excipiunt natæ:quas tempore calida paruo
Colchis amicitiæ fallacis imagine cepit.
Dumque refert inter meritorum maxima demptos
Aeſonis eſſe ſitus:atque hac in parte moratur:
Spes eſt uirginibus pelia ſubiecta creatis
Arte ſuum parili reuireſcere poſſe parentem.
Idque petunt iuuenes precium ſine fine paciſci.
Illa breui ſpacio ſilet:& dubitare uidetur.
Suſpenditque animos ficta grauitate rogantum.
Mox:ubi pollicita eſt:quo ſit fiducia maior
Muneris huius ait:qui ueſtra maximus æuo eſt
Dux gregis inter oues:agnus medicamine fiet
Protinus innumeris effœtus lamger amnis
Attrahitur flexo circum caua tempora cornu:
Cuius ut æmonio marcentia guttura cultro
Fodit:& exiguo maculauit ſanguine ferrum:
Membra ſimul pecudis ualidoſque uenefica ſucos
Mergit in ære cauo:minuunt ea corporis artus:
Cornuaque exurunt:nec non cum cornibus annos:
Et tener auditur medio balatus aheno.
Nec mora balatum mirantibus exilit agnus:
Laſciuitque fuga:lactantiaque ubera quærit
Obſtupuere fatæ pelia:promiſſaque poſtquam
Exhibuere fidem:tum uero impenſius inſtant.
Ter iuga phœbus equis in hibero flumine merſis
Dempſerat:& quarta radiantia nocte micabant
Sidera:cum rapido fallax ætias igni
Imponit purum laticem & ſine uiribus herbas:
Iamque neci ſimilis reſoluto corpore regem:
Et cum rege ſuos cuſtodes ſomnos habebat:
Quem dederant cantus:magicæque potentia linguæ.
Intrarant iuſſæ cum colchide limina natæ:
Ambierantque torum:quid nunc dubitatis inertes?
Stringite ait gladios:ueteremque haurite cruorem.
Vt repleam uacuas iuuenili ſanguine uenas.
In manibus ueſtris uita eſt:ætaſque parentis.
Si pietas ulla eſt:nec ſpes agitatis inanes:
Officium præſtate patri.teliſq; ſenectam
Exigite:& ſaniem coniecto emittite ferro.
His ut quæque pia eſt hortatibus impia prima eſt.
Et ne ſit ſcelerata facit ſcelus.haud tamen ictus
Vlla ſuos ſpectare poteſt:oculoſque reflectunt:
Cæcaque dant ſæuis auerſæ uulnera dextris.
Ille cruore fluens:ſubito tamen alleuat artus:
Semilacerque toro tentat conſurgere.& inter
Tot medius gladios pallentia brachia tendens:
Quid facitis natæ?quis uos in fata parentis
Armat ait?cecidere illis animiq;:manuſque:
Plura locuturo cum uerbis guttura colchis
Abſtulit.& calidis laniatum merſit in undis.

Medeā fugientem docet Heſiodus Othryn montē Theſſaliæ
petiſſe:in quē diluuio Deucaliōis Cerābus nymphæ auxilio
pennis delatus ſit:& in montem parnaſum:qui eſt altiſſimus.
Quæ niſi pennatis ſerpentibus iſſet in auras:
Non exempta foret pœnæ:fugit alta:ſuperque
Pelion umbroſum philireaque tecta:ſuperque
Othryn:&

Othryn:& euentu ueteris loca nota cerambi.
Hic ope nympharum ſublatus in aera pennis
Cum grauis infuſo tellus foret obruta ponto:
Deucalioneas effugit inobrutus undas: Fa. .vi.
Hinc Pitanen urbem Aeoliæ relinquentem uidiſſe draconem in ſaxum eſſe tranſſiguratum.
Aeoliam Pitanen a læua parte reliquit.
Factaque de ſaxo longi ſimulacra draconis: Fa. .vii.
Deinde Idæum nemus adiſſe in quo liber pater iuuẽcum trãſfiguratum in cerui figuram ſubtraxit.
Idæumque nemus:quo nati furta iuuencum
Occuluit liber falſi ſub imagine cerui: Fa. .viii.
Nec minus patrem coriti paruo conditum ſepulchro:
Quaque pater coriti parua tumulatus harena: Fa. .ix.
Item mæram in figuram canis eſſe conuerſam.
Et quos mæra nouo latratu terruit agros: Fa. .x.
Ab his regionibus digreſſam Eurypyli urbẽ contigiſſe:in qua Cææ matronæ in cornutas boues tranſſiguratæ ſunt:propter effectum quod ueneri formam quam ante poſuerunt.
Eurypylique urbem:qua cææ cornua matres
Geſſerunt:tunc cũ diſcederet herculis agmen. Fa. .xi.
Dehinc Telechinas laliſios tranſgreſſam: quos Iuppiter propter odium coniugis ſuæ Iunonis ſubiecit mari.
Phœbeamque rhodon:& laliſios telechinas:
Quorum oculos ipſo mutantes omnia uiſu
Iuppiter exoſus fraternis ſubdidit undis. Fa. .xii.
Quorum regione relicta Cæam urbem:peruenisſe: in qua alcidamantem ſcribit ex filia uidiſſe columbam procreatã eſſe.
Tranſit & antiquæ carcheſia menia cææ:
Qua pater alcidamas placidam de corpore natæ
Miraturus erat naſci potuiſſe columbam. Fa. .xiii.
Poſt hæc lacũ hyries & Cygni tẽpe:i qbus locis cũ graui amore pueri tenerentur:& imperio eius uolucres in domitas ac leonem manũ pati coegiſſet:taurũq; uiciſſet.Neq; ideo labor eius potiendi merces extitiſſet:indignatus ex præcipiti loco cum ſe odio laborum iaceret:in uolucrem olorem conuerſus eſt.
Inde lacus hyries uidet:& cygneia tempe.
Quæ ſubitus celebrauit olor nam phillius illic
Imperio pueri uolucreſque ferumq; leonem
Tradiderat domitos taurum quoque uincere iuſſus
Vicerat:& ſtricto totiens iratus amore
Præmia poſcenti taurum ſuprema negauit.
Ille indignatus cupiens dare dixit:& alto
Deſiluit ſaxo:cuncti cecidiſſe putabant.
Factus olor niueis pendebat in aere pennis. Fa .xiiii.
Hyrie autem mater eius flendo aſſidue caſum filii ſui:in ſtagnum elicuit miſericordia deorum:quod eſſet ſui nominis.
At genitrix hyrie ſeruatum neſcia flendo
Delicuit:ſtagnumque ſuo de nomine fecit: Fa. .xv.
Ab his digreſſã Pleurona pueniſſe ĩ q̃ urbe Cõbe cũ Phaſnei filii occiderent:deoq; miſericordia effectũ é:ut ĩ auẽ trãſformaret.
Adiacet his Pleuron:in qua trepidantibus alis
Ophias effugit natorum uulnera combe. Fa. .xvi.
Ab his Galaureã Lathoum regem cum coniuge in uolucrẽ:
Inde calaureæ iathoidos aſpicit arua
In uolucrẽ uerſi cum coniuge cõſcia regis. Fa. .xvii.
Deinde Cyllenem adiiſſe: hic Menephron ne cum matre concumberet:ab ioue eſt tranſſiguratus in feræ ſpeciem.
Dextera cyllene eſt:in qua cum matre menephron
Concubiturus erat ſæuarum more ferarũ. Fa. .xviii.
Poſt horum caſum uidiſſe Cephiſon nepotis exitum deflentem qui ab Apolline in phocen tranſſiguratus eſt.
Cephiſon procul hinc deflentem fata nepotis
Reſpicit in tumidâ phocen ab apolline uerſi. Fa. .xix.
Item Eumeli domum adiiſſe lugẽtis filiam in uolucrẽ ceſſiſſe

Eumelique domum lugentis in aere natam. Fa. .xx.
Aliquando etiam Ephyrem contigisse uersam pennis uipere is:in qua urbe primum ex fungis edita existimantur corpa.
Tandem uipereis ephyren:pirenida pennis
Contigit:hic æuo uetereș mortalia primo
Corpora uulgarunt pluuialibus edita fungis. Fa. .xxi.
Indicat Colchis cum parente Aesone Creontem consumptam uenenis arsisse. Nec minus natos a se interéptos Iasone relicto
Inspectis itaque casibus miserorum uenisse etiam athenas.
Sed postquam colchis arsit noua nupta uenenis:
Flagrantemque domum regis male uidit:utroque
Sanguine natorum perfunditur impius ensis:
Vltaque se mater male iasonis effugit arma.
Hinc titaniacis ablata draconibus intrat
Palladias arces:quæ te iustissime phineu:
Teq; senex peripha pariter uidere uolantes. Fa. .xxii.
Item neptem Polyphemonis uolucrum expleſſe numerum.
Innixamq; nouis neptem poliphemonis alis. Fa. .xxiii.
Ab iis nouissime excipitur ab Aegeo:nec minus iungit fœdus.
Inter hæc theseus Aegei filius errore & laboribus pl̃eus excipi tur a p̃re:cui primus Medea parat uenenū:q̃d Acõiton apellãt.
Hercules.n.cũ ad iferos descendisset missus ab Eurystheo ut cane tricipitẽ ad supos ꝓduceret: Postq̃ eũ i regione põticã p duxit: Territum animaduertit ex nouitate aeris uomitũ ꝓfu disse. Notato itaq; loco spumam eius in uenenum esse conuer sam:quod græci aconiton nominant: quia nasc̃t in cautibus.
Excipit hanc aegeus facto damnandus in uno:
Nec satis hospitium est:thalami quoque fœdere iungit.
Iamque aderat theseus proles ignara parenti:
Qui uirtute sua bimarem placauerat isthmon.
Huius in exitium miscet medea quod olim
Attulerat secum scythicis aconiton ab oris.
Illud echidnææ memorant e dentibus ortum
Esse canis:specus est tenebroso cæcus hiatu.
Est uia decliuis:per quam tiryn[illegible]us heros
Restantem contraque diem radiosque micantes
Obliquantem oculos nexis adamante cathenis
Cerberon attraxit:rapida qui concitus ira
Impleuit pariter ternis latratibus auras:
Et sparsit uirides spumis albentibus agros:
Has concresse putant:nactasque alimenta feracis
Fœcundique soli uires cœpisse nocendi:
Quæ quia nascuntur dura uiuacia caute:
Agrestes aconita uocant:ea coniugis astu
Ipse parens ægeus nato porrexit ut hosti.
Sumpserat ignara theseus data pocula dextra:
Cum pater in capulo gladii cognouit eburno
Signa sui generis:facinusque excussit ab ore.
Effugit illa necẽ nebulis p carmina motis: Fa. .xxiiii.
Post hæc referũt festos dies agẽtes laudes theseî:quẽadmodũ tauꝛ marathoniũ iterensisset:ut ẽt procustẽ Cerniõisq; necẽ q trabes oppõebat hostibus ita ut uicti exaiarent ab eis:Scyrone quoq; Neptũi solitũ iter faciẽtibus tẽdere isidias: Qui postq̃ a Theseo ẽ iterfectus eius fluctibus agitatũ pp̃ crudelitatẽ sco pulo iheſit. Vñ scyronides petræ sunt noiatæ ab eius nomine.
At genitor quamquam lætatur sospite nato:
Attonitus tamen est geniti discrimine paruo
Committi potuisse nefas:fouet ignibus aras:
Muneribusque deos implet.feriuntque secures
Colla torosa boum uictorum cornua uittis.
Nullus erichthidis fertur celebratior illo
Illuxisse dies:agitant conuiuia patres:
Et medium uulgus:nec non & carmina uino
Ingenium faciente canunt:te maxime theseu
Mirata est marathon cretæi sanguine tauri.

Quodque sua

Quodque ſua ſecurus arat cromiona colonus
Munus opuſque tuum eſt:tellus epidauria per te
Clauigeram uidit uulcani occumbere prolem.
Vidit & immitem cephiſias ora procuſten:
Certionis lethum uidit cerealis eleuſis:
Occidit ille ſenis magnis male uiribus uſus:
Qui poterat curuare trabes:& agebat ab alto
Ad terram late ſparſuras corpora pinus.
Tutus ad alcithoen lelegia mœnia limes
Compoſito ſcyrone patet:ſparſiſque latronis
Terra negat ſedem:ſedem negat oſſibus unda.
Quæ iactata diu fertur duraſſe uetuſtas
In ſcopolos:ſcopulis nomen ſcyronis inhæret.
Si titulos annoſque tuos numerare uelimus:
Facta prement annos pro te fortiſſime uota
Publica ſuſcipimus:bacchi tibi ſumimus hauſtus.
Conſonat aſſenſu populi:precibuſque fauentum
Regia:nec tota triſtis locus ullus in urbe eſt.
Nec tamen:uſque adeo nulla eſt ſyncera uoluptas:
Sollicitumque aliquid lætis interuenit:egeus
Gaudia percepit nato ſecura recepto. Fa. .xxv.
Arne cū iſulā Scython i q̄ genita cēt:hoſti athenas oppugnāti
capta pulchritudīe auri uēdidiſſet pr̄iā: nec p meritis ſuplicia
pēderēt:ī uolucrē mōedulā ē trāſfigurata q̄ adhuc amor ſplē
Bella parat minos:q q̄q̄ milite:quanq̄ doris eius teneť.
Claſſe ualet:patria tamen eſt firmiſſimus ira:
Androgeique necem iuſtis ulciſcitur armis.
Ante tamen bello uires acquirit amicas:
Quaque patent aditus:uoluerī freta claſſe pererrat:
Hinc anapen ſibi iungit:& hinc ſtymphalea regna
Promiſſis anapen regna ac ſtymphalea bello.
Hinc humilem miconen:cretoſaque rura timoli:
Florentemque tyron:cypron:planamque ſeriphon:
Marmoreamque paron:quamque impia prodidit arnen:
Scythonis accepto quod [illegible]ara popoſcerat auro:
Mutata eſt in auem:quæ nunc quoque diligit aurum:
Nigra pedes nigris uelata monedula pennis: Fa. .xxvi.
Aeacus Iouis &Aeginæ filius cū Aſopidē iſulā cōiugis noīe ico
leret:& graui peſtilētia Iunōis ira populū amiſiſſet:p̄cibus:&
miſericordia a Ioue ip̄etrauit: ut uaſtata iſula q; formicæ ī ea
apparuiſſēt:tot uerſæ ī hoſum facies deſyderatā multitudinē
expleret.Neq; imerito:ſi qdē ex huiuſmodi aīalibus creuerāt
myrmidones ſūt appellati.Formicæ enī.Græce myrmices ap-
pellanť.Porro aūt hos ſēſus Cephalo ſciſcitāti edocet Aeacus
At non olearos Didimeque:& ſenos:& andros:
Et gyaros:nitidæque ſerax peparethos oliuæ
Gnoſiacas iuuere rates;latere inde ſiniſtro
Oenopiam Minos petit æacideia regna
Oenopiam ueteres appellauere:ſed ipſe
Aeacus æginam genetricis nomine dixit.
Turba ruit.tantæque uirum cognoſcere famæ
Expetit.occurrunt illi telamonque:minorque
Quam telamon peleus:& proles tertia phocus.
Ipſe quoque egreditur tardus grauitate ſenili
Aeacus:& quæ ſit ueniendi cauſa requirit.
Admonitus patrii luctus ſuſpirat:& illi
Dicta refert rector populorum talia centum.
Arma iuues oro pro nato ſumpta:piæque
Pars ſit militiæ:tumulo ſolatia poſco.
Huic aſopiades petis irrita dixit & urbi
Non facienda meæ:neque enim coniunctior ulla
Cecropidis hac eſt tellus:ea fœdera nobis.
Triſtis abit:ſtabuntque tibi tua fœdera magno
Dixit.& utilius bellum putat eſſe minari:
Quam gerere:atque ſuas ibi præconſumere uires.

Classis ab œnopiis etiam nunc lyctia muris
Spectari poterat:cum pleno concita uelo
Attica puppis adest:& portus intrat amicos:
Quæ cephalum patriæque simul mandata ferebat.
Aeacidæ iuuenes longo post tempore uisum
Agnouere tamen cephalum:dextrasque dederunt.
Inque patris duxere domum spectabilis heros:
Et ueteris retinens etiam nunc pignora formæ
Ingreditur:ramumque tenens popularis oliuæ:
Et dextra læuaque duos ætate minores.
Maior habet cliton & Buten pallante creatos.
Post quam congressi primi sua uerba tulerunt
Cecropidæ:cephalus peragit mandata:rogatque
Auxilium:fœdusque refert:& iura parentum.
Imperiumque peti totius achaidos addit.
Sic ubi mandatam iuuit facundia causam:
Aeacus in capulo regni nitente sinistra
Ne petite auxilium:sed sumite dixit athenæ.
Nec dubiæ uires:quas hæc habet insula uestras
Dicite:& omnis eat rerum status iste mearum.
Robora non desunt:superat mihi miles & hosti
Gratia diis:fœlix & inexcusabile tempus
Immo ita sit cephalus crescat tua ciuibus:opto:
Vrbs ait:adueniens equidem modo gaudia cœpi.
Cum tam pulchra mihi:tam par ætate iuuentus
Obuia processit:multos tamen inde requiro:
Quos quondam uidi uestra prius urbe receptus.
Aeacus ingemuit:tristique ita uoce locutus.
Flebile principium melior fortuna secuta est:
Hanc utinam uobis possem memorare:sine ullo
Ordine nunc repetam:neu longa ambage morer uos:
Ossa cinisque iacent memori quos mente requiris:
Et quota pars illi rerum periere mearum:
Dira lues populis ira iunonis iniquæ
Incidit exosæ dictas a pellice terras.
Dum uisum est mortale malum:tantæque latebat
Causa nocens cladis:pugnatum est arte medendi.
Exitium superabat opes:uictæque iacebant:
Principio cœlum spissa caligine terras
Pressit:& ignauos inclusit nubibus æstus.
Dumque quater plenis expleuit cornibus orbem:
Luna quater plenum tenuata retexuit orbem.
Lethiferis calidi spirarunt æstibus austri.
Constat & in fontes uicium uenisse lacusque:
Milliaque incultos serpentum multa per agros
Errasse:atque suis fluuios temerasse uenenis.
Strage canum primo uolucrumque auiumque boumque
Inque feris subiti deprensa potentia morbi est.
Concidere infœlix ualidos miratur arator
Inter opus tauros:medioque recumbere sulco.
Lanigeris gregibus balatus dentibus ægros
Sponte sua lanæque cadunt:& corpora tabent.
Acer equus quondam magnæque in puluere famæ
Degenerat palmæ:ueterumque oblitus honorum
Ad præsepe gemit morbo moriturus inerti.
Non aper irasci meminit:nec sidere cursu
Cerua:nec armentis incurrere fortibus ursi.
Omnia langor habet:siluis:agrisque:uiisque
Corpora fœda incent:uitiantur odoribus auræ:
Mira loquar:non illa canes auidæque.uolucres:
Non cani tetigere lupi:delapsa liquescunt.
Afflatuque nocent:& agunt contagia late.
Peruenit ad miseros damno grauiore colonos
Pestis:& in magnæ dominatur mœnibus urbis.
Viscera torrentur primo flammisq; fathiscunt.

Indiciumq;

Indiciumque rubor est:& ductus anhelitus igni:
Aspera lingua tumet:tepidisque arentia uentis
Ora patent:auræque graues captantur hiatu.
Non stratum:non ulla pati uelamina possunt.
Dura sed interra ponunt præcordia:nec fit
Corpus humo gelidum:sed humus de corpore feruet.
Nec moderator adest:inque ipsos seua medentes
Erumpit clades:obsuntque auctoribus artes:
Quo propior quisque est:seruitque fidelius ægro
In partem lethi citius uenit:atque salutis
Spes abiit:finemque uident in funere morbi.
Indulgent animis:& nulla quid utile cura est:
Vtile enim nihil est:passim positeque pudore
Fontibus & fluuiis puteisq; capacibus hærent
Nec sitis extincta prius:q̃ uita bibendo:
Inde graues morbo nequeunt consurgere:& ipsis
Immoriuntur aquis:aliquis tamen haurit & illas.
Tantaque sunt miseris inuisi tædia lecti.
Prosiliunt:aut si prohibent consistere uites:
Corpora deuoluunt in humum:fugiuntque penates
Quisque suos:sua cuique domus funesta uidetur:
Et quia causa latet:locus est in crimine notus.
Semianimes errare uiis dum stare uolebant
Aspiceres flentes alios:terraque iacentes:
Lassaque uersantes supremo lumina motu.
Membraque pendentis tendunt ad sidera cœli.
Hic illic ubi mors deprenderat exhalantes.
Quid mihi tunc animi fuit:aut quid debuit esse?
Vt uitam odissem:& cuperem pars esse meorum.
Quo se cunque acies oculorum flexerat:illic
Vulgus erat stratum:ueluti cum putrida motis
Poma cadunt ramis agitatæque illice glandes.
Templa uides contra gradibus sublimia longis:
Iuppiter illa tenet:quis non altaribus illis
Irrita tura dedit?quotiens pro coniuge coniunx:
Pro nato genitor dum uerba precantia dixit
Non exoratis animam finiuit in aris?
Inque manu turis pars inconsumpta reperta est.
Admoti quotiens templis:dum uota sacerdos
Concipit & fundit purum inter cornua uinum:
Haud expectato ceciderunt uulnere tauri.
Ipse ego sacra ioui pro me patriaque tribusque
Cum facerem natis:mugitus uictima diros
Edidit:& subito collapsa sine ictibus ullis
Exiguo tinxit subiectos sanguine cultos.
Fibra quoque ægra notas ueri monituque deorum
Perdiderat:tristes penetrant ad uiscera morbi.
Ante sacros uidi proiecta cadauera postes.
Ante ipsas quo mors foret inuidiosior aras.
Pars animam laqueo claudunt:mortisque timorem
Morte fugant:ultroque uocant uenientia fata:
Corpora missa neci nullis de more feruntur
Funeribus:neque eum capiebant funera portæ:
Aut in humata premunt terras:aut dantur in altos
Indotata rogos:& iam reuerentia nulla est.
Deque rogis pugnant:alienisque ignibus ardent.
Qui lachryment desunt:indefletæque uagantur
Natorum matruinque animæ:iuuenumque:senumque
Nec locus in tumulo est nec sufficit arbor in ignes.
Attonitus tanto miserarum turbine rerum
Iuppiter o dixi:si te non falsa loquuntur
Isse sub amplexus quondam asopidos eginæ:
Nec te magne pater nostri pudet esse parentem:
Aut mihi redde meos:aut me quoque conde sepulchro.
Ille notam fulgore dedit:tonitruque secundo.

Accipio:ſintque iſta precor felicia mentis
Signa tuæ dixi:quæ das mihi pignoris omen.
Forte fuit iuxta patulis rariſſima ramis
Sacra ioui quercus de ſemine dodonæo.
Hic nos frugilegas aſpeximus agmine longo
Grande onus exiguo formicas ore gerentes:
Rugoſoque ſuum ſeruantes cortice callem.
Dum numerum miror:totidem pater optime dixi
Tu mihi da ciues:& inania mœnia ſupple:
Intremuit:ramiſ;que ſonum ſine flamine motis
Alta dedit quercus:pauido mihi membra timore
Horruerant:ſtabantque comæ.tamen oſcula terræ
Roboribuſque dedi:nec me ſperare fatebar.
Sperabam tamen:atque animo mea uota fouebam.
Nox ſubit:& curis exercita corpora ſomnus
Occupat:ante oculos eadem mihi quercus adeſſe:
Et rami totidem totidemque animalia ramis
Ferre ſuis uiſa eſt:pariterque tremiſcere motu:
Graniferumque agmen ſubiectis ſpargere in aruis.
Creſcere quod ſubito maius maiuſque uidetur:
Ac ſe tollere humo:rectoque aſſiſtere trunco:
Et maciem numerumque pedum nigrumque colorem
Ponere:& humanam membris inducere formam.
Somnus abit:damno uigilans mea uiſa:querorque
In ſuperis opis eſſe nihil.at in ædibus ingens
Murmur erat.uoceſque hominum exaudire uidebar.
Iam mihi deſuetas dum ſuſpicor has quoque ſomni
Eſſe:uenit telamon properus:foribuſque recluſis
Speque fideque pater:dixit maiora uidebis:
Egredere:egredior:qualeſque in imagine ſomni
Viſus eram uidiſſe uiros ex ordine tales
Aſpicio noſcoque.adeunt:regemque ſalutant.
Vota ioui ſoluo:pupuliſque recentibus urbem
Patior:& uacuos priſcis cultoribus agros
Myrmidonaſque uoco:nec origine nomina fraudo:
Corpora uidiſti:mores quos ante gerebant
Nunc quoque habent:parcum genus eſt:patiẽſque laborum
Quæſitique tenax:& quod quæſita reſeruet.
Hi te ad bella pares annis animiſque ſequentur:
Cum primum qui te fœliciter attulit eurus.
Eurus eni attulerat:fuerit mutatus in auſtros. Fa. .xxvii.
Cephalus de donis refert inuicẽ Aeaco de Procride cõiuge:& cur aut uñ telũ gereret: cũ in mõte Himeto atticæ regionis uenareť:ab Aurora ob ſpeciẽ raptus eſt:quẽ ut cõperit dea Procridis prioris cõiugis implicitũ a ſe uelle diuerti:fecit ut mutata ſpecie remiſſus Cephalus athenas cõtẽderet:ut eã pollicitis muneribuſq; tẽtaret:an pudicitiã purã poſſit ſeruare.Pluribus itaq; rebus ad uſũ fœiam cõparatis qbus capi poſſet:fallacia mẽtẽ elicuit:qđ ut illa cõpit:a marito ſe eẽ deceptã.pudore exterrita ut cõſpectũ eius uitare poſſit altis ſe recõdidit ſaltibus.Hic cũ aſſidue dianæ ſtudio feras pſequereť & ambigua uox refrigerãtis Cephali ad eã eẽt plata:q ex nimio æſtu aurã ſæpius iuocaret.nõ imemor priſtini amoris dũ uirgultis ſe recõdit:ut ſpeculareť:an eẽt aliq̃ aura noíe:cuius ille cupiditate ípulſus a ſe alienareť.Cephalus pcul ſpeculatus uehementius moueri uirgulta:dũ lateť ferã exiſtimat eo loco recõditã iaculo emiſſo cõiugẽ iprudẽs iterfecit:Ferťãt & telũ cũ cane ab ea dẽ cõiuge Procride Cephalo tributũ:Cuius uí obirã Auroræ ſimiliter ut feræ ab eo pcuſſæ maximo cũ luctu uiri expta ẽ.

Talibus atque aliis longum ſermonibus illi
Impleuere diem:lucis pars optima menſæ
Eſt data:nox ſomnis:iubar aureus extulerat ſol:
Flabat adhuc eurus:redituraque uela tenebat.
Ad cephalum pallante ſati:cui grandior ætas:
Ad regem cephalus ſimul & pallante creati
Conueniunt:ſed

Conueniunt:ſed adhuc regem ſopor altus habebat:
Excipit æacides illos in limine phocus.
Nam telamon fraterque uiros ad bella parabant.
Phocus in interius ſpacium pulchroſque receſſus
Cecropidas duxit:cum quis ſimul ipſe reſedit.
Aſpicit æoliden ignota ex arbore factum
Ferre manu iaculum:cuius fuit aurea cuſpis.
Pauca prius mediis ſermonibus ante locutus
Sum nemorum ſtudioſus ait:cædiſque ferinæ:
Qua tamen a ſilua teneas haſtile reciſum
Iandudum dubito:certe ſi fraxinus eſſet:
Fulua colore foret:ſi cornus:nodus ineſſet:
Vnde ſit ignoro:ſed non formoſius iſto
Viderunt oculi telum iaculabile noſtri.
Excipit attæis e fratribus alter:& uſum
Maiorem ſpecie mirabere dixit in iſto.
Conſequitur quodcunque petit:fortunaque miſſum
Non regit:& reuolat nullo referente cruentum.
Tum uero iuuenis nereius omnia quærit:
Cur ſit:& unde datum:quis tanti muneris auctor.
Quæ petit ille refert:& cætera nota pudore
Qua tulerit mercede ſilet:tactuſque dolore
Coniugis amiſſæ lachrymis ita fatur ebortis.
Hoc me nate dea:quis poſſit credere:telum
Flere facit:facietque diu:ſi uiuere nobis
Fata diu dederint:hoc me cum coniuge chara
Perdidit:hoc utinam caruiſſem munere ſemper:
Procris erat:ſi forte magis peruenit ad aures
Orithyia tuas magnæ ſoror orythyiæ.
Si faciem moreſque uelis conferre duarum:
Dignior ipſa rapi:pater hanc mihi iunxit erichteus
Hanc mihi iunxit amor.fœlix dicebar:eramque.
Non ita diis uiſum eſt:at nuuc quoque forſitan eſſem:
Alter agebatur poſt ſacra[illegible]galia menſis:
Cum me cornigeris tendentem rætia ceruis
Vertice de ſummo ſemper florentis hymeti
Lutea mane uidet pulſis aurora tenebris.
Inuitumque rapit:liceat mihi uera referre
Pace dea:quod ſit roſeo ſpectabilis ore:
Quod teneat lucis:teneat confinia noctis:
Nectareis quod alatur aquis:ego Procrin amabam:
Pectore procris erat:procris mihi ſemper in ore:
Sacra tori coituſque nouos thalamoſque recentes:
Primaque deſerti referebam fœdera lecti:
Mota dea eſt:& ſiſte tuas ingrate querelas.
Procrin habe:dixit quod ſi mea prouida mens eſt:
Non habuiſſe uoles:meque illi irata remiſit.
Dum redeo:mecumque deæ memorata retracto.
Eſſe metus cœpit:ne iura iugalia coniunx
Non bene ſeruaſſet:facies ætaſque iubebant
Credere adulterium:prohibebant credere mores.
Sed tamen abfueram:ſed & hæc erat unde redibam
Criminis exemplum:ſed cuncta timemus amantes:
Quærere quod doleam:ſtatuo:doniſque pudicam
Sollicitare fidem:fauet huic aurora timori:
Immutatque meam:uideor ſenſiſſe:figuram.
Palladiaſque ineo non cognoſcendus athenas:
Ingrediorque domum:culpa domus ipſa carebat.
Caſtaque ſigna dabat:dominoque erat anxia rapto:
Vix aditus per mille dolos ad erichthida factus:
Vt uidi:obſtupui:meditataque pene reliqui
Tentamenta fide:male me quin uera fatérer
Continui:male quin ut oportuit:oſcula ferrem.
Triſtis erat ſed nulla tamen formoſior illa
Eſſe poteſt triſti.deſyderioque calebat

Coniugis arrepti tu collige qualis in illa
Phoce decor fuerit:quam sit dolor ipse decebat.
Quid referam quotiens tentamina nostra pudici
Reppulerint mores:quotiens ego dixerit uni
Seruor ubicunque est:uni mea gaudia seruo.
Cui non ista fide satis experientia sano
Magna foret:non sum contentus & in mea pugno
Vulnera:dum census dare me pro nocte pacisor
Muneraque augendo tandem dubitare cogi.
Exclamo mala pectora detego:tectus adulter
Verus eram coniunx:me perfida teste teneris.
Illa nihil:tacito tantūmodo uicta pudore
Insidiosa malo cum coniuge limina fugit.
Offensaque mei genus omne perosa uirorum
Montibus errabat studiis operata diane.
Tum mihi deserto uiolentior ignis ad ossa
Peruenit:orabam ueniam:& peccasse fatebar.
Et potuisse datis simili succumbere culpæ
Me quoque muneribus:si munera tanta darentur.
Hæc mihi confesso læsum prius ulta pudorem
Redditur:& dulces concorditer exigit amnos.
Dat mihi præterea tanquam si parua dedisset
Dona canem munus:quem cum sua traderet illi
Cynthia currendo superabit dixerat omnes
Dat simul & iaculum manibus quod cernis habere.
Muneris alterius quæ sit fortuna requiris:
Accipe mirandum:nouitate mouebere facti.
Carmina naiades non intellecta priorum
Soluunt ingeniis:& præcipitata iacebat
Immemor ambagum uates obscura suarum
Scilicet alma themis:nec talia liquit inulta.
Protinus aoniis immissa est bellua thebis:
Cessit & exitio multis pecorumq; suoq;
Rulicolæ pauere feram.uicina iuuentus
Venimus:& latos indagine cinximus agros.
Illa leui uelox superabat rætia saltu:
Summaq; transibat positarum lina plagarum.
Copula detrahitur canibus:quos illa sequentes
Effugit:& cœtum non segnior alite ludit.
Poscor & ipse meum consensu lælapa magno
Muneris hoc nomen:iandudum uincula pugnat
Exuere ipse sibi:colloque morantia tendit.
Vix bene missus erat:nec iam poteramus ubi esset
Scire pedum calidus uestigia puluis habebat.
Ipse oculis ereptus erat:non ocyor illo
Hasta:nec exuto contorto uerbere glandes:
Nec cortiniaco calamus leuis exit ab arcu.
Collis apex medii subiectis imminet aruis.
Tollor in hunc:capioque noui spectacula cursus.
Quo modo deprendi:modo se subducere ab ipso
Vulnere uisa fera est:nec limite callida recto
In spaciumque fugit:sed decipit ora sequentis:
Et redit in gyrum:ne sit suus impetus hosti.
Imminet hic:sequiturque parem:similisque tenenti
Non tenet:& uanos exercet in aere morsus:
Adiaculi uertebar opem:quod dextera librat
Dum mea:dum digitos amentis addere tento:
Lumina deflexi:reuocataque rursus eodem
Rettuleram:& medio mirum duo marmora campo
Aspicio:fugere hoc:illud latrare putares.
Scilicet inuictos ambos certamine cursus
Esse deus uoluit:si quis deus affuit illis.
Hactenus.& tacuit.iaculo quod crimen in ipso est
Phocus ait:iaculi sic crimina redidit ille.
Gaudia principium nostri sunt phoce doloris

Illa prius

Illa prius referam.iuuato meminiſſe beati
Temporis æacidæ quo primos rite per annos
Coniuge eram fœlix:fœlix erat illa marito.
Mutua cura duos:& amor ſocialis habebat.
Nec iouis illa meo thalamos præferret amori:
Nec me quæ caperet:non ſi uenus ipſa ueniret
Vlla erat:æquales urebant pectora flammæ.
Sole fere radiis feriente cacumina primis
Venatum in ſiluas iuueniliter ire ſolebam.
Nec mecum famuli:nec equi nec naribus acres
Ire canes:nec lina ſequi nodoſa ſolebant:
Tutus eram iaculo:ſed cum ſaciata ferinæ
Dextera cædis erat:repetebam frigus & umbras:
Et quæ de gelidis exibat uallibus auram.
Aura petebatur medio mihi lenis in æſtu:
Auram expectabam:requies erat illa labori.
Aura:recordor enim:uenias cantare ſolebam.
Meque iuues intreſque ſinus gratiſſima noſtros.
Vtque facis releuare uelis:quibus urimur æſtus:
Forſitan addiderim:ſic me mea fata trahebant:
Blanditias plures:& tu mihi magna uoluptas
Dicere ſum ſolitus:tu me reficiſque foueſque.
Tu facis ut ſiluas ut amem loca ſola:meoque
Spiritus iſte tuus ſemper capiatur ab ore.
Vocibus ambiguis deceptam præbuit aurem
Neſcio quis:nomenque auræ tam ſæpe uocatum
Eſſe putat nymphæ:nympham mihi credit amari.
Criminis extemplo ficti temerarius index
Procrin adit:linguaque refert audita ſuſurra.
Credula res amor eſt:ſubito collapſa dolore
Vt mihi narrauit:cecidit:longoque refecta
Tempore ſe miſeram:ſe fati dixit iniqui.
Deque fide queſta eſt:& crimine concita uano
Quod nihil eſt:metuit:metuit ſine corpore nomen.
Et dolet infœlix ueluti de pellice uera.
Sæpe tamen dubitat:metuitque miſerrima falli.
Indicioque fidem negat:& niſi uiderit ipſa
Damnatura ſui non eſt delicta mariti.
Poſtera depulerant auroræ lumina noctem:
Egredior:ſiluaſque peto:uictorque per herbas
Aura ueni dixi:noſtroque medere labori.
Et ſubito genitus inter mea uerba uidebar
Neſcio quos audiſſe:ueni tamen optima dicens
Fronde leuem rurſus ſtrepitum faciente caduca
Sum ratus eſſe feram:telumque uolatile miſi.
Procris erat:medioque tenens in pectore uulnus.
Hei mihi conclamat:uox eſt ubi cognita fidæ
Coniugis ad uocem præceps amenſque cucurri:
Semianimem & ſparſas fœdantem ſanguine ueſtes.
Et ſua me miſerum de uulnere dona trahentem
Inuenio:corpuſque meo mihi carius ulnis
Mollibus attollo:ſciſſaque a pectore ueſte
Vulnera ſæua ligo:conorque inhibere cruorem.
Neu me morte ſua ſceleratum deſerat:oro.
Viribus illa carens:& iam moribunda coegit
Hæc ſe pauca loqui:per noſtri fœdera lecti:
Perque deo ſupplex oro ſuperoſque.meoſque:
Per ſi quid merui de te bene:perque manentem
Nunc quoque cum pereo cauſam mihi mortis amorem
Ne thalamis auram patiare innubere noſtris.
Dixit:& errorem tum denique nominis eſſe
Et ſenſi & docui:ſed quid docuiſſe iuuabat?
Labitur:& paruæ fugiunt cum ſanguine uires.
Dumque aliquid ſpectare poteſt:me ſpectat:& in me
Infelicem animam noſtroque exhalat in ore.

Sed uultu meliore mori ſecura uidetur.
Flentibus hæc lachrymans heros memorabat:& ecce
Aeacus ingreditur duplici cum prole:nouoque
Milite:quem cephalus cum fortibus accipit armis.

i. Scylla Niſi filia ī auē Cirrin:& Niſus pr̄ eius in auē alietum:
ii. Ariadne in Coronam:
iii. Perdix in auem ſui nominis.
iiii. Meleagrides in aues.
v. Nymphæ Naiades in inſulas ſepoſitæ.
vi. Perimele in inſulam.
vii. Iuppiter & Mercurius in hominum ſpecies:& Caſa Baucidis:& Pilemonis in templum. & Baucis & Pilemon in arborum ſpecies
viii. Proteus in ſpecies.
ix. Menſtre Eriſitonis filia in diſſimilem Figuram & eriſiton in famem. Fa. .i.

Minos Iouis & Europæ filius cum propter filium Androgeū interemptum ab athenienſibus pœnas repeteret:Megaram in qua urbe Niſus regnabat continua:cum atheniēſibus acceſſit. Qua expugnata animo conceperat occiſis præſidiis hoſtium victoriam conſecuturum. Interq; Scylla Niſi filiam ſæpe murum aſcēdi delectandi gratia propter lapidem uocalem:qui Apollinis Citharæ poſitus ſonum adiecerat:ut animaduertit minoen aſſidentem urbi cultu regali belliciſq; rebus intereſſe pulchritudine eius exarſit. Et cū potiendi nullā uiam inueniret:ut uictorem hoſtem faceret glorioſum crinem purpureū abſcidit genitori dormiēti. quo fata patriæ cōtinebātur. Quē cum reſeratis portis accepto hoſte ad Minoē pertuliſſet:ille ipium facinus auerſatus nouiſſime eam nauigio recipere nolu it:Patre iam ī auem tranſſigurato:quam græci Alieton dicūt & perſequente filiā illa quoq; in uolucrē cirrinē trāſſigurata.

P. O. NA. METAMORPHOSEOS LIBER. VIII.

NAm nitidum retegente diem:noctiſq; fugante
Tēpora lucifero:cadit eurus:& humida ſurgūt
Nubila:dant placidi curſum redeuntibus auſtri
Aeacidis cephaloq;:quibus fœliciter acti
Ante expectatum portus tenuere petitos.
Interea minos lelegeia littora uaſtat.
Prætemptatque ſui uires mauortis in urbe
Alcithoe:quam niſus habet:cui ſplendidus oſtro
Inter honoratos medio de uertice canos
Crinis inhærebat magni fiducia regni.
Sexta reſurgebant orientis cornua lunæ:
Et pendebat adhuc belli fortuna:diuque
Inter utrunque uolat dubiis uictoria pennis.
Regia turris erat uocalibus addita muris:
In quibus auratam proles Latonia fertur
Depoſuiſſe lyram:ſaxo ſonus eius inhæſit.
Sæpe illuc ſolita eſt aſcendere filia miſi:
Et petere exiguo reſonantia ſaxa lapillo.
Tunc cum pax eſſet:bello quoq; ſæpe ſolebat
Spectare ex illa rigidi certamina martis.
Iamque mora belli procerum quoque nomina norat:
Armaque:equoſque habituſque cydoniaſque pharetras
Nouerat ante alios faciem ducis europæi.
Plus etiam quam noſſe ſat eſt hac iudice minos:
Seu caput abdiderat criſtata caſſide pennis:
In galea formoſus erat:ſeu ſumpſerat ære
Fulgentem clypeum:clypeum ſumpſiſſe decebat.
Torſerat adductis haſtilia lenta lacertis:
Laudabat uirgo iunctam cum uiribus artem.
Impoſitis calamis patulos ſinuauerat arcus:
Sic phœbum ſumptis iurabat ſtare ſagittis.
Cum uero faciem dempto nudauerat ære:
Purpureuſque albi ſtratis inſignia pictis

Tera premebat

Terga premebat equi:ſpumantiaque ora regebat:
Vix ſua uix ſane uirgo niſeia compos
Mentis erat:fœlix iaculum:quod tangeret ille:
Quæque manu premeret fœlicia fræna uocabat.
Impetus eſt illi:liceat modo:ferre per agmen
Virgineos hoſtile gradus:eſt impetus illi
Turribus e ſummis ignoſia mittere corpus
Caſtra:uel æratas hoſti recludere portas:
Vel ſi quid minos aliud uelit:utque ſedebat
Candida dictæi ſpectans tentoria regis:
Læter ait:doleam ne geri lachrymabile bellum:
In dubio eſt:doleo quod minos hoſtis amanti eſt.
Sed niſi bella forent:nunquam mihi cognitus eſſet.
Me tamen accepta poterat deponere bellum
Obſide:me comitem:me pacis pignus haberet:
Si que te peperit talis pulcherrime regum
Qualis es ipſa fuit:merito deus arſit in illa:
O ego ter fœlix:ſi pennis lapſa per auras
Gnoſiaci poſſem caſtris inſiſtere regis.
Faſſaque me flammaſque meas:qua dote rogarem
Vellet emi:tantum patrias ne poſceret arces.
Nam pereant potius ſperata cubilia:quam ſim
Prodit ione potens:quamuis ſæpe utile uinci
Victoris placidi fecit clæmentia multis.
Iuſta gerit certe pro nato bella perempto.
In cauſaque ualet:cauſamque tuentibus armis
Vt puto uincemur:qui ſi manet exitus urbem:
Cur ſuus hæc illi referet mea mœnia mauros
Et non noſter amor?melius ſine cæde:moraque
Impenſaque ſui poterit ſuperare cruoris
Nam metuo certe:ne quis tua pectora minos
Vulneret imprudens:quis enim tam dirus:ut in te
Dirigere immitem non inſanus audeat haſtam?
Cœpta placent:& ſtat ſententia tradere mecum
Dotalem patriam:finemque imponere bello.
Verum uelle parum eſt:aditus cuſtodia ſeruat.
Clauſtraque portarum genitor.tenet:hunc ego ſolum
Infœlix timeo.ſolus mea uota moratur.
Dii facerent ſine patre forem:ſibi quiſque profecto
Eſt deus:ignauis precibus fortuna repugnat.
Altera iamdudum ſuccenſa cupidine tanto
Perdere gauderet quodcunque obſtaret amori:
Et cur ulla foret me fortior:ire per ignes:
Et gladios auſim:nec in hoc tamen ignibus ullis:
Aut gladiis opus eſt:opus eſt mihi crine paterno:
Ille mihi eſt auro precioſior:illa beatam
Purpura me uotique mei factura potentem.
Talia dicenti curarum maxima nutrix
Nox interuenit:tenebriſque audacia creuit:
Prima quies aderat:qua curis feſſa diurnis
Pectora ſomnus habet:thalamos taciturna paternos
Intrat:& heu facinus fatali nata parentem
Crine ſuum ſpoliat:prædaque potita nefanda
Fert ſecum ſpolium ſceleris:progreſſaque porta.
Per medios hoſtes:meriti fiducia tanta eſt:
Peruenit ad regem:quem ſic affata pauentem eſt:
Suaſit amor facinus proles ego regia nisa
Scylla tibi trado patriamque:meoſque penates:
Præmia nulla peto:niſi te:cape pignus amoris
Purpureum crinem:nec me nunc tradere crinem:
Sed patrium tibi crede caput:ſceleratæque dextra
Munera porrexit:minos porrecta refugit.
Turbatuſque noui reſpondit imagine facti:
Dii te ſummoueant o noſtri infamia ſecli
Orbe ſuo:telluſque tibi pontuſque negetur.

Certe ego non patiar iouis in cunabula creten:
Qui meus eſt orbis:tantum contingere monſtrum:
Dixit:& ut leges captis iuſtiſſimus auctor
Hoſtibus impoſuit:claſſis retinacula ſolui
Iuſſit:& æratas impleri remige puppes.
Scylla freto poſtquam deductas nare carinas:
Nec præſtare ducem ſceleris ſibi præmia uidit:
Conſumptis precibus uiolentam tranſit in iram:
Intendenſque manus poſſis furibunda capillis:
Quo fugis exclamat meritorum auctore relicta?
O patriæ prælate meæ:prælate parenti:
Quo fugis immitis?cuius uictoria noſtrum
Et ſcelus & meritum eſt:nec te data munera:nec te
Noſter amor mouit:nec quod ſpes omnis in unum
Te mea congeſta eſt:nam quo deſerta reuertar
In patriam:ſuperata iacet:ſed finge manere:
Proditione mea clauſa eſt mihi:patris ad ora:
Quæ tibi donaui?ciues odere merentem.
Finitimi exemplum metuunt:obſtruximus orbem
Terrarum nobis:ut crete ſola pateret.
Hanc quoque ſi prohibes:& nos grate relinquis:
Non genitrix europa tibi eſt:ſed inhoſpita ſyrtis:
Armeniæue trigres:auſtroque agitata charybdis.
Nec ioue tu natus:nec mater imagine tauri
Luſa tua eſt:generis falſa eſt ea fabula:uerum
Et ferus & captus nullius amore iuuencæ
Qui te progenuit taurus fuit:exige pœnas
Niſe pater:gaudete malis modo prodita noſtris
Mœnia;nam fateor merui:& ſum digna perire.
Sed tamen ex illis aliquis:quos impia læſi:
Me perimat:cur qui uiciſti crimine noſtro:
Inſequeris crimen?ſcelus hoc patriæque patriſque
Officium tibi ſit:te uero coniuge digna eſt.
Quæ toruum ligno decepit adultera taurum.
Diſcordemque utero fœtum tulit:ecquid ad aures
Perueniunt mea dicta tuas?an inania uenti
Verba ferunt:idemque tuas ingrate carinas?
Iam iam paſiphaen non eſt mirabile taurum
Præpoſuiſſe tibi:plus tu feritatis habebas.
Me miſeram properare iuuat:diuulſaque remis
Vnda ſonat:mecumque ſimul mea terra recedit.
Nil agis o fruſtra meritorum oblite meorum.
Inſequar inuitum.puppimque amplexa recuruam.
Per freta longa trahat:uix dixerat:inſilit undis:
Conſequiturque rates:faciente cupidine uires.
Gnoſiacæque hæret comes inuidioſa carinæ:
Quam pater ut uidit:nam iam pendebat in auris:
Et modo factus auis fuluis alietus in alis
Ibat:ut hærentem roſtro laceraret adunco.
Illa metu puppim dimiſit:& aura cadentem
Suſtinuiſſe leuis ne tangeret æquora uiſa eſt.
Pluma fuit:plumis in auem mutata uocatur
Cirris:& a tonſo eſt hoc nomen adepta capillo. Fa. .ii.
Minos uictor cum Athenienſibus ſtipendium impoſuiſſet:& nobilium liberi quot annis ad laberynthū a dedalo factū mit terentur:qui minotauro obiicerentur:quem Paſiphæ ſolis fi lia Minois uxor eiuſdem Dædali fabri ope iūcta tauro enixa fuerat: Tertio ſtipendio Theſeus ægei & Aethræ filius in iſu- lam Cretam deuectus Adriadnæ Minois & Paſiphæs filiæ: q̄ pulchritudie eius exarſerat amore periculum capitis effugit. Digrediens itaque Athenas cum uirgine ad ducta ut diā iſulā cō tingit liber; patrē hūit i malis:dſertā.n.a Theſeo ſibi copu lauit deus mēoria ut amoris exiſteret:corona i noīe eius iter ſi Vota ioui minos taurorum ſanguine centum dera ē. Soluit:& egreſſus ratibus curetida terram

Contigit:

Contigit:& ſpoliis decorata eſt regia fixis.
Creuerat obprobrium generis:fœdumque patebat
Matris adulterium monſtri nouitate biformis.
Deſtinat hunc minos thalami remouere pudorem:
Multiplicique domo cæcis includere tectis.
Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis
Ponit opus:turbatque notas:& limina flexu
Ducit in errorem uariarum ambage uiarum:
Non ſecus.ac liquidis phrygius Mæandros in undis
Ludit:& ambiguo lapſu refluitque fluitque:
Occurrenſque ſibi uenturas aſpicit undas:
Et nunc ad fontes:nunc ad mare uerſus apertum
Incertas exercet aquas:ita Dædalus implet
Innumeras errore uias:uixque ipſe reuerti
Ad limen potuit:tanta eſt fallacia tecti:
Quo poſtquam geminam tauri iuueniſque figuram
Clauſit:& actæo bis paſtum ſanguine monſtrum
Tertia ſors annis domuit repetita nouenis:
Vtque ope uirginea nullis iterata priorum
Ianua difficilis filo eſt inuenta relicto:
Protinus ægides rapta minoide:diam
Vela dedit:comitemque ſuam crudelis in illo
Littore deſtituit:deſertæ & multa querenti
Amplexuſque & opem liber tulit:utque perenni
Sidere clara foret:ſumptam de fronte coronam
Immiſit cœlo:tenues uolat illa per auras:
Dumque uolant gemmæ nitidos uertuntur in ignes:
Conſiſtuntque loco ſpecie remanente coronæ.
Qui medius nixiq; genu ẽ anguẽq; tenentis. Fa. .iii.

Dædalus Eupalami filius ſupradictus cũ ꝓpter cõmiſſa Minoen:a quo clauſus tenebatur:fugere uellet:pẽnas ſibi & filio. Icaro aptauit: qbus ut uolucres ꝓfugerẽt regis iperiũ:Quos Icarus quia præceptis parentis obtemperare nequiuit:ĩ inſulã maris decidit:quæ eius nomine Icarea dicta eſt: Dedalus autẽ in Siciliã ad Cocalũ regẽ ſepulto filio profugit ;cuius caſum Perdix Catai filius Athenienſis pro gaudio tulit. Nã dũ is cũ a matre propter cognationem datus eſſet in diſciplinã: qa primus ſerræ inuentor fuerat:ob inuidiã ingenii ex muro a Dædalo præcipitatus eſt. Cui in malis minerua decidẽti opem tulit ante enim quam tetram contingeret:ab ea in uolucrem eſt uerſus:quæ a nomine eius Perdix uocatur.

Dædalus interea creten:longumque peroſus
Exilium:tactuſque loci natalis amore:
Clauſus erat pelago:terras licet inquit & undas
Obſtruat:at cœlum certe patet:ibimus illac.
Omnia poſſideat:non poſſidet aera minos.
Dixit:& ignotas animum dimittit in artes:
Naturamque nouat:nam ponit in ordine pennas
A minima cæptas:longam breuiore ſequente:
Vt cliuo creuiſſe putes:ſic ruſtica quondam
Fiſtula diſparibus paulatim ſurgit auenis
Tunc lino medias:& cæris alligat imas:
Atque ita compoſitas paruo curuamine flectit:
Vt ueras imitetur aues:puer icarus una
Stabat:& ignarus ſua ſe tractare pericla
Ore renidenti modo quas uaga mouerat aura.
Captabat plumas:flauam modo pollice cæram
Mollibat:luſuque ſuo mirabile patris
Impediebat opus:poſtquam manus ultima cœpto
Impoſita eſt:geminas opifex librauit in alas
Ipſe ſuum corpus:motaque pependit in aura:
Inſtruit & natum:medioque ut limite curras
Icare ait moneo:ne ſi demiſſior ibis:
Vnda grauet pennas:ſi celſior:ignis adurat:
Inter utrunque uola:neu te ſpectare booten:

Aut elicen iubeo:ſtrictumque orionis enſem:
Me duce carpe uiam;pariter præcepta uolandi
Tradit:& ignotas humeris accommodat alas.
Inter opus monituſque genæ maduere ſeniles.
Et patriæ tremuere manus;dedit oſcula nato
Non iterum repetenda ſuo peniſque leuatus
Ante uolat:comitique timet:uelut alcs ab alto
Quæ teneram prolem;produxit in aere nido:
Hortaturque ſequi:damnoſaſque erudit artes.
Et mouet ipſe ſuas:& nati reſpicit alas.
Hos aliquis tremula dum captat arundine piſces
Aut pactor baculo:ſtiuæque innixus arator
Vidit:& obſtupuit:quique æthera carpere poſſent:
Credidit eſſe deos:& iam iunonia leua
Parte ſamos fuerat:deloſque paroſque relictæ
Dextra lebintos erat;fœcundaque melle calydne.
Cum puer audaci cœpit gaudere uolatu:
Deſeruitque ducem:cœlique cupidine tactus
Altius egit iter:rapidi uicinia ſolis
Mollit odoratas pennarum uincula cæras.
Tabuerant cæræ;nudos quatit ille lacertos.
Remigioque carens non ullas percipit auras.
Oraque cærulea patrium clamantia nomen
Excipiuntur aqua:quæ nomen traxit ab illo.
At pater infœlix nec iam pater:icare dixit
Icare dixit ubi es?qua te regione requiram?
Icare dicebat:pennas aſpexit in undis:
Deuouitque ſuas artes:corp uſque ſepulchro
Condidit:& tellus a nomine dicta ſepulti.
Hunc miſeri tumulo ponentem corpore nati
Garrula ramoſa proſpexit ab ilice perdix.
Et plauxit pennis:teſtataque gaudia cantu eſt:
Vnica tunc uolucris:nec uiſa prioribus annis:
Factaque nuper auis longum tibi dædale crimen:
Namque hinc tradiderat fatorum ignara docendam
Progeniem germana ſuam natalibus actis
Bis puerum ſenis animi ad præcepta capacis.
Ille etiam medio ſpinas in piſce notatas
Traxit:in exemplum ferroque incidit acuto
Perpetuos dentes:& ferre repperit uſum.
Primus & ex uno duo ferre brachia nodo
Iunxit:ut æquali ſpatio diſtantibus illis
Altera pars ſtaret:pars altera duceret orbem.
Dædalus inuidit:ſa craque ex arce mineruæ
Præcipitem miſit lapſum mentitus:at illum
Quæ fauet ingeniis excepit pallas:auemque
Reddidit:& medio uelauit in aere pennis.
Sed uigor ingenii quondam uelocis in alas:
Inque pedes abiit:nomen quod & ante remanſit.
Non tamen hæc alte uoluoris ſua corpora toliit
Nec facit in ramis altoque cacumine nidos.
Propter humum uolitat:ponitque in ſæpibus oua:
Antiquiq; memor metuit ſublimia caſus.

Oeneus Parthaõis filius qa ĩ ſacrificio cogẽdoꝝ fructuũ conſulto p̃terierat Dianã: Aper ab ea miſſus ẽ: q̃ Calidoniæ agros uaſtaret. Perſeuerãte Oeneo ĩ d̃ſpectu deæ Meleager iuſſu parẽtis cõuocatis prícipibus gr̃æ aprũ uenari ĩgreſſus ẽ: cũ qbus Athalãtis Cenei filia ex arcadia digreſſa: q̃ pria aprũ uulnerauit: Cuius uirtutẽ & ſpeciẽ miratus Meleager iterempto apro exuuias ei cõceſſit: quas Plexippus: Toxeus: Agẽor Theſtis filii uirgini creptas cũ iteritu repẽderũt. At althæa mr̃ Meleagri ut fratrũ cædẽ accepit: ſtupitẽ fatalẽ cõditũ a parcis: ĩ quo uita Meleagri cõtinebaf: flãma puſſit. Quo cõſumpto Meleager extinctus eſt: cuius interitu ſorores inter fletum conuerſæ inuolucres e fratris nomine meleagrides cognominantur.

Iamque fatigatum tellus ætnea tenebat
Dædalon:& ſumptis pro ſupplice crocalus:armis
Mitis habebatur iam lamentabile athenæ
Pendere deſierant theſea laude tributum.
Templa coronantur:bellatricemque mineruam
Cum ioue diiſque uocant aliis:quos ſanguine uoto:
Muneribuſque datis:& aceruis turis honorant.
Sparſerat argolicas nomen uaga fama per urbes
Theſeos:& populi:quos diues achaia cepit:
Huius opem magnis implorauere periclis:
Huius opem calydon quanuis meleagron haberet:
Sollicita ſupplex petiit prece:cauſa petendi
Sus erat infeſtæ famulus uindexque dianæ.
Oenea nanque ferunt plenis ſucceſſibus anni
Primicias frugum cereri:ſua uina lyæo:
Palladios flauæ latices libaſſe mineruæ:
Cœptus ab agricolis ſuperos peruenit ad omnes
Ambitioſus honor:ſolas ſine ture relictas
Præteritas ceſſaſſe ferunt:ferunt latoidos aras.
Tangit & ira deos:at non impune feremus
Quæque inhonoratæ:non & dicemur inultæ
Inquit:& œneos ultorem ſpreta per agros
Miſit aprum:quanto maiores herbida tauros
Non habet epirus:ſed habent ſicula arua minores.
Sanguine & igne micant oculi:riget horrida ceruix:
Et ſetæ denſis ſimiles haſtilibus horrent.
Stantque uelut uallum uelut alta haſtilia ſetæ.
Feruida cum rauco latos ſtridore per armos
Spuma fluit:dentes æquantur dentibus indis:
Fulmen ab ore uenit:frondes afflatibus ardent.
Is modo creſcentes ſegetes proculcat in hærba:
Nunc matura metit fleturi uota coloni.
Et cererem in ſpicis intercipit:area fruſtra:
Et fruſtra expectant promiſſas horrea meſſes:
Sternuntur grauidi longo cum palmite fœtus:
Baccaque cum ramis ſemper frondentis oliuæ.
Sæuit:& in pecudes:non has paſtorue caniſue:
Non armenta truces poſſunt defendere tauri:
Diffugiunt populi:nec ſeſe in mœnibus urbis
Eſſe putant tutos:donec meleagros & una
Lecta manus iuuenum caluere cupidine laudis.
Tyndaridæ gemini præſtantes cæſtibus alter:
Alter æquo primæque ratis molitor iaſon.
Et cum perithoo fœlix concordia theſeus:
Et duo theſtiadæ:proles ephireia lynceus.
Plexippuſque ferox:iaculoque inſignis acaſtus.
Et uelox idas:& iam non fœmina cæneus:
Hippothouſque:dryaſque:& cretus amyntore phœnix:
Actorideque pares:& miſſus ab elide pileus:
Nec telamon aberat:magnique creator achillis:
Cumque pheretiade & hiantheo iolao
Impiger curition:curſuque inuictus ethion:
Nariciuſque ielex panopeus:hileuſque:feroxque
Hippaſus:& primis etiam nunc neſtor in annis:
Et quos hipocoon antiquis miſit amiclis:
Penelopeſque ſocer cum parrhaſio ancæo:
Amphitideſque ſagax:& adhuc a coniuge tutus
Oeclides:nemoriſque decus tegeea lycæi
Venit athalantis cenei pulcherrima uirgo:
Raſilis hinc ſummam mordebat fibula ueſtem.
Crinis erat ſimplex nodum collectus in unum.
Ex humero pendens reſonabat eburnea leuo
Tellorum cuſtos:arcum quoque leua tenebat:
Talis erat cultu facies:quam dicere uere
Virgineam in puero:puerilem in uirgine poſſes:

Hanc pariter uidit:pariter calydonius heros
Optauit renuente deos:flammaſque latentes
Hauſit:& o fœlix ſi quem dignabitur inquit
Iſta uirum:nec plura ſinit tempuſque pudorque
Dicere:maius opus magni certaminis urget.
Silua frequens trabibus:quam nulla ecciderat ætas
Incipit a plano:deuexaque proſpicit arua.
Quo poſtquam uenere uiri:pars rætia tendunt:
Vincula pars adimunt canibus:pars preſſa ſequuntur
Signa pedum:cupiuntque ſuum reperire periclum.
Concaua uallis erat:quo ſe dimittere riui
Aſſuerant pluuialis aquæ:tenet ima lacunæ
Lenta ſalix:uluæque leues:iuncique paluſtres:
Viminaque:& longe parua ſub harundine canne.
Hinc aper excitus medios uiolentus in hoſtes
Fertur:ut excuſſis eliſus nubibus ignis.
Sternitur in curſu nemus:& propulſa fragorem
Silua dat:exclamant iuuenes:protentaque forti
Tela tenent dextra lato uibrantia ferro:
Ille ruit:ſpargitque canes ut quiſque furenti
Obſtat:& obliquo latrantes diſſipat ictu.
Cuſpis echionio primum contorta lacerto
Vana fuit:truncoque dedit leue uulnus acerno:
Proxima ſi nimiis mittentis uiribus uſa
Non foret in tergo uiſa eſt hæſura petito.
Longius it:auctor tæli pagaſæus iaſon.
Phœbe ait amphitides:ſi te coluique coloque:
Da mihi quod petitur certo contingere telo:
Qua potuit precibus deus annuit:ictus ab illo eſt:
Sed ſine uulnere aper:ferrumque diana uolanti
Abſtulerat iaculo:lignumque ſine acumine uenit.
Ira feri mota eſt:nec fulmine lenius arſit.
Emicat ex oculis:ſpirat quoque pectore flammas.
Vtque uolat moles adducto concita neruo
Cum petit aut muros aut plenas milite turres:
In iuuenes certo ſic impete uulnificus ſus
Fertur:& hipalemon pelagonaque dextra tuentes
Cornua proſternit:ſocii rapuere iacentes.
At non lœtiferos effugit e neſimus ictus
Hipocoonte ſatus:trepidantem & terga parantem
Vertere ſucciſo liquerunt poplite nerui:
Forſitan & pilius citra troiana periſſet
Tempora:ſed ſumpto poſita conamine ab haſta
Arboris inſiluit:quæ ſtabat proxima ramis.
Deſpexitque loco tutus:quem fugerat hoſtem.
Dentibus ille ferox:in querno ſtipite tritis
Imminet exitio:fidenſque recentibus armis
Orithiæ magni roſtro femur hauſit adunco:
At gemini nondum cœleſtia ſidera fratres
Ambo conſpicui niue candidioribus ambo
Vectabantur equis:ambo uibrata per auras
Haſtarum tremulo quatiebant ſpicula motu.
Vulnera feciſſent:niſi ſetiger inter opacas
Nec iaculis iſſet nec equo loca peruia ſiluas.
Perſequitur telamon:ſtudioque incautus eundi
Pronus ab arborea cecidit radice retentus.
Dum leuat hunc peleus:celerem tegeea ſagittam
Impoſuit neruo:ſinuatoque expulit arcu.
Fixa ſub aure feri ſummum deſtrinxit harundo
Corpus:& exiguo rubefecit ſanguine ſetas.
Nec tamen illa ſui ſucceſſu lætior ictus
Quam meleager erat primus uidiſſe putatur:
Et primus ſociis uiſum oſtendiſſe cruorem:
Et meritum dixiſſe feres uirtutis honorem.
Erubuere uiri:ſeque exhortantur:& addunt

Cum clamore

Cum clamore animos:iaciuntque ſine ordine tela.
Turba nocet iactis:& quos petit impedit ictus.
Ecce furens contra ſua fata bipennifer arcas
Diſcite fœmineis quid tela uiriliа præſtent
O iuuenes:operique meo concedite dixit.
Ipſa ſuis licet hunc latonia protegat armis:
Inuita tamen hunc perimet mea dextra diana.
Talia magniloquo tumidus memorauerat ore:
Ancipitemque manu tollens utraque ſecurim
Inſtiterat digitis primos ſuſpenſus in artus.
Occupat audentem:quaque eſt uia proxima lœto
Summa ferus geminos direxit ad inguina dentes.
Concidit ancæus:glomerataque ſanguine multo
Viſcera lapſa fluunt:madefactaque terra cruore eſt.
Ibat in aduerſum proles ixionis hoſtem
Pirithous ualida quatiens uenabula dextra:
Cui procul ægides:o me mihi charior inquit
Pars animæ conſiſte meæ:licet eminus eſſe
Fortibus:ancæo nocuit temeraria uirtus:
Dixit & ærata torſit graue cuſpide cornu:
Cui bene librato uotique potente futuro
Obſtitit æſculea frondoſus ab arbore ramus.
Miſit & æſonides iaculum:quod caſus ab illo
Vertit:& in mentum figit latrantis:& inter
Ilia coniectum tellure per ilia fixum eſt.
At manus œnide uariat:miſſiſque duabus
Haſta prior terra:medio ſtetit altera tergo.
Nec mora:dum ſæuit:dum corpora uerſat in orbem:
Stridentemque nouo ſpumam cum ſanguine fundit:
Vulneris auctor adeſt:hoſtemque irritat ad iram.
Splendidaque aduerſos uenabula condit in armos.
Gaudia teſtantur ſocii clamore ſecundo:
Victricemque petunt dextra coniungere dextram:
Immanemque feram multa tellure iacentem
Mirantes ſpectant.neque adhuc contingere tutum
Eſſe putant:ſed tela tamen ſua quiſque cruentat.
Ipſe pede impoſito caput exitiabile preſſit.
Atque ita ſume mei ſpolium nonacria iuris
Dixit:& in partem ueniat mea gloria tecum.
Protinus exuuias rigidis horrentia ſetis
Terga dat:& magnis inſignia dentibus ora:
Illi lætitiæ eſt cum munere muneris auctor.
Inuidere alii:totoque erat agmine murmur:
Equibus ingenti tendentes brachia uoce
Pone age:nec titulos intercipe fœmina noſtros
Teſtiadæ clamant:nec te fiducia formæ
Decipiat:ne ſit longe tibi captus amore
Auctor:& huic adimunt munus:ius muneris illi
Non tulit:& tumida frendens mauortius ira
Diſcite raptores alieni dixit honoris
Facta minis quantum diſtent:hauſitque nefando
Pectora plexippi nil tale timentia ferro.
Toxea quid faciat dubium pariterque uolentem
Vlciſci fratrem:fraternaque fata timentem:
Haud patitur dubitare diu:calidumque prioris
Cæde recalfecit conſorti ſanguine telum.
Dona deum templis nato uictore ferebat:
Cum uidet extinctos fratres althæa referri.
Qui plangore dato mœſtis clamoribus urbem
Implet:& auratas mutauit ueſtibus atris.
At ſimul eſt auctor necis editus:excidit omnis
Luctus:& a lachrymis in pœnæ uerſus amorem eſt.
Stipes erat:quem cum partus enixa iaceret
Theſtias in flammam triplices poſuere ſorores.
Staminaque impreſſo fatalia pollice nentes

Tempora dixerunt eadem lignoque tibique
O modo nate damus:quo poſtquam carmine dicto
Exceſſere deæ:flagrantem mater ab igne
Eripuit ramum:ſparſitque liquentibus undis:
Ille diu fuerat penetralibus abditus imis.
Seruatuſque tuos iuuenis ſeruauerat annos.
Protulit hunc genitrix:tædaſque & fragmina poni
Imperat:& poſitis inimicos admouet ignes.
Tum conata quater flammis imponere ramum:
Cœpta quater tenuit:pugnat materque ſororque:
Et diuerſa trahunt unum duo nomina pectus.
Sæpe metu ſceleris pallebant ora futuri.
Sæpe ſuum feruens oculis dabat ira ruborem.
Et modo neſcio quid ſimilis crudele minanti
Vultus erat modo quem miſereri credere poſſes.
Cumque ferus lachrymas animi ſiccauerat ardor:
Inueniebantur lachrymæ tamen:utque carina:
Quam uentus uentoque rapit contrarius æſtus:
Vim geminam ſentit:paretque incerta duobus.
Theſtias haud alter dubiis affectibus errat.
Inque uices ponit:poſitamque reſuſcitat iram:
Incipit eſſe tamen melior germana parente.
Et conſanguineas ut ſanguine leniat ombras:
Impietate pia eſt:nam poſtquam peſtifer ignis
Conualuit:rogus iſte cremet mea uiſcera dixit.
Vtque manu dira lignum fatale tenebat
Ante ſepulcrales infœlix aſtitit aras:
Pœnarumque deæ triplices furialibus inquit
Eumenides ſacris uultus aduertite ueſtros.
Vlciſcor:facioque nefas:mors morte pianda eſt.
In ſcelus addendum ſcelus eſt:in funera funus.
Per coaceruatos pereat domus impia luctus.
An fœlix œneus nato uictore quietur:
Theſtius orbus erit:melius lugebitis ambo:
Vos modo fraterni manes:animæque recentes
Officium ſentite meum:magnoque paratas
Accipite inferias uteri mala pignora noſtri.
Hei mihi quo rapior:fratres ignoſcite matri:
Deficiunt ad cœpta manus:meruiſſe fatemur
Illum cur pereat:mortis mihi diſplicet auctor.
Ergo impune feret uiuuſque & uictor & ipſo
Succeſſu tumidus regnum calydonis habebit:
Vos cinis exiguus gelidæque iacebitis umbræ:
Haud equidem patiar:pereat ſceleratus:& ille
Spemque patris regnumque trahat patriæque ruinam.
Mens ubi materna eſt:ubi ſunt pia uota parentum:
Et quos ſuſtinui bis menſes quinque labores:
O utinam primis arſiſſes ignibus infans:
Idque ego paſſa forem:uixiſti munere noſtro:
Nunc merito moriere tuo:cape præmia facti.
Biſque datam primum partu:mox ſtipite rapto
Redde animam:uel me fraternis adde ſepulchris.
Et cupio:& nequeo:quid agam:modo uulnera fratrum
Ante oculos mihi ſunt:& tantæ cædis imago:
Nunc animum pietas:maternaque nomina frangunt.
Me miſeram male uinceris:ſed uincite fratres:
Dum modo quæ dedero uobis ſolatia:uoſque
Ipſa ſequar.dixit.dextraque auerſa trementi
Funereum torrem medios coniecit in ignes.
Aut dedit:aut uiſus gemitus eſt ille dediſſe.
Stipes:& inuitis correptus ab ignibus arſit.
Inſcius atque abſens flamma meleagrus ab illa
Vritur:& cæcis torreri uiſcera ſentit
Ignibus:ac magnos ſuperat uirtute dolores.
Quod tamen ignauo cadat & ſine ſanguine letho

Mœret:

Mœret:& ancæi fœlicia uulnera dicit.
Grandeuumque patrem:fratreſque piaſque ſorores
Cum gemitu:ſociamque tori uocat ore ſupremo:
Forſitan & matrem:creſcunt igniſque dolorque:
Langueſcuntque iterum:ſimul eſt extinctus uterque:
Inque leues abiit paulatim ſpiritus auras:
Paulatim cana prunam uelante fauilla.
Alta iacet calydon:lugent iuueneſque ſeneſque:
Et uulgus:procereſque gemunt:ſciſſæque capillos
Plangunt ora ſimul matres calydonides heuheu
Puluere caniciem genitor uultuſque ſeniles
Fœdat humi fuſus:ſpatioſumque increpat æuum:
Nam de matre manus diri ſibi conſcia facti
Exegit pœnas acto per uiſcera ferro.
Non mihi ſi centum deus ora ſonantia linguis:
Ingeniumque capax:totumque helicona dediſſet:
Triſtia perſequerer miſerarum uota ſororum:
Immemores decoris liuentia pectora tundunt.
Dumque manet copus:corpus refouentque fouentque
Oſcula dant:ipſi poſito dant oſcula lecto.
Poſt cinerem:cineres hauſtos ad pectora preſſant:
Affuſæque iacent tumulo:ſignataque ſaxo
Nomina complexæ lachrymas in nomina fundunt.
Quas poſt œniæ tandem latonia clade
Exatiata domus præter gorgenque nurumque
Nobilis alcimenæ natis in corpore pennis
Alleuat:& longas per brachia porrigit alas.
Corneaque ora fecit:uerſaſq; p aera mittit. Fa. v.

Theſeus apro Calydonio iterfecto cum ſe reciperet Athenas: & torrentibus aquis interpellaretur ab Acheloo amne:qui imbribus itumuerat:inuitatus eſt:ut ſuis tectis ſuccederet: dum fluminis unda ſubſideret:Cuius ille hoſpitio cum reſediſſet inter epulationē procul inſulas uiſasab hoſpite accepiſſet nymphas fuiſſe Naiades:quæ cū deis ſacra redderent:ille ab his p territus eſſet:motus offenſa in inſulas Echinadas eas cōuertit.

Interea theſeus ſociati parte laboris
Functus erichtheas critonidos ibat ad arces.
Clauſit iter:fecitque moras achelous eunti
Imbre tumens:ſuccede meis ait inclyte tectis
Cecropide:nec te committe rapacibus undis:
Ferre trabes ſolidas:obliquaque uoluere magno
Murmure ſaxa ſolent:uidi contermina ripæ
Cum gregibus ſtabula alta trahi:nec fortibus illic
Profuit armentis nec equis uelocibus eſſe.
Multa quoque hic torrens niuibus de monte ſolutis
Corpora turpineo iuuenilia uertice merſit.
Tutior eſt requies:ſolito dum flumina currant
Limite:dum tenues captet ſuus alueus undas.
Annuit ægides:utorque acheloe domoque
Conſilioque tuo reſpondit:& uſus utroque eſt.
Pumice multicauo nec leuibus atria tophis
Structa ſubit:molli tellus erat humida muſco.
Summa lacus nabant alterno murice conchæ.
Iamque duas lucis partes hyperione menſo
Diſcubuere toris:theſeus comiteſque laborum
Hac ixionides:illa troezenius heros
Parte lelex raris iam ſparſus tempora canis:
Quoſque alios parili fuerat dignatus honore
Amnis acarnanum lætiſſimus hoſpite tanto.
Protinus appoſitas nudæ ueſtigia nymphæ
Inſtruxere epulis menſas:dapibuſque remotis
In gemma poſuere merum:tum maximus heros
Aequora proſpiciens oculis ſubiecta:quis inquit
Ille locus?digitoque oſtendit:& inſula nomen.
Quod gerit illa doce:quanquam non una uidetur.

Amnis ad hæc:non eſt:inquit quod cernimus unum:
Quinque iacent:terræ ſpatium diſcrimina fallit.
Quoque minus ſpretæ factum mirere Dianæ:
Naiades hæc fuerant:quæ cum bis quinque iuuencos
Mactaſſent:uriſque deos ad ſacra uocaſſent:
Immemores noſtri feſtas duxere choreas:
Intumui:quantuſque feror cum plurimus unquam:
Tantus eram pariterque animis immanis & undis
A ſiluis ſiluas:& ab aruis arua reuulſi.
Cumque loco nymphas memores tum denique noſtri
In freta prouolui:fluctus noſterque mariſque
Continuam deduxit humum:pariterque reuellit
In otidem mediis:quot cernis:echinadas undis.

Fabula Sexta.

Perimele Hippodamātis filia cū ab Acheloo āne p ui eēt op/
pſſa.pī eā ob admiſſū p̄cipitauit ī pelagus:ſtuprator expetit:
ita ut bñficio Neptūni mare eā ſemotam ab Echinadibus effi/
Vt tñ ipſe uides:,pcul en:,pcul una receſſit ceret īſulā.
Inſula grata mihi:perimelem nauita dicit.
Huic ego uirgineum dilectæ nomen ademi:
Quam pater hippodamas ægre tulit:inque profundum
Propulit e ſcopulo perituræ corpora natæ.
Excepi nantemque ferens o proxima terræ:
Regna uagæ dixi ſortite tridentifer undæ
In quo deſinimus:quo ſacri currimus amnes:
Huc ades:atque audi placidus neptūne precantem.
Huic ego:quam porto nocui:ſis mitis:& æquus:
Si pater hippodamas:aut ſi minus impius eſſet:
Debuit illius miſereri:ignoſcere nobis.
Cui quondam tellus clauſa eſt feritate paterna:
Affer opem:merſæque precor feritate paterna
Da neptunne locum:uel ſit locus ipſa licebit.
Hunc quoque complectar:mouit caput æquoreus rex:
Concuſſitque ſuis omnes aſſentibus undas.
Extimuit nymphe,nabat tamen ipſe natantis
Pectora tangebam trepido ſalientia motu:
Dumque ea contracto:totum dureſcere ſenſi
Corpus:& inducta condi præcordia terra.
Dum loquor:āplexa ē artus noua terra natātes:
Et grauis īcreuit mutatis īſula membris. Fa. vii.

Iuppiter & Merçurius ī hominū figuras uerſi ī regione Phri/
giæ cū aīos īcolarū expti a nullo ultro exciperētur hoſpitio:
a Pilemone & Baucide hoſpitaliſſime ſunt excepti:& cū ma/
xima uolūtate rebus humilibus ad uictum & neceſſariis ſim
pliciſſimos animos pauperum experti ſunt. ergo ut numē ad
uim oſtenderent ſuam; ſeuocatis ſenibus ī excelſiorem collē
caſam eoꝝ in templū conuerterunt;eoſq; ipſos optatos antiſti
tes ſacrati loci præſtiterunt:Ita ut cū ſenectute ſoluti eſſent: ī
arbores cōuerterētur:ut Pilemon cederet in frutícē:Baucis in
Thiliam.Oppidū aūt eorum quod cæteros ciues ī hoſpitales
habuerat equorum multitudine obrutum ſtagnū factum eſt.

Amnis ab his tacuit:factum mirabile cunctos
Mouerat:irridet credentes:utque deorum
Spretor erat:mentiſque ferox ixione natus
Ficta refers:nimiumque putas acheloe potentes
Eſſe deos dixit:ſi dant adimuntque figuras.
Obſtupuere omnes:nec talia dicta probarunt.
Ante omneſque lelex animo maturus:& æuo:
Sic ait immenſa eſt:finemque potentia cœli
Non habet:& quicquid ſuperi uoluere:peractum eſt:
Quoque minus dubites:tiliæ contermina quercus
Collibus eſt phrygiis modico circundata muro:
Ipſe locum uidi:nam me pelopeia pitheus
Miſit in arua ſuo quondam regnata parenti:
Haud procul hinc ſtagnum eſt tellus habitabilis olim:
Nunc celebres

Nunc celebres mergis fulcisque paluſtribus undæ:
Iuppiter huc ſpecie mortalis cumque parente
Venit athantiades poſitis caducifer alis.
Mille domos adiere locum requiemque petentes
Mille domos clauſere ſeræ:tamen una recepit
Parua quidem ſtipulis & canna tecta paluſtri.
Sed pia baucis anus parilique ætate philemon
Illa ſunt annis iuncti iuuenilibus:illa
Conſenuere caſa:paupertatemque ferendo
Effecere leuem:nec iniqua mente ferendam
Nec refert dominos illic famulos ne requiras.
Tota domus duo ſunt:iidem parentque iubentque
Ergo ubi cælicolæ paruos tetigere penates:
Summiſſoque humiles intrarunt uertice poſtes:
Membra ſenex poſito iuſſit releuare ſedili:
Quod ſuper iniecit textum rude ſedula baucis.
Inde loco tepidum cinerem dimouit:& ignes
Suſcitat externos:foliſque & cortice ſicco
Nutrit:& ad flammas anima perducit anili.
Multifidaſque faces:ramaliaque arida tecto
Detulit & minuit:paruoque admouit haeno.
Quodque ſuus coniunx riguo collegerat horto:
Truncat olus foliis:furca leuat ille bicorni.
Sordida terga ſuis nigro pendentia tigno:
Seruatoque diu reſecat de tergore partem
Exiguam:ſectamque domat feruentibus undis:
Interea medias fallunt ſermonibus horas.
Sentirique moram prohibent:erat arueus illic
Fagineus dura clauo ſuſpenſus ab anſa.
Is tepidis impletur aquis:artuſque fouendos
Accipit in medio torus eſt de mollibus uluis
Impoſitis lecto ſponda pedibuſque ſalignis:
Veſtibus hunc uelant:quas non niſi tempore feſto
Sternere conſuerant:ſed:& hæc uiliſque uetuſque
Veſtis erat lecto non indignanda ſaligno.
Accubuere dei:menſam ſuccincta tremenſque
Ponit anus:menſæ ſed erat pes tertius impar
Teſta parem fecit:quæ poſtq̃ ſubdita cliuum
Subſtulit æquatum:mente exterſere uirentes:
Ponitur hic bicolor ſyncerae bacca mineruæ.
Conditaque in liquida coma auctunnalia fæce:
Intibaque:& radix:& lactis maſſa coacti:
Ouaque non acri leuiter uerſata fauilla:
Omnia fictilibus:poſt hæc cælatus eodem
Siſtitur argento crater:fabricataque fago
Pocula qua caua ſunt flauentibus illita cæris.
Parua ora eſt:epulaſque foci miſere calentes:
Nec longe rurſus referuntur uina ſenectæ:
Dantque locum menſis paulum ſeducta ſecundis
Hic nux:hic mixta eſt rugoſis carica palmis:
Primaque & in patulis redolentia mala caniſtris:
Et de purpureis collectæ uitibus uuæ.
Candidus in medio fauus eſt:ſuper omnia uultus
Acceſſere boni:nec iners:pauperque uoluntas.
Interea totiens hauſtum cratera repleri
Sponte ſua:per ſeque uident ſuccreſcere uina.
Attoniti nouitate pauent:manibuſque ſupinis
Concipiunt bauciſque preces:timiduſque philæmon.
Et ueniam dapibus nulliſque paratibus orant:
Vnicus anſer erat minimæ cuſtodia uillæ:
Quem diis hoſpitibus domini mactare parabant:
Ille celer penna tardos ætate fatigat:
Eluditque diu:tandemque eſt uiſus ad ipſos
Confugiſſe deos:ſuperi uetuere necari.
Diique ſumus:meritaſque luet uicinia pœnas

Impia dixerunt:uobis immunibus huius
Esse mali dabitur:modo uestra relinquite tecta.
Ac nostros comitate gradus:& in ardua montis
Ite simul:parent:& diis præcuntibus ambo
Membra leuant baculis:tardiq; senilibus annis
Nituntur longo uestigia ponere cliuo.
Tantum aberant summo:quantum semel ire sagitta
Missa potest:flexere oculos:& mersa palude
Cætera prospiciunt:tantum sua tecta manere.
Dumque ea mirantur:dum deflent fata suorum:
Mersa uident:quæruntque suæ pia culmina uillæ.
Illa uetus dominis:& iam casa parua duobus
Vertitur in templum:furcas subiere columnæ:
Stamina flauescunt:auratæque tecta uidentur:
Cælatæque fores:adopertaque marmore tellus.
Concipiunt bauciſque preces timiduſque pilæmon?
Talia cum placido saturnius edidit ore.
Dicite iuste senex & fœmina coniuge iusto
Digna:quid optetis:cum baucide pauca locutus
Iudicium superis aperit commune pilæmon.
Esse sacerdotes:delubraque uestra tueri
Poscimus:& quoniam concordes egimus annos
Auferat hora duos eadem:nec coniugis unquam
Busta meæ uideam:neu sim tumulandus ab illa.
Vota fides sequitur:templi tutela fuere:
Donec uita data est:annis æuoque soluti
Ante gradus sacros cum starent forte locique
Narrarent casus frondere pilæmona baucis:
Baucida conspexit senior frondere pilæmon.
Iamque super geminos crescente cacumine uultus:
Mutua dum licuit reddebant dicta:ualeque
O coniunx dixere:simul abdita texit
Ora fructex:ostendit adhuc thyneius illic
Incola de gemino uicinos corpore truncos. Fa. .viii.
Achelous iter epulas Theseo:quē ꝛcepat hospitio enarrās hos
q in alienā figurā uerrissent emirāti casus mortaliū:et q ī plu
res abierint:refert & Protea Neptūni filiū solitū mō in iuue-
nem:mō in leonem:interdū in aprum:alias in anguē:& cætera
animalia conuerti:quibus insidians posset eludere.
Hæc mihi non uani:neque erat cur fallere uellent:
Narrauere senes.equidem pendentia uidi
Serta super ramos:ponensque recentia dixi
Cura deum dii sint:& qui coluere colantur.
Desierat cunctosque & res & mouerat auctor
Theseа præcipue:quem facta audire uolentem
Mira deum:nixus cubito calidonius amnis
Talibus alloquitur:sunt o fortissime:quorum
Forma semel mota est.& in hoc renouamine mansit
Sunt quibus in plures ius est transire figuras.
Vt tibi complexi terram maris incola proteu:
Nam modo te iuuenem:modo te uidere leonem:
Nunc uiolentus aper:nunc quem tetigisse timerent
Anguis eras:modo te faciebant cornua taurum.
Sæpe lapis poteras:arbor quoque sæpe uideri.
Interdum faciem liquidarum imitatus aquarum
Flumen eras:interdum nudis contrarius ignis. Fa. .ix.
Mestre Erisitonis filia autolici uxor cū parentē aīaduertisset:
qđ ī Thessalia lucū Cereris deuastasset:grauissimā expiri fa-
me pœnā oībus rebus ab eo cōsūptis nouissime se quoq; p ācil
la uēdidisset:a Neptūo q eius uirginitatē ademerat petit:ut ei
ferret opē. A t ille memor eius cōcubitus cū spectosissima do-
mino tradita eēt:ut effugeret eius seruitutē ī piscatorē eā pces
sioris ætatis cōuertit. Quo euētu reliqs quoq; figuras solita ē
mutari. ut præcio sui parentem pœnas pendentē alere posset.
Cuius exitus fuit talis ut uarios in fame cibos nouissime uisce
ribbus suis

ribus ſuis epulari cogeretur. Non enim ſinunt ſuperi ſiue fata
ut ceres cum fame coire poſſit.
Nec minus autolici cõiunx eriſitone nata
Iuris habet: pater huius erat: qui numina diuum
Sperneret: & nullos aris adoleret honores.
Ille etiam cereale nemus uiolaſſe ſecuri
Dicitur: & lucos ferro temeraſſe uetuſtos.
Stabat in his ingens annoſo robore quercus
Vna nemus: uittæ mediam memoreſque tabellæ.
Sertaque cingebant uoti argumenta potentis.
Sæpe ſub hac dryades feſtas duxere choreas:
Sæpe etiam manibus nexis ex ordine trunci
Circumiere modum menſuraque roboris ulnas.
Quinque ter implebat: nec non & cætera tantum
Silua ſub hac omnis quantum fuit hærba ſub illa.
Non tamen iccirco ferrum dryopeius illa
Abſtinuit: famuloſque iubet ſuccidere ſacrum
Robur: & ut iuſſos cunctari uidit ab uno:
Edidit hæc rapta ſceleratus uerba ſecuri.
Non dilecta deæ ſolum: ſed & ipſa licebit
Sit dea: iam tanget frondente cacumine terram
Dixit: & obliquos dum telum librat in ictus:
Contremuit: gemitumq; dedit decidua quercus.
Et pariter frondes pariter palleſcere glandes
Cœpere: ac longi pallorem ducere rami.
Cuius ut in trunco fecit manus impia uulnus
Haud aliter fluxit diſcuſſo cortice ſanguis:
Quam ſolet ante aras ingens ubi uictima taurus
Concidit abrupta cruor e ceruice profundi.
Obſtupuere omnes: aliquiſque ex omnibus audet
Deterrere nefas: ſæuamque inhibere bipennem.
Aſpicit hunc: mentiſque piæ cape præmia dixit
Theſſalus: inque uirum conuertit ab arbore ferrum.
Detruncatque caput: repetitaque robora cædit.
Editus e medio ſonus eſt de robore talis:
Nympha ſub hoc ego ſum cereri gratiſſima ligno:
Quæ tibi factorum pœnas inſtare tuorum
Vaticinor moriens: noſtri ſolatia lœti.
Perſequitur ſcelus ille ſuum: labefactaque tandem
Ictibus innumeris adductaque funibus arbor
Corruit: & multam proſtrauit pondere ſiluam
Attonitæ dryades damno nemorumque ſuoque
Omnes germanæ cererem cum ueſtibus atris
Mœrentes adeunt: pœnamque eriſitonis orant.
Annuit his: capitiſque ſui pulcherrima motu
Concuſſit grauidis oneratos meſſibus agros.
Moliturque genus pœnæ miſerabile: ſi non
Ille ſuis eſſet nulli miſerabilis actis.
Peſtifera lacerare fame: quæ quatenus ipſi
Non adeunda deæ: neque enim cereremque famemque
Fata coire ſinunt: montani numinis unam
Talibus agreſtem compellat oreada dictis.
Eſt locus extremis ſcythiæ glacialis in oris
Triſte ſolum: ſterilis ſine fruge ſine arbore tellus:
Frigus iners: illic habitant pallorque tremorque:
Et ieiuna fames: ea ſe in præcordia condat
Sacrilegi ſcelerata iube: nec copia rerum
Vincat eam: ſuperetque meas certamine uires.
Neue uiæ ſpacium te terreat: accipe currus:
Accipe quos frenis alte moderere dracones:
Et dedit: illa dato ſubuecta per aera curru:
Deuenit in ſcythiam: rigidique cacumina montis:
Caucaſon appellant: ſerpentum colla leuauit:
Quæſitamque famem lapidoſo uidit in agro:
Vnguibus & raris uellentem dentibus hærbas.

Hirtus erat crinis:caua lumina:pallor in ore:
Labra incana ſitu:ſcabrique rubigine dentes:
Dura cutis:per quam ſpectari uiſcera poſſent:
Oſſa ſub incuruis extabant arida lumbis:
Ventris erat pro uentre locus:pendere putares
Pectus:& a ſpinæ tantūmode crate teneri.
Auxerat articulos macies:genumque tumebat
Orbis:& immodico prodibant tubere tali.
Hanc procul ut uidit:neque enim eſt accedere iuxta
Auſa:refert mandata deæ:paulumqne morata
Quanq̄ aberat longe:q̄q̄ modo uenerat illuc:
Viſa tamen ſenſiſſe famem:retroque dracones
Egit in æmoniam uerſis ſublimis habenis.
Dicta fames cereris:quanuis contraria ſemper
Illius eſt operi:peragit:perque aera uento
Ad iuſſam delata domum eſt:& protinus intrat
Sacrilegi thalamos:altoque ſopore ſolutum:
Noctis enim tempus:geminis amplectitur ulnis.
Seque uiro inſpirat:fauceſque & pectus & ora
Afflat:& in uacuis peragit ieiunia uenis.
Functaque mandato fœcundum deſerit orbem:
Inque domos inopes aſſueta qua uertitur antra.
Lenis adhuc ſomnus placidis eriſitona pennis
Mulcebat:petit ille dapes ſub imagine ſomni:
Oraque uana mouet:dentemque in dente fatigat:
Exercetque cibo deluſum guttur inani.
Proque epulis tenues nequicq̄ deuorat auras.
Vt uero eſt expulſa quies:furit ardor edendi:
Perque auidas fauces immenſaque uiſcera regnat.
Nec mora quod pontus:quod terra quod educat aer
Poſcit:& appoſitis queritur ieiunia menſis.
Inque epulis epulas quærit:quodque urbibus eſſe:
Quodque ſatis poterat populo:non ſufficit uni.
Pluſque cupit quo plura ſuam dimittit in aluum.
Vtque fretum recipit de tota fiumina terra:
Nec ſatiatur aquis:peregrinoſque cbibit amnes:
Vtque rapax ignis non nunq̄ alimenta recuſat:
Innumeraſque faces cremat:& quo copia maior
Eſt data:plura petit:turbaque uoracior ipſa eſt:
Sic epulas omnes eriſithonis ora prophani
Accipiunt:poſcuntque ſimul:cibus omnis in illo
Cauſa cibi eſt:ſemperque locus fit inanis edendo.
Iamque fame patrias altique uoragine uentris
Attenuarat opes:ſed inattenuata manebat.
Tum quoque dira fames implacatæque uigebat
Flamma gulæ:tandem demiſſo in uiſcera cenſu
Filia reſtabat non illo digna parente.
Hanc quoque uendit inops:dominum generoſa recuſat:
Et uicina ſuas tendens ſuper æquora palmas:
Eripe me domino:qui raptæ præmia nobis
Virginitatis habes:ait:hæc neptūnus habebat:
Qui prece non ſpreta quamuis modo uiſa ſequenti
Eſſet hero;formamque nouat:uultumque uirilem
Induit:& uultus piſces capientibus aptos:
Hanc dominus ſpectans o qui pendentia paruo
Aera cibo celas moderator harundinis inquit:
Sic mare compoſitum:ſic ſit tibi piſcis in unda
Credulus:& nullos niſi fixus ſentiat hamos:
Quæ modo cum uili turbatis ueſte capillis
Littore in hoc ſteterat:nam ſtantem in littore uidi
Dic ubi ſit:neque enim ueſtigia longius extant.
Illa dei munus bene cædere ſenſit:& a ſe
Se quæri gaudens:his eſt reſecuta rogantem:
Quiſquis es ignoſcas:in nullam lumina partem
Gurgite ab hoc flexi:ſtudioque oneratus inhæſi:

Quoque minus

Quoque minus dubites sic has deus æquoris artes
Adiuuet:ut nemo iam dudum littore in isto
Me tamen excepto:nec fœmina constitit ulla:
Credidit:& uerso dominus pede pressit harenam:
Elususque abiit:illi sua reddita forma est.
Ast ubi habere suam transformia corpora sensit.
Sæpe pater dominis dryopeida tradit:at illa
Nunc equa nunc ales:modo bos:modo ceruus abibat:
Præbebatque auido non iusta alimeata parenti.
Vis tamen illa mali postq̃ consumpserat omnem
Materiam:dederatque graui noua pabula morbo:
Ipse suos artus lacero diuellere morsu
Cœpit:& infœlix minuendo corpus alebat.
Quid moror externis?etiam mihi sæpe nouandi
Corporis o iuuenes numero finita potestas.
Nam modo qui nũc sum uideor:modo flector in anguem:
Armenti modo dux uires in cornua sumo:
Cornua dum sumpsi:nunc pars caret altera telo
Frontis:ut ipse uides gemitus sunt uerba secuti.

i. Achelous in uarias figuras.
ii. Nessi cruor in uenenum.
iii. Licas in scopulum.
iiii. Hercules in deum.
v. Gallantis in Mustellam.
vi. Driope in arborem Loton.
vii. Iolaus in adolescentem.
viii. Calliroes filii in iuuenes.
ix. Biblidis lachrymæ in fontem.
x. Iphis ex uirgine in puerum:

Fa. ii.

Deianira Oenei filia Aetolaꝫ uirgo speciosissima cũ a multis peteref:pr cõstituit ei cõiugio datuꝫ q luctãdi cã ueniret. Manẽtibus itaq; numero porẽtũ duobus Acheloo flumine & Hercule:qa reliq ob metũ cessarãt:in certamẽ ꝓcessũ est. Cũ ergo achelous naturalibus modis Herculẽ eluderet:modo in liquorem:modo in speciem draconis:nouissime in tauri figurã conuersus astitit. Quem Hercules ut amplexus est reluctantem: alterum cornu quod implicauerat brachiis: rapuit extortũ. Quo doloꝝ ille hac deformitate aduersarii uiribus cessit. At nymphæ Naiades fluminis filiæ effecerũt:ut id quod ereptũ capite erat:omnibus copiis auctumnalibus replerent: ut apud posteros maximum haberet fructum & mirationem. Itaq; cornu copiæ effectum est ut diceretur omnibus temporibus.

P. O. NASONIS METAMORPHOSEO LI. NONVS.

QVæ gemitus truncæque deo neptũnius heros
Causa rogat frontis:cum sit Calydonius amnis
Cœpit inornatos redimitus harundine crines.
Triste petis munus:quis enim sua prælia uictus
Cõmemorare uelit:referã tamẽ ordine:nec tam
Turpe fuit uinci:q̃ contendisse decorum.
Magnaque dat nobis tantus solatia uictor.
Nomine si qua suo tandem peruenit ad aures
Deianira tuas quondam pulcherrima uirgo:
Multorumque fuit spes inuidiosa procorum:
Cum quibus ut soceri domus est intrata petiti:
Accipe me generum dixi parthaone nate
Dixit & alcides:alii cessere duobus.
Ille iouem socerum dare se:famamque laborum:
Et superata suæ referebat iussa nouercæ.
Contra ego turpe deum mortali cedere dixi.
Nondum erat ille deus:dominum me cernis aquarum.
Cursibus obliquis inter tua regna fluentem:
Nec gener externis hospes tibi missus ab oris:
Sed popularis ero:& rerum pars una tuarum:
Tantum ne noceat quod me nec regia iuno
Odit:& omnis abest iussorum pœna laborum:

Nam quod te iactas alcmena matre creatum
Iuppiter aut falsus pater est: aut crimine uerus.
Matris adulterio patrem petis elige fictum
Esse iouem malis: an te per dedecus ortum.
Talia dicentem iandudum lumine toruo
Spectat: & accensæ non fortiter imperat iræ.
Verbaque tot reddit: melior mihi dextera lingua est:
Dum modo pugnando superem: tu uince loquendo.
Congrediturque ferox: puduit modo magna locutum
Cædere: reiecti uiridem de corpore uestem.
Brachiaque opposui: tenuique a pectore uaras
In statione manus: & pugnæ membra paraui.
Ille cauis hausto spargit me puluere palmis.
Inque uicem fuluæ tactu flauescit harenæ.
Et modo ceruicem: modo crura micantia captat.
Aut captare putes: omnique a parte lacessit.
Me mea defendit grauitas frustraque petebar:
Haud secus ac moles: quam magno murmure fluctus
Oppugnant: manet illa: suoque est pondere tuta.
Digredimur paulum: rursusque ad bella coimus.
Inque gradu stetimus certi non cædere: eratque
Cum pede pes iunctus: totoque ego pectore pronus
Et digitos digitis: & frontem fronte premebam.
Non aliter uidi fortes concurrere tauros
Cum precium pugnæ toto nitidissima saltu
Expetitur coniunx: spectant armenta: pauentque
Nescia quem maneat tanti uictoria regni.
Ter sine profectu uoluit nitentia contra
Reiicere alcides a se mea pectora: quarto
Excutit amplexus: adductaq; brachia soluit.
Impulsumque manu: certum est mihi uera fateri.
Protinus auertit: tergoque onerosus inhæsit.
Si qua fides: neque enim ficta mihi gloria uoce
Quæritur: impositio pressus mihi monte uidebar.
Vix tamen inserui sudore fluentia multo
Brachia: uix solui duros a corpore nexus.
Instat anhelanti: prohibetque resumere uires
De ceruice mea potitur: tum denique tellus
Pressa genu nostro est: & harenas ore momordi.
Inferior uirtute meas diuertor ad artes:
Elaborque uiro longum formatus in anguem:
Qui postq̃ flexos sinuaui corpus in urbes:
Cumque fero moui linguam stridore bisulcam.
Risit & illudens nostras tyrinthius artes
Cunarum labor est angues superare mearum.
Dixit: & ut uincas alios acheloe dracones
Pars quota lernææ serpens eris unus echidnæ.
Vulneribus fœcunda suis erat illa: nec ullum
De centum numero caput est impune recisum:
Quin gemino ceruix hærede ualentior esset.
Hanc ego ramosam natis e cæde colubris:
Crescentemque malo domui: domitamque reduxi.
Quid fore te credis: falsum qui uersus in anguem
Arma aliena moues: quem forma precaria cælat
Dixerat: & summo digitorum uincula collo
Iniicit: angebar ceu guttura forcipe pressus.
Pollicibusque meas pugnabam euellere fauces.
Sic quoque deuicto restabat tertia tauri
Forma trucis. tauro mutatus membra rebello.
Induit ille toris a leua parte lacertos.
Admissumque trahens sequitur: depressaque dura
Cornua figit humo: meque alta sternit harena.
Nec satis hoc fuerat: rigidum fera dextera cornu
Dum tenet: infregit: truncaque a fronte reuellit.
Naiades hoc pomis: & odore flore repletum

Sacrarunt

Sacrarunt:diuesque meo bona copia cornu est.
Dixerat.& nymphæ ritu succincta dianæ
Vna ministrarum fusis utrinque capillis
Incessit:totumque tulit præ diuite cornu
Actūnum:& mensas fœlicia poma secundas.
Lux subit:& primo feriente cacumina sole
Discedunt iuuenes:neque enim dum flumina pacem:
Et placidos habeant lapsus:totæque resident
Operiuntur aquæ:uultus achelous agrestes:
Et lacerum cornu mediis caput abdidit undis.
Hunc tamen ablati domuit iactura decoris:
Cætera sospes habet capitis quoque fronde saligna.
Aut super iposita celat harundine damnum Fa. .ii.
Post hæc uictor Hercules cum dianirā Nesso centauro commisisset:ut eam Euenum amnē qui initio Licormas erat nominatus:transueheret:& ille specie captus puellæ flexibus errans quæreret locum comprimendi:illa fidem mariti implorante cum sagittis eum confixit:qui cum expiraret: uestem Deianiræ cruentauit:indicauitque remediū fore erga coniugem deserti amoris:qui tamen cruor in ueneni cessit partem.
At te nesse ferox eiusdem uirginis ardor
Perdiderat uolucri traiectum terga sagitta:
Namque noua repetens patrios cum coniuge muros
Venerat eueni rapidas ioue natus ad undas.
Vberior solito nimbis hyemalibus auctus
Verticibusque frequens erat atque imperuius amnis
Intrepidum pro se curam de coniuge agentem
Nessus adit membrisque ualens scitusque uadorum:
Officioque meo ripa sistetur in illa.
Hæc ait alcide tu uiribus utere nando.
Tradidit aonius pauidam calydonida nesso:
Pallentemque metu fluuiumque ipsumque timentem
Mox ut erat pharetraque grauis spolioque leonis:
Nam clauam & curuos trans ripam miserat arcus:
Quando quidem cœpi:superentur flumina dixit:
Nec dubitat nec qua sit clementissimus amnis
Quærit:& obsequio deferri spernit aquarum.
Iamque tenens ripam missos cum tolleret arcus
Coniugis agnouit uocem:Nessoque paranti
Fallere depositum.quo te fiducia clamat
Vana pedum uiolente rapit:tibi nesse biformis
Dicimus:exaudi:nec res intercipe nostras:
Sit te nulla mei reuerentia mouit:at orbes
Concubitus uetitos poterant inhibere paterni:
Haud tamen effugies:q̄uis ope fidis equina.
Vulnere non pedibus te consequar:ultima dicta
Reprobat:& missa fugientia terga sagitta
Traiicit:extabat ferrum de pectore aduncum:
Quod simul eluusum est:sanguis per utrunque foramen
Emicuit mixtus lernæi tabe ueneni.
Excipit hunc nessus:neque enim moriemur inulti
Secum ait:& calido uelamina tincta cruore
Dat munus raptæ uelut irritamen amoris Fa. .iii.
Eodem tempore Hercules in insulam Euboeam Thessaliæ regnū Euriti traiecisset solē filiā eius dilectā traheret in patriā: prior coniunx deianira ut audit animū uiri a se eē mutatum tunicam sacrificatura ioui Licæ famulo dedit ei perferendā. Qua ille honoratus uota religionemq; piaret:eam īductus cū ad aram accessisset,psecans exta flamma uestis incaluit:& Lerneo ueneo cōtacta hæsit uisceribus.In maxio itaq; cruciatu cū a corpe eius euelli nequiret:Licam acerbissimi muneris reum ,piectū a se Euboico mari mersit.Quē innoxiū culpæ Tethys uertit in scopulum conchis muricibusque uestitum.
Longa fuit medii mora temporis:actaque magni
Herculis implerant terras:odiumque nouercæ.

Victor ab oechalia cænæo sacra parabat
Vota ioui:cum fama loquax peruenit ad aures
Deianira tuas:quæ ueris addere falsa
Gaudet:& e minimo sua per mendacia crescit
Amphitryoniaden ioles ardore teneri.
Credit amans.ueneriſque nouæ perterrita fama
Indulsit primo lachrymis:flendoque dolorem
Diffudit miseranda suum:mox deinde quid autem
Flemus ait:pellex lachrymis lætabitur istis:
Quæ quoniã aduẽiet: properandũ aliquidq; nouandum est
Dum licet:& thalamos nondum tenet altera nostros.
Conquerar an sileam?repetam Calydona?morer ne?
Excedam tectis?ac si mihi amplius obstem?
Quod si me meleagre tuam memorem esse sororem
Forte paro facinus:quantumque iniuria possit:
Fœmineusque dolor uulgata pellice testor.
In cursus animus uarios abit:omnibus illis
Prætulit imbutam nessæo sanguine uestem
Mittere:quæ uires defecto reddat amori:
Ignaroque Licæ quid tradat nescia luctus
Ipsa suos tradit:blandisque miserrima uerbis
Dona det illa uiro mandat.capit inscius heros:
Induiturque humeris lernææ uirus Echidnæ.
Tura dabat primis & uerba precantia flammis.
Vinaque marmoreas patera fundebat in aras:
Incaluit uis illa mali:resolutaque flammis
Herculeos abiit late diffusa per artus.
Dum potuit solita gemitum uirtute repressit.
Victa malis postq̃ est patientia:reppulit aras:
Impleuitque suis nemorosam uocibus Oeten.
Nec mora:lethiferam conatur scindere uestem.
Qua traditur:trahit illa cutem fœdumque relatu:
Aut hæret membris frustra temptata reuelli:
Aut laceros artus:& grandia detegit ossa.
Ipse cruor gelido ceu quondam lamina candens
Tincta lacu stridet:coquiturque ardente ueneno.
Nec modus est:sorbent auidæ præcordia flammæ:
Ceruleusque fluit toto de corpore sudor:
Ambustique sonant nerui:cæcaque medullis
Tabe liquefactis tollens ad sidera palmas.
Cl dibus exclamat Saturnia pascere nostris.
Pascere & hanc pestem specta crudelis ab alto.
Corque ferum satia:uel si miserandus & hosti:
Hostis enim tibi sum:diris cruciatibus ægram:
Inuisamque animam:nataque laboribus aufer.
Mors mihi munus erit:decet hæc dare dona nouercam:
Ergo ego fœdantem peregrino templa cruore
Busirim domui?sæuoque alimenta parentis:
Antæo erripui:nec me pastoris hibere
Forma triplex nec forma triplex tua cerbere mouit.
Vos ne manus ualidi presistis cornua tauri?
Vestrum opus elis habet:uestrum stymphalides undæ:
Partheniumque nemus:uestra uirtute relatus
Termodoontiaco cælatus baltheus auro.
Pomaque ab insomni non custodita dracone.
Nec mihi centauri potuere resistere:nec mi
Arcadiæ uastator aper:nec profuit hydræ
Crescere per damnum:geminasque resumere uires.
Quid cum thracis equos humano sanguine pingues:
Plenaque corporibus laceris præsepia uidi?
Visaque deieci?dominumque ipsosque peremi?
His elisa iacet moles nemeæa lacertis.
His cacus horrendum tyberino gurgite monstrum.
Hac cœlum ceruice tuli defessa iubendo est
Sæua iouis coniunx:ego sum indefessus agendo:

Sed noua

Sed noua peſtis adeſt:cui nec uirtute reſiſti:
Nec telis armiſque poteſt pulmonibus errat
Ignis edax imis:perque omnis paſcitur artus.
At ualet euriſtheus:& ſunt qui credere poſſint
Eſſe deos dixit:perque altam ſaucius Oeten
Haud aliter graditur:q̃ ſi uenabula taurus
Corpore fixa gerat:factique refugerit auctor.
Sæpe illum gemitus edentem:ſæpe trementem:
Sæpe retentantem totas infringere ueſtes:
Sternentemque trabes iraſcentemque uideres
Montibus aut patrio tendentem brachia cælo.
Ecce licam trepidum:& latitantem rupe cauata
Aſpicit:utque dolor rabiem collegerat omnem
Tu ne lica dixit:feralia dona dediſti?
Tu ne meæ necis auctor eris?tremit ille:pauetque
Pallidus:& timidæ uerba excuſantia dicit.
Dicentem:genibuſque manus adhibere parantem
Corripit alcides:& terque quaterque rotatum
Mittit in euboicas tormento fortius undas.
Ille per aereas pendens induruit auras:
Vtque ferunt imbres gelidis concreſcere uentis:
Inde niues fieri:niuibus quoque mole rotatis
Aſtringi:& ſpiſſa glomerari grandine corpus:
Sic illum ualidis iactum per inane lacertis
Exanguemque metu:nec quicq̃ humoris habentem
In rigidos uerſum filices prior edidit ætas
Nunc quoque in euboico ſcopulus breuis eminet alte
Gurgite:& humanæ ſeruat ueſtigia formæ:
Quæ quaſi ſenſurũ nautæ calcare uerentur. Fa. iiii.

Theſſaliæ monte p̃ſtructo rogo ac ſagittis traditis Philoctetæ Peãtis filio:q eius pyrã ſtruxerat flãmis exuſtus ẽ:ita ut īmortale ius a loue cœlo recipeẽ.& aliqñ placata lunõe filiæ eiuſdẽ noĩe Hebe iungereẽ. Deianira autẽ re audita ipſa ſe interfecit.

Appellantque lican:at tu ioũis inclyta proles
Arboribus cæſis:quas ardua geſſerat oete
Inque pyram ſtructis:arcum pharetramque capacem:
Regnaque uiſuras iterum troiana ſagittas
Ferre iubes pæante ſatum;quo flamma miniſtro
Subdita:dumque auidis comprenditur ignibus agger:
Congeriem ſiluæ nemeæo uellere ſummam
Sternis:& impoſita clauæ ceruice recumbis
Haud alio uultu:q̃ ſi conuiua iaceres
Inter plena meri redimitus pocula ſertis.
Iamque ualens & in omne latus diffuſa ſonabat:
Securoſque artus contemptoremque petebat
Flamma ſuum:timuere dei pro uindice terræ.
Quos ita:ſenſit enim:læto ſaturnius ore:
Iuppiter alloquitur:noſtra eſt timor iſte uoluptas
O ſuperi:totoque libens mihi pectore grator.
Quod memoris populi dicor rectorque paterque:
Et mea progenies ueſtro quoque tuta fauore eſt:
Nam quanq̃ ipſius datis hoc iminanibus actis
Obligor ipſe tamen.ſed enim ne pectora uano
Fida metu paueant oeteas ſpernite flammas.
Omnia qui uincit:uincet quos cernitis ignes.
Nec niſi materna uulcanum parte potentem
Sentiet æternum eſt a me quod traxit:& expers
Atque immune necis:nullaque domabile flamma.
Idque ego defunctum terra cæleſtibus oris
Accipiam:cunctiſque meum lœtabile factum
Diis fore confido:ſiquis tamen hercule ſiquis
Forte deo doliturus erit:data præmia nollet:
Sed meruiſſe dari ſciet:inuituſque probabit.
Aſſenſere dei:coniunx quoque regia uiſa eſt
Cætera non duro:duro tamen ultima uultu

Dicta tuliſſe iouis:ſeque indoluiſſe notatam.
Interea quodcunque fuit populabile flammæ
Mulciber abſtulerat:nec cognoſcenda remanſit
Herculis effigies:nec quicquam ab imagine ductum
Matris habet:tantumque iouis ueſtigia ſeruat.
Vtque nouus ſerpens poſita cum pelle ſenecta
Luxuriare ſolet:ſquammaque nitere recenti:
Sic ubi mortales tyrynthius exuit artus:
Parte ſui meliore uiget:maiorque uideri
Cœpit:& auguſta fieri grauitate uerendus:
Quē pater oipotens inter caua nubila raptum
Quadriiugo curru radiantibus intulit aſtris. Fa. .v.
Alcmene cum ex ioue Herculē conceptū propter iunonē pare re non poſſet:implorata ab ea partubus præſidens lucina:quā quidam ilithyam interpretant: ad fores reginæ uenit:& cū in terra reſidens nexis manibus caneret. quod iunonis uoluntate partu laborantes retardaret: Galantis præminiſtra conſpexit: & prouidentia dolum ridens ementita eſt Alcmenā partu ſo/lutam At illa imprudens reſolutis manibus Alcmenam crucia tu liberauit:cuius aſtutiam grauiſſima pœna eſt pſecuta. Nāq; eā i muſtellæ figurā cōuertit:ita utore quo mētita ē:pareret.
Senſit atlas pondus:neque adhuc ſtheneleius iras:
Soluerat euryſtheus:odiumque in prole paternum
Exercebat atrox:at longis anxia curis
Argolis alcmene queſtus ubi ponat aniles.
Cui referat nati teſtatos orbe labores:
Cui ue ſuos caſus iolen habet:herculis illam
Imperio thalamoque animoque receperat hilus:
Impleratque uterum generoſo ſemine:cui ſic
Incipit alcmene:faueant tibi numina ſaltem
Corripiantque moras:tunc cum matura uocabis
Præpoſitam timidis parientibus ilithyam:
Quam mihi difficilem iunonis gratia fecit.
Namque laboriferi cum iam natalis adeſſet
Herculis:& decimum premeretur ſidere ſignum.
Tendebat grauitas uterum mihi:quodque ferebam
Tantum erat ut poſſes auctorem dicere tanti
Ponderis eſſe iouem:nec iam tolerare labores
Vlterius poteram:quin nunc quoque frigidus artus
Dum loquor horror habet:parſq; eſt meminiſſe doloris.
Septem ego per noctes totidem cruciata diebus
Feſſa malis:tendenſque ad cœlum brachia:magno
Lucinam ad nexos partus clamore uocabam.
Illa quidem uenit:ſed præcorrupta meumque
Quæ donare caput iunoni uellet inique
Vtque meos audit gemitus:ſubſedit in illa:
Ante fores ara:dextroque eſt pollite leuum
Preſſa genu:digitiſque inter ſe pectine iunctis
Suſtinuit partus:tacita quoque carmina uoce
Dixit:& inceptos tenuerunt carmina partus.
Nitor:& ingrato facio conuicia demens
Vana ioui:cupioque mori:moturaque duros
Verba queror ſilices:matres cadmeides adſunt.
Votaque ſuſcipiunt:exhortanturque dolentem.
Vna miniſtrarum media de plæbæ galantis
Flaua comas aderat:facieudis ſtrennua iuſſis:
Officiis dilecta ſuis ea ſenſit iniqua
Neſcio quid iunone geri:dumque exit:& intrat
Sæpe fores:diuam reſidentem uidit in ara.
Brachiaque ingenibus digitis connixa tenentem:
Et quercunque es ait dominæ gratare:leuata eſt
Argolis alcmenē:potiturque puerpera uoto.
Exiliit:iunctaſque manus pauefacta remiſit
Diua potens uteri:uinclis leuor ipſa remiſſis
Numine decepto reſiſte galantida fama eſt.

Ridentem

Ridentem prenſamque ipſis dea ſæua capillis
Traxit:& e terra corpus releuare uolentem
Arcuit:inque pedes mutauit brachia primos.
Strenuitas antiqua manet:nec terga colorem
Amiſere ſuum:forma eſt diuerſa priori.
Quæ quia mendaci parientem iuuerat ore:
Ore parit:noſtraſq; domos ut & ante frequẽtãt. Fa. .vi.
Dryope Eurytĩ filia ſoror Ioles Andremõis coniũx quã aña di
lexerat Apollo:cũ ad lacũ ſacratũ nymphis dona ferẽs uenis-
ſet:& ex arbore Loto ramũ decerpiſſet:quo paruũ filiũ noie
amphiſon quẽ ſecũ tulerat oblectaret.i quã Lotũ fugiẽs Pria
pũ erat trãſigurata:qa ſacræ arboris extiterat uiolatrix:trũco
hæſit ĩfixa.Inter quæ dũ caſum ſororis Iole refert Alcmenæ:
Iolaus Herculis: & Hebes filius in antiquã pueritiã tranſfu-
ſus uidet.Sic enim Iunonis filia rogante coniugi promiſerat.
Dixit:& admonitu ueteris commota miniſtræ
Ingemuit:quam ſic nurus eſt affata loquentem.
Te tamen o genitrix aliena a ſanguine ueſtro
Rapta mouet facies:quid ſi tibi mira ſororis
Fata mẽæ referam:q̃q̃ lachrymæque dolorque
Impediunt:prohibentque loqui:fuit unica matri:
Me pater ex alia genuit notiſſima forma
Oetalidum Dryope:quam uirginitate carentem:
Vimque dei paſſam delphos delonque tenentis
Excipit andremon:& habetur coniuge fœlix.
Eſt lacus accliuis deuexo margine formam
Liltoris efficiens:ſummum myrteta coronant.
Venerat huc dryope fatorum neſcia:quoque
Indignere magis nymphis latura coronas.
Inque ſinu puerum:qui nondum impleuerat annum
Dulce ferebat onus:tepidique ope lactis alebat.
Haud procul a ſtagno tyrios imitata colores
In ſpem baccarum florebat aquatica lotos
Carpſerat hic dryope quos oblectamina nato
Porrigeret flores:& idem factura uidebat.
Namque aderam:uidi guttas e flore cruentas
Decidere:& tremulo ramos horrore moueri.
Scilicet ut referunt tardi nunc denique agreſtes
Lotos in hanc nymphæ fugiens obſcœna priapi
Contulerat uerſos ſeruato nomine uultus.
Neſcierat ſoror hoc:quæ cum perterrita retro
Iret:& oratis uellet diſcedere nymphis:
Hæſerunt,radice pedes:conuellere pugnat.
Nec quicquam niſi ſumma mouet:ſuccreſcit ab imo:
Totaque paulatim lentus premit inguina cortex.
Vt uidit:conata manu laniare capillos:
Fronde manum impleuit:frondes caput omne tegebant.
At puer amphiſus:namque hoc auus eurytus illi
Addiderat nomen:materna rigeſcere ſenſit
Vbera:nec ſequitur ducentem lacteus humor.
Spectatrix aderam fati crudelis:opemque
Non poteram tibi ferre ſoror:q̃tumque ualebam
Creſcentem truncum ramoſque amplexa morabar.
Et fateor uolui ſub eodem cortice condi.
Ecce uir andremon genitorque miſerrimus adſunt:
Et quærunt dryopen:dryopen quærentibus illis
Oſtendi loton:tepido dant oſcula ligno:
Affuſique ſuæ radicibus arboris hærent.
Nil niſi faciem quod non foret arbor habebat
Cara ſoror:lachrymæ miſero de corpore factis
Irrorant foliis:& dum licet oraque præſtant
Vocis iter tales effundit in aere queſtus.
Si qua fides miſeris:hoc me per numina iuro
Non meruiſſe nefas:patior ſine crimine pœnam.
Viximus innocuæ:ſi mentior:arida perdam

Quas habeo frondes:& cæſa ſecuribus urar.
Hunc tamen infantem maternis demite ramis:
Et date nutrici:noſtraque,ſub arbore ludat.
Lac facitote bibat:noſtraque ſub arbore ſæpe.
Cumque loqui poterit matrem facitote ſalutet.
Et triſtis dicat latet hoc in ſtipite mater.
Stagna tamen timeat:nec carpat ab arbore flores:
Et frutices omnes corpus putet eſſe dearum.
Chare uale coniunx:& tu germana paterque:
Qui:ſi qua eſt pietas:ab acutæ uulnere falcis
A pecoris morſu frondes defendite noſtras.
Et quoniam mihi fas ad uos incumbere non eſt
Erigite huc artus:& ad oſcula noſtra uenire.
Dum tangi poſſum:paruumque attolite natum.
Plura loqui nequeo nam iam per candida mollis
Colla liber ſerpit:ſummoque cacumine condor:
Ex oculis remouete manus:ſine munere ueſtro
Contegit inductus morientia lumina cortex.
Deſierant ſimul ore loqui:ſimul eſſe:diuque
Corpore mutato rami caluere recentes. Fabu. .vii.
Iolaus ſupradictus ceſſit in iuuenem:
Dumque refert iole factum mirabile:dumque
Eurytidos lachrymas amoto pollice ſiccat
Alcmene:flet & ipſa:tamen compeſcuit omnem
Res noua triſticiam:nam limine conſtitit alto
Pene puer:dubiaque tegens lanugine malas
Ora reformatus primos iolaus in annos. Fa. .viii.
Calliroe Acheloi amnis filia Alcmeõis cõiunx q materno ſan
guine aſpſus ĩ Acarnaniã ſe cõtulerat ut expiaret:cõiugiũ:init
ex duabus filios edidit.Qui cũ p fallaciã a Phegeo cuius ante
filiam habuerat:eẽt occiſus:Petit a Ioue liberis ſuis ut ultores
pr̃is,eſſent annos adiiceret.Ergo ut id conſequi poſſent:dei uo
luntate ex pueritia in adoleſcentes factum eſt:ut cederent.
Hoc illi dederat iunonia muneris hebe
Victa uiri precibus:quæ cum iurare pararet
Dona tributuram poſt hunc ſe talia nulli:
Non eſt paſſa themis:nam iam diſcordia thebæ
Bella mouent:dixit:capaneuſque niſi ab ioue uinci
Haud poterit:fientque pares in uulnere fratres.
Subductaque ſuos manes tellure uidebit
Viuus adhuc uates:ultuſque parente parentem
Natus erit facto pius & ſceleratus eodem.
Attonituſque malis exul mentiſque domuſque
Vultibus eumenidum matriſque agitabitur umbris:
Donec eum coniunx fatale popoſcerit aurum.
Cognatumque latus phegeius hauſerit enſis.
Tum demum magno petet hoc Acheloia ſupplex
Ab ioue calliroe:natis infantibus annos
Addat:ne ue necem ſinat eſſe ultoris inultam.
Iuppiter his motus priuignæ dona:nuruſque
Præcipiet:facietque uiros impubibus annis. Fa. .ix.
Miletus ex'iſula Creta ĩ aſiã,pfectus ibi urbẽ ſui nominis cõſti
tuit:huc ex Mæãdri filia Biblis & Caunus:ex his Biblis cũ fra
trẽ corporali amore potius q̃ pio patrioq; more diligeret. Nec
ueſaniã cupiditatis cõpeſceret:atq; p litteras deteſtã dũ amorẽ
ĩdicauiſſet:furiali uæſania ipſe iſtinctus patriã,pfugit.Quẽ il
la dũ ueſtigiis pſequtur multas p menſam gentes:nouiſſime in
Cariã uenit.ibiq; aſſiduo mœrore:& fletu fatigata cũ cõcidiſ
ſet:nympharum Lelegeidũ'miſericordia expirãtes lachrymæ
in fontem conuerſæ ſunt:qui dominæ nomine eſſet inſignis.
Hæc ubi faticano uenturi præſcia dixit
Ore themis:uano ſuperi ſermone,fremebant.
Et cur non aliis eadem dare dona liceret
Murmur erat:queritur ueteres pallantias annos
Coniugis eſſe ſui:queritur caneſcere mitis

Iaſona flaua

Iaſona flaua ceres:repetitum mulciber æuum
Poſcit erichthonio:uenerem quoque cura futuri
Tangit:& anchiſæ renouare paciſcitur annos.
Cui ſtudeat deus omnis habet:creſcitque fauore
Turbida ſeditio:donec ſua iuppiter ora
Soluit:& o noſtri ſi qua eſt reuerentia:dixit:
Quo ruitis:tantum ne aliquis ſibi poſſe uidetur:
Fata quoque ut ſuperet:fatis iolaus in annos
Quos egit:rediit:fatis iuueneſcere debent
Calliroe geniti:non ambitione nec armis.
Vos etiam quoque ut animo meliore feratis:
Me quoque fata regunt:quæ ſi mutare ualerem:
Nec noſtrum ſeri curuarent æacon anni:
Perpetuumque æui florem rhadamantus haberet
Cum minoe meo:qui propter amara ſenectæ
Pondera deſpicitur:nec quo prius ordine regnat.
Dicta iouis mouere deos:nec ſuſtinet ullus
Cum uideat feſſos rhadamanthon & æacon amnis:
Et minoa queri:qui dum fuit integer æui
Terruerat magnas ipſo quoque nomine gentes.
Tunc erat inualidus:deionidemque iuuentæ
Robore miletum phœboque parente ſuperbum
Pertimuit:credenſque ſuis inſurgere regnis:
Haud tamen eſt patriis arcere penatibus auſus.
Sponte fugis milete tua:celerique carina
Aegeas metiris aquas:& in aſide terra
Mœnia conſtituis poſitoris habentia nomen:
Hic tibi dum ſequitur patriæ curuamina ripæ:
Filia meandri totiens redeuntis eodem
Cognita cyaneæ præſtanti corpore nympha
Biblida cum cauno prolem eſt enixa gemellam.
Biblis in exemplo eſt:ut ament conceſſa puellæ:
Biblis apollinei correpta cupidine fratris:
Non ſoror ut fratrem nec qua debebat amauit.
Illa quidem primo nullos intelligit ignes.
Nec peccare putat:quod ſæpius oſcula iungat:
Quod ſua fraterno circundet brachia collo.
Mendacique diu pietatis fallitur umbra.
Paulatim declinat amor:uiſuraque fratrem
Culta uenit:nimiumque cupit formoſa uideri:
Et ſi qua eſt illic formoſior inuitet illi.
Sed nondum manifeſta ſibi eſt:nullumque ſub illo
Igne facit uotum:uerum tamen æſtuat intus:
Iam dominum appellat:iam nomina ſanguinis odit
Biblida iam mauult:quam ſe uocet ille ſororem.
Spes tamen obſcœnas animo dimittere non eſt
Auſa ſuo uigilans:placida reſoluta quiete
Sæpe uidet quod amat:uiſa eſt quoque iungere fratri
Corpus:& erubuit:quanuis ſopita iacebat:
Somnus abit:ſilet illa diu:repetitque quietis
Ipſa ſuæ ſpeciem:dubiaque ita monte profatur.
Me miſeram:tacitæ quid uult ſibi noctis imago
Quam nolim:rata ſit:cur hæc ego ſomnia uidi?
Ille quidem eſt oculis quanuis formoſus iniquis.
Et placet:& poſſim ſi non ſit frater amari.
Et me dignus erat:uerum nocet eſſe ſororem:
Dummodo tale nihil uigilans committere temptem.
Sæpe licet ſimili redeat ſub imagine ſomnus
Teſtis abeſt ſomno:nec abeſt imitata uoluptas:
Proh uenus & tenera uolucer cum matre cupido
Gaudia quanta tuli:quam me manifeſta libido
Contigit:ut iacui totis reſoluta medullis:
Vt meminiſſe iuuat:quanuis breuis illa uoluptas:
Noxque fuit præceps:& cœptis inuida noſtris.
O ego ſi liceat mutato nomine iungi:

Quam bene caune tuo poteram nurus esse parenti:
Quam bene caune meo poteras gener esse parenti.
Omnia dii facerent:essent communia nobis
Præter auos:tu me uellem generosior esses.
Nescio quam facies igitur pulcherrime matrem.
Hei mihi quæ male sum quos tu fortita parentes.
Nil nisi frater eris:quod abest:id habebimus unum
Quid mihi significant ergo mea uisa?quod autem
Somnia pondus habent:an habent & somnia pondus?
Dii melius:dii nempe suas habuere sorores:
Sic saturnus opim iunctam sibi sanguine duxit:
Oceanus tethym:iunonem rector olympi.
Sunt superis sua iura:quid ad cœlestia ritus
Exigere humanos:diuersaque fœdera tempto?
Aut nostro uetitus de corde fugabitur ardor:
Aut hoc si nequeo:peream precor ipsa:toroque
Mortua componar:positæque det oscula frater.
Et tamen arbitrium quærit res ista duorum:
Finge placere mihi:scelus esse uidebitur illi:
At non æolidæ thalamos timuere sororum:
Vnde sed hos noui?cur hæc exempla paraui?
Quo feror?obscœnæ procul hinc discedite flammæ.
Nec nisi qua fas est germanæ frater ametur.
Si tamen ipse mei captus prior esset amore:
Forsitan illius possem indulgere furori.
Ergo ego quæ fueram non reiectura petentem?
Ipse petam?poteris ne loqui?poteris ne fateri?
Coget amor:potero:uel si pudor ora tenebit.
Littera celatos arcana fatebitur ignes:
Hoc placet:hæc dubiam uicit sententia mentem.
In latus erigitur:cubitoque innixa sinistro
Viderit:insanos inquit fateamur amores
Hei mihi quo labor?quem mens mea concipit ignem?
Et meditata manu componit uerba trementi.
Dextra tenet ferrum:uacuam tenet altera ceram.
Incipit & dubitat:scribit:damnatque tabellas.
Et notat:& delet:mutat culpatque:probatque.
Inque uicem sumptas ponit:positasque resumit.
Quid uelit ignorat:quicquid factura uidetur.
Displicet:in uultu est audacia mixta pudori.
Scripta soror fuerat:uisum est delere sororem.
Verbaque correptis incidere talia cæris.
Quam nisi tu dederis non est habitura salutem
Hanc tibi mittit amans:pudet ah pudet edere nomen:
Et si quid cupiam:quæris:sine nomine uellem
Posset agi mea causa meo:nec cognita biblis
Ante forem:quam spes uotorum certa fuisset.
Esse quidem læsi poterat tibi pectoris index:
Et color:& macies:& uultus:& humida sæpe
Lumina:nec causa suspiria mota patenti.
Et crebri amplexus:& quæ:si forte notasti:
Oscula sentiri non esse sororia possent:
Ipsa tamen quanuis animi graue uulnus habebam:
Quanuis intus erat furor igneus:omnia feci:
Sunt mihi dii testes:ut tandem sanior essem
Pugnauique diu uiolenta cupidinis arma
Effugere infœlix:& plus quam ferre puellam
Posse putes:ego dura tuli:superata fateri
Cogor:opemque tuam timidis exposcere uotis
Tu seruare potes:tu perdere solus amantem.
Elige utrum facias:non hoc inimica precatur:
Sed quæ cum tibi sit iunctissima:iunctior esse
Expetit:& uinclo tecum propiore ligari.
Iura senes norint:& quid liceatque:nefasque,
Fasque sit inquirant:legumque examina seruent.

Conueniens

Conueniens uenus eſt annis temeraria noſtris
Quid liceat neſcimus adhuc:& cuncta licere
Credimus:& ſequimur magnorum exempla deorum.
Nec nos aut durus pater:aut reuerentia famæ:
Aut timor impediet:tantum abſit cauſa timendi.
Dulcia fraterno ſub nomine furta tegemus.
Eſt mihi libertas tecum ſecreta loquendi
Et damus amplexus:& iungimus oſcula coram.
Quantum eſt quod deſit?miſerere fatentis amorem.
Et non faſſuræ niſi cogeret ultimus ardor.
Neue merere meo ſubſcribi cauſa ſepulchro.
Talia nequicquam perarantem plena reliquit
Cæra manum:ſummoque in margine uerſus adhæſit
Protinus impreſſa ſigna ſua crimina gemma:
Quam tinxit lachrymis:linguæ defecerat humor:
Deque ſuis unum famulis pudibunda uocauit.
Et paulum blandita:fer has fidiſſime noſtro
Dixit.& adiecit longo poſt tempore fratri.
Cum daret:elapſæ manibus cecidere tabellæ.
Omine turbata eſt.miſit tamen apta miniſter
Tempora nactus adit:traditque latentia uerba:
Attonitus ſubita iuuenis meandrius ira:
Proiicit acceptas lecta ſibi parte tabellas.
Vixque manus retinens trepidantis ab ore miniſtri:
Dum licet o uetitæ ſcelerate libidinis auctor
Effuge ait:qui ſi noſtrum tua fata pudorem
Non traherent:tecum pœnas mihi morte dediſſes.
Ille fugit pauidus:dominæque ferocia cauni
Dicta refert:palles audita libli repulſa.
Et pauet obſeſſum glaciali frigore corpus.
Mens tamen ut rediit:pariter rediere furores.
Linguaque uix tales icto dedit aere uoces.
Et merito:quid enim temeraria uulneris huius
Indicium feci?quid quæ celanda fuerunt:
Tam cito commiſi properatis uerba tabellis?
Ante erat ambiguis animi ſententia dictis
Prætemptanda mihi:ne non ſequeretur euntem
Parte aliqua uelim qualis fore aura notare
Debueram totoque mari decurrere:quæ nunc
Non exploratis impleui lintea uentis:
Nunc feror in ſcopulos igitur:ſubmerſaque toto
Obruor œcceano:nec habent mea uela recurſus.
Quid quod & omnibus certis prohibebar amori
Indulgere meo?tunc cum mihi ferre iubenti
Excidit:& fecit ſpes noſtras cæra caducas.
Nonne uel illa dies fuerat:uel tota uoluptas:
Sed potius mutanda dies:deus ipſe monebat:
Signaque certa dabat:ſi non male ſana fuiſſem:
Et tamen ipſa loqui:nec me committere cæræ
Debueram:præſenſque meos aperire furores.
Vidiſſet lachrymas:uultus uidiſſet amantis:
Plura loqui poteram quam quæ cœpere tabellæ.
Inuito potui circundare brachia collo:
Et ſi reiicerer:potui moritura uideri.
Amplectique pedes:affuſaque poſcere uitam.
Omnia feciſſem:quorum ſi ſingula duram
Flectere non poterant:potuiſſent omnia mentem
Forſitan & miſſi ſit quædam culpa miniſtri.
Non adiit apte:nec legit idonea credo
Tempora:nec petiit horamque animumque uacantem:
Hæc nocuere mihi:neque enim eſt de tigride natus:
Nec rigidos ſilices ſolidumue in pectore ferrum
Aut adamanta gerit:nec lac bibit ille leænæ
Vincetur:repetendus erit.nec tædia cœpti
Vlla mei capiam:dum ſpiritus iſte manebit:

Nam primum ſi fata mihi reuocare liceret:
Non cœpiſſe fuit:cœpta expugnare ſecundum eſt.
Quippe nec ille poteſt:ut iam mea uota relinquam:
Non tamen auſorum ſemper memor eſſe meorum:
Et quia deſierim:leuiter uoluiſſe uidebor.
Aut etiam temptaſſe illum:inſidiuſque petiſſe:
Vel certe non hoc qui plurimus urget:& urit
Pectora noſtra deo:ſed uicta libidine credar:
Denique iam nequeo nil commiſiſſe nefandum.
Et ſcripſi:& petii:temerata eſt noſtra uoluntas.
Vt nihil adiiciam:non poſſum innoxia dici.
Quod ſupereſt:multum eſt in uota:in crimina paruum.
Dixit:& incertæ tanta eſt diſcordia mentis:
Cum pigeat temptaſſe:libet temptare:modumque
Exit:& infœlix committit ſæpe repelli.
Mox ubi finis abeſt patriam fugit ille:nefaſque.
Inque peregrina ponit noua mœnia terra.
Tum uero mœſtam tota miſetida mente
Defeciſſe ferunt:tum uero a pectore ueſtem
Diripuit:planxitque ſuos furibunda lacertos.
Iamque palam eſt demens:inconceſſamque fatetur
Spem ueneris:ſine qua patriam inuiſoſque penates
Deſerit:& profugi ſequitur ueſtigia fratris.
Vtque tuo motæ proles ſemeleia thyrſo
Iſmariæ celebrant repetita triennia bacchæ:
Biblida non aliter latos ululaſſe per agros
Bubaſides uidere nurus:quibus illa relictis
Carras:& armiferos lelegas lyciamque pererrat.
Iam gracon & limirem xanthique reliquerat undas.
Quoque chimæra iugum mediis in partibus ignem
Pectus & ora leæ caudam ſerpentis habebat.
Deficiunt ſiluæ cum tu laſſata ſequendo
Concidis:& dura poſitis tellure capillis
Bibli iaces:frondeſque tuo premis ore caducas.
Sæpe illam nymphæ teneris lelegeides ulnis
Tollere conantur:ſæpe ut medeatur amori.
Præcipiunt:ſurdæque adhibent ſolatia menti.
Muta iacet:uirideſque ſuis tenet unguibus herbas.
Biblis:& humectat lachrymarum gramina riuo.
Naiadas his uenam quæ nunquam areſcere poſſet:
Suppoſuiſſe ferunt:quid enim dare maius habebant:
Protinus ut ſecto piceæ de corticæ guttæ:
Vt ue tenax grauida manat tellure bitumen:
Vtque ſub aduentum ſpirantis lene fauoni
Sole remolleſcit:quæ frigore conſtitit unda.
Sic lachrymis conſumpta ſuis phœbeia biblis
Vertitur in fontē:qui nunc quoque uallibus illis
Nomē habet dominæ:nigraq; ſub illice manat. Fa. .x.
Pheſtos ad oppidū ī inſulā Cretæ hic Ligdus generoſæ ſtirpis ac p̄ſtantis fidei cū petiſſet a Telethuſa coniuge ut ſi puel
lam pareret:necaret. Si autem puerum ſobolem patriæ ſerua
ret:& uterq; cū pro caſu futuro lachrymas dediſſent:mī neq
ens inferre manus filiæ:iiſdē ī malis habuit auxilio:cuius pol
licitis illa infantē p puero decepto patræ filii opinione nutri
uit. Itaq; cū ætas matura nuptiis increuiſſet:nihil ſuſpicans p̄
obſtrictus fide cōiugis iāthē ex Theleſte gēitā deſpōdit. Qui
iter ſe dū grauī amoī p̄merētur maxime Iphis. hoc enī pī no
mine aui eū uocari uoluerit:& trepidante ēt mſe ne Iphis diu
aduerſus uirū cū infamia reperiretur:eadē dea fuit auxilio.
Nā ut totis nuptiis iugari poſſint Iphin ī puerū trāſſigurauit.
Fama noui centum cretæas forſitan urbes
Impleſſet monſtri. ſi non miracula nuper
Iphide mutato crete propiora tuliſſet:
Proxima gnoſiaco nam quondam phœſtia regno
Progenuit tellus ignotum nomine ligdum....

Ingenua

Ingenua de plæbe uirum:nec cenſus in illo
Nobilitate ſua maior:ſed uita fideſque
Inculpata fuit:grauidæ qui coniugis aures
Vocibus his monuit:cum iam prope partus adeſſet.
Quæ uoueam duo ſunt:minimo ut releuere dolore.
Vtque marem parias:oneroſior altera ſors eſt:
Et uires fortuna negat:quod abominor ergo:
Edita forte tuo fuerit ſi fœmina partu:
Inuitus mando:pietas ignoſce:necetur.
Dixerat & lachrymis uultum lauere profuſis:
Tam qui mandabat:quam cui mandata dabantur.
Sed tamen uſque ſuum uanis thelethuſa maritum
Sollicitat precibus:ne ſpem ſibi ponat in arcto.
Certa ſua eſt ligdo ſententia:iamque ferendo
Vexerat illa grauem maturo pondere uentrem:
Cum medio noctis ſpatio ſub imagine ſomni
Inachis ante torum pompa comitata ſacrorum
Aut ſtetit:aut uiſa eſt:inerant lunaria fronti
Cornua cum ſpicis nitido flauentibus auro:
Et regale decus:cum qua latrator anubis:
Sanctaque bubaſtis:uariiſque coloribus apis.
Quique premit uocem:digitoque ſilentia ſuadet:
Siſtraque erant:nunquamque ſatis,quæſitus oſiris.
Plenaque ſomniferis,ſerpens peregrina uenenis.
Tum uelut excuſſam ſomno & manifeſta uidentem
Sic affata dea eſt:pars o telethuſa mearum:
Pone graues curas:mandataque falle mariti.
Nec dubita:cum te partu lucina leuarit:
Tollere quicquid erit:dea ſum auxialiaris:opemque
Exorata fero:nec te coluiſſe quereris
Ingratum numen:monuit:thalamoque receſſit.
Læta toro ſurgit:puraſque ad ſidera ſupplex
Creſſa manus tollens:rata ſint ſua uiſa precatur.
Vt dolor increuit:ſeque ipſum pondus in auras
Expulit:& nata eſt ignaro fœmina patri:
Iuſſit ali mater puerum mentita:fidemque
Res habuit:neque erat facti niſi conſcia nutrix.
Vota pater ſoluit:nomenque imponit auitum.
Iphis auus fuerat:gauiſa eſt nomine mater:
Quod commune foret:nec quenquam falleret illo
Indecepta pia mendacia fraude latebant.
Cultus erat pueri:facies quam ſiue puellæ:
Siue dares puero:fieret formoſus uterque.
Tertius interea decimo ſucceſſerat annus:
Cum pater iphi tibi flauam deſpondet ianthen
Inter pheſtiadas quæ laudatiſſima formæ
Dote fuit uirgo dictæo nata thelſte.
Par ætas:par forma fuit:primaſque magiſtris
Accepere artes elementa ætatis ab iiſdem.
Hinc amor amborum tetigit rude pectus:& æquum
Vulnus utrique dedit:ſed erat fiducia diſpar.
Coniugium pactæque expectant tempora tædæ.
Quenque uirum putat eſſe ſuum fore credit ianthe.
Iphis amat quo poſſe frui deſperat:& auget
Hoc ipſum flammas:ardetque in uirgine uirgo.
Vixque tenet lachrymas:quis me manet exitus inquit?
Cognita quam nulli:quam prodigioſa:nouæque
Cura tenet ueneris:ſi dii mihi parcere uellent:
Perdere debuerant:ſi non & perdere uellent:
Naturale malum ſaltem & de more dediſſent.
Nec uaccam uaccæ:nec equas amor urit equarum
Vrit oues aries:ſequitur ſua fœmina ceruum.
Sic & aues coeunt:interque animalia cuncta
Fœmina fœmineo correpta cupidine nulla eſt.
Vellem nulla forem:ne non tamen omnia crete

Monſtra ferat:taurum dilexit filia ſolis.
Fœmina nempe marem:meus eſt furioſior illo
Si uerum profitemur:amor:tamen illa ſecuta eſt
Spem ueneris:tamen illa dolis & imagine uaccæ
Paſſa bouem eſt:& erat qui deciperetur adulter:
Huc licet ex toto ſolertia confluat orbe:
Ipſe licet reuolet cæratis Dædalus alis:
Quid faciet?nun me purum de uirgine doctis
Artibus efficiet?nun te mutabit ſanthe?
Quin animum firmas:teque ipſa recolligis iphi?
Conſiliique inopes & ſtultos excutis ignes?
Quid ſis nata uides:niſi te quoque decipis ipſam:
Et pete quod fas eſt:& ama quod fœmina debes.
Spes eſt quæ capiat:ſpes eſt quæ paſcat amorem.
Hanc tibi res adimit:non te cuſtodia charo
Arcet ab amplexu:nec cauti cura mariti.
Non patris aſperitas:nec ſe negat ipſa roganti.
Nec tamen eſt potienda tibi:nec ut omnia fiant:
Eſſe poteſt fœlix:ut diique homineſque laborent:
Nunc quoque uotorum pars nulla eſt una meorum.
Diique mihi faciles quicquid ualuere dederunt:
Quodque ego:uult genitor:ſocer & uult ipſe futurus:
At non uult natura potentior omnibus iſtis:
Quæ mihi ſola nocet:uenit ecce optabile tempus:
Luxque iugalis adeſt.& iam mea fiet ianthe:
Nec mihi continget:mediis ſitiemus in undis.
Pronuba quid iuno:quid ad hæc Hymenæ uenitis
Sacra?quibus qui ducat abeſt?ubi nubimus ambæ?
Præſſit ab his uocem:nec lenius altera uirgo
Aeſtuat:utque celer uenias Hymenæe precatur.
Quod petit hæc Telethuſa timens modo tempora differt:
Nunc ficto langore moram trahit omnia ſæpe
Viſaque cauſatur:ſed iam conſumpſerat omnem
Materiam ficti:dilataque tempora tædæ
Inſtiterant:unuſque dies reſtabat:at illa
Crinalem capiti uittam natæque ſibique
Detrahit:& paſſis aram complexa capillis
Iſipharitonium mareoticaque arua pharonque
Quæ colis:& ſeptem digeſtum in cornua nilum:
Fer precor inquit opem:noſtroque medere timori.
Te dea te quondam:tuaque hæc inſignia uidi.
Cunctaque cognoui:ſonitum:comiteſque:faceſque
Siſtrorum:memorique animo tua iuſſa notaui.
Quod uidet hæc lucem:quod non ego punior ipſa:
Conſilium monitumque tuum eſt:miſerere duarum:
Auxilioque iuua:lachrymæ ſunt uerba ſecutæ.
Viſa dea eſt mouiſſe ſuas:& mouerat aras:
Et templi tremuere fores:imitataque lunam
Cornua fulſerunt:crepuitque ſonabile ſiſtrum.
Non ſecura quidem:fauſto tamen omine læta
Mater abit templo:ſequitur comes iphis euntem
Quam ſolita eſt maiore gradu:nec candor in ore
Permanet:& uires augentur:& acrior ipſe eſt
Vultus:& incomptis breuior menſura capillis
Pluſque uigoris adeſt:habuit quam fœmina:nam quæ
Fœmina nuper eras:puer es:date munera templis
Nec timida gaudete fide:dant munera templis.
Addunt & titulum:titulus breue carmen habebat.
Vota puer ſoluit:quæ fœmina nouerat:iphis.
Poſtera lux radiis totum patefecerat orbem:
Cum uenus & iuno ſociuſque hymenæus ad ignes
Conueniunt:potiturque ſua puer iphis ianthe.

i. Cerberus.Olenus.Lethæus in lapides.
ii. Atys in pinum.
iii. Cypariſſus in cupreſſum.

iiii. Iuppiter in aquilam.
v. Hyacinthus in florem.
vi. Cypri incolæ in boues.
vii. Propetides in lapides.
viii. Pigmalion in uæcordem amorem.
ix. Myrrha in arborem ſui nominis.
x. Ex connubio Myrrhæ & Cynaræ inceſto Adonis.
xi. Hippomenes & Athalanta in leones:
xii. Adonis cruor in florem purpureum.
xiii. Mynthe nympha in hærbam mentham. Fa. .i.

Orpheus Eurydice interempta ad iferos deſcẽdit:& a Dite impetrauit:ut eam reduceret ad ſuperos lege propoſita;ſi ſequẽte non reſpexiſſet quod ille preſtare non potuit.Reuocata igitur ad inferos Orpheus ut ad lucem confugeret:ſic dementia ſtupuiſſe dicitur:ut canem Cerbeꝝ & Olenum & Lethæa in lapidem tranſfiguraret.Poſtea dolore ac fletu finito ne rurſus cõiugale deſyderium experiretur:puerilẽ uenerẽ iſtituit.

PV. OVI. NASO. METAMORPHOSEOS LIBER. X.

VNde per immenſum croceo uelatus amictu
Aethera digredit:ciconũq; hymenæus ad oras
Tendit:& orphea nequicquam uoce uocatur.
Affuit ille quidem:ſed nec ſolennia uerba:
Nec lætos uultus:nec fœlix attulit omen.
Fax quoque quam tenuit lachrymoſo ſtridula fumo
Vſque fuit:nulloſque inuenit motibus ignes.
Exitus auſpitio grauior:nam nupta per hærbas
Dum noua naiadum turba comitata uagatur:
Occidit:in talum ſerpentis dente recepto.
Quam ſatis ad ſuperas poſtquam rhodopeius auras
Defleuit uates:ne non temptaret & umbras:
Ad ſtyga tænarea eſt auſus deſcendere porta.
Perque leues populos:ſimulacraque functa ſepulchro
Perſephonen adiit:inamœnaque regna tenentem
Vmbrarum dominum:pulſiſque ad carmina neruis.
Sic ait:o poſiti ſub terra numina mundi:
In quem decidimus quicquid mortale creamur:
Si licet:& falſi poſitis ambagibus oris
Vera loqui ſinitis.non huc ut opaca uiderem
Tartara deſcendi:nec uti uilloſa colubris
Terna meduſæi uincirem guttura monſtri.
Cauſa uiæ eſt coniunx:in quam calcata uenenum
Vipera diffudit:creſcenteſque abſtulit annos.
Poſſe pati uolui:nec me temptaſſe negabo.
Vicit amor:ſupera deus hic bene notus in ora eſt.
An ſit & hic dubito:ſed & hic tamen auguror eſſe.
Famaque ſi ueteris non eſt mentita rapinæ:
Vos quoque iunxit amor:per ego hæc loca plena timoris:
Per chaos hoc ingens:uaſtique ſilentia regni:
Eurydices oro properata retexite fata.
Omnia debentur uobis:paulumque morati
Serius:aut citius ſedem properamus ad unam.
Tendimus huc omnes:hæc eſt domus ultima;uoſque
Humani generis longiſſima regna tenetis:
Hæc quoque cum iuſtos natura peregerit annos
Iuris erit ueſtri:pro munere poſcimus uſum.
Quod ſi fata negant:ueniam pro coniuge:certum
Nolle redire mihi:letho gaudete duorum.
Talia dicentem neruoſque ad uerba mouentem
Exangues flebant animæ:nec tantalus undam
Captauit refugam:ſtupuitque ixionis orbis.
Nec carpſere iecur uolucres:urniſque uacarunt
Belides:inque tuo ſediſti ſiſyphe ſaxo.
Tunc primum lachrymis uictarum carmine fama eſt
Eumenidum maduiſſe genas:nec regia coniunx
Suſtinet oranti:nec qui regit ima;negare.

Eurydicemque uocant:umbras erat illa recentes
Inter:& incessit passu de uulnere tardo:
Hanc simul & legem rhodopeius accipit orpheus:
Ne flectat retro sua lumina:donec auernas
Exierit ualles:aut irrita dona futura.
Carpitur accliuis per muta silentia trames
Arduus:obscurus:caligine densis opaca.
Nec procul abfuerant telluris margine summæ.
Hic ne deficeret metuens:auiduſque uidendi
Flexit amans oculos:& protinus illa relapsa est:
Brachiaque intendens:prendique & prendere captans
Nil nisi cedentes infœlix arripit auras.
Iamque iterum moriens non est de coniuge quicquam
Questa suo:quid enim nisi se quereretur amatam?
Supremumque uale:quod iam uix auribus ille
Acciperet dixit:reuolutaque rursus eodem est.
Non aliter stupuit gemina nece coniugis orpheus:
Quam tria qui timidus medio portante catenas
Colla canis uidit:quem non pauor ante reliquit:
Quam natura prior saxo per corpus aborto.
Quique in se traxit crimen:uoluitque uideri
Olenus esse nocens:tuque o confisa figura
Infœlix lethæa tua:iunctissima quondam
Corpora:nunc lapides quos humida sustinet ide.
Orantem frustraque iterum transire uolentem
Portitor arguerat:septem tamen ille diebus
Squallidus in ripa cereris sine munere sedit.
Cura dolorque animi lachrymæque alimenta fuere:
Esse deos herebi crudeles questus in altam
Se recipit rhodopen;pulsumque aquilonibus æmum.
Tertius æquoreis inclusum piscibus annum
Finierat titan:omnemque refugerat orpheus
Fœmineam uenerem:seu quod male cesserat illi:
Siue fidem dederat:multas tamen ardor habebat
Iungere se uati:multæ doluere repulsæ.
Ille etiam thracum populis fuit auctor amorem
In tenæros transferre mares:citraque iuuentam
Aetatis breue uer:& primos carpere flores. Fa. .ii.
Ad canthus Orphei desyderantis consuetudinem cõiugis cũ plurima animalia capta uocis dulcedine conueniſſent:& i his etiam arbores elicitæ:Inter quas stupens cantibus pinus Cybeles montis quæ in phrigia est in quam Atys matris deum antistes mutatus est. Alii ferunt fuisse eum filium: Alii pastorem.
Collis erat:collemque super planissima campi
Area:quam uiridem faciebant graminis herbæ.
Vmbra loco deerat:qua postquam parte resedit
Diis genitus uates:& fila sonantia mouit:
Vmbra loco uenit:non chaonis abfuit arbor:
Non nemus heliadum:non frondibus æsculus altis:
Nec tiliæ molles:nec fagus:& innuba laurus.
Et coryli fragiles:& fraxinus utilis hastis:
Enodisque abies:curuataque glandibus ilex:
Et platanus genialis:acerque coloribus impar
Amnicolæque simul salices:& aquatica lothos.
Perpetuoque uirens buxus:tenuesque myricæ:
Et bicolor myrtus:& baccis cærula ficus.
Vos quoque flexipedes hederæ uenistis:& una
Pampineæ uites:& amictæ uitibus ulmi:
Ornique:& piceæ:pomoque onerata rubenti
Arbutus:& lentæ uictoris præmia palmæ:
Et succincta comas:hirsutaque uertice pinus
Grata deum matri:siquidem cybeleius atys
Exuit hac hominem:truncoque induruit illo: Fa. .iii.
Cyparissus Amyclei filius ex insula Cæe:hũc apollo dilexit:& pp ceruũ patientẽ manus quẽ p iprudentiã sagitta tranfixum inter emerat:

interemerat:manus afferentem ſibi periculo eripuit: & proti
nus in arborem genitiui nominis uertit.
Affuit huic turbæ metas imitata cupreſſus
Nunc arbor:puer ante deo dilectus ab illo
Qui citharam neruis:& neruis temperat arcum.
Namque ſacer nymphis carthæa tenentibus arua
Ingens ceruus erat:lateque patentibus altas
Ipſe ſuo capiti præbebat cornibus umbras.
Cornua fulgebant auro:demiſſaque in armos
Pendebant tereti gemmata monilia collo.
Bulla ſuper frontem paruis argentea loris
Vincta mouebatur:paríique ætate nitebant
Auribus e geminis circum caua tempora baccæ.
Iſque metu uacuus:naturalique pauore
Depoſito celebrare domos mulcendaque colla
Quamlibet ignotis manibus præbere ſolebat:
Sed tamen ante alios cææ pulcherrime gentis
Gratus erat cypariſſe tibi:tu pabula ceruum
Ad noua:tu liquidi ducebas fontis ad undas.
Tu modo texebas uarios per cornua flores:
Nunc eques intergo reſidens huc lætus & illuc
Mollia purpureis frenabas ora capiſtris.
Aeſtus erat:mediuſque dies:ſoliſque uapore
Concaua littorei feruebant brachia cancri:
Feſſus in herboſa poſuit ſua corpora terra
Ceruus & arborea frigus ducebat ab umbra.
Hunc puer imprudens iaculo cypariſſus acuto
Fixit:& ut ſæuo morientem uulnere uidit:
Velle mori ſtatuit:quæ non ſolatia phœbus
Dixit?& ut leuiter pro materiaque doleret
Admonuit:gemit ille tamen munuſque ſupremum
Hoc petit a ſuperis:ut tempore lugeat omni.
Iamque per immenſos egeſto ſanguine fletus
In uiridem uerti cœperunt membra colorem.
Et modo qui niuea pendebant fronte capilli:
Horrida cæſaries fieri:ſumptoque rigore
Sidereum gracili ſpectare cacumine cœlum.
Ingemuit:triſtiſque deus lugebere nobis:
Lugebiſque alios:aderiſque dolentibus inqt. Fa. .iiii.
Ganymedes Trois filius prima forma cum cæteris iliensibus phrygiæ præferretur:& aſſiduis uenationibus intereſſet:ne infamiam uirentis ætatis ſubiret:Iuppiter uerſus in aquilam ex Ida monte eum rapuit in cœlum:miniſtrumque fecit.
Tale nemus uates attraxerat:inque ferarum
Conſilio medius turba uolucrumque ſedebat.
Vt ſatis impulſas temptauit pollice chordas:
Et ſenſit uarios:quanuis diuerſa ſonarent:
Concordare modos:hoc uocem carmine mouit.
Ab ioue muſa parens:cedunt iouis omnia regno:
Carmina noſtra moue:iouis eſt mihi ſæpe poteſtas
Dicta:prius cecini plectro grauiore gigantes:
Sparſaque phlegræis uictricia fulmina campis.
Nunc opus eſt leuiore lyra:pueroſque canamus
Dilectos ſuperis:inconceſſiſque puellas
Ignibus attonitas meruiſſe libidine pœnam.
Rex ſuperum phrygii quondam ganymedis amore
Arſit:& inuentum eſt aliquid quod iuppiter eſſe
Quam quod erat:mallet nulla tamen alite uerti
Dignatur:niſi quæ portat ſua fulmina terræ.
Nec mora percuſſo mendacibus aere pennis
Arripit iliaden:qui nunc quoque pocula miſcet:
Inuitaque ioui nectar iunone miniſtrat. Fa. .v.
Hyacinthus Amyclides dilectus ab Apolline cũ per iocum in certamen diſci uenisſet:altius iactum pondus non prius deſpicere potuit:q̃ capiti ſenſit iniectum. Quo eliſo poſt obitũ

eius cruor eius nomine in florem inscriptum cessit.
Te quoque amyclide posuisset in æthere phœbus:
Tristia si spacium ponendi fata dedissent.
Qua licet æternus tamen es:quotiensque repellit
Ver hyemem:piscique aries succedit aquoso:
Tu totiens oreris:uiridique in cespite flores:
Te meus ante omnes genitor dilexit:& orbe
In medio positi caruerunt præside delphi
Dum deus eurotan:immunitamque frequentat
Sparten:nec citharæ:nec sunt in honore sagittæ:
Immemor ipse sui non rætia ferre recusat:
Non tenuisse canes:non per iuga montis iniqui
Ire comes:longaque alit assuetudine flammas.
Iamque fere medius titan uenientis:& actæ
Noctis erat:spatioque pari distabat utrinque:
Corpora ueste leuant:& succo pinguis oliuæ,
Splendescunt:latique ineunt certamina disci.
Quem prius aereas libratum phœbus in auras
Misit:& oppositas discussit pondere nubes.
Recidit in solidam longo post tempore terram
Pondus:& exhibuit iunctam cum uiribus artem.
Protinus imprudens actusque cupidine lusus
Tollere tænarides orbem properabat:at illum
Dura repercusso subiecit in aere tellus
In uultus hiacynthe tuos:expalluit æque
Quam puer ipse deus collapsosque excipit artus.
Et modo te refouet:modo tristia uulnera siccat:
Nunc animam admotis fugientem sustinet herbis:
Nil prosunt artes:erat immedicabile uulnus.
Vt si quis uiolas:riguoque papauera in horto:
Liliaque infringat fuluis hærentia uirgis:
Marcida demittant subito caput illa grauatum:
Nec se sustineant:spectentque cacumine terram:
Sic uultus moriens iacet:& defecta uigore
Ipsa sibi est oneri ceruix:humeroque recumbit.
Laberis œbalide prima fraudate iuuenta
Phœbus ait:uideoque tuum mea crimina uulnus:
Tu dolor es facinusque meum:mea dextera letho
Inscribenda tuo est:ego sum tibi funeris ator:
Quæ mea culpa tamen?nisi si lusisse uocari
Culpa potest?nisi culpa potest & amasse uocari?
Atque utinam pro te uitam tecumque liceret
Reddere:quod quoniam fatali lege tenemur:
Semper eris mecum:memorique hærebis in ore:
Te lyra pulsa manu:te carmina nostra sonabunt.
Flosque nouus scripto gemitus imitabere nostros.
Tempus & illud erit:quo se fortissimus heros
Addat in hunc florem:folioque legatur eodem.
Talia dum uero memorantur apollinis ore:
Ecce cruor qui fusus humi signauerat herbas:
Desinit esse cruor:tyrioque nitentior ostro
Flos oritur:formamque capit quam lilia:si non
Purpureus color his:argenteus esset in illis.
Non satis hoc phœbo est:is enim fuit auctor honoris
Ipse suos gemitus foliis inscribit:& hia
Flos habet inscriptum:funestaque littera ducta est.
Nec genuisse pudet spartem hiacinthon:honorque
Durat in hoc æui:celebrandaque more priorum
Annua prælata redeunt hiacynthia pompa. Fa. vi

Amatus oppidũ in insula Cypro:cuius incolæ obtrita consuetudine humani generis soliti ara iouis:quæ ꝓxima erat deæ: aduenas immolare:quorum crudelitate uenus offensa ne relinquere sedes suas cogeretur:in boues uertit:qui a magnitudine cornuum Cerastæ apud Salaminios sunt nominati.

At si forte roges fœcundam amathunta metallis

An genuisse

72.17.

An genuiſſe uelit propetiadas:annuat æque
Atque illos:gemino quondam quibus aſpera cornu
Frons erat:unde etiam nomen traxere ceraſtæ.
Ante fores horum:ſtabat iouis hoſpitis ara
Lugubris ſceleri:quam ſi quis ſanguine tinctam
Aduena uidiſſet:mactatos crederet illic
Lactantes uitulos amathuſiacaſque bidentes.
Hoſpes erat cæſus:ſacris offenſa nefandis:
Ipſa ſuas urbes:ophiuſiaque arua parabat
Deſerere alma uenus:ſed quid loca grata?quid urbes
Peccauere meæ?quod dixit crimen in illis?
Exilio pœnam potius gens impia pendat:
Vel nece:uel ſi quid medium eſt mortiſque fugæque.
Idque quid eſſe poteſt:niſi uerſe pœna figuræ?
Dum dubitat:quo mutet eos ad cornua uultum
Flexit:& admonita eſt hæc illis poſſe relinqui:
Grādiaq; ī toruos trāſformat mēbra iuuēcos. Fa. .vii.
Propetides filiæ Amathintæ aſpernate Venerem primæ ī tri-
uio uulgauere corpora ob eiuſdem deæ iram:quia pudore in
duruerant nouiſſime in lapidem ſunt tranſfiguratæ.
Sunt tamen obſcœne uenerem propetides auſæ
Eſſe negare deam:pro qua ſua numinis ira
Corpora cum forma primæ uulgaſſe feruntur.
Vtque pudor ceſſit:ſanguiſque induruit oris:
In rigidum paruo ſilicē diſcrimine uerſæ: Fa. .viii.
Pygmalion offenſus impudētia uulgari Propetidum ſtatuit
cælebs pmanere:qui cum ſignum uirginale ex ebore feciſſet:
captus ſpecie eius in uæcordē incidit amorē;& cum tota mēte
quæſiuit a dea:ut eius ſigno cuius amore exarſiſſet:animā:in
funderet:ut ingreſſus tēplo domū puēr:compit uoto ſe eſſe
donatum coniugii.Itaq; lætatus arte ſua Paphum filium gēu
it:quæ in inſula Cypro oppidum ſui nominis conſtituit.
Quas quia pygmalion æuum per crimina agentes
Viderat offenſus uitiis:quæ plurima menti
Fœmineæ natura dedit:ſine coniuge cælebs
Viuebat:thalamique diu conſortæ carebat.
Interea niueum mira fœliciter arte
Sculpſit ebur:formamque dedit:qua fœmina naſci
Nulla poteſt:operiſque ſui concepit amorem.
Virginis eſt ueræ facies;quam uiuere credas
Et ſi non obſtet reuerentia uelle moueri:
Ars adeo latet:arte ſua miratur;& haurit
Pectore pygmalion ſimulati corporis ignes.
Sæpe manus operi temptantes admouet:an ſit
Corpus:an illud ebur:nec adhuc ebur eſſe fatetur:
Oſcula dat:reddique putat:loquiturque:tenetque:
Et credit tactis digitos inſidere membris.
Et metuit preſſos ueniat ne liuor in artus.
Et modo blandicias adhibet:modo grata puellis
Munera fert illi conchas:tereteſque lapillos:
Et paruas uolucres:& flores mille colorum.
Lilia:perpictaſque pilas:& ab arbore lapſas
Heliadum lachrymas:ornat quoque ueſtibus artus
Dat digitis gemmas:dat longa monilia collo.
Aure leues baccæ:redimicula pectore pendent:
Cuncta decent:nec nuda minus formoſa uidetur.
Collocat hanc ſtratis con:cha ſydonide tinctis.
Appellatque tori ſociam:acclinataque colla
Mollibus in plumis tanquam ſenſura reponit.
Feſta dies ueneris tota celeberrima cypro
Venerat:& blandis induæ cornibus aurum
Conciderant ictæ niuea ceruice iuuencæ.
Turaque fumabant:cum munere functus ad aras
Conſtitit:& timide:ſi dii dare cuncta poteſtis
Sit coniunx opto:non auſus eburnea uirgo

Dicere pigmalion:ſimilis mea dixit eburnæ.
Senſit ut ipſa ſuis aderat uenus aurea feſtis
Vota quid illa uelint:& amici numinis omen:
Flamma ter accenſa eſt:apicemque per aera duxit.
Vt rediit:ſimulacra ſuæ petit ille puellæ:
Incumbenſque toro dedit oſcula:uiſa tepere eſt.
Admouet os iterum:manibus quoque pectora temptat.
Temptatum molleſcit ebur:poſitoque rigore
Subſedit digitis:ceditque:ut hymetia ſole
Cæra remolleſcit:tractataque pollice multas
Flectitur in facies:ipſoque fit utilis uſu.
Dum ſtupet:& dubie gaudet:fallique ueretur:
Rurſus amans rurſuſque manu ſua uota retractat:
Corpus erat:ſaliunt temptatæ pollice uenæ.
Tum uero paphius pleniſſima concipit heros
Verba quibus ueneri grates agit:oraque tandem
Ore ſuo non falſa premit:dataque oſcula uirgo
Senſit:& erubuit:timidumque ad lumina lumen
Attollens pariter cum cœlo uidit amantem.
Coniugio quod fecit adeſt dea:iamque coactis
Cornibus in plenum nouies lunaribus orbem:
Illa paphum genuit de quo tenet iſula nomẽ. Fa. ix.
Myrrha Cinyræ & Cenchreidis filia iracũdia Veneris qđ mr̃
eius p̃ferret deæ:patrẽ ipio dilexit amore:nec uiã potiẽdi iue
niẽs cogit̃ ſuſpẽdiũ experiri. Cuius nutrix itra cubile gemen
tis excepit uocẽ:& ſignis cognitis nefariæ mortis dũ diligẽtius
ſcrutat̃:cãm poſcit. Cõſulta ergo puella ei pollicet̃ ſe effectu
rã:ut paręti ſine ulla ifamia iungat̃:cuius illa orõnẽ i ꝑmiſſũ
tp̃s differt. At anus die ſoleni Cereris quo mr̃ eius opata a ui-
ro ſecubabat:alumnã noctu deducit ad. Cinyrã p̃dicãs forma
eius ipulſam ſibi ſe credidiſſe:q data cupiditate lumẽ inferri
iuſſi:ut ſpeciẽ eius notã haberet:cognituſq; filiæ pater ſtupra
tor coactus eſt pudore ferro ſtricto eam inſequi:quæ duplici
metu territa inſulam profugit:ibique miſericordia eiuſdem
deæ in arborem:quæ eius nomen indicaret:mutata eſt.
Editus hac ille eſt:qui ſi ſine prole fuiſſet:
Inter fœlices cinyras potuiſſet haberi:
Dira canam:procul hinc naræ:procul eſte parentes:
Vel mea ſi ueſtras mulcebunt:carmina mentes:
Deſit in hac mihi parte fides:nec credite factum:
Vel ſi credetis:facti quoque credite pœnam:
Si tamen ad miſſum ſinit hoc natura uideri.
Gentibus iſmariis & noſtro gratulor orbi:
Gratulor huic terræ:quod abeſt regionibus illis:
Quæ tantum genuere nefas:ſit diues amomo:
Cinnamaque coſtumque ſuam ſudataque ligno
Tura ferat:floreſque alios pancaica tellus:
Dum ferat & myrrham:tanti noua non fuit arbor.
Ipſe negat nocuiſſe tibi ſua tela cupido
Mirrha:faceſque ſuas a crimine uendicat iſto.
Stipite te ſtygio tumidiſque afflauit echidnis
E tribus una ſoror:ſcelus eſt odiſſe parentem.
Hic amor eſt odio maius ſcelus:undique lecti
Te cupiunt proceres:totoque oriente iuuentus:
Ad thalami certamen adeſt:ex omnibus unum
Elige myrrha uirum:dum non ſim ex omnibus unus.
Illa quidem ſentit:fœdoque repugnat amori:
Et ſecum quo mente feror:quid molior inquit?
Dii precor & pietas ſacrataque iura parentum
Hoc prohibete nefas:ſcelerique reſiſtite noſtro:
Si tamen hoc ſcelus eſt:ſed enim damnare negatur
Hanc uenerem pietas:coeuntque animalia nullo
Cætera delicto:nec habetur turpe iuuencæ
Ferre patrem tergo:fit equo ſua filia coniunx:
Quaſque creauit init pecudes caper:ipſaque cuius

Semine concepta

Semine concepta eſt:ex illo concipit ales.
Fœlices quibus iſta licent:humana malignas
Cura dedit leges:& quod natura remittit:
Inuida iura negant:gentes tamen eſſe feruntur:
In quibus & nato genitrix:& nata parenti
Iungitur:& pietas geminato creſcit amore:
Me miſeram quod non naſci mihi contigit illic:
Fortunaque loci lædor:quid in iſta reuoluor?
Spes interdictæ diſcedite:dignus amari
Ille ſed ut pater eſt:ergo ſi filia magni
Non eſſem cinyræ:cinyræ concumbere poſſem.
Nunc quia iam meus eſt:non eſt meus:ipſaque damno
Eſt mihi proximitas:aliena potentior eſſem.
Ire libet procul hinc:patriæque relinquere fines:
Dum ſcelus effugiam:retinet malus ardor amantem.
Vt præſens ſpectem cinyram:tangamque loquarque:
Oſculaque admoueam:ſi nil conceditur ultra.
Vltra autem ſperare aliquid potes impia uirgo?
Et quod confundas & iura & numina ſentis?
Tu ne eris & matris pellex:& adultera patris?
Tu ne ſoror nati:genitrixque uocabere fratris?
Nec metues ſacro crinitas angue ſorores?
Quas facibus ſæuis oculos atque ora petentes
Noxia corda uident:at tu dum corpore non es
Paſſa nefas:animo ne concipe:neue potentis
Concubitu uetito naturæ pollue fœdus.
Velle puta res ipſa uetat:pius ille memorque
Moris:& o uellem ſimilis furor eſſet in illo.
Dixerat:& a cinyras:quem copia digna procorum
Quid faciat dubitare facit:ſcitatur ab ipſa
Nominibus dictis cuius uelit eſſe mariti.
Illa filet primo:patriiſque in uultibus hærens
Aeſtuat:& tepido ſuffundit lumina rore.
Virginei cinyras hæc credens eſſe timoris
Flere uetat:ſiccatque genas:atque oſcula iungit:
Myrrha datis nimirum gaudet:conſultaque qualem
Optet habere uirum:ſimilem tibi dixit:at ille
Non intellectam uocem collaudat:& eſto
Tam pia ſemper ait pietatis nomine dicto:
Demiſit uultus ſceleris ſibi conſcia uirgo
Noctis erat medium:curaſque & corpora ſomnus
Soluerat.at uirgo cinyreia peruigil igne
Carpitur indomito:furioſaque uota retractat.
Et modo deſperat:modo uult temptare:pudetque
Et cupit:& quid agat:non inuenit:utque ſecuri
Saucia trabs ingens ubi plaga nouiſſima reſtat;
Quo cadat in dubio eſt:omnique a parte timetur.
Sic animus:uario labefactus uulnere nutat
Huc leuis atque illuc:momentaque ſumit utroque.
Nec modus:& requies niſi mors reperitur amoris.
Mors placet:erigitur:laqueoque innectere fauces
Deſtinat:& zona ſummo de poſte reuincta
Chare uale cinyra:cauſamque intellige mortis
Dixit:& aptabat pallenti uincula collo.
Murmura uerborum fidas nutricis ad aures
Peruenisſe ferunt limen ſeruantis alumnæ.
Surgit anus:teſeratque fores:mortiſque paratæ
Inſtrumenta uidens ſpatio conclamat eodem.
Seque ferit:ſcinditque ſinus:ereptaque collo
Vincula dilaniat:tum denique flere uacauit:
Tum dare complexus:laqueique requirere cauſam.
Muta ſilet uirgo:terramque immota tuetur.
Et deprehenſa dolet tardæ conamina mortis.
Inſtat anus:canoſque ſuos & inania nudans
Vbera per cunas:alimentaque prima precatur

Vt ſibi committat:quicquid dolet:illa rogantem
Auerſata gemit:certa eſt exquirere nutrix:
Nec ſolam ſpondere fidem:dic inquit opemque
Me ſine ferre tibi:non eſt mea pigra ſenectus.
Seu furor eſt:habeo quod carmine ſanet:& hærbis
Siue aliquis nocuit:magico luſtrabere ritu.
Ira deum ſiue eſt:ſacris placabimus iram.
Quid rear ulterius?certe fortuna domuſque
Soſpes ab incurſu eſt:uiuunt genitrixque paterque:
Myrrha patre audito ſuſpiria duxit ab imo
Pectore:nec nutrix etiam nunc concipit ullum
Mente nefas:aliquemque tamen præſentit amorem
Propoſitique tenax quodcunque eſt orat:ut ipſi
Indicet:& gremio lachrymantem tollit anili.
Atque ita complectens infirmis membra lacertis:
Senſimus inquit amas:& in hoc mea pone timorem:
Sedulitas erit apta tibi:nec ſentiet unquam
Hoc pater:exiliit gremio furibunda:torumque
Ore premens diſcede precor:miſeroque pudori
Parce ait:inſtanti:diſcede:aut deſine dixit
Quærere quid doleam:ſcelus eſt:quod ſcire laboras:
Horret anus:tremulaſque manus anniſque metuque
Tendit:& ante pedes ſupplex procumbit alumnæ:
Et modo blanditur:modo ſi non conſcia fiat
Terret:& indicium laquei cœptæque minatur
Mortis:& officium commiſſo ſpondet amori.
Extulit illa caput:lachrymiſque impleuit obortis
Pectora nutricis:conataque ſæpe fateri:
Sæpe tenet uocem:pudibundaque ueſtibus ora
Texit:& o dixit fœlicem coniuge matrem.
Hactenus:& gemuit:gelidos nutricis in artus
Oſſaque:ſenſit enim:penetrat tremor:albaque toto
Vertice canicies rigidis ſtetit hirta capillis.
Multaque ut excuteret diros:ſi poſſet amores:
Addidit:at uirgo ſcit ſe non falſa moneri.
Certa mori tamen eſt:ſi non potiatur amore.
Viue ait hæc:potiere tuo:non auſa parente
Dicere conticuit:promiſſaque numine firmat.
Feſta piæ cereris celebrarant annua matres:
Illa quibus niuea uelatæ corpora ueſte
Primitias frugum dant ſpicea ſerta ſuarum.
Perque nouem noctes uenerem tactuſque uiriles
In uetitis numerant:turba cinyreis in illa
Regis adeſt coniunx:arcanaque ſacra frequentat.
Ergo legitima uacuus dum coniuge lectus:
Nacta grauem uino cinyram male ſedula nutrix
Nomine mentito ueros exponit amores.
Et faciem laudat quæſitis uirginis annis
Par ait eſt myrrhæ:quam poſtquam adducere iuſſa eſt:
Vtque domum rediit:gaude mea dixit alumna.
Vicimus:infœlix non toto in pectore ſentit
Læticiam uirgo:præſagaque pectore ſentit
Sed tamen & gaudet:tanta eſt diſcordia mentis.
Tempus erat:quo cuncta ſilent:interque triones
Flexerat obliquo plauſtrum temone bootes.
Ad facinus uenit illa ſuum:fugit aurea cœlo
Luna:tegunt nigræ latitantia ſidera nubes:
Nox caret igne ſuo:primus tegis icare uultus:
Erigoneque pio ſacrata parentis amore.
Ter pedis offenſi ſigno eſt reuocata:ter omen
Funereus bubo lethali carmine fecit.
It tamen:& tenebræ minuunt:noxque atra pudorem.
Nutriciſque manum læua tenet:altera motu
Cæcum iter explorat:thalami iam limina tangit.
Iamque fores aperit:iam ducitur intus:at illi

Poplite ſucciduo

Poplite ſucciduo genua intremuere:fugitque
Et color:& ſanguis animuſque reliquit euntem:
Quoque ſuo propior ſceleri eſt magis horret:& auſi
Pœnitet:& uellet non cognita poſſe reuerti.
Cunctantem longæua manu deducit:& alto
Admotam lecto cum traderet:accipe dixit
Iſta tua eſt cinyra:deuotaque pectora iunxit.
Accipit obſcœno genitor ſua uiſcera lecto.
Virgineoſque metus leuat:hortaturque timentem.
Forſitan ætatis quoque nomine filia dixit.
Dixit & illa pater ſceleri ne nomina deſint.
Plena patris thalamis excedit:& impia diro
Semina fert utero:conceptaque crimina portat.
Poſtera nox facinus geminat:nec finis in illa eſt.
Cum tandem cinyras auidis cognoſcere amantem
Poſt tot concubitus illato lumine uidit
Et ſcelus & natam:uerbiſque dolore retentis
Pendenti nitidum uagina deripit enſem.
Myrrha fugit:tenebriſque & cæcæ munere noctis
Intercepta neci eſt:latoſque uagata per agros
Palmiferos arabas:pancæaque rura reliquit:
Perque nomen errauit redeuntis cornua lunæ.
Cum tandem terra requieuit feſſa ſabæa.
Vixque uteri portabat onus:tum neſcia uoti:
Atque inter mortiſque metus:& tædia uitæ:
Eſt tales complexa preces:o ſiqua patetis
Numina confeſſis:merui:nec triſte recuſo
Supplicium:ſed ne uiolem uiuoſque ſuperſtes
Mortuaque extinctos:ambobus pellite regnis.
Mutatæque mihi uitamque necemque negate.
Numen confeſſis aliquod patet:ultima certe
Vota ſuos habuere deos.nam crura loquentis
Terra ſuperuenit:ruptoſque obliqua per ungues
Porrigitur radix:longi firmamina trunci:
Oſſaque robur agunt:mediaque manente medulla
Sanguis it in ſuccos:in magnos brachia ramos:
In paruos digiti:duratur cortice pellis.
Iamque grauem creſcens uterum præcinxerat arbor.
Pectoraque obruerat:collumque operire parabat.
Non tulit illa moram:uenientique obuia ligno
Subſedit:merſitque ſuos in cortice uultus.
Quæ quanquam amiſit ueteres cum corpore ſenſus:
Flet tamen:& tepidæ manant ex arbore guttæ:
Eſt honor & lachrymis:ſtillataq; cortice myrrha
Nomen herile tenet:nulloque tacebitur æuo. Fa. x.
Ex myrrhæ & Cinyræ inceſto concubitu obirā ueneris conce
ptus eſt infans:uerſa.n.Myrrha in arborē ſui nominis naſcit:
quē Adonem cognominamus.quem non minus uenus dilexit
quam puella patrem Cinyram dilexerat beneficio cupidinis.
At male conceptus ſub robore creuerat infans.
Quærebatque uiam qua ſe genitrice relicta
Exereret:media grauidus tumet arbore uenter.
Tendit onus matrem:neque habent ſua uerba dolores:
Nec lucina poteſt parientis uoce uocari.
Nitenti tamen eſt ſimilis:curuataque crebros
Dat gemitus arbor:lachrymiſque cadentibus humet.
Conſtitit ad ramos mitis lucina dolentes:
Admouitque manus:& uerba puerpera dixit.
Arbor agit rimas:& ſciſſo cortice uiuum
Reddit onus:uagitque puer:quem mollibus herbis
Naiades impoſitum lachrymis unxere parentis:
Laudare faciem liuor quoque:qualia namque
Corpora nudorum tabula pinguntur amorum:
Talis erat:ſed ne faciat diſcrimina cultus:
Aut huic adde leues:aut illi deme pharetras.

Labitur occulte fallitque uolatilis ætas:
Et nihil eſt annis uelocius:ille ſorore
Natus auoque ſuo:qui conditus arbore nuper:
Nuper erat genitus:modo formoſiſſimus infans:
Iam iuuenis:iam uir:iam ſe formoſior ipſo eſt:
Iam placet:& ueneri:matriſque ulciſcitur ignes.
Namque pharetratus dum dat puer oſcula matri:
Inſcius extanti diſtrinxit harundine pectus:
Læſa manu natum dea reppulit:altius actum
Vulnus erat ſpecie:primoque fefellerat ipſam
Capta uiri forma non iam cithereia curat
Littora:non alto repetit paphon æquore cinctam
Piſcoſamque gnidon.grauidamque amathunta metallis.
Abſtinet & cœlo:cœlo præfertur adonis.
Hunc tenet:huic comes eſt:aſſuetaque ſemper in umbra
Indulgere ſibi:formamque augere colendo:
Per iuga per ſiluas:domus & ſaxa uagatur
Vſque genu ueſtem ritu ſuccincta dianæ:
Hortaturque canes:tutæque animalia prædæ
Aut pronos lepores:aut celſum in cornua ceruum:
Aut agitat damas:aut fortibus abſtinet apris.
Raptoreſque lupos:armatoſque unguibus urſos
Vitat:& armenti ſaturatos cæde leones.
Te quoque ut hos timeas:ſi quid prodeſſe monendo
Poſſet:adoni monet:fortiſque fugacibus eſto
Inquit:in audaces non eſt audatia tuta.
Parce meo iuuenis temerarius eſſe periclo.
Neue feras:quibus arma dedit natura:laceſſe.
Stet tibi ne magno tua gloria:non mouet ætas:
Nec facies:nec quæ uenerem mouere:leones:
Setigeroſque ſues:oculoſque:animoſque ferarum
Fulmen habent aeres in aduncis dentibus apri:
Impetus eſt fuluis & uaſta leonibus ira.
Inuiſumque mihi genus eſt:quæ cauſa roganti
Dicam ait:& ueteris monſtrum mirabile culpæ.
Sed labor inſolitus iam me laſſauit:& ecce
Opportuna ſua blanditur populus umbra.
Datque torum ceſpes:libet hac requieſcere tecum:
Et requieuit humo:preſſitque & gramen & ipſum
Inque ſinu iuuenis poſita ceruice recliuis
Sic ait ac mediis interſerit oſcula uerbis. Fa. xi.
Atalãta Schinei filia cũ de cõiugio ſciſcitata eẽt & mõita nulli iũgef:qa oĩum uirginũ pniciſſima erat:petẽtibus ꝓcis legem poſuit eius cõiugẽ futurã:q ſe curſu pedũ âteceſſiſſet:quã cũ Hippomanes Megarei filius ex ꝓgenie Neptũni ĩtenſo amore diligeret:nec mortẽ certaminis expaueſceret Venerẽ in malis hũit auxilio.Nã ex Damaſeno agro ci tria mala aurea dõauit q ẽ ĩ inſula cypri:ut ĩ curſu ꝓiiceret uirgini:futurũ.n. ut cupi ditate eius tardaref:dũ peteret.Cuius mõitis Hippomães cõ/ ſecutus uictoriã poſtea ĩgratus aduerſus deã cognitus ẽ. Itaq; ĩ pulſu eiuſdẽ deæ mr̃is deũ Lucũ de trãſgrediũf: quẽ Echiõ terræ filius ſacrauerat:nõ tenuerũt cupidĩtatẽ: quĩ aduerſus religionẽ in ſacrato cõcubuere ſolo. Quã ob cauſam a dea in leões ſunt cõuerſi:Vnde deũ matri ex illo leones ſũt ſubiecti.
Forſitan audieras aliquam certamine curſus
Veleces ſuperare uiros:non fabula rumor
Ille fuit:ſuperabat enim:nec dicere poſſis
Laude pedum formæ ne pono præſtantior eſſet:
Scitanti deus huic de coniuge:coniuge dixit
Nil opus eſt atalanta tibi:fuge coniugis uſum.
Nec tamen effugies:teque ipſa uiua carebis.
Territa ſorte dei per opacas innuba ſiluas
Viuit:& inſtantem turbam uiolenta procorum
Conditione fugat:nec ſum potentia niſi:inquit
Victa prius curſu:pedibus contendite mecum.

Præmia ueloci

Præmia ueloci coniunx thalamique dabuntur.
Mors precium tardis:ea lex certaminis esto.
Illa quidem immitis:sed tanta potentia formæ.
Venit ad hanc legem temeraria turba procorum.
Sederat hippomanes cursus spectator iniqui.
Et petitur cuiquam per tanta pericula coniunx
Dixerat:ac nimios iuuenum damnarat amores.
Vt faciem:& posito corpus uelamine uidit
Quale meum uel quale tuum si fœmina fias:
Obstupuit:tollensque manus ignoscite dixit:
Quos modo culpaui:nondum mihi præmia nota.
Quæ peteretis:erant:laudando concipit ignem
Et ne quis iuuenum currat uelocius optat.
Inuidiamque timet:sed cur certaminis huius
Intemptata mihi fortuna relinquitur inquit?
Audentes deus ipse iuuat:dum talia secum
Exigit hippomanes:passu uolat alite uirgo.
Quæ quanquam scythica non segnius ire sagitta
Aonio usa est iuueni.tamen ille decoris
Mirator magis est:cursus facit ipse decorem:
Aura refert ablata citis talaria plantis.
Tergaque iactantur crines per eburnea:quæque
Poplitibus suberant picto genualia limbo
Inque puellari corpus candore ruborem
Traxerat:haud aliter quam cum super atria uelum
Candida purpureum simulem dat:inficit umbram.
Dum notat hæc hospes:decursa nouissima meta est:
Et tegitur festa uictrix atalanta corona.
Dant gemitum uicti:pendentque ex fœdere pœnas.
Non tamen euentu iuuenum deterritus horum
Constitit in medio:uultuque in uirgine fixo
Quid facilem titulum superando quæris inertes?
Mecum confer ait:seu me fortuna potentem
Fecerit:a tanto non indignabere uinci.
Namque mihi genitor megareus:echestius illi:
Est neptunus auus pronepos ego regis aquarum.
Nec uirtus citra genus est:seu uincar:habebis
Hippomane uicto magnum & memorabile nomen:
Talia dicentem molli schincia uultu
Aspicit:& dubitat superari:an uincere malit.
Atque ita?quis deus hunc formosis dixit iniquus
Perdere uult?chareque iubet discrimine uitæ:
Coniugium petere hoc?non sum me iudice tanti.
Nec forma tangor:poteram tamen hac quoque tangi.
Sed quod adhuc puer est:non me mouet ipse:sed ætas
Quid quod inest uirtus?& mens interita lethi?
Quid quod ab æquorea numeratur origine quartus?
Quid quod amat?tantique putat connubia nostra:
Vt pereat:si me sors illi dura negarit.
Dum licet hospes abi:thalamosque relinque cruentos.
Coniugium crudele meum est:tibi nubere nulla
Nollet:& optari potes a sapiente puella.
Cur tamen est mihi cura tui tot iam ante peremptis.
Viderit intereat:quoniam tot cæde procorum
Admonitus non est:agiturque intedia uitæ.
Occidit hic igitur:uoluit quia uiuere mecum?
Indignamque necem pretium patietur amoris?
Non erit inuidiæ uictoria nostra ferenda:
Sed non culpa mea est:utinam desistere uelles:
At quoniam est demens:utinam ueloctor esses.
Ah quam uirgineus puerili uultus in ore est.
Ah miser hipomane:nollem tibi uisa fuissem:
Viuere dignus eras:quod si fœlicior essem:
Nec mihi coniugium fata importuna negarent:
Vnus eras:cum quo sociare cubilia uellem.

Dixerat utque rudis primoque cupidine tacta
Quod facit ignorans amat:& non ſentit amorem.
Iam ſolitos poſcunt curſus:populuſque paterque
Cum ne ſollicita proles neptunnia uoce
Inuocat hippomanes:citherea comprecor auſis
Adſit ait noſtris:& quos dedit adiuuet ignes.
Detulit aura preces ad me non inuida blandas:
Motaque ſum:fateor:nec opis mora longa dabatur.
Eſt ager:indigene damaſcenum nomine dicunt.
Telluris cipriæ pars:optima:quam mihi priſci
Sacrauere ſenes templiſque accedere dotem
Hanc iuſſere meis:medio nitet arbor in aruo
Fulua comam.fuluo ramis crepidantibus auro:
Hinc tria forte mea uenieus decerpta ferebam
Aurea poma manu:nullique uidenda niſi ipſi:
Hippomanen adii:docuique quis uſus in illis.
Signa tubæ dederant:cum carcere pronus uterque
Emicat:& ſummam celeri pede libat harenam:
Poſſe putes illos ſicco freta radere paſſu:
Et ſegetis canæ ſtantes percurrere ariſtas.
Adiiciunt animos iuueni clamorque fauorque:
Verbaque dicentum nunc:nunc incumbere tempus:
Hippomane propera:nunc uiribus utere totis.
Pelle moram uinces:dubium megareius heros
Gaudeat:an uirgo magis his ſchineia dictis.
O quotiens cum iam poſſet tranſire morata eſt.
Spectatoſque diu uultus inuita reliquit.
Aridus a laſſo ueniebat anhelitus ore.
Metaque erat longe:tum denique de tribus unum
Fœtibus arboreis proles nep:ūnia miſit:
Obſtupuit uirgo:nitidique cupidine pomi
Declinat curſus:aurumque uolubile tollit:
Præterit hippomanes:reſonant ſpectacula plauſu.
Illa moram celeri ceſſataque tempora curſu
Corrigit:atque iterum iuuenem:poſt terga reliquit.
Et rurſus pomi iactu remorata ſecundi
Conſequitur:tranſitque uirum pars ultima curſus
Reſtabat:nunc inquit ades dea muneris auctor:
Inque latus campi:quo tardius illa rediret
Iecit ab obliquo nitidum iuueniliter aurum.
An peteret uirgo uiſa eſt dubitare:coegi
Tollere:& adieci ſublato pondera malo:
Impediique oneris pariter grauitate moraque:
Neue meus ſermo curſu ſit tardior ipſo:
Præterita eſt uirgo:duxit ſua præmia uictor.
Digna ne cui grates ageret:cui turis honorem
Ferret adoni:fui:nec grates immemor egit:
Nec mihi tura dedit:ſubitam conuertor in iram.
Contemptuque dolens ne ſim ſpernenda futuris
Exemplo caueo:meque ipſam exhortor in ambos.
Exempla deum matri:quæ quondam clarus echion
Fecerat ex uoto nemoroſis abdita ſiluis:
Tranſibant:& iter longum requieſcere ſuaſi.
Illic concubitus intempeſtiua cupido
Occupat hippomanen:& a numine concita noſtro
Luminis exigui fuerat prope templa receſſus:
Speluncæ ſimilis natiuo pumice tectus.
Religione ſacer priſca:quo multa ſacerdos
Lignea contulerat ueterum ſimulacra deorum.
Hunc init:& uetito temerat ſacraria probro.
Sacra retorſerunt oculos:turritaque mater
An ſtygia ſontes dubitauit mergeret unda.
Pœna leuis uiſa eſt:ergo modo leuia fuluæ
Colla iubæ uelant:digiti curuantur in ungues:
Ex humeris armi fiunt.in pectore totum

Pondus abit.

Pondus abit.ſummæ caudā ueruntur harenæ.
Iram uultus habet.pro uerbis murmura reddunt.
Pro thalamis celebrant ſiluas:aliiſque timendi.
Dente p̃munt domito cybeleia fræna leones. Fa. .xii.
Adonis ſupradictus monitus a Venere q̃ uim feræ haberent.
Igitur is in uenatione ab apro interemitur:cuius cruor eiuſdē
deæ numine in florem purpurei coloris conuerſus eſt.
Hos tu chare mihi cumque his genus omne ferarum
Quod non terga fugæ:ſed pugnæ pectora prebet:
Effuge:ne uirtus tua ſit damnoſa duobus:
Illa quidem monuit:iunctiſque per aera cygnis:
Carpit iter:ſed ſtat monitis contraria uirtus.
Forte ſuem latebris ueſtigia certa ſecuti
Exciuere canes:ſiluiſque exire parantem
Fixerat obliquo iuuenis cynireius ictu.
Protinus excuſſit pando uenabula roſtro
Sanguine tincta ſuo:trepidumque & tuta petentem
Trux aper inſequitur:totoſque ſub inguine dentes
Abdidit:& fulua moribundum ſtrauit harena.
Vecta leui curru medias citherea per auras
Cypron olorinis nondum peruenerat alis.
Agnouit longe gemitum morientis:& albas
Flexit aues illuc:utque æthere uidit ab alto
Exanimem:inque ſuo iactantem ſanguine corpus:
Deſiliit:pariterque ſinum pariterque capillos
Rupit:& indignis percuſſit pectora palmis.
Queſtaque cum fatis:& non tamen omnia ueſtri
Iuris erunt:dixit:luctus monumenta manebunt
Semper adoni mei:repetitaque mortis imago
Annua plangoris peraget ſimulamina noſtri. Fa. .xiii.
Minthe nympha in hærbam mutata mentā odio p̃ſerpinæ
Cereris filiæ quod cū dicteo patre cõiuge ſuo cõcubuiſſet.
At cruor in florem mutabitur:an tibi quondam
Fœmineos artus in olentes uertere mentas
Perſephone licuit:nobis cynireius heros
Inuidiæ mutatus erit?ſic fata cruorem
Nectare odorato ſparſit:qui tactus ab illo
Intumuit:ſicut fuluo per lucida cælo
Surgere bulla ſolet:nec plena longior hora
Facta mora eſt:cum flos de ſanguine concolor ortus:
Qualem quæ lento celant ſub cortice granum
Punica ferre ſolent:breuis eſt tamen uſus in illo:
Namque male hærentem:& nimia leuitate caducum
Excutiunt iidem qui præſtant omnia uenti.

i. Serpens in lapidem.
ii. Cææ matronæ in ſpecies.
iii. Cõtactus midæ i aurꝫ:& pactolus amnis i colorē auri
iiii. Midæ aures in aſini aures
v. Ex harena obruta in harundinem.
vi. Neptunnus & Apollo in homines:
vii. Thetis nympha in plura.
viii. Sedalion in uolucrem.
ix. Lupus in ſaxum.
x. Cæix & Halcyone in auem ſui nominis
xi. Eſacus in uolucrem mergum. Fa. .i.

Orpheus Oeagri fluminis & Calliopes muſæ filius cū habuiſ
ſet cõiugē nomine Eurydicē:& eā amiſiſſet: & cū ſine ea ab in
feris rediſſet lege accepta a Plutone ad ſuperos: ne talem do-
lorem in altera experiretur:puerilē amorem primus iſtituit.
Quam ob cauſam Threſſæ mulieres inſtinctæ in abditis locis
ſolitudinē agentē pp deſyderiū cõiugis iterfecerūt: ſepatūq;
caput eius a reliquo corpore cum lyra i amnē Hebrū p̃cipita
uerūt:p quē ni mare ꝺlatū:& hic i inſulā Leſbū cū hic hæſiſ-
ſet i littor̃:ſerpēſq; morſu ſāguinē lāberet: priuſq̃ uultū eius
appeteret:ab apollīe louis & latōæ filio duratus i lapidem ē.

P. OVI. NA. METAMORPHOSEOS LIBER. XI.

CArmine dum tali ſiluas animoſque ferarum
Threicius uates:& laxa ſequentia ducit:
Ecce nurus ciconum tectæ lymphata ferinis
Pectora uelleribus tumuli de uertice cernunt
Orphea percuſſis ſociantem carmina neruis.
E quibus una leues iactato crine per auras:
En ait:en hic eſt noſtri contemptor:& haſtam
Vatis apollinei uocalia miſit in ora.
Quæ foliis præſuta notam ſine uulnere fecit.
Alterius tælum lapis eſt:qui miſſus in ipſo
Aere concentu uictus uociſque lyræque eſt.
Ac ueluti ſupplex pro tam furialibus auſis
Ante pedes iacuit:ſed enim temeraria creſcunt
Bellaque:moduſque abiit:inſanaque regnat erinnis:
Cunctaque tela forent cantu mollita:ſed ingens
Clamor:& in flato berecynthia tibia cornu:
Tympanaque:& plauſus:& bacchei ululatus
Obſtrepuere ſono citharæ:tum denique ſaxa
Non exauditi rubuerunt ſanguine uatis.
Ac primum attonitas etiam nunc uoce canentis
Innumeras uolucres angueſque agmenque ferarum
Mænades orphei titulum rapuere theatri.
Inde cruentatis uertuntur in orphea dextris.
Et coeunt ut aues:ſi quando luce uagantem
Noctis auem cernunt:ſtructoque utrinque theatro:
Vt matutina ceruus periturus harena
Præda canum eſt:uatemque petunt.& fronde uirentes
Conijciunt thyrſos:non hæc in munera factos.
Hæ glebas:illæ direptos arbore ramos:
Pars torquent ſilices:neu deſint tela furori:
Forte boues preſſo ſubigebant uomere terram:
Nec procul hinc multo fructum ſudore parantes
Dura lacertoſi fodiebant arua coloni:
Agmine qui uiſo:fugiunt:operiſque relinquunt
Arma ſui:uacuoſque iacent diſperſa per agros
Sarculaque:& raſtrique graues:longique ligones.
Quæ poſtquam rapuere feræ:cornuque minaces
Diuuſere boues:ad uatis fata recurrunt.
Tendentemque manus:atque illo tempore primum
Irrita dicentem:nec quicquam uoce mouentem
Sacrilegæ perimunt:perque os:proh iuppiter illud
Auditum ſaxis:intellectumque ferarum
Senſibus:in uentos anima exhalata receſſit.
Te mœſte uolucres orpheu:te turba ferarum:
Te rigidi ſilices:tua carmina ſæpe ſecutæ
Fleuerunt ſiluæ:poſitis te frondibus arbos
Tonſa comas luxit:lachrymis quoque flumina dicunt
Increuiſſe ſuis:obſcuraque carbaſa pullo.
Naiades & dryades paſſoſque habuere capillos:
Membra iacent diuerſa locis:caput hebre lyramque
Excipis:& mirum:medio dum labitur amne:
Flebile neſcio quid queritur lyra:flebile lingua
Murmurat exanimis:reſpondent flebile ripæ:
Iamque mare inuecte flumen populare relinquunt.
Et methymnæi potiuntur littore leſbi.
Hic ferus expoſito peregrinis anguis harenis
Obſtitit:& ſparſos ſtillanti rore capillos
Lambit:& hymniferos inhiat diuellere uultus.
Tandem phœbus adeſt:morſuſque inferre parantem
Arcet:& in lapidem rictus ſerpentis apertos
Congelat:& patulos ut erant:indurat hiatus:
Vmbra ſubit terras:& quæ loca uiderat ante:
Cuncta recognoſcit:quærenſque per arua piorum
Inuenit eurydicen:cupidiſque amplectitur ulnis.

Hic modo

Hic modo coniunctis ſpaciantur paſſibus ambo.
Nunc p̃cedentẽ ſequitur:nunc præuius anteit:
Eurydicenq; ſuã iam tuto reſpicit orpheus. Fa. .ii.
Cææ matronæ quæ cædi interfuerant Orpheꝛa Libero ulciſcente æmulum ſcientiæ ſuæ in ſpecies uarias abierunt.
Non impune tamen ſcelus hoc ſinit eſſe lyeus:
Amiſſoque dolens ſacrorum uate ſuorum
Protinus in ſiluis matres ædonidas omnes:
Quæ uidere nefas torta radice ligauit.
Quippe pedum digitos in quantum eſt quæque ſecuta
Traxit:& inſolidam detruſit acumine terram.
Vtque ſuum laqueis quos callidus abdidit auceps
Crus ubi commiſit uolucris:ſenſitque teneri
Plangitur:ac trepidans aſtringit uincula motu:
Sic quæcũque ſolo defixa cohæſerat harum
Externata fugam fruſtra temptabat:at illam
Lenta tenet radix:exultantemque coercet.
Dumque ubi ſunt digiti:dum pes:ubi quærit:& ungues
Aſpicit in teretes lignum ſuccedere ſuras.
Et conata femur mœrenti plangere dextra:
Robora percuſſit:pectus quoque robora fiunt.
Robora ſunt humeri:longos quoq; brachia uera
Eſſe putes ramos:& non fallere putando. Fa. .iii.
Liber pater thracia digreſſus cum Tmolum montem ciliciæ comitatus Bacchis peteret:Silenus ei aufugit:quẽ phryges captum ad Midam regem adduxerunt:agnitus ab eo exceptus ẽ & Libero aduenienti reddidit.& ob beneficium optandi deus ueniam ei dedit:ſi quid uellet:a ſe peteret.ille ut quæq; contigiſſet:aurum fieret:quod ei inutile fuit. Cui deus petẽti ut reſtitueretur:ſibi fecit.iuſſit enim ut ad flumen Pactolum perueniret:ibique ſe ſupponeret:& ſic rediret ĩ priſtinum ſtatũ:
Vnde aqua aurei coloris eſſet:
Cumque choro meliore ſui uineta timoli.
Nec ſatis hoc baccho eſt:ipſos quoque deſerit agros.
Pactolonque petit:quanuis non aureus illo
Tempore nec charis erat inuidioſus harenis.
Hunc aſſueta cohors ſatyri bacchæque frequentant.
At ſilenus abeſt:titubantem anniſque meroque
Ruricolæ cepere phryges:uictumque coronis
Ad regem duxere midam:cui thracius orpheus
Orgia tradiderat cum cecropio eumolpo.
Qui ſimul agnouit ſocium comitemque ſacrorum:
Hoſpitis aduentu feſtum genialiter egit
Per bis quinque dies:& iunctas ordine noctes.
Et iam ſtellarum ſublime coegerat agmen
Lucifer undecimus:lydos cum lætus in agros
Rex uenit:& iuueni ſilenum reddit alumno:
Huic deus optanti gratum ſed inutile fecit
Muneris arbitrium gaudens altore recepto:
Ille male uſurus donis ait:effice quicquid
Corpore contigero fuluum uertatur in aurum.
Annuit optatis nocituraque munera ſoluit
Liber:& indoluit quod non meliora petiſſet.
Lætus abit:gauderque malo berecynthius heros.
Pollicitique fidem tangendo ſingula temptat.
Vixque ſibi credens non alta fronde uirentem
Illice detraxit uirgam:uirga aurea facta eſt:
Tollit humo ſaxum:ſaxum quoque palluit auro.
Contigit & glebam:contactu gleba potenti
Maſſa fit:arentes cereris decerpſit ariſtas:
Aurea meſſis erat:demptum tenet arbore pomum
Heſperides donaſſe putes:ſi poſtibus altis
Admouit digitos:poſtes radiare uidentur.
Ille etiam liquidis palmas ubi lauerat undis:
Vnda fluens palmis danaen eludere poſſit.

Vix ſpes ipſe ſuas animo capit:aurea fingens
Omnia gaudenti menſas poſuere miniſtri:
Extructas dapibus:nec toſtæ frugis egentes.
Tum uero ſiue ille ſua cerealia dextra
Munera contigerat:cerealia dona rigebant:
Siue dapes auido conuellere dente parabat:
Lamina fulua dapes admoto dente premebat:
Miſcuerat puris auctorem muneris undis:
Fuſile per rictus aurum fluitare uideres.
Attonitus nouitate mali:diueſque miſerque
Effugere optat opes:& quæ modo nouerat:odit.
Copia nulla famem releuat:ſitis arida guttur
Vrit & inuiſo meritis torquetur ab auro.
Ad cœlumque manus:& ſplendida brachia tollens:
Da ueniam lenace pater:peccauimus inquit:
Sed miſerere precor:ſpecioſoque eripe damno.
Mite deum numen bacchus peccaſſe fatentem
Reſtituit:factique fide data munera ſoluit.
Neue male optato maneat circum litus auro
Vade agit ad magnis uicinum Sardibus amnem:
Perq; iugum ripæ labenti bus obuius undis
Carpe uiam:donec uenias ad fluminis ortus.
Spumigeroque tuum fonti qua plurimus exit
Subde caput:corpuſque ſimul:ſimul elue crimen.
Rex iuſſæ ſuccedit aquæ:uis aurea tinxit
Flumen:& humano de corpore ceſſit in amnem.
Nunc quoque iam ueteris pcepto ſemine uenæ
Arua rigent auro madidis pallentia glebis. Fa. .iiii.
Pan cũ Tmolũ mõtẽ Lydiæ frequẽtans fiſtula ſe oblectaret:
elatus gloria agreſtiũ nymphaꝝ Apollinẽ ĩ certam̃ deuocauit
Iudice ergo Tmolo cuius mons erat:cũ apollini uictoria eſſet
adiudicata:Midæ regi ſupradcõ aſſidẽti ſoli diſplicuit.Quã
ob cãm apollo ob eãdẽ ſtulticiã quã & ſupra geſſerat in liberi
pris uolũtate:deus iratus aures eius aſininæ ut eſſẽt:ſẽpiterno
effecit:cuius iudiciũ nulli rei facerent: q tamen fertur Midas
eẽ matris magnæ filius.Sic enĩ cũ Heſiodo cõſentit Ouidius.
Ille peroſus opes:ſiluas & rura colebat:
Panaque montanis habitantem ſemper in antris.
Pingue ſed ingenium manſit:nociturague ut ante
Rurſus erant domino ſtultæ præcordia mentis.
Nam freta proſpiciens late riget arduus alto
Tmolus in aſcenſu:cliuoque extenſus utroque
Sardibus hinc:illinc paruis finitur hipepis.
Pan ibi dum teneris iactat ſua carmina nymphis:
Et leue cærata modulatur harundine carmen:
Auſus apollineos præ ſe contemnere cantus:
Indice ſub Tmolo certamen uenit ad impar.
Monte ſuo ſenior iudex conſedit:& aures
Liberat arboribus:quercu coma cærula tantum
Cingitur:& pendent circum caua tempora glandes.
Iſque deum pecoris ſpectans in iudice dixit
Nulla mora eſt:calamis agreſtibus inſonat ille.
Barbaricoque midan:aderat nam forte canenti:
Carmine declinit:poſt hunc ſacer ora reſoluit
Tmolus ad os phebi:uultum ſua ſilua ſecuta eſt.
Ille caput flauum lauro parnaſide uinctus:
Verrit humum tyrio ſaturata murice palla.
Diſtinctamque lyram gemmis & dentibus indis
Suſtinet a leua:tenuit manus altera plectrum.
Artificis ſtatus ipſe fuit:tum ſtamina docto
Pollice ſolicitat:quorum dulcedine captus
Pana iubet tmolus citharæ ſummittere cannas.
Iudicium ſanctique placet ſententia montis
Omnibus arguitur tamen:atque iniuſta uocatur
Vnius ſermone midæ:nec delius aures

Humanam ſtolidas

Humanam ſtolidas patitur retinere figuram:
Sed trahit in ſpatium:uilliſque albentibus implet.
Inſtabileſque illas facit:& dat poſſe moueri.
Cætera ſunt hominis:partem damnatur in unam.
Inuditurque aures lente gradientis aſelli. Fa. .v.
Refert quoque deformitatem illius cũ ueſte celaret:ut famu
lus uidit:neq; eloqui poſſent eiuſdem dei mentem i aures ha
beret:qui rurſus obruta harena harũdines enatæ agitataeq; uẽ
to deformitatem Midæ indicarent.
Ille quidem celare cupit:turpique pudore
Tempora purpureis temptat uelare thiaris.
Sed ſolitus longos ferro reſecare capillos
Viderat hoc famulus:qui cum nec prodere uiſum
Dedecus auderet cupiens efferre ſub auras:
Nec poſſet reticere tamen:ſecedit humumque
Effodit:& domini quales aſpexerit aures
Voce refert parua:terræque immurmurat hauſtæ:
Indiciumque ſuæ uocis tellure regæſta
Obruit:& ſcrobibus tacitus diſcedit opertis.
Creber harundinibus tremulus ibi ſurgere lucus
Cœpit:& ut primum pleno maturuit anno
Prodidit agricolam:leni nam motus ab auſtro
Obruta uerba refert:dominiq; coarguit aures: Fa. .vi.
Inter Sygæum Rhœteumq; promontoria:quo loco ara Iouis
Panopeia Phrygibus eſt cõſecrata:Laomedon Capis filius eũ
Ilium poneret:Apollo & neptũnus i homines uerſi operas ſu
as æſtimati ad extruendum murum addixerunt. Ita tamen ut
Neptunnus perfidia regis offenſus i agros eius mare mitteret
omneſq; fructus obrueret:ſupra quam pœnam cogit eũ He
ſionem filiã marinæ proſtituere belluæ. Qua liberata ab Her
cule rurſus in fraude cognitus equos.n. quos ob ſalutem uirgi
nis pactus erat:ei abnegauit. Ideoque ille expugnato Ilio helio
nem:abreptam Telamõi:qui ſocius militiæ fuerat copulauit.
Vltus abit temolo:liquidumque per aera uectus
Anguſtum citra pontum nepheleidos helles
Laomedonteis latoius aſtitit aruis:
Dextera ſigæi Rhœtei leua profundi
Ara panopæo uetus eſt ſacrata tonanti.
Inde nouæ primum moliri mœnia troiæ
Laomedonta uidet:ſuſceptaque magna labore
Creſcere difficili:nec opes expoſcere paruas.
Cumque tridentigero tumidi genitore profundi
Mortalem induitur formam:phrygiæque tyranno
Aedificant muros pactus pro mœnibus aurum.
Stabat opus:pretium rex inficiatur:& addit
Perfidiæ cumulum falſis periuria uerbis.
Non impune feres rector maris inquit:& omnes
Inclinauit aquas ad auaræ littora troiæ.
Inque freti formam terras conuertit:opeſque
Abſtulit agricolis:& fluctibus obruit agros.
Pœna neque hæc patris eſt:regis quoque filia monſtro
Poſcitur æquoreo:quam dura ad ſaxa reuinctam
Vend cat alcides promiſſaque munera dictos
Poſcit equos:tantique operis mercede negata
Bis periura capit ſuperatæ mœnia troiæ:
Nec pars militiæ telamon ſine honore receſſit.
Heſioneque data potitur:nam coniuge peleus

Fabula Septima.

Protheus cũ Thetidi prædixiſſet:ſi uellet iugalis fieri:qã fili
um parẽte ſuo fortiorẽ ,perearet Iuppiter icẽſus é pulch ritu
dine nymphæ q id ſibi ne icideret:cõcubitũ eius refugit:& ſuc
ceſſione cõiugi peliũ nepoté dedit:quẽ illa refugiẽs mõ i no
lucrẽ:mõ i arborẽ:iterdũ i Tigrim cõuerſa cõcluderet:Pele
us Neptũnũ orauit:ut opẽ ſibi ferret:q cũ pteo pces eius com
mendaret ille emergens e mari Peleo mandauit ut queſcenti

Thetidi meridiano calore insidiaretur: eamq; uinculis illigatam agrauaret. Ex quo Achilles græcoq; fortissimus natus est.

Clarus erat diua nec ani magis ille superbit
Nomine quam soceri. si quidem iouis esse nepotem
Contigit haud: uni coniunx dea contigit uni.
Namque senex thetidi proteus prædixerat udæ
Concipe: mater eris iuuenis: qui fortibus armis
Acta patris uincet: maiorque uocabitur illo:
Ergo ne quicquam mundus ioue maius haberet:
Quamuis aut tepidos sub pectore senserat ignes
Iuppiter: æquoreæ thetidis connubia uitat.
Inque sua æaciden succedere: uota nepotem
Iussit: & amplexus in uirginis ire marinæ:
Est sinus æmoniæ curuos falcatus in arcus
Brachia procurrunt ubi si foret altior unda
Portus erat: summis inductum est æquor harenis
Littus habet solidum: quod nec uestigia seruet:
Nec remoretur iter: nec opertum pendeat alga.
Myrtea silua subest bicoloribus obsita baccis
Est specus in medio natura factus an arte
Ambiguum magis arte tamen: quo sæpe uenire
Frænato delphine sedens theti nuda solebas.
Illic te peleus ut summo uicta iacebas
Occupat: & quoniam precibus temptata repugnas.
Vim parat: innectens ambobus colla lacertis.
Quod nisi ueniisses uariatis sæpe figuris
Ad solitas artes: auso foret ille potitus:
Sed modo tu uolucris: uolucrem tamen ille tenebat.
Nunc grauis arbor eras: hærebat in arbore peleus.
Tertia forma fuit maculosæ tigridis: illa
Tertius æacides a corpore brachia soluit.
Isque deos pelagi uino super æquora fuso
Et pecoris fibris & fumo turis adorat:
Donec carpathius medio de gurgite uates
Aeacide dixit thalamis potiere petitis:
Tu modo cum gelido sopita quiescit in antro
Ignaram laqueis uincloque innecte tenaci.
Nec te decipiat centum mentita figuras.
Sed preme quicquid erit: dum quod fuit ante reformet:
Dixerat hæc proteus: & condidit æquore uultum.
Admisitque suos in uerba nouissima fluctus.
Pronus erat titan inclinatoque tenebat
Hesperium temone fretum: cum pulchra relicto
Nereis ingreditur consueta cubilia fluctu.
Vix bene uirgineos peleus inuaserat artus:
Illa nouat formas: donec sua membra teneri
Sensit: & in partes diuersis brachia tendit.
Tunc demum ingemuit neque ait sine nomine uincis:
Exhibita est que Thetis: confessam amplectitur heros.
Et potitur uotis: ingentique implet Achille. Fa. viii.

Peleus fratre phoco interẽpto ꝓfugus Trachina ad Cæicã Luciferi filiũ uenit: susceptusque ab eo mœrẽte cãm mœroris ab ipso audiuit: huic Cæyci nãq; frater erat Dædalion habẽs filiã Cronẽ specioſissimã: que cũ ab Apollĩe & Mercurio amaret: a Mercurio ꝓ qetẽ cõpressa ẽ. Itẽ ab Apolline i anũ uerso. Horũ altero Autolicũ furacissimũ: q ex albis nigra: & ex nigris alba fecit ꝓcreatũ Ex Apolline uero philemona studioſissimũ citharæ. Hãc etiã gloriãtẽ qđ cũ talibus cõcubuisset deis: Dianæ se pulchritudini ꝑtulisset. Itaque Dea cõfestim ut debuit ꝓcacẽ eius linguã sagitta traiecit: atq; ex eo uulnere ẽ. subito interẽpta. Qua calamitate Dedalion cũ se eodẽ rogo uellet cõsumi: neq; eũ ꝓximi paterẽt: ut furiis iſtinctus monte Parnasũ petisset: & se ꝑcipitasset: anteq̃ radicẽ mõtis cõtingeret: ab Apolĩe i uolucrẽ accipitrẽ ẽ cõuersus

Fœlix & nato fœlix & coniuge peleus.

Et cui si demas

Et cui si demas iugulati crimina phoci:
Omnia contigerant:fraterno sanguine sontem:
Expulsumque domo patria trachinia tellus
Accipit:hic regnum sine ui sine cæde regebat
Lucifero genitore satus:patriumque nitorem
Ore ferens cæyx:illo qui tempore mœstus:
Dissimilisque sui fratrem lugebat ademptum.
Quo postq̃ æcides fessus curaque uiaque
Venit:& intrauit paucis comitantibus urbem:
Quosque greges pecorum quæ secum armenta trahebat
Haud procul a muris sub opaca ualle reliquit.
Copia cum facta est adeundi tecta tyranni
Velamenta manu prætendens supplice:quis sit:
Quoque satus memorat:tantum sua crimina celat:
Mentiturque fugæ causam:petit urbe uel agro
Se iuuet:hunc contra placido Trachinius ore
Talibus alloquitur:mediæ quoque commoda plæbi
Nostra patent peleu:nec inhospita regna tenemus.
Adiicis huic animo monimenta potentia clarum
Nomen auumque fouem:nec tempora perde precando:
Quod petis omne feres:tuaque hæc pro parte uocato
Qualiacunque uides:utinam meliora uideres.
Et flebat:moueat tantos quæ causa dolores
Peleusque comitesque rogant:quibus ille profatur.
Forsitan hanc uolucrem:raptoque uiuit:& omnes
Terret aues:semper pennas ha' uisse putetis.
Vir fuit:& tanta est animi constantia quantum
Acer erat:belloque ferox:ad uimque paratus
Nomine dædalion:illo genitore creatus:
Quum uocat auroram:cœloque nouissimus exit.
Culta mihi pax est:pacis mihi cura tenendæ:
Coniugiique fuit:fratri fera bella placebant.
Illius uirtus gentes regesque subegit:
Quæ nunc thysbæas agitat mutata columbas.
Nata erat huic chione:quæ dotatissima forma
Mille procis placuit bis septem nubilis annis.
Forte reuertentes Phœbus maiaque creatus:
Illa suis delphis:hic uertice cyllenæo
Videre hanc pariter:pariter traxere calorem.
Spem ueneris differt in tempora noctis apollo.
Non fert ille moras:uirgaque mouente soporem
Virginis os tangit:tactu iacet illa potenti:
Vimque dei patitur:nox cœlum sparserat astris.
Phœbus anum simulat:præreptaque gaudia sumit.
Vt sua maturus compleuit tempora uenter:
Alipedis de stirpe dei uersuta propago
Nascitur autolicus furtum ingeniosus ad omne.
Qui facere assuerat patriæ non degener artis
Candida de nigris:& de candentibus atra.
Nascitur e phœbo:nanque est enixa gemellos:
Carmine uocali clarus citharaque philemon
Quid peperisse duos:& diis placuisse duobus:
Et forti genitore:& progenitore tonante
Esse satam prodest:an obest quoque gloria multis?
Obfuit huic certe quæ se præferre dianæ
Sustinuit:faciemque deæ culpauit:at illi
Ira ferox mota est:factisque placebimus inquit.
Nec mora curuauit cornu neruoque sagittam
Impulit:& meritam traiecit harundine linguam.
Lingua iacet:nec uox temptataque uerba sequuntur.
Conantemque loqui cum sanguine uita reliquit.
Quam miser o pietas ego tunc patrioque dolorem
Corde tuli:fratique pio solatia dixi.
Quæ pater haud aliter quam cautes murmura ponti
Accipit:& natam delamentatur ademptam.

Vt uero ardentem uidit:quater impetus illi
In medios fuit ire rogos:quater inde repulsus
Concita membra fugæ mandat:similisque iuuenco
Spicula crabronum pressa ceruice gerenti:
Qua uia nulla ruit.iam tum mihi currere uisus
Plus homine est:alasque pedes sumpsisse putares:
Effugit ergo omnes:ueloxque cupidine lethi
Vertice parnasi potitur:miseratus apollo
Cum se dædalion saxo misisset ab alto:
Fecit auem:& subitis pendentem sustulit alis.
Oraque adunca dedit:curuos dedit unguibus hamos:
Virtutem antiquam maiores corpore uires.
Et nunc accipiter nulli satis æquus in omnes
Sæuit aues:aliisque dolens fit causa dolendi Fa. .ix.
Anetor pastor armentoꝝ:quē Peleus ad Cæyca pduxerat:in
dicat a lupo:cui obstiti neqret:custodē interimi. Qui ut intel
lexit Samates Nereidis id sibi accidere:quod Phocus ea æta-
te Aeaco genitus a se interisset:& id precibus quam ultiõe es-
set sedandum suppliciter ab ea petit:ne ultra psequeretur ad-
missum. Quæ aliquando Thetis sororis mota precibus ne am
plius fera armenta petens sæuiret:in saxi eam figuram uertit.
Quæ dum lucifero genitus miracula narrat
De consorte suo cursu festinus anheto
Aduolat armenti custos phoceus anetor.
Et peleu peleu magnæ tibi nuntius adsum
Cladis ait.quodcunque ferat iubet edere peleus.
Pendet & ipse metu trepidi trachinius oris:
Ille refert:fessos ad littora curua iuuencos
Appuleram medio cum sol altissimus orbe
Tantum respiceret:quantum supereſſe uideret.
Parsque boum fuluis genua inclinarat harenis.
Latarumque iacens campos spectabat aquarum
Pars gradibus tardis illuc errabat:& illuc:
Nantque alii:celsoque extant super equora collo.
Templa mari subsunt:nec marmore clara:nec auro
Sed trabibus densis:lucoque umbrosa uetusto.
Nereides nereusque tenent:hos nauita ponti
Edidit esse deos:dum rætia littore siccat:
Iuncta palus huic est densis obsessa salictis:
Quam restagnantis fecit maris unda paludem:
Inde fragore graui strepitus loca proxima terret
Bellua uasta lupus:siluisque paluſtribus exit:
Oblitus & spumis & crasso sanguine rictus:
Fulmineus rubra suffusus lumina flamma.
Qui quanq̃ sæuit pariter rabieque fameque;
Acrior est rabie:neque enim ieiunia curat
Cæde boum diramque famem finire:sed omnes
Vulnerat:armentum sternitque hostiliter omne.
Pars quoque de nobis funesto saucia morsu
Dum defensamus:letho est data sanguine littus:
Vndaque prima rubet:demugitæque paludes.
Sed mora damnosa est:nec res dubitare remittit.
Dum supereſt aliquid:cuncti coeamus ad arma:
Arma capessamus coniunctaque tela feramus
Dixerat agrestis:nec pelea damna mouebant.
Sed memor admissi nereida colligit orbam.
Damna suo inferias extincto mittere phoco.
Induere arma uiros uiolentaque sumere tela
Rex iubet œtheus:cum quis simul ipse parabat
Ire:sed halcyone coniunx excita tumultu
Prosilit:& nondum totos ornata capillos
Desiicit hos ipsos:colloque infusa mariti
Mittat ut auxilium sine se uerbisque precatur
Et lachrymis:animasque duas ut seruet in una:
Aeacides illi:pulchros regina prosque

Pone metus

Pone metus:plena eſt promiſſi gratia ueſtri.
Non placet arma mihi contra noua monſtra mouere.
Numen adorandum pelagi eſt:erat ardua turris:
Arce locus ſumma:feſſis loca grata carinis
Aſcendunt illuc:ſtratoſque in littore tauros
Cum gemitu aſpiciunt:uaſtatoremque cruento
Ore ferum longos infectum ſanguine uillos.
Inde manus tendens in aperti littora ponti
Cæruleam peleus pſamatem ut finiat iram
Orat:opemque ferat:nec uocibus illa rogantis
Flectitur æacidæ tethis hanc pro coniuge ſupplex
Accepit ueniam:ſed enim irreuocatus ab acri
Cæde lupus perſtat dulcedine ſanguinis aſper:
Donec in hærentem laceræ ceruice iuuencæ
Marmore mutauit:corpus pariterque colorem
Omnia ſeruauit:lapidis color indicat illum
Iam non eſſe lupum:iam non debere timeri. Fa. .x.
Cayx Luciferi filius,pdigiis agitatus Miletū ad oraculū Apol
linis:quoniā delphos phorbas cū phlegyis infeſtabat:cōtendit
cōiugiq; Halcyone Aeoli filiæ tardāti ,pfectionē ob deſyderiū
affirmauit intra alterū menſem ſe reuerſurū.Quod ut nō poſ-
ſet præſtare:naufragio uitā amiſit:cuius aduentū cū illa deſy
deraret:nō reſpondentē tpi deſtinato:& in dies grauiſſimo lu
ctu afficeretur:miſericordia Iunonis:quā ipſius precibus fati-
gabat:p quietē ſomnus eius filius ad in dictū Morphea imita-
torē figurarū miſſus eſt:cuius frater ab diis iceon &hominibus
Phebetor appellatur:& qui in uarias figuras haberi ſolitus eſt
item hipatheſus Trachinā ad Halcyonē dimiſerat:quæ coniu
gē comperit iteriſſe.Excuſſo ergo ſopore lumen inferri iuſſit.
Agnitū uero periiſſe:nouiſſime ad littus decurrit:ubi illū di-
miſerat.Et ut naufragi examine corpus fluctuari ,pxīo littore
ſpexit:in figurā uolucris Aeolis ceſſit:quæ ab eius noīe uoca
tur.In eandem ſpeciem corpus Cæycis ē uerſum.Hæ uolucres
hyberno tēpore per ſeptē dies in mare nidum ponūt pulloſq;
qui caſus ſuorum maiorum deplorent:in littore exponunt.
Nec tamen hac profugum conſiſtere pelea terra
Fata ſinunt:magnetas adit uagus exul:& illic
Sumit ab æmonio purgamina cædis acaſto
Interea fratriſque ſui fratremque ſecutis
Anxia prodigiis turbatus pectora cæyx:
Conſulat ut ſacras hominum oblectamina ſortes
Ad clarium parat illa deum:nam templa prophanus
Inuia cum phlegyis faciebat delphica phorbas.
Conſilii tamen ante ſui fidiſſima certam
Te facit halcyone:cui protinus intima frigus
Oſſa receperunt:buxoque limillimus ora
Pallor abit:lachrymiſque genæ maduere profuſis:
Ter conata loqui:ter flectibus ora rigauit.
Singultuque pias interrumpente querelas:
Quæ mea culpa tuam dixit chariſſima mentem
Vertit?ubi eſt quæ cura mei prior eſſe ſolebat?
Iam potes halcyone ſecurus abeſſe relicta:
Iam uia longa placet?iam ſum tibi carior abſens?
At puto per terras iter eſt:tantumque dolebo:
Non etiam metuam:curæque timore carebunt.
Aequora me terrent:& ponti triſtis imago:
Et laceras nuper tabulas in littore uidi.
Et ſæpe in tumulis ſine corpore nomina legi.
Neue tuum fallax animum fiducia tangat:
Quod ſocer hippotades tibi ſit:qui carcere fortes
Contineat uentos:& cum uelit æquora placet.
Cum ſemel emiſſi tenuerunt æquora uenti:
Nil illis uetitum eſt:incommutataque tellus
Omnis:& omne fretum eſt:cœli quoque nubila nexant:
Excutiuntque feris rutilos concurſibus ignes.

Quo magis hos noui:nam noui & ſæpe paterna
Parua domo uidi magis hos reor eſſe timendos:
Quod tua ſi flecti precibus ſententia nullis
Chare poteſt coniunx:nimiumque es certus eundi:
Me quoque tolle ſimul:certe iactabimur una
Nec niſi quæ patiar metuam:pariterque feremus:
Quicquid erit:pariter ſuper æquora lata feremur.
Talibus æolidis dictis lachrymiſque mouetur
Sidereus coniunx:neque enim minor ignis in ipſo eſt.
Sed neque propoſitos pelagi dimittere curſus:
Nec uult halcyonen in partem adhibere pericli.
Multaque reſpondit timidum ſolatia pectus:
Non tamen iccirco cauſam probat:addidit illis
Hoc quoque lenimen:quo ſolo flexit amantem.
Longa quidem eſt nobis omnis mora:ſed tibi iuro
Per patrios ignes:ſi me modo fata remittant:
Ante reuerſurum q̄ luna bis impleat orbem
His mihi promiſſis ſpes eſt admota recurſus:
Protinus eductam naualibus æquore tingi:
Aptarique ſuis pinum iubet armamentis.
Qua rurſus uiſa ueluti præſaga futuri
Horruit halcyone lachrymaſque emiſit obortas.
Amplexuſque dedit triſtique miſerrima tandem
Ore uale dixit:collapſaque corpore toto eſt.
At iuuenes quærente moras cæyce reducunt
Ordinibus geminis ad fortia pectora remos.
Aequalique ictu ſcindunt freta:ſuſtulit illa
Humentes oculos:ſtantemque in puppe recurua:
Concuſſaque manu dantem ſibi ſigna maritum
Prima uidet:redditque notas:ubi terra receſſit
Longius:atque oculi nequeunt cognoſcere uultus:
Dum licet:inſequitur fugientem lumine pinum.
Hæc quoque ut haud poterat ſpatio ſummota uideri:
Vela tamen ſpectat ſummo fluitantia malo.
Vt nec uela uidet:uacuum petit anxia lectum:
Seque toro ponit:renouat lectuſque locuſque
Halcyones lachrymas:& quæ pars admonet abſit:
Portubus exierant:& mouerat aura rudentes.
Obuertit lateri pendentes nauita remos.
Cornuaque in ſumma locat arbore:totaque malo
Carbaſa deducit:uenientesque accipit auras.
Aut minus:aut certe medium non amplius æquor
Puppe ſecabatur:longeque erat utraque tellus:
Cum mare ſub noctem tumidis albeſcere cœpit
Fluctibus:& præceps ſpirare ualentius eurus.
Ardua iandudum dimittite cornua rector:
Clamat:& antennis totum ſubnectite uelum:
Hic iubet:impediunt aduerſæ iuſſa procellæ.
Nec ſinit audiri uocem fragor æquoris ullam.
Sponte tamen properant alii ſubducere remos:
Pars munire latus:pars uentis uela negare:
Egerit hic fluctus:æquorque refundit in æquor.
Hic rapit antennas quæ dum ſine lege geruntur:
Aſpera creſcit hyems:omniq̄ a parte feroces
Bella gerunt uenti:fretaque indignantia miſcent.
Ipſe pauet:nec ſe quis ſit ſtatus:ipſe fatetur
Scire ratis rector:nec quid iubeat ue:uelit ue:
Tanta mali moles:tantoque potentior arte eſt:
Quippe ſonant clamore uiri:ſtridore rudentes:
Vndarum incurſu grauis unda:tonitribus æther.
Fluctibus erigitur cœlumque æquare uidetur
Pontus:& inductas aſpergine tangere nubes.
Et modo cum fuluas ex imo uertit harenas
Concolor eſt illis:ſtygia modo nigrior unda:
Sternitur interdum:ſpumiſque ſonantibus albet:

Aduersa pios religiososq; homines reddunt.

Ipſa quoque

Ipſa quoque his agitur uicibus trachinia puppis.
Et nunc ſublimis ueluti de uertice montis
Deſpicere in ualles imumque acheronta uidetur
Nunc ubi demiſſam curuum circunſtetit æquor:
Suſpicere inferno ſummum de gurgite cœlum.
Sæpe dat ingentem fluctu latus icta fragorem.
Nec leuius pulſata ſonat:q̃ ferreus olim
Cum laceras:aries baliſta ue concutit arces.
Vtque ſolent ſumptis incurſu uiribus ire
Pectore in arma feri protentaque tela leones:
Sic ubi ſe uentis commiſerat unda coortis:
Ibat in arma ratis:multoque erat altior illis.
Iamque labant cunei:ſpoliataque tegmine cæræ
Rima patet:præbetque uiam læthalibus undis.
Ecce cadunt largi reſolutis nubibus imbres.
Inque fretum credas totum deſcendere cœlum.
Inque plagas cœli tumefactum ſcandere pontum:
Vela madent nimbis:& cum cæleſtibus undis
Aequoreæ miſcentur aquæ:caret ignibus æther.
Cæcaque nox premitur tenebris hyemiſque ſuiſque.
Diſcutiunt tamen has:præbentque micantia lumen
Fulmina:fulmineis ardeſcunt ignibus undæ.
Dat quoque iam ſaltus intra caua texta carinæ
Fluctus:& ut miles numero præſtantior omni
Cum ſæpe aſſiliit defenſæ mœnibus urbis:
Spe potitur tandem:laudiſque accenſus amore
Inter mille uiros murum tamen occupat unus:
Sic ubi pulſarunt celſi latera ardua fluctus:
Vaſtius inſurgens decimæ ruit impetus undæ.
Nec prius abſiſtit feſſam oppugnare carinam:
Quam uelut in captæ deſcendat mœnia nauis:
Pars igitur temptabat adhuc inuadere pinum.
Pars maris intus erat trepidant haud ſegnius omnes
Quam ſolet urbs aliis murum fodientibus extra:
Atque aliis murum trepidare tenentibus intus.
Deficit ars animique cadunt:totidemque uidentur.
Quot ueniunt fluctus ruere atque irrumpere mortes
Non tenet hic lachrymas:ſtupet hic:uocat ille beatos
Funera quos maneant:hic uotis numen adorat:
Brachiaque ad cœlum quod non uidet irrita tollens
Poſcit opem:ſubeunt illi fraterque parenſque:
Huic cum pignoribus domus:& quod cuique relictum eſt:
Halcyone cayca mouet. cæicis in ore
Nulla niſi halcyone eſt:& cum deſyderet unam:
Gaudet abeſſe tamen:patriæ quoque uellet ad oras
Reſpicere:inque domum ſupremos uertere uultus:
Verum ubi ſit neſcit:tanta uertigine pontus
Feruet:& inducta piceis e nubibus umbra
Omne latet cœlum:duplicataque noctis imago eſt.
Frangitur in curſu nimboſi turbinis arbor.
Frangitur & regimen:ſpoliiſque animoſa ſuperſtes
Vnda uelut uictrix:ſinuataque deſpicit umbra:
Nec leuius quam ſi quis athon pindumque reuulſos
Sede ſua totos in apertum euerteret æquor.
Præcipitata cadit:pariterque & pondere & ictu
Mergit in ima ratem:cum qua pars magna uirorum
Gurgite preſſa graui:neque in aera reddita fato
Functa ſuo eſt:alii partes & membra carinæ
Trunca tenent:tenet ipſe manu qua ſcæptra ſolebat
Fragmina nauigii ceyx:ſocerumque patremque
Inuocat heu fruſtra:ſed plurima nantis in ore
Halcyone coniunx:illam meminitque:refertque.
Illius ante oculos ut agant ſua corpora fluctus
Optat:& exanimis manibus tumuletur amicis.
Dum natat abſentem quotiens ſinit hiſcere fluctus:

Nominat halcyonen:ipſiſque imurmurat undis.
Ecce ſuper medios fluctus niger arcus aquarum
Frangitur:& rupta merſum caput obruit unda.
Lucifer obſcurus:nec quem cognoſcere poſſes:
Illa nocte fuit:quoniamque excedere cœlo
Non licuit:denſis texit ſua nubibus ora:
Aeolis interea tantorum ignara malorum
Dinumerat noctes:& iam quas induat ille
Feſtinat ueſtes:iam quas ubi uenerit ille:
Ipſa gerat:reddituſque ſibi promittit inanes.
Omnibus illa quidem ſuperis pia tura ferebat:
Ante tamen conctos iunonis templa colebat:
Proque uiro qui nullus erat:ueniebat ad aras.
Vtque foret ſoſpes coniunx ſuus:utque rediret
Optabat.nullamque ſibi præferret at illi
Hoc de tot uotis poterat contingere ſolum.
At dea non ultra profuncto morte rogari
Suſtinet:utque manus funeſtas arceat aris:
Iri mæe dixit fidiſſima nuncia uocis
Viſe ſoporiferam ſomni uelociter aulam.
Extinctæque iube cæycis imagine mittat
Somnia ad halcyonem ueros narrantia caſus.
Dixerat:induitur uelamina mille colorum
Iris:& arcato cœlum curuamine ſignans
Tecta petit iuſſi ſub nube latentia regis.
Eſt prope chimerios longo ſpelunca receſſu
Mons cauus:ignaui domus & penetralia ſomni.
Quo nunquam radiis oriens medius ue cadens ue
Phœbus adire poteſt:nebulæ caliginæ mixtæ
Exhalantur humo:dubiæque crepuſcula lucis:
Non uigil ales ibi criſtati cantibus oris
Euocat auroram:nec uoce ſilentia rumpunt
Solliciti ue canes:canibus ue ſagacior anſer.
Non fera:non pecudes:non moti flamine rami:
Humanæ ue ſonum reddunt conuitia linguæ.
Muta quies habitat:ſaxo tamen exit ab imo
Riuus aquæ lethes:per quem cum murmure labens
Inuitat ſomnos crepitantibus unda lapillis.
Ante fores antri fœcunda papauera florent
Innumeræque hærbæ:quarum de lacte ſoporem
Nox legit:& ſpargit per opacas humida terras.
Ianua ne uerſo ſtridorem cardine reddat
Nulla domo tota:cuſtos in limine nullus.
In medio torus eſt hebeno ſublimis in antro
Plumeus:unicolor pullo uelamine tectus:
Quo cubat ipſe deus membris langore ſolutis
Hunc circa paſſim uarias imitantia formas
Somnia uana iacent totidem:quot meſſis ariſtas.
Silua gerit frondes:erectat littus harenas.
Quo ſimul intrauit:manibuſque obſtantia uirgo
Somnia dimouit:ueſtis fulgore reluxit
Sacra domus:tardaque deus grauitate iacentes
Vix oculos tollens:iterumque iterumque relabens:
Summaque percutiens nutanti pectora mento:
Excuſſit tandem ſibi ſe:cubitoque leuatus
Quid ueniat:cognouit enim:ſcitatur:at illa:
Somne quies rerum:placidiſſime ſomne deorum:
Pax animi:quem cura fugit:qui corpora duris
Feſta miniſteriis mulces:reparaſque labori:
Somnia quæ ueras æquant imitamine formas:
Herculeam trachine iube ſub imagine regis
Halcyonen adeant:ſimulacraque naufraga fingant.
Imperat hoc iuno:poſtq̃ mandata peregit:
Iris abit:neque enim ulterius tolerare ſoporis
Vim poterat:labique ut ſomnum ſenſit in artus

Effugit:&

Effugit:& remeat per quos modo uenerat artus.
At pater:e populo natorum mille ſuorum
Excitat artificem:ſimulatoremque figuræ
Morphea:non illo iuſſos ſolertius alter
Exprimit inceſſus:uultumque ſonumque loquendi
Adiicit:& ueſtes & conſuetiſſima quæque
Verba:ſed hic ſolos homines imitatur:at alter
Fit fera:fit uolucris:fit longo corpore ſerpens.
Hunc iceon ſuperi:mortale phebetora uulgus
Nominat:eſt etiam diuerſæ tertius artis
Panthaſos:ille in humum ſaxumque undamque trabemq;
Quæque:uacant anima fal laciter omnia tranſit.
Regibus hi ducibuſque ſuos oſtendere uultus
Nocte ſolent:populos alii plæbemque pererrant:
Præterit hos ſenior:cunctiſque e fratribus unum
Morphea qui peragat thaumantidos edita ſomnus
Eligit & rurſus molli langore ſolutus.
Depoſuitque caput:ſtratoque recondidit alto.
Ille uolat nullos ſtrepitus facientibus alis
Per tenebras:intraque moræ breue tempus in urbem
Peruenit æmoniam:poſituſque e corpore pennis
In faciem cæycis abit:ſumptaque figura
Luridus exanimi ſimilis ſine ueſtibus ullis
Coniugis ante torum miſeræ ſtetit:uda uidetur
Barba uiri:madidiſque grauis fluere unda capillis.
Tum.lecto incombens fletu ſuper ora profuſo
Hæc ait:agnoſcis cæyca miſerrima coniuox?
An mea mutata eſt facies nece?reſpice:noſces:
Inueniſque tuo pro coniuge coniugis umbram.
Nil opis halcyone nobis tua uota tulerunt.
Occidimus:falſo tibi me promittere noli.
Nubilus ægeo deprendit in æquore nauem
Auſter:& ingenti iactatam flamine ſoluit.
Oraque noſtra tuum fruſtra clamentia nomen
Implerunt fructus:non hæc tibi nunciat auctor
Ambiguus:non iſta uagis rumoribus audis.
Ipſe ego facta tibi præſens mea naufragus ædo.
Surge age:da lachrymas:lugubriaque indue:nec me
Indeploratum ſub inania tartara mitte.
Adiicit his uocem morpheus:quam coniugis illa
Crederet eſſe ſui:fletus quoque fundere ueros
Viſus erat:geſtumque manus cæycis habebat.
Ingemit halcyone:lachrymas mouet:atque lacertos
Per ſomnum corpuſque petens amplectitur auras.
Exclamatque mane:quo te rapis?ibimus una.
Voce ſua ſpecieque uiri turbata ſoporem
Excutit.& primo ſi ſit circunſpicit illic.
Qui modo uiſus eratinam moti uoce miniſtri
Intulerant lumen:poſtq̃ non inuenit uſquam:
Percutit ora manu:laniatque a pectore ueſtes:i
Pectoraque ipſa ferit:nec crines ſoluere curans:
Scindit:& altrici quæ luctus cauſa roganti:
Nulla eſt halcyone nulla eſt ait:occidit una
Cum cæyce ſuo:ſolantia tollite uerba.
Naufragus interiit:uidi agnouique manuſque:
Et deſcedentem cupiens retinere tenenti
Vmbra fuit:ſed & umbra tamen manifeſta:uirique
Vera mei non ille quidem ſi qnæris habebat
Aſſuetos uultus:nec quo prius ore nitebat.
Pallentem nudumque & adhuc humente capillo
Infœlix uidi:ſtetit hoc miſerabilis ipſo
Ecce loco:& quærit ueſtigia ſi qua ſuperſint.
Hoc erat hoc animo quod diuinante timebam.
Et ne me fugiens uentos ſequerere rogabam
At certe uellem:quoniam peritura abibas:

Me quoque duxiſſes:fuit ah fuit utile tecum
Ire mihi:neque enim de uitæ tempore quicquam
Non ſimul egiſſem:nec mors diſcreta fuiſſet.
Nunc abſens perii.iactor quoque fluctibus abſens.
Et ſine me te pontus habet:crudelior ipſo
Sit mihi mens pelago:ſi uitam ducere nitar
Longius:& tanto pugnem ſupereſſe dolori.
Sed neque pugnabo:nec te miſerande relinquam.
Et tibi nunc ſaltem ueniam comes:inque ſepulchro
Si non urna tamen iunget nos littera:ſi non
Oſſibus oſſa meis;at nomen nomine tangam.
Plura dolor prohibet:uerboque interuenit omni
Plangor:& attonito gemitus a corde trahuntur.
Mane erat:egreditur tectis ad littus:& illum
Mœſta locum repetit de quo ſpectarat euntem.
Dumque moratur ibi:dumq; hic retinacula ſoluit:
Hoc mihi diſcedens dedit oſcula littore dixit:
Dumque notata oculis reminiſcitur acta:fretumque
Proſpicit:in liquida ſpatio diſtante tuetur:
Neſcio quid quaſi corpus aqua:primoque quid illud
Eſſet:erat dubium:poſtquam paulum appulit unda
Et q̃uis aberat:corpus tamen eſſe liquebat:
Quis foret ignorans:quia naufragus:omine mota eſt.
Et tanq̃ ignoto lachrymam daret:heu miſer inquit
Quiſquis es:& ſi qua eſt coniunx tibi:fluctibus actum
Fit propius corpus:quod quo magis illa tuetur:
Hoc minus & minus eſt mentis:iam iamque propinquæ
Admotum terræ:iam quod cognoſcere poſſet
Cernit;erat coniunx:ille eſt exclamat:& una
Ora:comas:ueſtem lacerat:tendenſque trementes
Ad cæyca manus:ſic o chariſſime coniunx
Sic ad me miſerande redis;ait adiacet undis
Facta manu moles:quæ primas æquoris undas
Frangit:& incurſus quæ præde laſſat aquarum.
Inſilit huc:mirumque fuit potuiſſe:uolabat.
Percutienſque leuem modo natis acra pennis
Stringebat ſummas ales miſerabilis undas.
Dumque uolat mœſto ſimilem plenumque querelæ
Ora dedere ſonum:tenui crepitantia roſtro.
Vt uero tetigit mutum & ſine ſanguine corpus:
Dilectos artus amplexa recentibus alis
Frigida nequicq̃ duro dedit oſcula roſtro.
Senſerit hoc cæyx;an uultum motibus undæ
Tollere ſit uiſus populus dubitabat:at ille
Senſerat:& tandem ſuperis miſerantibus ambo
Alite mutantur:fatis obnoxius iiſdem
Tunc quoque manſit amor:nec coniugale ſolutum eſt
Fœdus in alitibus:coeunt:fiuntque parentes.
Perque dies placidos hyberno tempore ſeptem
Incubat halcyone pendentibus æquore nidis.
Tum uia tuta maris:uentos cuſtodit:& arcet
Aeolus egreſſu:præſtatque nepotibus æquor. Fa. xi.
Eſacus natus priãi &alixiores crebẽ ãnis filiæ ſub mõte ida fur
tim editus urbanũ apparatũ cõſultũq; cũ ſiluis & labori poſt
poſuiſſet:ĩcidit ĩ cõſpectũ Epies nymphæ:cuiꝰ captus pulchri
tudie dũ fugiẽtẽ pſequit:cã iterẽptus eius extitit:Cõfuſa.n.ti
more pignorãtiã ſerpentẽ calce pſſit:cuius morſu ſtricta cõci
dit.Eius deſyderio Eſacus ne diutius doloꝛẽ ſenturet e mõte in
ſubiectũ pelagus ſe pcipitauit q priuſq̃ mergeret;ĩ auẽ ceſſit.
Hæc æquora amat:nomenq; mergi tenet; q amne mergit illo.
Hos aliquis ſenior circum freta late uolantes
Spectat:& ad finem ſeruatos laudat amores.
Proximus aut idem:ſi fors tulit:hic quoque dixit
Quem mare carpentem ſubſtrictaque crura gerentem
Aſpicis:oſtendens ſpacioſum in guttura mergum:

Regia ꝓgenies:

Regia progenies:& ſi deſcendere ad ipſum
Ordine perpetuo quæris:ſunt huius origo
Ilus & aſſaracus:raptuſque ioui ganymedes.
Laomedon ue ſenex:priamuſque nouiſſima troiæ
Tempora ſortitus frater fuit hectoris iſte.
Qui niſi ſenſiſſet prima noua fata iuuenta:
Forſitan inferius non hectore nomen haberet:
Quamuis eſt illum proles enixa dimantis:
Eſacon umbroſa furtim peperiſſe ſub ida
Fertur alixiroe gracili conata bicorni.
Oderat hic urbes nitidaque remotus ab aula
Secretos montes & iambitioſa colebat
Rura:nec iliacos cœtus niſi rarus adibat.
Non agreſte tamen:nec inexpugnabile amori
Pectus habens:ſiluas captatam ſæpe per omnes
Aſpicit eperien patria crebenida ripa
Iniectos humeris ſiccantem ſole capillos.
Viſa fugit nymphe ueluti perterrita fuluum
Cerua lupum:longeque lacu deprenſa relicto
Accipitrem fluuialis anas:quam troius heros
Inſequitur:celeremque metu celer urger amore:
Ecce latens herba coluber fugientis adunco
Dente pedem ſtrinxit:uiruſque in corpore liquit
Cum uita ſuppreſſa fuga eſt:amplectitur amens
Exanimem:clamatque:piget:piget eſſe ſecutum.
Sed non hoc timui:nec erat mihi uincere tanti:
Perdidimus miſeram nos te duo:uulnus ab angue:
Alme cauſa data eſt:ego ſum ſceleratior illo
Qui tibi morte mea mortis ſolatia mittam
Dixit:& e ſcopulo quem rauca ſubederat unda
Decidit in pontum:thetys miſerata cadentem
Molliter excepit:nantemque per æquora pennis
Texit:& optatæ non eſt data copia mortis.
Indignatur amans inuitum uiuere cogi:
Obſtarique animæ miſera de ſede uolenti
Exire utque nouas humeris aſſumpſerat alas
Subuolat:atque iterum corpus ſuper æquora mittit.
Pluma leuat caſus:furit eſacus:inque profundum
Pronus abit:lethique uiam ſine fine retemptat.
Fecit amor maciem:longa inter nodia crurum:
Longa manet ceruix:caput eſt a corpore longe.
Aequor amat:nomenque manet quia mergitur illo.

i. Serpens in lapidem.
ii. Iphigenia in ceruam.
iii. Cygnus in auem.
iiii. Cænis in uolucrem.
v. Peridemenus in plura.
vi. Apollo in Alexandrum. Fa. .i.

Agamẽnon Atrei & Europes filius dux Achiuoꝝ cũ in Aulide Ioui ſacra miniſtraret:conſpexit draconẽ in arbore:quæ ipen debat aræ lapſum ad nidũ uolucris:cuius.viii pullis cõſũptus ab eodẽ ſerpẽte nouiſſime cirũuolãte mẽ aqla cõuerſus in ſaxũ ẽ. Quoꝝ pdigio Calchas Teſtoris filius augur mãdit p nouẽ annos in Troadẽ dimicaturos:decimo autẽ ilio eos potiturros. Ferẽt portus Boetiæ hic eẽ ubi mille naues aduerſis tẽpeſtatibus ſtetiſſent:Morãtibus.n.achiuis mãdetur a Calchãte nõ añ claſſes poſſe moueri:quã ifphigeniã pr̃ imolaſſet. Quæ cũ pro re communi ad aram eſſet applicata:inter ſacrificium obductis nubibus a Diana rapta eſt:& pro ea ſuppoſita cerua.

P.O.NA. METAMORPHOSEOS LI. DVODECIMVS.

NEſcius aſſumptis priamus pater eſacon alis
Viuere:lugebat:tumulo quoque nomen habenti
Inferias dederat:cum fratribus hector inanes.
Defuit officio paridis præſentia triſti.
Poſtmodo qui rapta lõgum cum cõiuge bellum

Attulit in patriam:coniuratæque ſequuntur
Mille rates:gentiſque ſimul commune pelaſgæ.
Nec dilata foret uindicta:niſi æquora ſæui
Inuia feciſſent uenti:boetaque tellus
Aulide piſcoſa puppes tenuiſſet ituras.
Hic patrio de more ioui cum ſacra paraſſent:
Vt uetus accenſis incanduit ignibus ara:
Serpere cæruleum danai uidere draconem
In platanum:cœptis quæ ſtabat proxima ſacris.
Nidus erat uolucrum bis quattuor arbore ſumma:
Quas ſimul & matrem circum ſua damna uolantem
Corripuit ſerpens:auidaque recondidit auuo.
Obſtupuere omnes:at ueri prouidus augur
Teſtorides uincemus ait:gaudete pelaſgi.
Troia cadet:ſed erit noſtri mora longa laboris:
Atque nouem uolucres in belli digerit annos.
Ille ut erat uirides amplexus in arbore ramos:
Fit lapis:& ſeruat ſerpentis imagine ſaxum Fa. .ii.
Iphigenia ſupradicta Agamemnonis filiam in ceruam &a
Diana eſt in tauricos fines tranſlata.
Permanet aonis nereus uiolentus in undis.
Bellaque non tranſfert:& ſunt qui parcere troiæ
Neptūnum credant:quia mœnia fecerat urbis.
At non teſtorides neque enim neſcit ue tacet ue
Sanguine uirgineo placandam uirginis iram
Eſſe deæ:poſtquam pietatem publica cauſa:
Rexque patrem uicit:caſtumque datura cruorem
Flentibus ante aram ſtetit Iphigenia miniſtris:
Victa dea eſt:nubemque oculis obiecit:& inter
Officiū turbamque ſacri uocemque precantum
Suppoſita fertur mutaſſe mycænida cerua Fa. .iii.
Cū fama p orbē graioꝝ aduētu ad expugnādū Iliū eſſet & in
Troade claſſes apparuiſſent: Primus in cōgreſſu bellātiū Pro
teſilaus hiphicli filius ab Hectore ē iterēptus. Dehic nouiſſi
me Cygnū Neptunni filiū:qui nullo telo interimi poterat:ab
achille:cū diu ī certamine uictoriæ cōtentio eſſet:& fruſtra in
eū tela eminus iaceret: Menoeto Lycio prius interēpto ſtricto
enſe pſequens p̄cipitatū ſupra ſaxū eliſo gutture preſſit. Qui
priuſq̄ ſpoliaret armis ab eo: Neptunnus eius parens in uolu
crem eiuſdē nominis cōtulit:ne nominis aboleret ppetuitas.
Ergo ubi qua decuit lenita eſt cæde diana:
Et pariter phœbes:pariter maris ira receſſit:
Accipiunt uentos a tergo mille carinæ
Multaque perpeſſe phrygia potiuntur harena:
Orbe locus medio eſt inter terraſque fretumque
Cæleſteſque plagas triplicis confinia mundi.
Vnde quod eſt uſq̄ q̄uis regionibus abſit
Inſpicitur:penetratque cauas uox omnis ad aures:
Fama tenet:ſummaque domum ſibi legit in arce.
Innumeroſque aditus ac mille foramina tectis
Addidit:& nullis incluſit lumina portis.
Nocte dieque patet:tota eſt ex ære ſonanti:
Tota fremit:uoceſq̄e refert:iteratque quod audit.
Nulla quies intus:nullaque ſilentia parte.
Nec tamen eſt clamor:ſed paruæ murmura uocis:
Qualia de pelagi ſi quis procul audiat undis
Eſſe ſolent:qualem ue ſonum cum iuppiter atras
Increpuit nubes extrema tonitura reddunt.
Atria turba tenet:ueniunt leue uulgus euntque:
Mixtaque cum ueris paſſim commenta uagantur:
Milia rumorum confuſaque uerba uolutant.
E quibus hi uacuas implent ſermonibus aures:
Hi narrata ferunt alio:menſuraque ficti
Creſcit:& auditis aliquid nouus adiicit auctor:
Illic credulitas:illic temerarius error:

Vanaque lætitia

Vanaque lætitia eſt:conſternatique timores:
Seditioque recens dubioque auctore ſuſurri.
Ipſa quid in cœlo rerum pelagoque geratur:
Et tellure uidet:totumque inquirit in orbem
Fecerat hæc notum graias cum milite forti
Aduentare rates:neque inexpectatus in armis
Hoſtis adeſt:prohibentque aditus:littuſque tuentur
Troes:& hectorea primus fataliter haſta
Proteſilæ cadis:commiſſaque prælia magno
Stant danais:forteſque animæ:nec cognitus hector:
Nec phryges exiguo quid achaica dextra poſſit
Sanguine ſenſerunt:& iam ſignata rubebant
Littora:iam letho proles neptunnia cygnus
Mille uiros dederat:iam currus ſtabat achillis.
Totaque peliacæ ſternebat cuſpidis ictu
Agmina:perq; acies aut cygnum aut hectora quærens
Congreditur cygno decimum delatus in annum
Hector erat:tum colla iugo canentia preſſos
Ex hortatus equos:currum direxit in hoſtem.
Concutienſque ſuis uibrantia tela lacertis
Quiſquis es o iuuenis dixit ſolamen habeto
Mortis:ab æmonio quod ſis iugulatus achille
Hactenus eacides:uocem grauis haſta ſecuta eſt.
Sed quanquam certa nullus fuit error in haſta:
Nil tamen emiſſi profecit acumine ferri.
Vtque hebeti pectus tm̃odo contudit ictu:
Nate dea:nam te fama prænouimus inquit
Ille:quid a nobis uulnus miraris abeſſe?
Mirabatur enim:non hæc quam cernis equinis
Fulua iubis caſſis:nec onus caua parma ſiniſtræ
Auxilio mihi ſunt:decor eſt quæſitus ab iſtis.
Mars quoque ob hoc capere arma ſolet:remouebitur omne
Tegminis officium:tamen indiſtructus abibo.
Eſt aliquid non eſſe ſatum nereide:ſed qui
Nereaque & natas & totum temperat æquor.
Dixit:& æſurum clipei curuamine telum
Miſit in eaciden:quod & æs & proxima rumpit.
Terga nouena boum:decimo tamen orbe moratum eſt.
Excipit hæc heros:rurſuſque trementia forti
Tela manu torſit rurſus ſine uulnere corpus.
Symcerumque fuit:nec tertia cuſpis apertum
Et ſe præbentem ualuit diſtringere cygnum.
Haud ſecus exarſit quam circo taurus aperto
Cum ſua terribili petit iritamina cornu
Phœniceas ueſtes:eluſaque uulnera ſentit:
Num tamen exciderit ferrum conſiderat haſtæ.
Hærebat ligno:manus eſt mea debilis ergo:
Quaſque ait ante habuit uires effudit in uno.
Nam certe ualuit:uel cum lyrneſia primum:
Mœnia deieci:uel cum tenedonque:ſuoque
Solus echionias impleui ſanguine thebas.
Vel cum purpureus populari cæde caicus
Fluxit:opuſque meæ bis ſenſit telephus haſtæ
Hic quoque tot cæſis:quorum per littus acceruos
Et feci:& uideo:ualuit mea dextra:ualetque.
Dixit:& ante actis ueluti male crederet:haſtam
Miſit in aduerſum lycia de plæbe menœten.
Loricamque ſimul:ſubiectaque pectora rupit.
Quo plangente grauem moribundo pectore terram.
Extrahit illud idem calido de uulnere telum.
Atque ait:hæc manus:eſt hæc qua modo uicimus haſta
Vtar in hoc idem:ſit in hoc precor exitus idem.
Sic fatur cygnumque petit:nec fraxinus errat:
Inque humero,ſonuit non euitata ſiniſtro.
Inde uelut muro ſolidaque a caute repulſa eſt.

Qua tamen ictus erat signatum sanguine cignum
Viderat:& frustra fuerat gauisus achilles.
Vulnus erat nullum:sanguis fuit ille mencetæ.
Tum uero preceps curru fremebundus ab alto
Desilit & nitido securum comminus hostem
Ense petens parmam gladio galeamque cauari
Cernit:& in duro lædi quoque corpore ferrum
Haud tulit ulterius:gladioque aduersa reducto
Ter quater ora uiri capulo caua tempora pulsat.
Cedentemque sequens instat:turbatque:ruitque.
Attonitoque negat requiem:pauor occupat illum:
Ante oculosque natant tenebræ:retroque ferenti
Auersos passus medio lapis obstitit aruo.
Quem super impulsum resupino corpore cygnum
Vi multa uertit:terræque affixit achilles.
Tum clypeo genibusque premens precordia duris
Vincla trahit galeæ:quæ presso subdita mento
Elidunt fauces:& respiramen iterque
Eripiunt animæ:uictum spoliare parabat:
Arma relicta uidet:corpus deus æquoris albã
Cõtulit in uolucrẽ:cuius modo nomẽ hẽbat. Fa. .iiii.
Superato autẽ Cygno inter epulas achilles cæteriq; achiui admirantẽ corporis duriciã:qđ totiẽs hasta a corpore eius eẽt repulsa.Quæ admiratio a Nestore sene doctissimo speciosiore exẽplo infirmatẽ.Rettulit.n.sua ætate Cænin Phlati filiã fuisse:quæ,ppter pulchritudinẽ a Neptunno cõpressa sit. Data uenia ob iniuriã ut in uirũ mutata nullo telo iterfici possit.Hinc cũ pirithous ixionis filiusneptunni interesset ducta hippodamia. Et Eurytus iter cẽtauros uino citatus in nuptã nouã ipetũ feciſſet:cæteri,psiluere lapithe atq; cẽtauri in nuptias frequentãtes:lõq; cũ maxia cædes eẽt exorta: plurimiq; ex utraq; parte ob raptũ matronaꝝ cõcidissent:& qđ inuiolabilis ipsa resta ret ab uniuersis:q ex cædẽ reliq fuerunt nouissime impetu facto congestisq; in eũ arboꝝ truncis spiritũ reddere coactus est
Tamen non immemor deus Neptunnus a quo speciosum munus acceperat;supradictũ in uolucrẽ nois sui transfigurauit.
Hic labor:hæc requiem multorum pugna dierum
Attulit:& positis pars utraque substitit armis:
Dumque uigil phrygios seruat custodia muros:
Et uigil argolicas seruat custodia fossas:
Festa dies aderat:qua cygni uictor achilles
Pallada mactatæ placabat sanguine uaccæ.
Cuius ut imposuit prosecta calentibus aris:
Et diis acceptus penetrauit in æthera nidor:
Sacra tulere suam:pars & data cætera mensis:
Discubuere toris proceres:& corpora tosta
Carne replent:uinoque leuant curasque sitimque:
Non illos citharæ:non illos carmina uocum:
Longaque multifori delectat tibia buxi:
Sed noctem sermone trahunt:uirtusque loquendi
Materia est:pugnam referunt hostisque suamque.
Inque uices adita atque exhausta pericula sæpe
Commemorare iuuat:quid enim loquerẽtur achilles?
Aut quid apud magnum potius loqueretur achillem
Proxima præcipue domito uictoria cygno
In sermone fuit:uisum mirabile cunctis:
Quod iuuenis corpus nullo penetrabile telo:
Inuictumque a uulnere erat:ferruinque terebat.
Hoc ipse æacides:hoc mirabantur achiui:
Cum sic nestor ait:uestro fuit unicus æuo
Contemptor ferri:nulloque forabilis ictu
Cygnus:at ipse olim patientem uulnera mille
Corpore non læso perrhebum cænea uidi
Cænea perrhebum:qui factis inclytus othrim
Incoluit:quoque id mirum magis esset in illo

Fœmina natus

Fœmina natus erat:monſtri nouitate mouentur
Quiſquis adeſt:narretque rogant:quos inter achilles
Dic age:nam cunctis eadem eſt audire uoluntas:
O facunde ſenex:æui prudentia noſtri:
Quis fuerit cæneus:cur in contraria uerſus:
Qua tibi militia:cuius certamine pugnæ
Cognitus:a quo ſit uictus:ſi uictus ab ullo eſt.
Tum ſenior:quanuis obſtet mihi tarda uetuſtas.
Multaque me fugiant primis ſpectata ſub annis:
Plura tamen memini:nec quæ magis hæreat ulla
Pectore res noſtro eſt inter bellique domuſque
Acta tot:at ſi quem potuit ſpatioſa ſenectus
Spectatorem operum multorum reddere:uixi
Annos bis centum:nunc tertia uiuitur ætas:
Clara decore fuit proles elatheia cænis
Theſſalidum uirgo pulcherrima:perque propinquas
Perque tuas urbes:tibi enim popularis achille
Multorum fruſtra uotis optata procorum
Temptaſſet peleus thalamos quoque forſitan illos:
Sed iam aut contigerant illi connubia matris.
Aut fuerant promiſſa tuæ:nec cænis in ullos
Denupſit thalamos:ſecretaque littora carpens
Aequorei uim paſſa dei eſt:ita fama ferebat.
Vtque nouæ ueneris neptûnus gaudia cœpit:
Sint tua uota licet dixit ſecura repulſæ:
Elige quid uoueas:eadem quoque fama ferebat:
Magnum cænis ait:facit hæc iniuria uotum:
Tale pati iam poſſe nihil:da fœmina ne ſim:
Omnia præſtiteris grauiore nouiſſima dixit:
Verba ſono:poteratque uiri uox illa uideri.
Sicut erat:nam iam uoto deus æquoris alti
Annuerat:dederatque ſuper:ne ſaucius ullis
Vulneribus fieri:ferro ne occumbere poſſet.
Munere lætus abit:ſtudiiſque uirilibus æuum
Exigit atracides:peneiaque arua pererrat.
Duxerat hippodamen audaci ixione natus.
Nubigenaſque feros poſitis ex ordine menſis
Arboribus tecto diſcumbere iuſſerat antro
Aemonii proceres aderant:aderamus & ipſi:
Feſtaque confuſa reſonabat regia turba.
Ecce canunt hymenæon:& ignibus atria fumant.
Cinctaque adeſt uirgo matrumque nurumque caterua
Præſignis facie:fœlicem diximus illa
Coniuge pirithoum:quod pene fefellimus omen:
Nam tibi ſæuorum ſæuiſſime centaurorum
Eurite quam uino pectus tam uirgine uiſa
Ardet:& ebrietas geminata libidine regnat.
Protinus euerſæ turbant conuiuia menſæ:
Raptaturque comis per uim noua nupta prehenſis
Eurytus hippodamen:alii quam quiſque probabat
Aut poterant rapiunt:captæque erat urbis imago:
Fœmineo clamore ſonat domus:ocyus omnes
Surgimus:& primus quæ te uecordia theſeus
Eurite pulſat ait:qui me uiuente laceſſas
Pirithoum:uiolaſque duos in ignarus in uno.
Neue ea magnanimus fruſtra memorauerit heros:
Summouet inſtantes:raptamque furentibus aufert.
Ille mihi contra:neque enim defendere uerbis
Talia facta poteſt:ſed uindicis ora proteruis
Inſequitur manibus:generoſaque pectora pulſat.
Forte fuit iuxta ſignis extantibus aſper
Antiquus crater:quem uaſtum uaſtior ipſe
Suſtulit ægides:aduerſaque miſit in ora.
Sanguinis ille globos pariter cerebrumque merumque
Vulnere & ore uomens madida reſupinus harena

Calcitrat:ardeſcunt germani cæde bimembres.
Certatimque omnes uno ore arma:arma loquuntur.
Vina dabant animos:& prima pocula pugna
Miſſa uolant:fragileſque cadi curuique lebetes.
Res epulis quondam nunc bello & cædibus aptæ.
Primus ophionides amycus penetralia donis.
Haud timuit ſpoliare ſuis:& primus ab æde
Lampadibus denſum rapuit funale coruſcis.
Elatumque alte ueluti qui candida tauri
Rumpere ſacrifica molitur colla ſecuri
Illiſit fronti laphitæ celadontis:& oſſa
Non cognoſcendo confuſa reliquit in ore.
Exiliere oculi:diſiectiſque oſſibus oris
Acta retro naris:medioque eſt fixa palato.
Hunc pede conuulſo menſæ peleus acernæ
Strauit humi belathes deiecto in pectora mento:
Cumque atro mixtos ſpumantem ſanguine dentes
Vulnere tartareas geminato miſit ad umbras.
Proximus ut ſteterat:ſpectans altaria uultu
Fumida terribili:cur non ait utimur iſtis?
Cumque ſuis crineus immanem ſuſtulit aram
Ignibus:& medium lapytharum iecit in agmen.
Oppreſſitque duos brotean:& orion:orio
Mater erat mycale:quam deduxiſſe canendo
Sæpe reluctatæ conſtabat cornua lunæ:
Non impune feres teli modo copia detur
Dixerat exadius:telique habet inſtar in alta
Quæ fuerant pinu uotiui cornua cerui.
Figitur hinc duplici grineus lumina ramo.
Eruiturque oculos:quorum pars cornibus hæret.
Pars fluit in barbam:concretaque ſanguine pendet:
Ecce rapit mediis flagrantem rhœtus ab aris
Primicium torrem:dextraque a parte charaxi
Tempora perfregit fuluo protecta capillo.
Correpti rapida ueluti ſeges arida flamma:
Arſerunt crines:& uulnere ſanguis inuſtus
Terribilem ſtridore ſonum dedit:ut dare ferrum
Igne rubens plerumque ſolet:quod forcipe curua
Cum faber eduxit:lacubus demittit:at illud
Stridet & intrepida ſubmerſum ſibilat unda:
Saucius hirſutis auidum de crinibus ignem
Excutit:inque humeros limen tellure reuulſum
Tollit:onus plauſtri:quod ne permittat in hoſtem:
Ipſa facit grauitas:ſocium quoque ſaxea moles
Oppreſſit ſpacio ſtantem propiore cometen:
Gaudia nec retinet rhœtus:ſic comprecor inquit
Cætera ſit fortis caſtrorum turba tuorum.
Semicremoque nouat repetitum ſtipite uulnus:
Terque quaterque graui iuncturas uerticis ictu
Rupit:& in liquido ſederunt oſſa cerebro.
Victor ad euagrum corithumque dryantaque tranſit.
E quibus ut prima tectus lanugine malas
Procubuit corithus:puero quæ gloria fuſo
Parta tibi eſt euagrus ait?nec dicere rhœtus
Plura ſinit:rutilaſque ferox inaperta loquentis
Condidit ora uiri:perque os in pectora flammas.
Te quoque ſæua drya circum caput igne rotato
Inſequitur.ſed non in te quoque conſtitit idem
Exitus aſſiduæ ſucceſſu cædis ouantem.
Qua iuncta eſt humero ceruix ſude figis obuſta.
Ingemuit:duroque ſudem uix oſſe reuellit
Rhœtus:& ipſe ſuo madefactus ſanguine fugit
Fugit & ornæus:lycidaſque:& ſaucius armo
Dexteriore medon:& cum piſenore thaumas.
Quique pedum nuper certamine uicerat omnes
Mermeros:

Mermeros:accepto tum uulnere tardius ibat.
Et pholus:& menelaus:& abas prædator aprorum:
Quique ſuis fruſtra bellum diſſuaſerat augur:
Aſtylos ille etiam mẽtuenti uulnera neſſo
Ne fuge:ad herculeos inquit ſeruaberis arcus.
At non eurymanus lycidaſque & areus & imbreus
Effugere necem:quos omnes dextra dryantis
Perculit aduerſos:aduerſum tu quoque quanuis
Terga fugæ dederas uulnus cænæe tuliſti:
Nam graue reſpiciens inter duo lumina ferrum:
Qua naris fronti committitur accipis imæ.
In tanto fremitu cunctis ſine fine iacebat
Sopitus uenis:& inexperrectus aphidas.
Languentique manu carcheſia mixta tenebat.
Fuſus in oſſeæ uilloſis pellibus urſæ:
Quem:procul ut uidit fruſtra nulla arma mouentem.
Inſerit a mento digitos:miſcendaque dixit
Cum ſtyge uina bibes phorbas:nec plura locutus
In iuuenem torſit iaculum:ferrataque collo
Fraxinus ut caſu iacuit reſupinus:adacta eſt.
Mors caruit ſenſu:plenoque e gutture fluxit:
Inque toros inque ipſa niger carcheſia ſanguis.
Vidi ego petræum conantem euellere terra
Glandiferam quercum:quam dum complexibus ambit:
Et quatit huc illuc:labefactaque corpora pulſat:
Lancea pirithoi coſtis immiſſa petræi
Pectora cum duro luctantia robore fixit.
Pirithoi cecidiſſe licum uirtute ferebant.
Pirithoi uirtute chromin:ſed uterque minorem
Victori titulum quam dictis helopſque dederunt.
Fixus helops iaculo:quod peruia tempora fecit:
Et miſſum a dextra leuam penetrauit ad aurem.
Dictis ab ancipiti delapſus acumine montis
Dum fugit inſtantem trepidans ixione natum
Decidit in præceps:& pondere corporis omum
Ingentem fregit:ſuaque induit ilia fractæ.
Vltor adeſt phareus:ſaxumque e monte reuulſum
Mittere conatur:mittentem ſtipite querno
Occupat ægides:cubitique ingentia fregit
Oſſa:nec ulterius dare corpus inutile lœto
Aut uacat aut curat:tergoque bianoris alti
Inſilit haud ſolito quenquam portare niſi ipſum.
Oppoſuitque genu coſtis prenſamque ſiniſtra
Cæſariem retinens uultum minitantiaque ora
Robore nidoſo præduraque tempora fregit.
Robore nodimnum iaculatoremque lycepen
Sternit:& immiſſa protectum pectora barba
Hippaſon & ſummis extantem riphea ſiluis.
Thereaque æmoniis qui prenſos montibus urſos
Ferre domum uiuos indignanteſque ſolebat.
Haud tulit utentem pugnæ ſucceſſibus ultra
Theſea demoleon:ſolidoque reuellere dumo
Annoſam pinum magno mollimine tentat.
Quod quia non potuit:præfractam miſit in hoſtem.
Sed procul a telo theſeus ueniente receſſit
Pallados admonitu:credi ſic ipſe uolebat:
Non tamen arbor iners cecidit:nam grantoris alti
Abſcidit iugulo pectuſque humerumque ſiniſtrum.
Armiger ille tui fuerat genitoris achille.
Quem dolopum rector bello ſuperatus amynthor
Aeacide dederat pacis pignuſque fidemque.
Hunc procul ut fœdo diſiectum uulnere peleus
Vidit:at inferias iuuenum gratiſſime grantor
Accipe ait:ualidoque in demoleonta lacerto
Fraxineam miſit mentis quoque uiribus haſtam.

Quæ laterum cratem perrupit:& ossibus hærens
Intremuit:trahit ille manu sine cuspide lignum
Id quoque uix sequitur:cuspis pulmone retenta est.
Ipse dolor uires animo dabat:æger in hostem
Erigitur:pedibusque uirum proculcat equinis.
Excipit ille ictus galca clypeoque sonantes.
Defensatque humeros:prætentaque sustinet arma.
Perque armos uno duo pectora perforat ictu.
Ante tamen letho dederat phelegreon & hylen
Eminus iphinoum collato marte daninque.
Aditur his dorylas:qui tempora tecta gerebat
Pelle lupi:sæuique uicem præstantia teli
Cornua dura boum multo rubefacta cruore:
Huic ego:nam uires animus dabat:aspice dixi
Quantum concedant nostro tua cornua ferro.
Et iaculum torsi:quod cum uitare nequiret:
Opposuit dextram passuræ uulnera fronti.
Affixa est cum fronte manus.fit clamor at illum
Hærentem peleus & acerbo uulnere uictum:
Stabat enim propior:mediam ferit ense sub aluum.
Prosiliit:terraque ferox sua uiscera traxit:
Tractaque calcauit:calcataque rupit:& illis
Crura quoque impediit:& inani concidit aluo.
Nec te pugnantem tua cillare forma redemit:
Si modo naturæ formam concedimus illi.
Barba erat incipiens:barbæ color aureus:aureaque
Ex humeris medios coma dependebat in armos:
Gratus in ore uigor:ceruix humerique manusque
Pectoraque artificum laudatis proxima signis:
Ex qua parte uir est:neque equi mendosa sub illo
Deteriorque uiro facies:da colla caputque
Castore dignus erit:sic tergum sessile:sic sunt
Pectora celsa toris:totus pice nigrior atra:
Candida cauda tamen:color est quoque cruribus albus
Multæ illum petiere sua de gente:sed una
Abstulit hylonome qua nulla decentior inter
Semiferas altis habitauit fœmina siluis.
Hæc & blanditiis & amando:& amare fatendo
Cillaron una tenet:cultus quoque quantus in illis
Esse potest membris:ut si coma pectine leuis.
Vt modo rore maris:modo se uiolaue rosaue
Implicet:interdum canentia lilia gestet.
Bisque die lapsis pagasææ uertice siluæ
Fontibus ora lauet:bis flumine corpora tingat:
Nec nisi quæ deceant:electarumque ferarum
Aut humero aut lateri prætendat uellera leuo:
Par amor est:illis errant in montibus una:
Antra simul subeunt:& tum lapitheia tecta
Intrarant pariter:pariter fera bella gerebant.
Auctor in incerto est:iaculum de parte sinistra
Venit:& inferius qua collo pectora sub sunt
Cillare te fixit:paruo cor uulnere læsum
Corpore cum toto post tela educta refrixit.
Protinus hylonome morientes excipit artus.
Impositaque manu uulnus fouet:oraque ad ora
Admouet:atque animæ fugienti obsistere tentat.
Vt uidet extinctum:dictis quæ clamor ad aures
Arcuit ire meas:telo quod inhæserat illi
Incubuit:morienque suum complexa maritum est.
Ante oculos stat & ille meos:qui sæua leonum
Vixerat interse connexis uellera nodis
Pheocomes:hominemque simul protectus equumque:
Codice qui misso:quem uix iuga bina mouerent
Iuncta phonolemden a summo uertice fregit.
Fracta uolubilitas capitis latissima:perque os

Perque nauas

Perque cauas nares oculos aureſque cerebrum
Molle fluit:ueluti concretum uimine querno
Lac ſolet:ut ue liquor rari ſub pondere cribri
Manat:& exprimitur per denſa foramina ſpiſſus:
Aſt ego:dum parat hic armis nudare iacentem
Scit tuus hoc genitor:gladium ſpoliantis in ima
Ilia demiſi:thonius quoque theleboaſque
Enſe iacent noſtro:ramum prior ille bifurcum
Geſſerat:hic iaculum:iaculo mihi uulnera fecit:
Signa uides:apparet adhuc uetus inde cicatrix.
Tunc ego debueram capienda ad pergama mitti
Tunc poteram magni:ſi non ſuperare morari
Hectoris arma meis:illo ſed tempore nullus:
Aut puer hector erat:nunc me mea deficit ætas
Qu d tibi uictorem gemini periphanta pyreti
Amphica quid referam?qui quadrupedantis oecli
Fixit in aduerſo cornu ſine cuſpide uultu:
Vecte peletronius macareus in pectus adacto
Strauit eridupum:memini:& uenabula condi
Inguine neſſei manibus coniecta cymeli:
Nec tu credideris tantum ceciniſſe futura
Amphicidem mopſum:mopſo iaculante biformis
Occubuit:fruſtraque loqui tentauit odites.
Ad mentum lingua:mentoque ad guttura fixo:
Quinque neci cæneus dederat:ſtiphelumque:bromumque:
Antimachumque:helimumque:ſecuriferumque pyramen
Vulnera non memini:numerum nomenque notaui.
Prouolat æmathii ſpoliis armatus aleſi:
Quem dederat letho membris & corpore latreus
Maximus:huic ætas inter iuuenemque ſenemque
Vis iuuenilis erat:uariabant tempora cani:
Qui clypeo gladioque macedoniaque fariſſa
Conſpicuus:faciemque obuerſus in agmen utrumque:
Armaque concuſſit:certumque equitauit in orbem.
Verbaque tot fudit uacuas animoſus in auras:
Et te cæniferam:nam tu mihi fœmina ſemper
Tu mihi cænis eris:nec te natalis origo
Commouit:mentemque ſubit:quo præmia facto:
Quaque uiri falſam ſpeciem mercede paraſti.
Quid uel nata uide:uel quid ſis paſſa:columque
I capi cum calathi:& ſtamina pollice torque
Bella relinque uiris:iactanti talia cæneus
Extentum curſu miſſa latus eruit haſta:
Qua uir equo commiſſus erat.furit ille dolore:
Nudaque philei iuuenis ferit ora fariſſa.
Non ſecus hæc reſilit:quam tecti a culmine grando:
Aut ſi quis paruo feriat caua tympana ſaxo.
Cominus aggreditur:laterique recondere duro
Luctatur gladium:gladio loca peruia non ſunt.
Haud tamen effugies:medio iugulaberis enſe:
Quandoquidem mucro eſt hebes inquit:& in latus enſem
Obliquat:longaque amplectitur ilia dextra.
Plaga facit gemitus:ut corpore marmoris icti:
Fractaque diſiluit percuſſo lamina collo.
Vt ſatis illæſos miranti præbuit artus:
Nunc age ait cæneus noſtro tua corpora ferro
Temptemus:capuloque tenus demiſit in armos
Enſem fatiferum:cæcamque in uiſcera mouit:
Verſauitque manum:uulnuſque in uulnere fecit.
Ecce ruunt uaſto trepidi clamore bimembres:
Telaque in hunc omnes unum mittuntque:feruntque.
Tela retuſa cadunt:manet in perfoſſus ab omni:
Inque cruentatus cæneus elateius ictu.
Fecerat attonitos noua res:heu dedecus ingens
Monicus exclamat:populus ſuperamus ab uno

Vixque uiro:quanquam ille uir eſt:nos ſegnibus actis
Quod fuit ille ſumus:quid membra immania proſunt
Quid geminæ uires:& quid fortiſſima rerum
In nobis duplex natura animalia iunxit:
Nec nos matre dea:nec nos ixione natos
Eſſe reor:qui tantus erat iunonis ut altæ
Spem caperet:nos ſemimari ſuperamur ab hoſte:
Saxa trabeſque ſuper totoſque inuoluite montes:
Viuacemque animam miſſis elidite ſiluis.
Silua premat fauces:& erit pro uulnere pondus.
Dixit:& inſanis deiectam uiribus auſtri
Forte trabem mactus ualidum coniecit in hoſtem.
Exemplumque fuit:paruoque in tempore nudus
Arboris othris erat:nec habebat pelion umbras:
Obrutus immani tumulo ſub pondere cæneus
Aeſtuat arboreo:coniectaque robora duris
Fert humeris:ſed enim poſtquam ſuper ora caputque
Creuit onus:nec habet quas ducat ſpiritus auras:
Deficit interdum modo ſe ſuper aera fruſtra
Tollere conatur:iactaſque euoluere ſiluas:
Interdumque mouet:ueluti quam cernimus ecce
Ardua ſi terræ quatiatur motibus ide.
Exitus in dubio eſt:alii ſub inania corpus
Tartara detruſum ſiluarum mole ferebant.
Abnuit amphitides:medioque ex aggere fuluis
Vidit auem pennis liquidas exire ſub auras:
Quæ mihi tunc primum tunc eſt conſpecta ſupremum.
Hanc ubi luſtrantem leni ſua caſtra uolatu
Mopſus:& ingenti circum clamore ſonantem
Aſpexit:pariterque animo eſt oculiſque ſecutus.
O ſalue dixit lapithææ gloria gentis
Maxime uir quõ dã:ſed auis nũc unica:ceneu. Fa. .v.
Periclemenus a Neptunno accepta poteſtate:ut ſe in uarias figuras trãſuerteret:cum aduerſus Herculem dimicaſſet: & eũ uarietate formarum uellet eludere:in Aquilam tranſformatus:eſt quam ille aduolantem ſibi & in altitudinem ſe aeris eſferentem:nouiſſime ſagitta traiectam interemit:
Credita res auctore ſuo eſt:dolor addidit iram.
Oppreſſumque ægre tulimus tot ab hoſtibus unum.
Nec prius obſtitimus ferro exercere dolorem
Quam data pars letho:partem fuga noxque remouit.
Hæc inter laphithas & ſemihomines centauros
Prælia tlepolemus pylio referente:dolorem
Præteriti alcidæ tacito non pertulit ore.
Atque ait:herculeæ mirum eſt obliuia laudis
Acta tibi ſenior:certe mihi ſæpe referre
Nubigenas domitos a ſe pater ipſe ſolebat:
Triſtis ad hæc pylius:quid me meminiſſe malorum
Cogis:& obductos annis reſtringere luctus:
Inque tuum genitorem odium offenſaſque fateri:
Ille quidem maiora fide quoque geſſit:& orbem
Impleuit meritis:quod mallem poſſe negare:
Sed neque deiphobum:nec polydamanta:nec ipſum
Hectora laudamus:quis enim laudauerit hoſtem:
Ille tuus genitor meſſenia mœnia quondam
Strauit:& immeritas urbes elinque pylumque
Diruit:inque meos ferrum flammaſque penates
Impulit:utque alios taceam quos ille peremit:
Bis ſex neleidæ fuimus conſpecta iuuentus:
Bis ſex herculeis ceciderunt me minus uno
Viribus:atque alius uinci potuiſſe ferendum eſt.
Mira periclimeni mors eſt:cui poſſe figuras
Sumere quas uellet:rurſuſque reponere ſumptas
Neptunnus dederat:nelei ſanguinis auctor.
Hic ubi nequicquam eſt formas uariatus in omnes:

Vertitur in

Vertitur in faciem uolucris:quæ fulmina curuis
Ferre ſolet pedibus diuum gratiſſima regi.
Viribus uſus auis pennis roſtroque reduncо
Hamatiſque uiri laniauerat unguibus ora.
Tendit in hunc nimium certos tirynthius arcus.
Atque inter nubes ſublimia membra ferentem.
Pendentemque ferit lateri qua iungitur ala.
Nec graue uulnus erat:ſed rupti uulnere nerui
Deficiunt:motumque negant:uireſque uolandi
Decidit in terram non concipientibus auras
Infirmis pennis:& qua leuis hæſerat alæ
Corporis affixi preſſa eſt grauitate ſagitta.
Perq; latus ſummũ iugulo eſt exacta:ſiniſtro. Fa. .vi.

Neptunnus grauiter ferens Cygnum filium ſuum ab Achille occidiſſe:& Hectorem defenſorem operũ:quæ ipſe potuiſſet ab Apollineſocio laboris petit:quoniam ſibi non daretur: ut cõmunus cum eo congredi poſſet:& ultor exiſteret. At ille auditis p̃cibus eius immixtus acie nulliq; conſpectus arcum Alexandri i achillẽ cõuertit:ut ſagittam i eum dirigere poſſet:taq; quod fuit i eius corpore mortale:percuſſit:& iteremit.

Num uideor debere tuis præconia rebus
Herculis o rhodiæ ductor pulcherrime claſſis:
Ne tamen ulterius quam fortia facta ſilendo
Vlciſcar fratres:ſolida eſt mihi gratia tecum:
Hæc poſtquam dulci neleius edidit ore:
A ſermone ſenis repetito munere bacchi
Surrexere toris:nox eſt data cætera ſomno.
At deus æquoreas:qui cuſpide temperat undas
In uolucrem corpus nati cygneida uerſum
Mente dolet patria:ſæuumque peroſus achillem
Exercet memores plus quam ciuiliter iras:
Iamque fere tracto duo per quinquennia bello
Talibus intonſum compellat ſmynthea dictis
O mihi de fratris longe chariſſime natis:
Irrita qui mecum poſuiſti mœnia troiæ:
Ecquid ubi aſiacas caſuras aſpicis arces
Ingemis:aut ecquid tot defendentia muros
Milia cæſa doles:ecquid ne perſequar omnes
Hectoris umbra ſubit circum ſua pergama tracti:
Cum tamen ille ferox belloque cruentior ipſo
Viuit adhuc operis noſtri populator achilles.
Det mihi ſe faxo triplici quid cuſpide poſſim
Sentiat:& quoniam concurrere cominus hoſti
Non datur:occulta nec opinum perde ſagitta.
Annuit:atque animo pariter patruique ſuoque
Delius indulgens nebula uelatus in agmen
Peruenit iliacum:mediaque in cæde uirorum
Rara per ignotos ſpargentem cernit achiuos
Tela parim:faſſuſque deum:quid ſpicula perdis
Sanguine plebis ait:ſiqua eſt tibi cura tuorum
Vertere in æacidem:cæſoſque ulciſcere fratres
Dixit:& oſtendens iternentem troica ferro
Corpora peliden arcus obuertit in illum:
Certaque lœtifera direxit ſpicula dextra.
Quo priamus gaudere ſenex poſt hectora poſſet
Hoc fuit:ille igitur tantorum uictor achille
Victus es a timido graiæ raptore maritæ:
At ſi fœmineo fuerat tibi marte cadendum:
Termodoontiaca malles cecidiſſe ſecuri
Iam timor ille phrygum decus & tutela pelaſgi
Nominis æacides caput inſuperabile bello
Arſerat:armarat deus idem:idemque cremarat.
Iam cinis eſt:& de tam magno reſtat achille
Neſcio quid:paruam quod non bene compleat urnam.
Aut uiuit:totum quæ gloria compleat orbem.

Hæc illi mensura uiro respondet:& hæc est
Par tibi pellide:nec inania tartara sentit
Ipse etiam:ut cuius fuerit cognoscere posses
Bella mouet clypeus:deque armis arma feruntur
Non ea tytides:non audet oileus aiax.
Non minor atrides:non bello maior & æuo
Poscere non alii:soli telamone creato
Laertæque fuit tantæ fidutia laudis.
A se tantalides onus inuidiamque remouit.
Argolicosque duces mediis considere castris
Iussit:& arbitrium litis traiecit in omnes.

i. Aiacis cruor in florem.
ii. Hecuba in canem.
iii. Memnonides in aues.
iiii. Anienis filiæ in columbas.
v. Orionis filiæ in Coronidas.
vi. Ambraxius in saxum.& Molossii filii in aues.
vii. Acis in flumen:
viii. Glaucus in deum marinum. Fa. .i.

Achille ab Alexandro occiso arma cū peterent ab Aiace:quia frater patruelis esset & Vlyxe q consilio se potiorē acuirtute indicaret:placuit principibus ut utriusq; res gestæ i bello ppē derentur:& digniori propositū premiū cū causa ab uniuerso exercitu tribuereť.Cū itaq; in cōspectu omniū Aiax uirtutes suas qbus graios iuuisset;rettulisset:& Vlyxes consilia sua q; bus cōmunē rempub.iuuisset:duces quoq; adduxisset:Nouissime signū Mineruæ:quod ille extulisset:ostendit.Quo graii moti cū ante oratione eiusdē perculsi stuperēt:ab aiace arma abiudicata sūt:& Vlyxi data.Qua ille cōtūelia accēsus icubuit:ē si:ex cuius cruore flos purpureus similis hyacithi natus ē.

P. OVI. NA. METAMORPHOSEOS LIBER. XIII.

COnsedere duces & uulgi stante corona
Surgit ad hos clyplei dominus septēplicis aiax.
Vtque erat impatiens iræ:sygæia toruo
Littora prospexit:classemque in littore uultu:
Intendensque manus:agimus proh iuppiter iqt
Ante rates causam:& mecum confertur ulyxes.
At non hectoreis dubitauit cædere flammis:
Quas ego sustinui:quas hac a classe fugaui:
Tutius est igitur fictis contendere uerbis:
Quam pugnare manu:sed nec mihi dicere promptum
Nec facere est isti:quantumque ego marte feroci
Inque acie ualeo:tantum ualet iste loquendo.
Nec memoranda tamen uobis mea facta pelasgi
Esse reor:uidistis enim:sua narret ulyxes:
Quæ sine teste erit:quorum nox conscia sola est:
Præmia magna peti fateor:sed demit honorem
Aemulus æaci:non est tenuisse superbum:
Sit licet hoc ingens:quicquid superauit ulyxes:
Ipse tulit precium iam nunc certaminis huius:
Qui quum uictus erit:mecum certasse feretur.
Atque ego:si uirtus in me dubitabilis esset
Nobilitate potens essem telamone creatus:—
Mœnia qui forti troiana sub hercule cœpit:
Littoraque intrauit pagasea colcha carina.
Aeacus huic pater est:qui iura silentibus illic
Reddit:ubi æolidem saxum graue sisyphon urget.
Aeacon agnouit summus:prolemque fatetur
Iuppiter esse suam:sic a ioue tertius aiax.
Nec tamen hæc series in causam prosit achiui:
Si mihi cum magno non est communis achille:
Frater erat:fraterna peto:quid sanguine cretus
Sisyphio furtisque & fraude simillimus illi
Inferis æacides alienæ nomina gentis?
An quod in arma prior:nulloque sub indice ueni:

Arma neganda

Arma neganda mihi? potiorque uidebitur illis:
Vltima qui cœpit: detractauitque furore
Militiam ficto: donec solertior isto:
Et sibi inutilior timidi commenta retexit
Naupliades animi: uitataque traxit ad arma.
Optima nunc sumat: qui sumere noluit ulla?
Nos inhonorati & donis patruelibus orbi:
Obtulimus quia nos ad prima pericula: simus.
Atque utinam aut uerus furor ille: aut creditus esset.
Nec comes hic phrygias unquam uenisset ad arces:
Hortator scelerum: non te pæantia proles
Expositum lemnos nostro cum crimine haberet:
Qui nunc: ut memorant siluestribus abditus antris:
Saxa moues gemitu: laertiadæque precaris
Quæ meruit: quæ si dii sunt: non uana precaris:
Et nunc ille eadem nobis iuratus in arma
Heu pars una ducum quo successore sagittæ
Herculis utuntur: fractus morboque fameque
Venaturque: aliturque auibus: uolucresque petendo
Debita troianis exercet spicula fatis.
Ille tamen uiuit: quia comitatur ulyxem
Vellet: & infœlix palamedes esse relictus.
Viueret: aut certe lethum sine crimine haberet.
Quem male coniuncti nimium memor iste furoris
Prodere rem danaum finxit: fictumque probauit
Crimen: & ostendit quod iam præfoderat aurum.
Ergo aut exilio uires subduxit achiuis:
Aut nece sic pugnat: sic est metuendus ulyxes:
Qui licet eloquio fidum quoque nestora uincat:
Haud tamen efficiet desertum ut nestora crimen
Esse rear nullum, qui cum imploraret ulyxem:
Vulnere tardus equi fessusque senilibus annis
Proditus a socio est: non hæc mihi crimina fingi
Scit bene tydides: qui nomine sæpe uocatum
Corripuit: trepidoque fugam exprobrauit amico.
Aspiciunt oculis superi mortalia iustis.
En eget auxilio qui non tulit: utque reliquit:
Sic linquendus erat: legem sibi dixerat ipse.
Conclamat socios: adsum: uideoque trementem:
Pallentemque metu: & trepidantem morte futura:
Oppositi molem clypei: texique iacentem
Seruauique animam: nimium est hoc laudis: inertem
Si præstas certare: locum redeamus ad illum.
Redde hostes: uulnusque tuum: solitumque timorem:
Post clypeumque late: & mecum contende sub illo.
At: postquam eripui: cui standi uulnera uires
Non dederant: nullo tardatus uulnere fugit:
Hector adest: secumque deos in prælia ducit:
Quaque ruit non tu tantum terreris ulyxe:
Sed fortes etiam: tantum trahit ille timoris.
Hunc ego sanguineæ successu cedis ouantem
Eminus ingenti resupinum pondere fudi:
Hunc ego poscentem: cum quo concurreret unus
Sustinui: sortemque meam nouistis achiui.
Et uestræ ualuere preces: si quæritis huius
Fortunam pugnæ: non sum superatus ab illo:
Ecce ferent troes ferrumque igneque iouemque
In danaas classes: ubi tunc facundus ulyxes?
Nempe ego mille meo protexi pectore puppes
Spem uestri reditus: date pro tot nauibus arma.
Quod si uera licet mihi dicere: quæritur istis
Quam mihi maior honos: coniunctaque gloria nostra est.
Atque aiax armis: non aiaci arma petuntur
Conferat his ithacus rhesum imbellemque dolona:
Priamidenque helenum rapta cum pallade captum

Luce nihil geſtum eſt:nihil eſt diomede remoto:
Si ſemel iſta datis meritis tam uilibus arma.
Diuidite:& pars ſit maior diomedis in illis.
Quo tamen hæc ithaco?qui clam:qui ſemper inermis
Rem gerit:& furtis incautum decipit hoſtem.
Ipſe nitor galeæ claro radiantis ab auro
Inſidias prodet:manifeſtabitque latentem.
Sed neque dulychius ſub achillis caſſide uertex
Pondera tanta feret:nec non oneroſa grauiſque
Pelias haſta poteſt imbellibus eſſe lacertis:
Nec clypeus uaſti celatus imagine mundi
Conueniet timidæ:natæque ad furta ſiniſtræ:
Debilitaturum quid te petis improbe munus?
Quod tibi;ſi populi donauerit error achiui:
Cur ſpolieris erit:non cur metuaris ab hoſte?
Et fuga:qua ſola cunctos timidiſſime uincis:
Tarda futura tibi eſt geſtamina tanta trahenti.
Adde quod iſte tuus tam rato prælia paſſus
Integer eſt clypeus:noſtro qui tela ferendo
Mille patet plagis:nouus eſt ſucceſſor habendus.
Denique quid uerbis opus eſt?ſpectemur agendo:
Arma uiri fortis medios mittantur in hoſtes:
Inde iubete peti:& referentem ornate relatis.
Finierat thelamone ſatus:uulgique ſecutum
Vltima murmur erat:donec laertius heros
Aſtitit:atque oculos paulum tellure moratos
Suſtulit ad proceres:expectatoque reſoluit
Ora ſono:neque abeſt facundis gratia dictis.
Si mea cum ueſtris ualuiſſent uota pelaſgi:
Non foret ambiguus tanti certaminis hæres:
Tuque tuis armis:nos te potiremur achille:
Quem quoniam non æqua mihi uobiſque negarunt
Fata:manuque ſimul ueluti lachrymantia terſit
Lumina:quis magno melius ſuccedit achilli:
Quam per quem magnus danais ſucceſſit achilles?
Huic modo ne proſit:quod ut eſt hebes eſſe uidetur:
Neue mihi noceat:quod uobis ſemper achiui
Profuit ingenium:meaque hæc facundia:ſi quas eſt:
Quæ nunc pro domino:pro nobis ſæpe locuta eſt:
Inuidia careat:bona nec ſua quiſque recuſet.
Nam genus & proauos:& quæ non fecimus ipſi:
Vix ea noſtra uoco:ſed enim quia rettulit aiax
Eſſe iouis pronepos:noſtri quoque ſanguinis auctor
Iuppiter eſt:totidemque gradus diſtamus ab illo.
Nam mihi laertes pater eſt:acriſius illi:
Iuppiter huic:neque in his quiſquam damnatus & exul.
Eſt quoque per matrem cyllenius addita nobis
Altera nobilitas:deus eſt in utroque parente.
Sed neque materno quod ſum generoſior ortu.
Nec mihi quod pater eſt fraterni ſanguinis inſons:
Propoſita arma peto:meritis expendite cauſam.
Dummodo quod fratres thelamon peleuſque fuerunt
Aiacis meritum non ſit:nec ſanguinis ordo
Sed uirtutis honor ſpoliis quæratur in iſtis.
Aut ſi proximitas:primuſque requiritur hæres
Eſt genitor peleus:eſt pyrrhus filius illi:
Quis locus aiaci?phethiam hæc ſcyronque ferantur:
Nec minus eſt iſto teucer patruelis achilli:
Non petit ille tamen:num ſi petat auferat illa?
Ergo operum quoniam nudum certamen habetur:
Plura quidem feci quam quæ comprendere dictis
In promptu mihi ſit:rerum tamen ordine ducar.
Præſcia uenturi genitrix nereia lethi
Diſſimulat cultu natum:& deceperat omnes:
In quibus ajacem ſumptæ fallacia ueſtis:

Arma ego

Arma ego fœmineis animum motura uirilem
Mercibus interui:neque adhuc proiecerat heros
Virgineos habitus:cum parmam hastamque tenenti
Nate dea dixi tibi se peritura reseruant
Pergama:quid dubitas ingentem euertere troiam?
Iniecique manum fortemque ad fortia misi.
Ergo opera illius mea:sunt ego telephon hasta
Pugnantem domui uictum orantemque refeci.
Quod thebæ cecidere meum est:me credite lesbon:
Me tenedon:chrysemque:& cyllam apollinis urbes
Et schoenon cœpisse:mea concussa putate
Procubuisse solo lyrnesia mœnia dextra.
Vtque alios taceam:qui sæuum perdere posset
Hectora nempe dedi:per me iacet inclytus hector
Illis hæc armis:quibus est inuentus achilles.
Arme peto:uiuo dederam:post fata reposco.
Vt dolor unius danaos peruenit ad omnes.
Aulidaque euboicam complerunt mille carinæ:
Expectata diu nulla aut contraria classi
Flamina sunt:duræque iubent agamemnona sortes
Immeritam sæuæ natam mactare dianæ.
Denegat hoc genitor:diuisque irascitur ipsis:
Atque in rege tamen pater est ego mite parentis
Ingenium uerbis ad publica commoda uerti:
Nunc equidem:fateor:fassoque ignoscat atrides:
Difficilem tenui sub iniquo iudice causam.
Hunc tamen utilitas populi fraterque datique
Summa mouet sceptri:laudem ut cum sanguine pensce:
Mittor & ad matrem:quæ non hortanda:sed astu
Decipienda fuit:quo si thelamonius isset:
Orba suis essent etiam nunc linrea uentis.
Mittor & iliacas audax orator ad arces:
Visaque & intrata est altæ mihi curia troiæ.
Plenaque adhuc erat illa uiri .interritus egi
Quam mihi mandarat comunis græcia causam:
Accusoque parim:prædamque;helenamque reposco:
Et moueo priamum:priamoque antenora iunctum.
At paris & fratres & qui rapuere sub illo:
Vix tenuere manus:scis hæc menelae:nefandas.
Primaque lux nostri tecum fuit illa periclı:
Longa referre mora est:quæ consilioque manuque
Vtiliter feci spatiosi tempore belli:
Post acies primas urbis se mœnibus hostes
Continuere diu:nec aperti copia martis
Vlla fuit:decimo demum pugnauimus anno:
Quid facis interea?qui nil nisi prælia nosti:
Quis tuus usus erat?nam si mea facta requiris:
Hostibus insidior:fossas munimine cingo.
Consolor socios:ut longi tædia belli
Mente ferant placida:doceo quo simus alendi:
Armandique modo:mittor quo postulat usus.
Ecce iouis monitu deceptus imagine somni
Rex iubet incœpti curam dimittere belli:
Ille potest auctore suam defendere uocem
Non sinat hoc aiax:delendaque pergama poscat.
Quodque potest pugnet:cur non remoratur ituros?
Cur non arma capit?det quod uaga turba sequatur:
Non erat hoc nimium nunquam nisi magna loquenti.
Quid quod & ipse fugit:uidi:puduitque uidere:
Cum tu terga dares:inhonestaque bella parares.
Nec mora:quid facitis:quæ uos dementia dixi
Concitat o socii:captam dimittere troiam?
Quid ue domum fertis decimo nisi dedecus anno?
Talibus atque aliis:in quæ dolor ipse diserтum
Fecerat auersos profuga de classe reduxi.

Conuocat atrides ſocios terrore pauentes
Nec telamoniades etiam nunc hiſcere quicquam
Audet:& auſus erat reges inceſſere dictis.
Therſites etiam per me haud impune proteruus.
Erigor:& trepidos ciues exhortor in hoſtes.
Amiſſamque mea uirtutem uoce repoſco.
Tempore ab hoc:quodcunque poteſt feciſſe uideri
Fortiter iſte meum:qui dantem terga retraxi:
Denique de danais qui te laudat ue petit ue?
At ſua tytides mecum communicat acta:
Me probat:& ſocio ſemper confidit ulyxe:
Eſt aliquid de tot graiorum milibus unum
A diomede legi:nec me ſors ire iubebat:
Sed tamen & ſpreto noctiſque hoſtiſque periclo
Auſum eadem:quem nos phrygia de gente dolona
Interimo:non ante tamen:quam cuncta coegi
Prodere:& edidici quid perfida troia pararet.
Omnia cognoram:nec quid ſpecularer habebam:
Et iam promiſſa poteram cum laude reuerti:
Haud contentus eo petii tentoria rheſi:
Inque ſuis ipſum caſtris comiteſque peremi:
Atque ita captiuo uictor uotiſque potitus
Ingredior curru lætos imitante triumphos:
Cuius equos pretium pro nocte popoſcerat hoſtis
Arma negate mihi? fueritque benignior aiax:
Quid lycii referam ſarpedonis agmina ferro
Deuaſtata meo:cum multo ſanguine fudi
Cæranon iphitiden & alaſtoraque chromiumque
Alcandrumque:haliumque:nœmonaque:piytanimque:
Exitioque dedi cum pheridamante thoona:
Et charopem:fatiſque immittibus ennomon actum:
Quique minus celebres noſtra ſub mœnibus urbis
Procubuere manu:ſunt & mihi uulnera ciues
Ipſo pulchra loco:nec uanis credite uerbis.
Aſpicite en:ueſtemque manu deduxit:& hæc ſunt
Pectora ſemper ait ueſtris exercita rebus.
At nihil impendit per tot telamonius annos
Sanguinis in ſocios:& habet ſine uulnere corpus:
Quid tamen hoc refert:ſi ſe pro claſſe pelaſga
Arma tuliſſe refert contra troaſque iouemque
Confiteorque:tulit:neque enim bene facta maligne
Detractare meum eſt:modo ne communia ſolus
Occupet:atque aliquem nobis quoque reddat honorem.
Reppulit actorides ſub imagine tutus achillis
Troas ab arſuris cum defenſore carinis.
Auſum etiam hectoreis ſolum concurrere telis
Se putat oblitus regiſque ducique meique
Nonus in officio:& prælatus munere ſortis:
Sed tamen euentus ueſtræ fortiſſime pugnæ
Quis fuit? hector abit uiolatus uulnere nullo.
Me miſerum quanto cogor meminiſſe dolore
Temporis illius:quo graium munus achilles
Procubuit:nec me lachrymæ:luctuſque timorque
Tardarunt:quin corpus humo ſublime referrem
His humeris:his inquam humeris ego corpus achillis:
Et ſimul arma tuli:quæ nunc quoque ferre laboro:
Sunt mihi quæ ualeant in talia pondera uires:
Eſt animus certe ueſtros ſenſurus honores.
Scilicet iccirco pro nato cærula mater
Ambitioſa ſuo fuit:ut cæleſtia dona
Artis opus tantæ rudis & ſine pectore miles
Indueret:neque enim clypei cælamina nouit:
Oceanum & terras cumque alto ſidera cœlo
Pleiades hyadeſque immunemque æquoris arcton:
Diuerſaſque urbes nitidumque orionis enſem

Poſtulat:ut

Postulat:ut capiat quæ non intelligit arma:
Quid?quod me duri fugientem munera belli
Arguit incœpto ſerum acceſſiſſe labori:
Nec ſe magnanimo maledicere ſentit achilli:
Si ſimulaſſe uocas crimen:ſimulauimus ambo.
Si mora pro culpa eſt:ego ſum maturior illo.
Me pia detinuit coniunx:pia mater achillem.
Primaque ſunt illi data tempora:cætera uobis:
Haud timeo:ſi iam nequeam defendere crimen.
Cum tanto commune uiro:deprenſus ulyxes
Ingenio tamen ille:at non aiacis ulyxes.
Ne ue in meſtolidæ conuitia fundere linguæ
Admirentur eum:uobis quoque digna pudore
Obiicit:an falſo palameden crimine turpe eſt
Accuſaſſe mihi:uobis damnaſſe decorum eſt.
Sed neque naupliades facinus defendere tantum
Tamque patens ualuit:nec uos audiſtis in illo
Crimina uidiſtis:precioque obiecta patebant.
Nec pæantiden quod habet uulcania lemnos
Eſſe reus merui:factum defendite ueſtrum.
Conſenſiſtis enim:nec me ſuaſiſſe negabo:
Vt ſe ſubtraheret bellique uiæque labori:
Temptaretque feros requie lenire dolores:
Paruit:& uiuit.non hæc ſententia tantum eſt
Fida:ſed & fœlix cum ſit:facit eſſe fidelem.
Quem quoniam uates delenda ad pergama poſcunt:
Ne mandate mihi:melius telamonius ibit:
Eloquioque uirum morbis iraque furentem
Molliet:aut aliqua producet callidus arte:
Ante retro ſimoiſque fluet:ſine frondibus ide
Stabit:& auxilium promittet achaia troiæ:
Quam ceſſante meo pro ueſtris pectore rebus
Aiacis ſtolidi danais ſolertia proſit.
Sis licet infeſtus ſociis regique mihique
Dure philoctete:licet execrere:meumque
Deuoueas ſine fine caput:cupiaſque dolenti
Me tibi forte dari:noſtrumque haurire cruorem:
Vtque tui mihi:ſic fiat tibi copia noſtri:
Te tamen aggrediar:mecumque reducere nitar:
Tamque tuis potiar:faueat fortuna:ſagittis:
Quam ſum dardanio:quem cœpi uate potitus.
Quam reſponſa deum troianaque fata retexi:
Quam rapui phrygiæ ſignum penetrale mineruæ
Hoſtibus e mediis:& ſe mihi comparat aiax.
Nempe capi troiam prohibebant fata ſine illo.
Fortis ubi eſt aiax?ubi ſunt ingentia magni
Verba uiri?cur hic metuis?cur audet ulyxes
Ire per excubias?& ſe committere nocti:
Perque feros enſes:non tantum mœnia troiæ:
Verum etiam ſummas arces intrare:ſuaque
Eripere æde deam:rapta ue afferre per hoſtes.
Quæ niſi feciſſem:fruſtra telamone creatus
Geſtaſſet leua taurorum tergora ſeptem:
Illa nocte mihi troiæ uictoria parta eſt:
Pergama tunc uici:cum uinci poſſe coegi.
Deſine tytidem uultuque & murmure nobis
Oſtentare meum:pars eſt ſua laudis in illo.
Nec tu cum ſocia clypeum pro claſſe tenebas
Solus eras:tibi turba comes:mihi contigit unus.
Qui niſi pugnacem ſciret ſapiente minorem
Eſſe:nec indomitæ deberi præmia dextræ:
Ipſe quoque hæc peteret:peteret moderatior aiax:
Euryphyluſque ferox:claroque andremone natus:
Nec minus idomeneus:patriaque creatus eadem
Meriones:peteret maioris frater atridæ.

Quippe manu fortes:nec ſunt tibi marte ſecunde:
Conſiliis ceſſere meis:tibi dextera bello
Vtilis:ingenium eſt:quod aget moderamine noſtro.
Tu uires ſine mente geris:mihi cura futuri eſt:
Tu pugnare potes:pugnandi tempora mecum
Eligit atrides:tu tantum corpore prodes:
Nos animo quantoque ratem qui temperat anteit.
Remigis officium:quanto dux milite maior:
Tantum ego te ſuperoinec non in corpore noſtro
Pectora ſunt potiora manu:uigor omnis in illis.
At uos o proceres uigili date præmia ueſtro:
Proque tot annorum curis:quas anxius egi:
Hunc titulum meritis penſandum reddite noſtris.
Iam labor in fine eſt:obſtantia fata remoui:
Altaque poſſe capi faciendo pergama cœpi.
Per ſpes nunc ſocias caſuraque mœnia troum:
Perque deos oro:quos hoſti nuper ademi:
Per ſi quid ſupereſt:quod ſit ſapienter agendum:
Si quid adhuc audax ex præcipitique petendum eſt.
Si troiæ fatis aliquid reſtare putatis:
Eſte mei memores:aut ſi mihi non datis arma:
Huic date:& oſtendit ſignum fatale mineruæ.
Mota manus procerum eſt:& quid facundia poſſet:
Tunc patuit:fortiſque uiri tulit arma diſertus.
Hectora qui ſolus:qui ferrum:igneſque iouemque:
Suſtinuit totiens:unam non ſuſtinet iram.
Inuictumque uirum uicit dolor:arripit enſem:
Et meus hic certe eſt:an & hunc ſibi poſcit ulyxes?
Hoc ait utendum eſt in me mihi:quique cruore
Sæpe phrygum maduit:domini nunc cæde madebit
Nec quiſquam aiacem poſſit ſuperare:niſi aiax.
Dixit:& in pectus tum demum uulnera paſſum
Qua patuit ferro:lethalem condidit enſem.
Nec ualuere manus infixum educere telum.
Expulit ipſe cruor:rubefactaque ſanguine tellus
Purpureum uiridi genuit de ceſpite florem.
Qui prius œbalio fuerat de uulnere natus.
Littera communis mediis pueroque uiroque
Inſcripta eſt foliis:hoc nominis:illa querelæ.

Vlyxes poſtquã philoctetæ ſagittas ipſo cõmitãte ĩ caſtra gra ioꝝ ptulit:qbus Iliũ captũ eſt:p̃da diues Hecuba priami con iunx Vlyxi forte ceſſit:quæ nouiſſime acerbitatibus ĩteritum Aſtyanactis & Polixenæ:quæ ĩ buſtis Achillis fuerat ĩterẽpta mœrẽs:claſſis thraciæ cũ eſſet appulſa:ex reliqs liberis:q re/ ſtabãt orbæ:Polydoꝝ apud polymneſtora:q clã fuerat educa tus putabat ĩcolumẽ pmanere:q̃ dũ ſpatiaẽ ĩ littore: aĩaduer tit eũ aquæ fluctibus ĩ aridũ deiectũ.Polymneſtor aũt pp au rũ qd̃ cũ ĩfante polydoro ei traditũ fuerat:auaricia quoq; fa/ cinoris eũ ĩterfecit.Et ut ĩdicia quoq; facinoris celari poſſent: eũ ĩ pfundũ p̃cipitauit.Quod ut Hecuba ſupradcã Cyſſei fi lia cõpit:præ pollicitatiõe curauit:ut puẽiret ad Polymneſto rẽ dicẽs ſe uelle adiicere ſup qd̃ ante dederat:auꝝ:quo facili us nati celarent ĩdicia.Et tyrãnus ueꝝ eẽ exiſtimãs petẽti ſecre tũ colloquiũ dedit.Hecuba nacta locũ lumĩa ei abſtulit: quã Thraces dum proſequuntur ſaxis:uerſa eſt in canis figuram.
Victor ad hypſiphyles patriam clarique thoantis:
Et ueterum terras infames cæde uirorum
Vela dat:ut referat tirynthia tela ſagittas.
Quæ poſtquam ad graios domino comitante reuexit:
Impoſitaque fero eſt tandem manus ultima bello.
Troia ſimul priamuſque cadunt:priameia coniunx
Perdidit infœlix hominis poſt omnia formam.
Externaſque nouo latratu terruit auras:
Longus in anguſtum qua clauditur helleſpontus:
Ilion ardebat:neque adhuc conſederat ignis:

Exiguumque ſenis

Exiguumque ſenis priami iouis ara cruorem
Combiberat:tractiſque comis antiſtia phœbi
Non profecturas tendebat ad æthera palmas:
Dardanidas matres patriorum ſigna deorum
Dum licet amplexas ſuccenſaque templa tenentes
Inuidioſa trahunt uictores præmia grai:
Mittitur aſtyanax illis de turribus:unde
Pugnantem pro ſe proauitaque regna tuentem
Sæpe uidere patrem monſtratum a matre ſolebat.
Iamque uiam ſuadet boreas:flatuque ſecundo
Carbaſa mota ſonant:iubet uti nauita uentis:
Troia uale:rapimur:clamant:dant oſcula terræ
Troades:& patriæ fumantia tecta relinquunt.
Vltima conſcendit claſſem miſerabile uiſu
In mediis hecube natorum inuenta ſepulchris.
Prenſantem tumulos atque oſſibus oſcula dantem
Dulychiæ traxere manus:tamen unius hauſit
Inque ſinu cineres ſecum tulit hectoris hauſtos.
Hectoris in tumulo canum de uertice crinem
Inferias inopes crinem lachrymaſque reliquit.
Eſt ubi troia fuit phrygiæ contraria tellus
Biſtoniis habitata uiris:polymeſtoris illic
Regia diues erat:cui te commiſit alendum
Clam polydore pater:phrygiiſque remouit ab armis:
Conſilium ſapiens:ſceleris niſi præmia magnas
Adiecciſſet opes animi irritamen auari.
Vt cædit fortuna phrygum:capit impius enſem
Rex thracum:iuguloque ſui defigit alumni.
Et tanquam tolli cum corpore crimina poſſent:
Exanimem e ſcopulo ſubiectas miſit in undas:
Littore threicio claſſem religarat atrides:
Dum mare pacatum:dum uentus amicior eſſet:
Hic ſubito quantus cum uiueret eſſe ſolebat
Exit humo late rupta:ſimiliſque minanti
Temporis illius uultum referebat achilles:
Quo ferus iniuſto petiit agamemnona ferro.
Immemoreſque mei diſcediris inquit achiui:
Obrutaque eſt mecum uirtutis gratia noſtræ:
Ne facite:utque meum non ſit ſine honore ſepulchrum.
Placet achilleos mactata polyxena manes.
Dixit:& immiti ſociis parentibus umbræ
Rapta ſinu matris:quam iam prope ſola fouebat:
Fortis & infœlix:& pluſquam fœmina uirgo
Ducitur ad tumulum:diroque fit hoſtia buſto:
Quæ memor ipſa ſui poſtquam crudelibus aris
Admota eſt:ſenſitque ſibi ſera ſacra parari:
Vtque neoptolemum ſtantem:ferrumque tenentem:
Vtque ſuo uidit figentem lumina uultu
Vtere iandudum generoſo ſanguine dixit:
Nulla mora eſt:aut tu iugulo uel pectore telum
Conde modo:iugulumque ſimul:pectuſque retexit:
Scilicet haud ulli ſeruire pollyxena uellem
Haud per tale ſacrum numen placabitis ullum:
Mors tantum uellem matrem mea fallere poſſet:
Mater obeſt:minuitque necis mihi gaudia:quamuis
Non mea mors illi:uerum ſua uita gemenda eſt.
Vos modo ne ſtygios adeam non libera manes
Eſte procul ſi iuſta peto:tactuque uiriles
Virgineo remouete manus:acceptior illi
Quiſquis is eſt:quem cæde mea placare paratis:
Liber erit ſanguis:ſi quos tamen ultima noſtri
Verba mouent oris:priami uos filia regis
Nunc captiua rogat genitrici corpus inemptum
Reddite:ne ue auro redimat ius triſte ſepulchri
Sed lachrymis:tunc cum poterat redimebat & auro:

Dixerat:& populus lachrymas:quas illa tenebat.
Non tenet:ipſe etiam flens inuituſque ſacerdos
Præbita coniecto rupit præcordia ferro.
Illa ſuper terram defecto poplite labens
Pertulit in trepidos ad fata nouiſſima uultus:
Tunc quoque cura fuit partes uelare tegendas:
Cum caderet:caſtique decus ſeruare pudoris:
Troades excipiunt:deploratoſque recenſent
Priamidas:& quid dederit domus una cruoris:
Teque gemunt uirgo:teque o modo regia coniux
Regia dicta parens aſiæ florentis imago:
Nunc etiam prædæ mala ſors:quam uictor ulyxes
Eſſe ſuam nollet:niſi quod tamen hectora partu
Ediderat:dominum matri uix repperit hector:
Quæ corpus complexa animæ tam fortis inane:
Quas totiens patriæ dederat natiſque uiroque:
Huic quoq; dat lachrymans:lachrymas in uulnera fundit:
Oſculaque ora tegit:conſuetaque pectora plangit:
Canitiemque ſuam concreto in ſanguine uerrens.
Plura quidem:ſed & hæc laniato pectore dixit:
Nata tuæ:quid enim ſupereſt:dolor ultime matris
Nata iaces:uideoque meum tua uulnera uulnus.
Et ne perdiderim quenquam ſine cæde meorum:
Tu quoque uulnus habes:at te quia fœmina rebar
A ferro tutam:cecidiſti & fœmina ferro.
Totque tuos idem fratres te perdidit idem
Exitium troiæ noſtrique orbator achilles.
At poſtquam cecidit paridis phœbique ſagittis:
Nunc certe dixi non eſt metuendus achilles.
Nunc quoque mi metuendus erat:cinis ipſe ſepulti
In genus hoc ſæuit:tumulo quoque ſenſimus hoſtem:
Aeacidæ fœcunda fui:iacet ilion ingens:
Euentuque graui finita eſt publica clades:
Sed finita tamen ſoli mihi pergama reſtant:
In curſuque meus dolor eſt:modo maxima rerum
Tot generis natiſque potens:nuribuſque:uiroque:
Nunc trahor:exul:inops:tumulis auulſa meorum:
Penelope munus:quæ me data penſa trahentem
Matribus oſtendens ithacis hæc hectoris illa eſt
Clara parens:hæc eſt dicet priameia coniunx.
Poſtque tot amiſſos tu nunc quæ ſola leuabas
Maternos luctus:hoſtilia buſta piaſti:
Inferias hoſti peperi:quo ferrea reſto?
Quid ue memor:quo me ſeruas annoſa ſenectus?
Quo dii crudeles?niſi quo noua funera cernam
Viuacem differtis anum?quis poſſe putaret
Fœlicem priamum poſt diruta pergama dici?
Fœlix morte ſua eſt:nec te mea nata peremptam
Aſpicit:& uitam pariter regnumque reliquit.
At puto funeribus dotabere regia uirgo
Condeturque tuum monumentis corpus auitis:
Non hæc eſt fortuna domus:tibi munera matris
Contingent fletus:peregrinæque hauſtus harenæ.
Omnia perdidimus:ſupereſt cur uiuere tempus
In breue ſuſtineam:proles gratiſſima matri
Nunc ſolus:quondam minimus de ſtirpe uirili
Has datus iſmario regi polydorus in oras.
Quid moror interea crudelia uulnera lymphis
Abluere?& ſparſos immiti ſanguine uultus?
Dixit:& ad littus paſſu procedit anili
Albentes lacerata comas:date troades urnam
Dixerat infœlix:liquidas hauriret ut undas:
Aſpicit eiectum polydori in littore corpus:
Factaque threiciis ingentia uulnera telis.
Troades exclamant:obmutuit illa dolore:

Et pariter

Et pariter uocem lachrymaſque introrſus obortas
Deuorat ipſe dolor:duroque ſimillima ſaxo
Torpet:& aduerſa figit modo lumina terra:
Interdum toruos extollit ad æthera uultus:
Nunc poſiti ſpectat uultum:nunc uulnera nati
Vulnera præcipue:ſeque armat:& inſtruit ira.
Qua ſimul exarſit:tanquam regina maneret:
Vlciſci ſtatuit:pœnæque in imagine tota eſt.
Vtque furit catulo lactente orbata leæna:
Signaque nacta pedum:ſequitur quem non uidet hoſtem:
Sic hecube poſtquam cum luctu miſcuit iram:
Non oblita animorum:annorum oblita ſuorum
Vadit ad artificem diræ polymneſtora cædis:
Colloquiumque petit:nam ſe monſtrare relictum
Velle latens illi quod nato redderet aurum
Credidit odryſius:prædæque aſſuetus amore:
In ſecreta uenit:tum blando callidus ore
Tolle moras hecube dixit:da munera nato:
Omne fore illius quod das:quod & ante dediſti.
Per ſuperos iuro:ſpectat truculenta loquentem:
Falſaque iurantem:tumidaque exæſtuat ira.
Atque ita:correpto captiuarum agmina matrum
Inuocat:& digitos in perfida lumina condit:
Expellitque genis oculos:facit ira ualentem:
Immergitque manus:fœdataque ſanguine ſonti:
Non lumen:neque enim ſupereſt:loca luminis haurit:
Clade ſui thracum gens irritata tyranni
Troada telorum lapidumque inceſſere iactu
Cœpit:ad hæc miſſum rauco cum murmure ſaxum
Morſibus inſequitur:rictuque ad uerba parato
Latrauit conata loqui:locus extat:& ex re
Nomen habet:ueterumque diu memor illa malorum:
Tum quoque ſithonios ululauit mœſta per agros.
Illius troaſque ſuos hoſteſque pelaſgos:
Illius fortuna deos quoque mouerat omnes:
Sic omnes ut & ipſa iouis coniunxque ſororque
Euentus hecubam meruiſſe negauerit illos:

Memnõ Tithõi& auroræ filius Prião ferés auxiliũ ab achille occidit:mr ergo pcibus,p aſſiduo officio iducédæ lucis ab Ioue ipetrat:ut fauillæ eius aduſto rogo pariterq; ſorores i uolucres cõuertãt Mẽnonides nomie q memores belli quot ãnis ad ſepulchr eius cõueniũt:& iter ſe demicãtes ſanguie ſuo manibus eius frequẽtes parẽtãr.Et ipſa mr eius matutinis tpibus lachrymas deſyderio filii ſui Mẽnonis trãſformat i rorẽ:qđ tñ monumẽtũ i phrygia cõſtituit patruus eius:ut Heſiodus uult
Non uacat auroræ;quanquam iiſdem fauerat armis;
Cladibus:& caſu troiæque hecubæque moueri:
Cura deam propior luctuſque domeſticus angit
Memnonis amiſſi:phrygiis quem lutea campis.
Vidit achillea peruntem cuſpide mater:
Vidit & ille color quo matutina rubeſcunt
Tempora palluerat:latuitque in nubibus æther.
At non impoſitos ſupremis ignibus artus
Suſtinuit ſpectare parens:ſed crine ſoluto
Sicut erat magni genibus procumbere non eſt
Dedignata iouis:lachrymiſque has addere uoces:
Omnibus inferior:quas ſuſtinet aureus æther
Nam mihi ſunt totum rariſſima templa per orbem
Diua tamen ueni:non ut delubra dieſque
Des mihi ſacrificos;caliturąſque ignibus aras:
Si tamen aſpicias quantum tibi fœmina præſtem:
Tunc quum luce noua noctis conſinia ſeruo:
Præmia danda putes:ſed non ea cura:neque hic eſt
Nunc ſtatus auroræ:meritos ut poſcat honores;
Memnonis orba mei uenio;qui fortia fruſtra

Pro patruo tulit arma ſuo:primiſque ſub annis
Occidit a forti:ſic dii uoluiſtis:achille
Da precor huic aliquem ſolatia mortis honorem:
Summe deum rector:maternaque uulnera leni.
Iuppiter annumerat:cum memnonis arduus alto
Corruit igne rogus:nigrique uolumina fumi
Infecere diem:ueluti cum flumina natas
Exhalant nebulas:nec ſol admittitur infra:
Atra fauilla uolat:glomerataque corpus in unum
Denſatur:faciemque capit:ſumitque colorem:
Atque animum ex igni:leuitas ſua præbuit alas:
Et primo ſimilis uolucri:mox uera uolucris
Inſonuit pennis:pariter ſonuere ſorores
Innumeræ:quibus eſt eadem natalis origo.
Terque rogum luſtrant:& conſonus exit in auras
Ter plangor:quarto ſeducunt caſtra uolatu:
Tunc duo diuerſa populi de parte feroces
Bella gerunt:roſtriſque & aduncis unguibus iras
Exercent:alaſque aduerſaque pectora laſſant.
Inferiæque cadunt cineri cognata ſepulto
Corpora:ſeque uiro forti meminere creatas:
Præpetibus ſubitis nomen facit auctor:ab illo
Memnonides dictæ:quum ſol duodena peregit
Signa:parentali morituræ more rebellant:
Ergo aliis latraſſe dymantida flebile uiſum eſt:
Luctibus eſt aurora ſuis intenta:piaſque
Nunc quoque dat lachrymas:& toto rorat in orbe.

Fabula Quarta.

Aeneas cum parente Anchiſe & filio Aſcanio profugus Delphos uẽit:Hic ab anio ſacerdote apollinis recipitur hoſpitio: quibus indicat quinq; ſe filiarũ parentẽ orbũ relictũ: andrũ enim a quo andros inſula:reliquiſſe patriã. Huic ut apollo dederit auguriũ:ſic liberũ dediſſe uirginibus: ut cõtacta manibus earũ ſegetẽ uinũ oleũq; uerterẽtur eas Agamẽnon ut cæleſti munere exercitũ aleret cũ uellet abducere:i inſulã eãdẽ andron ꝓfugiſſe. Hinc rurſus ne uinculis illigatæ raperẽtur potentia regis agamemnonis:liberi numẽ effecit ob miſericordiam & muneris ſui cauſam:ut i columbarũ ſpeciẽ tranſferent.

Non tamen euerſam troiæ cum mœnibus eſſe
Spem quoque fata ſinunt:ſacra:& ſacra altera patrem
Fert humeris uenerabile onus cithereius heros:
De tantis opibus prædam pius eligit illam:
Aſcaniumque ſuum:profugaque per æquora claſſe
Fertur ab antandro:ſceleratæque littora thracum:
Et polydoreo manantem ſanguine terram
Linquit:& utilibus uentis æſtuque ſecundo
Intrat apollineam ſociis comitantibus urbem:
Hunc anius:quo rege homines antiſtite phœbus
Rite colebatur:temploque domoque recepit:
Vrbemque oſtendit:delubraque nota:domoſque
Latona quondam:ſtirpes pariente retentas.
Ture dato flammis:uinoque in tura profuſo:
Cæſarumque boum fibris de more crematis:
Regia tecta petunt:poſitiſque tapetibus altis
Munera cum liquido capiunt cerealia baccho:
Tunc pius anchiſes.o phœbi lecte ſacerdos
Fallor an & natum quum primum hæc mœnia uidi:
Biſque duas natas:quantum reminiſcor habebas.
Huic anius niueis circundata tempora uittis
Concutiens & triſtis ait:non falleris heros
Maxime:uidiſti natorum quinque parentem.
Quem nunc tanta homines rerum inconſtantia uerſat:
Pene uides orbum:quid enim mihi filius abſens
Auxilium:quem dicta ſuo de nomine tellus
Andros habet pro patre:locumque & regna tenentem

Delius augurium

Delius augurium dedit huic:dedit altera liber
Fœmineæ ſtirpi uoto maiora fideque
Munera:nam tactu natarum cuncta mearum
In ſegetem laticemque meri bacchamque mineruæ:
Tranſformabantur:diueſque erat uſus in illis:
Hoc ubi cognouit troiæ populator atrides:
Ne non ex aliqua ueſtram ſenſiſſe procellam
Nos quoque parte putes:armorum uiribus uſus
Abſtrahit inuitas gremio genitoris:alantque
Imperat argolicam cœleſti munere gentem.
Effugiunt quo quæque poteſt:euboea duabus:
Et totidem natis andros fraterna petita eſt.
Miles adeſt:& ni dedantur:bella minatur.
Victa metu pietas conſortia corpora pœnæ
Reddidit:& timido poſſes ignoſcere fratri.
Non hic aeneas:non qui defendere andren
Hector erat:per quos decimum duraſtis in annum.
Iamque parabantur captiuis uincla lacertis.
Ille tollens etiam nunc libera cœlo
Brachia:bacche pater fer opem dixere:tulitque
Muneris auctor opem:ſi miro perdere more
Ferre uocatur opem:nec qua ratione figuram
Perdiderint:potui ſcire:aut nunc dicere poſſum:
Summa mali nota eſt:pennas ſumpſere:tuæque
Coniugis in uolucres niueas abiere columbas. Fa. .v.
Diſcedẽtes ab anio ãchiſe & aeneas iuicẽ munera dant:& accipiũt in qbus fuit crater aeneæ datus ab alcone Lydio cælatus:
Anius aũt a Therſe Boetio acceperat:í quo ſculptæ erãt Thebæ & Orionis filiæ:q̃ ꝓ populo Thebano paſſæ erãt ímolarí:
& haꝫ proci cũ muneribus aduſti eſſent:duo adoleſcẽtes íde
increuerunt:qui ex uirginum nomine coronæ ſunt nominati.
Talibus atque aliis poſtquam conuiuia dictis
Implerunt:menſa ſomnum petiere remota:
Cumque die ſurgunt:adeuntque oracula phœbi.
Qui petere antiquam matrem:cognataque iuſſit
Littora:proſequitur rex:& dat munus ituris.
Anchiſe ſceptrum:chlamydem:pharetramque nepoti:
Craterem æneæ:quem quondam miſerat illi
Hoſpes ab æmoniis terſes iſmenius oris.
Miſerat hunc illi terſes fabricauerat alcon
Nileus:& longo celauerat argumento.
Vrbs erat:& ſeptem poſſes oſtendere portas:
Hæ pro nomone erant:& quæ foret illa docebant.
Ante urbem exequiæ:tumulique igneſque rogique
Effuſæque comas:& apertæ pectora matres
Significant luctum:nymphæ quoque flere uidentur:
Siccatoſque quæri fontes:ſine fondibus arbor
Nuda riget:lambunt arentia ſaxa capellæ.
Ecce facit mediis natas ab orione thebis.
Hanc non fœmineum iugulo dare pectus aperto.
Illam demiſſo p[illegible]fortia pectora telo
Pro populo cecidiſſe ſuo pulchriſque per urbem
Funeribus ferri:celebrique in parte cremari.
Tum de uirginea geminos exire fauilla
Ne genus intereat:iuuenes quos fama coronas
Nominat:& cineri materno ducere pompam. Fa. .vi.
Petẽs iſulã Cretã:& hĩc italiã ſupradicti:ut aliqñ erroré poſi
tis ædibus finire poſſent multis regiõibus trãſitis ãbraciã adeunt a diis p certamẽ petitã:í quã ambraſii imaginẽ i ſaxũ conſpiciũt figuratã hĩcĩ aoniã in qua oraculũ louis elati aſpiciũt
molloſſi regis filios:qui ſine flamma dum conſumerẽtur immortalium numine factum eſt:ut í auiũ figuras mutarentur.
Hactenus antiquo ſignis fulgentibus ære
Summus in aurato crater erat aſper Achanto.
Nec leuiora datis troiani dona remittunt:

Dantque ſacerdoti cuſtodem turis acerram:
Dant pateram:claramque auro gemmiſque coronam:
Inque recordati teucros a ſanguine teucri
Ducere principium cretam tenuere:locique
Ferre diu nequiere iouem:centumque relictis
Vrbibus auſonios optant contingere portus.
Sæuit hyems:iactatque uiros ſtrophadumque receptos
Portibus infidis exterruit ales aelo.
Et iam dulychios portus:ithacamque:ſamumque:
Naritiaſque domos regnum fallacis ulyxis
Prætereunt uecti certatam lite deorum
Ambrachiam:uerſique uident ſub imagine ſaxum
Iudicis actiaco:quæ nunc ab apolline nota eſt:
Vocalemque ſua terram dodonida quercu.
Chaoniaſque ſinus:ubi nati rege moloſſo
Impia ſubiectis fugere incendia pennis. Fa. .vii.

Acis Fauni Simethidesq; nymphæ filius Galateã Nerei & doridis filiã cũ diligeret:nec minus ipſe ab ea peteretur: Cyclops qa copia eiuſdẽ Nereidis nulla fieret:quo feritas eius eſſet in uiſa incẽſus furore ſpelunca relicta palã pſiluit:uagatuſq; p ſyluas cõſpexit Galateã gremio acidis reſidẽtẽ auulſũ ſcopu lũ ætnæ in eos eiecit: Cuius ui exterrita galatea ſubiecto mari merſa ẽ.acis aũt q effugere ipetũ eius nõ potuit:obrutus ſaxo ẽ:cuius cruor numie eiuſdẽ Galateæ i flumẽ eiuſdẽ nominis ſui:qđ eſt i ſicilia:uerſus eſt:cuius liquori ſe iunxit uolũtate.

Proxima phæacum fœlicibus obſita pomis
Rura petunt:epiros ab his:regnataque uati
Butrothos phrygio:ſimulataque troia tenetur:
Inde futurorum certi:quæ cuncta fideli
Priamides helenus monitu prædixerat:intrant
Sicaniam:tribus hæc excurrit in æquora linguis.
E quibus imbriferos uerſa eſt pachynus ad auſtros
Mollibus expoſitum zephyris lilybæon:ad arctos
Aequoris expertes ſpectat:boreamque pelorus.
Hanc ſubeunt teucri remis æſtuque ſecundo:
Sub noctem potitur zanclæa claſſis harena.
Scylla latus dextrum:leuum irrequieta charybdis
Infeſtant:uorat hæc raptas reuomitque carinas:
Illa feris atram canibus ſuccingitur aluum
Virginis ora gerens:& ſi non omnia uates
Ficta reliquerunt:aliquo quoque tempore uirgo:
Hanc multi petiere proci:quibus illa repulſis
Ad pelagi nymphas pelagi gratiſſima nymphis
Ibat:& eluſos iuuenum narrabat amores.
Quam dum pectendos præbet galatea capillos:
Talibus alloquitur referens ſuſpiria dictis:
Te tamen o uirgo genus haud immite uirorum
Expetit:utque facis:potes his impune negare.
At mihi cui pater eſt nereus:quam cærula doris
Enixa eſt:quæ ſum turba quoque tuta ſororum
Non niſi per luctus licuit cyclopis amorem
Effugere:& lachrymæ uocem impediere loquentis:
Quas ubi marmoreo deterſit pollice uirgo.
Et ſolata deam eſt:refer o gratiſſima dixit:
Ne ue tui cauſam tege:ſum tibi fida doloris.
Nereis his contra reſecuta grateide natam eſt.
Acis erat fauno nymphaque ſimethide cretus:
Magna quidem patriſque fui matriſque uoluptas:
Noſtra tamen maior:nam me ſibi iunxerat uni
Pulcher:& octonis iterum natalibus actis
Signarat teneras dubia lanugine malas.
Hunc ego:me cyclops nullo cum fine petebat.
Nec ſi quæſieris odium cyclopis:amor ne
Acidis in nobis fuerit præſtantior:edam:
Par utrunque fuit:proh quanta potentia regni

Eſt uenus

Eſt uenus alma tui:nempe ille immitis:& ipſis
Horrendus ſiluis:& uiſus ab hoſpite nullo
Impune:& magni cum diis contemptor olympi.
Quid ſit amor ſentit:noſtrique cupidine captus
Vritur oblitus pecorum antrorumque ſuorum:
Iamque tibi formæ:iamque eſt tibi cura placendi:
Iam rigidos pectis raſtris polypheme capillos:
Iam libet hirſutam tibi falce reſidere barbam:
Et ſpectare feros in aqua.& componere uultus.
Cædis amor feritaſque ſitiſque immenſa cruoris
Ceſſant:& tutæ ueniunt abeuntque carinæ.
Telemus interea ſiculum delatus in æquor
Telemus eurymides:quem nulla fefellerat ales:
Terribilem polyphemon adit:lumenque quod unum
Fronte geris media rapiet tibi dixit ulyxes.
Riſit:& o uatum ſtolidiſſime falleris inquit
Altera iam rapuit:ſic fruſtra uera monentem
Spernit:& aut gradiens ingenti littora paſſu
Degrauat:aut feſſus ſub opaca reuertitur antra.
Prominet in pontum cuneatus acumine longo
Collis utrunque latus circunfluit æquoris unda:
Huc ferus aſcendit cyclops:mediuſque reſedit:
Lanigeræ pecudes nullo ducente ſecutæ:
Cui poſtquam pinus baculi quæ præbuit uſum:
Ante pedes poſita eſt antennis apta ferendis:
Sumptaque harundinibus compacta eſt fiſtula centum:
Senſerunt toti paſtoria ſibila montes:
Senſerunt undæ:latitans ego rupe meique
Acidis in gremio reſidens procul auribus hauſi
Talia dicta meis:auditaque uerba notaui.
Candidior folio niuei galatea liguſtri:
Floridior prato:longa procerior alno:
Splendidior uitro:tenero laſciuior hædo:
Leuior aſſiduo detritis æquore conchis:
Solibus hybernis:æſtiua gratior umbra:
Nobilior pomis:platano conſpectior alta:
Lucidior glacie:matura dulcior uua:
Mollior & cygni plumis:& lacte coacto:
Et ſi non fugias riguo formoſior horto.
Sæuior indomitis eadem galatea iuuencis:
Durior annoſa quercu:fallacior undis:
Lentior & ſalicis uirgis:& uitibus albis:
His immobilior ſcopulis:uiolentior amne:
Laudato pauone ſuperbior:acrior igni:
Aſperior tribulis:fœta truculentior urſa:
Surdior æquoribus:calcato immitior hydro:
Et quod præcipue:ſi poſſem:demere uellem:
Non tantum ceruo claris latratibus acto:
Verum etiam uentis uolucrique fugacior aura:
At bene ſi noris pigeat fugiſſe:moraſque
Ipſa tuas damnes:& me retinere labores:
Sunt mihi pars montis uiuo pendentia ſaxo
Antra:quibus nec ſol medio ſentitur in æſtu:
Nec ſentitur hyems:ſunt poma grauantia ramos:
Sunt auro ſimiles longis in uitibus uuæ:
Sunt & purpureæ:tibi & has ſeruamus:& illas
Ipſa tuis manibus ſilueſtri nata ſub umbra
Mollia fraga leges:ipſa auctunnalia corna:
Prunaque non ſolum nigro liuentia ſucco:
Verum etiam generoſa:nouaſque imitantia cæras.
Nec tibi caſtaneæ me coniuge:nec tibi deerunt
Arbutei fœtus:omnis tibi ſeruiet arbor.
Hoc pecus omne meum eſt:multæ quoque uallibus errãt.
Multas ſilua tegit:multæ ſtabulantur in antris.
Nec:ſi forte roges:poſſem tibi dicere:quot ſunt.

Pauperis eſt numerare pecus:de laudibus harum
Nil mihi credideris:præſens potes ipſa uidere:
Vt uix circumeant diſtentum cruribus uber.
Sunt fœtura minor tepidis in ouilibus agni.
Sunt quoque par ætas aliis in ouilibus hædi.
Lac mihi ſemper adeſt niueum:pars inde bibenda
Seruatur:partem liquefacta coagula durant.
Nec tibi deliciæ faciles:uulgataque tantum
Munera contingent:damæ leporeſque capræque
Parque columbarum:demptus ue cacumine nidus:
Inueni geminos:qui tecum ludere poſſunt
Inter ſe ſimiles:uix ut dignoſcere poſſis:
Villoſæ catulos inſummis montibus urſæ:
Inueni:& dixi dominæ ſeruabimus iſtos.
Iam modo cæruleo nitidum caput exere ponto:
Iam galatea ueni:nec munera deſpice noſtra.
Certe ego me noui:liquidæque in imagine uidi
Nuper aquæ:placuitque mihi mea forma uidenti.
Aſpice ſim quantus:non eſt hoc corpore maior
Iuppiter in cœlo:nam uos narrare ſoletis
Neſcio quem regnare iouem:coma plurima toruos
Prominet in uultus:humeroſque ut lucus obumbrat.
Nec mea quod duris horrent denſiſſima ſetis
Corpora turpe puta:turpis ſine frondibus arbor:
Turpis equus:niſi colla iubæ flauentia uelent.
Pluma tegit uolucres:ouibus ſua lana decori eſt:
Barba uiros:hirtæque decent in corpore ſetæ.
Vnum eſt in media lumen mihi fronte:ſed inſtar
Ingentis clypei:quid non hæc omnia magno
Sol uidet e cœlo:ſolis tamen unicus orbis.
Adde quod:in ueſtro genitor meus æquore regnat:
Hunc tibi ſocerum:tantum miſererepreceſque
Supplicis exaudi:tibi enim ſuccumbimus uni.
Quique iouem & cœlum ſperno:& penetrabile fulmen
Nerei te uereor:tua fulmine ſæuior ira eſt.
Atque ego contemptus eſſem patientior huius
Si fugeres omnes.ſed cur cyclope repulſo
Ac in amas?præferſque meis amplexibus acin.
Ille tamen placeatque ſibi:placeatque licebit
Quod nollem galatea tibi:modo copia detur
Sentiet eſſe mihi tanto pro corpore uires.
Viſcera uiua traham:diuulſaque membra per agros:
Perque tuas ſpargam:ſi ſe tibi miſceat:undas.
Vror enim:læſuſque exæſtuat acrior ignis:
Cumque ſuis uideor tranſlatam uiribus ætnam
Pectore ferre meo:nec tu galatea moueris.
Talia ne quicquam queſtus:nam cuncta uidebam.
Surgit:& ut taurus uacca furibundus adempta
Stare nequit:ſiluaque & notis ſaltibus errat.
Cum ferus ignaros:nec quicquam tale timentes
Me uidet atque acim:uideoque exclamat:& iſta
Vltima ſit:faciam ueneris concordia ueſtræ.
Tantaque uox:quantam cyclops iratus habere
Debuit:illa fuit:clamore perhorruit ætna.
Aſt ego uicino pauefacta ſub æquore mergor.
Terga fugæ dederat conuerſa ſimethius heros:
Et fer opem galatea precor:mihi ferre parentes:
Dixerat:& ueſtris periturum admittite regnis.
Inſequitur Cyclops:partemque e monte reuulſam
Mittit:& extremus quis peruenit ad illum
Angulus e ſaxo totum tamen obruit acim.
At nos quod fieri ſolum per fata licebat.
Fecimus:ut uires aſſumeret acis auitas.
Puniceus de mole cruor manabat:& intra
Temporis exiguum rubor euaneſcere cœpit.

Fitque color

Fitque color primo turbati fluminis imbre:
Pugnaturque mora:tum moles tacta dehiſcit:
Viuaque per rimas properataque ſurgit arundo.
Oſque cauum ſaxi ſonat exultantibus undis:
Miraque res ſubito media tenus aſtitit aluo.
Incinctus iuuenis flexis noua cornua cannis:
Qui niſi quod maior:quod toto cærulus ore eſt
Acis erat:& ſic quoque erat tamen acis in amnem
Verſus:& antiquū tenuerūt flumina nomen. Fa. .viii.
Glaucus antedonis filius piſcator cum ſpecioſos piſces cepiſſet:& eos uellet recentiſſimos in urbē ferre in opaco loco proximo mari eos dū requieſceret:ac retia ſiccarentur ſub recentiſſimā herbā expoſuit.at illi uigore eius ſuccoq; cōtacti recupato ſpiritu quē amiſerāt:merſerūt ſe in pfundū.at Glaucus experrectus exiſtimans uim quandā diuinitatis eſſe in herba:
ipſe quoq; ieiuniū polluit:alienatuſq; mente ex alto ſe p̄cipitauit in pelagus.Sed iter deos marinos receptus: q ut Scyllam
Gratheidis filiam eodem mari uerſantem cōſpexit: pulchritudine eius accēſus eſt:quā ne alloqui poſſit:mari recōdita ē.
Deſierat galatea loqui:cœtuque ſoluto
Diſcedunt:placidiſque natant nereides undis.
Scylla redit:neque enim medio ſe credere ponto
Audet:& bibula ſine ueſtibus errat harena:
Aut ubi laſſata eſt ſeductos nata receſſus
Gurgitis incluſa ſua membra refrigerat unda:
Ecce fretum ſcindens.alti nouus incola ponti
Nuper in euboica uerſis antedone membris
Glaucus adeſt:uiſæque cupidine uirginis ardet.
Et quæcunque putat fugientem poſſe morari
Verba refert:fugit ille tamen:ueloxque timore
Peruenit in ſummum poſiti prope littora montis.
Ante fretum eſt ingens apicem coniectus in unum:
Longa ſub arboribus conuexus ad æquora uertex:
Conſtitit hic:& tuta loco monſtrum ne deus ne
Ille ſit ignorat:admiraturque colorem:
Cæſariemque humeros ſubiectaque terga tegentem:
Vltimaque excipiat quod tortilis inguina piſcis
Senſit:& innitens quæ ſtabat proxima moli
Non ego prodigium:nec ſum fera bellua uirgo:
Sed deus inquit aquæ:nec maius in æquore proteus
Ius habet.& triton:athamantiadeſque palæmon:
Ante tamen mortalis eram:ſed ſcilicet altis
Deditus æquoribus:tantum exercebar in illis.
Nam modo ducebam ducentia rætia piſces:
Nunc in mole ſedens moderabar harundine linum:
Sunt uiridi prato confinia littora:quorum
Altera pars undis:pars altera cingitur herbis:
Quas neque cornigeræ morſu læſere iuuencæ:
Nec placidæ carpſiſtis oues:hirtæ ue capellæ.
Non apis inde tulit collectos ſedula flores:
Non data ſunt capiti genialia ſerta:nec unquam
Falciferæ ſecuere manus:ego primus in illo
Ceſpite conſedi:dum lina madentia ſicco:
Vtque recenſerem captiuos ordine piſces:
Inſuper expoſui:quos aut in rætia caſus:
Aut ſua crudelitas in aduncos egerat hamos
Res ſimilis fictæ:ſed quid mihi fingere prodeſt?
Gramine contacto cœpit mea præda moueri:
Et motare latus:terraque ut in æquore niti:
Dumque moror:mirorque ſimul:fugit omnis in undas
Turba ſuas:dominumque nouum littuſque relinquunt.
Obſtupui:dubitoque diu:cauſamque requiro:
Num deus hæc aliquis:num ſuccus fecerit herbæ.
Quæ tamen has inquam uires habet herba?manuque
Pabula decerpſi:decerptaque dente momordi:

Vix bene cum biberant ignotos guttura ſuccos:
Cum ſubito trepidare intus præcordia ſenſi:
Alteriuſque rapi naturæ pectus amore:
Nec potui reſtare diu:repetendaque nunquam
Terra uale dixi:corpuſque ſub æquore merſi:
Dii maris exceptum ſocio dignantur honore.
Vtque mihi quæcunque feram mortalia demant:
Oceanum thetynque rogant:ego luſtror ab illis:
Et purgante nefas nouies mihi carmine dicto
Pectora fluminibus iubeor ſupponere centum.
Nec mora diuerſis lapſi de partibus amnes:
Totaque uertuntur ſupra caput æquora noſtrum:
Quæ poſtquam redeunt:alium me corpore toto
Ac fueram nuper:nec eundem mente recepi:
Hactenus acta tibi poſſum memoranda referre:
Hactenus & memini:nec mens mea cætera ſenſit:
Hanc ego tum primum uiridem ferugine barbam:
Ceſariemque meam:quam longa per æquora uerto
Ingenteſque humeros:& cærula brachia uidi:
Cruraque pinnigero curuata nouiſſima piſce.
Quid tamen hæc ſpecis?quid diis placuiſſe marinis
Quid iuuat eſſe deum:ſi tu non tangeris iſtis?
Talia dicentem dicturum plura reliquit
Scylla deum:furit ille:irritatuſque repulſa
Prodigioſa petit titanidos atria circes.

i.	Scylla in feram.	xi.	Apulus paſtor ī oleaſtr.
ii.	Eadem in ſaxum.	xii.	Naues Aeneæ ī niphas.
iii.	Cecropides in ſimias.	xiii.	Nereti naues in ſaxum
iiii.	Sibylla in uocem.	xiiii.	Ardea Turni in auem.
v.	Socii Vlyxis in feras.	xv.	Aeneas in deum:
vi.	Idem in homines.	xvi.	Vertumnus in anum.
vii.	Picus in auem.	xvii.	Anaxarete in lapidem.
viii.	Socii eius in feras.	xviii.	Romulus in Quirinum
ix.	Canéſpici uxor ī locū	xix.	Herſilia in horam.
x.	Diomedis ſocii ī aues.		

Fabula .i.

Glaucus antedōius ſupradictus Scyllā circa Siciliā cōſpicatus dū adamaſſet:& qa nollet ſequi appetentē uenit ad Circē obſecrās remedia ut amati ſuccurreret:quē illa nō leui cupidita te capta nequiēs a ꝓpoſito retardare amorē īdicit dicēs q̄ eēt: quæ ſibi ꝓferretur. Inſtructa.n. Hecates carminibus uēit ī locū ī quo Scylla ablui conſueuiſſet:ueneniſq; ībuit quibus illa tenuſpube canibus eſt efferata:ut amantibus odio ac timore eēt Quod ob factum illa poſtea ī Vlyxen amatum ab ea exercuit ſæuiciam:quod Glaucus factum hoc a Circe dolenter tulit.

P. OVI. NA. METAMORPHOSEOS LIBER. XIIII.

NAmq; giganteis iniectam faucibus ætnam:
Aruaq; cyclopum:quid raſtra: quid uſus aratri
Neſcia ne quicquam iunctis debentia bobus
Liquerat euboicus tumidarum cultor aquarū?
Liquerat & zanclen: aduerſaque mœnia rhegi:
Naufragumque fretum:gemino quod Ionore preſſum
Auſoniæ ſiculæque tenet confinia terræ:
Inde manu magna tyrrhena per æquora uectus:
Herbiferos adiit colles:atque atria glaucus
Sole ſatæ circes uariarum plena ferarum:
Quam ſimul aſpexit dicta acceptaque ſalute
Diua dei miſerere precor:nam ſola leuare
Tu potes hunc dixit:uidear modo dignus:amorem.
Quanta ſit herbarum titani potentia nulli
Quam mihi cognitius:qui ſum mutatus ab illis:
Ne ue mei non nota tibi ſit cauſa furoris:
Littore in italico meſſenia mœnia contra
Scylla mihi uiſa eſt:pudor eſt promiſſa:preceſque:
Blandiciaſque meas contemptaque uerba referre:
At tu ſiue aliquod regnum eſt in carmine carmen:

Ore moue

Ore moue ſacro:ſiue expugnatior herba eſt:
Vtere temptatis operoſæ uiribus herbæ:
Nec medeare mihi:ſaneſque hæc uulnera mando.
Fineque nil opus eſt:partem ferat illa caloris.
At circe:neque enim flammis habet altius ulla
Talibus ingenium.ſeu cauſa eſt huius in ipſa:
Seu uenus indicio facit hoc offenſa paterno:
Talia uerba refert:melius ſequerere uolentem:
Optantemque eadem:parilique cupidine captam:
Dignus eras ultro:poteras certeque rogari:
Et ſi ſpem dederis:mihi crede rogaberis ultro.
Neu dubites:adſitque tuæ fiducia formæ:
En ego:cum dea ſim:nitidi cum filia ſolis:
Carmine cum tantum:quantum quoque gramine poſſim:
Vt tua ſim uouco:ſpernentem ſperne:ſequenti
Redde uices:unoque duas ulciſcere facto.
Talia temptanti prius inquit in æquore frondes
Glaucus:& in ſummis naſcentur montibus algæ:
Soſpite quam ſcylla noſtri mutentur amores:
Indignata dea eſt:& lædere quatenus ipſum
Non poterat:nec uellet amans:iraſcitur illi:
Quæ ſibi prælata eſt:ueneriſque offenſa repulſa
Protinus horrendis infamia pabula ſuccis
Conterit:& tritis hecateia carmina miſcet.
Cærulaque induitur uelamina:perque ferarum
Agmen adulantum media proceſſit ab aura:
Oppoſitumque petens contra zancleia ſaxa
Rhegyon ingreditur:feruenteſque æſtibus undas:
In quibus ut ſolida ponit ueſtigia terra:
Summaque decurrit pedibus ſuper æquora ſiccis:
Paruus erat gurges curuos ſinuatus in arcus:
Grata quies ſcyllæ:quo ſe referebat ab æſtu
Et maris & cœli:medio quum plurimus orbe
Sol erat:& minimas a uertice fecerat umbras.
Hunc dea præuitiat:portenficiſque uenenis
Inquinat:hic preſſos latices radice nocenti
Spargit:& obſcurum uerborum ambage nouorum
Ter nouies carmen magico demurmurat ore.
Scylla uenit:mediaque tenus deſcenderat aluo:
Cum ſua fœdari latrantibus inguina monſtris
Aſpicit:ac primo non credens corporis illas
Eſſe ſui partes:refugitque:abigitque:timetque
Ora proterua canum:ſed quos fugit:attrahit una:
Et corpus quærens femorum crurumque pedumque
Cerbereos rictus pro partibus inuenit illis.
Statque canum rabies:ſubiectaque terga ferarum
Inguinibus truncis:uteroq; extante coercet. Fa. .ii.
Docet eandē Scyllam trafformatā eſſe in ſaxum:ne Aeneæ nauiganti nocere poſſit in italiam.
Fleuit amans glaucus:nimiumque hoſtiliter uſæ
Viribus herbarum fugit connubia circes.
Scylla loco manſit:cumque eſt data copia primum
In circes odium ſociis ſpoliauit ulyxem.
Mox eadem teucras fuerat merſura carinas:
Ni prius in ſcopulū:q nunc quoq; ſaxeus extat.
Trāſformata foret:ſcopulū quoq; nauita uitat. Fa. .iii.
Cecropides propter fraudem:ſceluſq; quia boni ſemper inſidiatores fuerunt:exoſus eſt Iuppiter:ut qualem animum habuiſſent:talem & ſpeciem poſt obitum indicarent: i ſimiascō uerſi ſunt. Itaq; narimen prochytenq; inſulas proximas: quas hi incoluerant:Pythecuſa nomine ſuo Pythecuſas uocauit:
Hunc ubi troianæ remis:auidemque charybdim
Euicere rates:quum iam prope littus adeſſent
Auſonium:libycas uento referuntur ad oras.
Excipit ænean illic animoque domoque

Non bene diffidium phrygii latura mariti
Sidonis:inque pyra ſacri ſub imagine facta
Incubuit ferro:deceptaque decipit omnes.
Rurſus harenoſæ fugiens noua mœnia terræ
Ad ſedes erycis:fidumque relutus aceſten
Sacrificat:tumulumque ſui genitoris honorat:
Quaſque rates iris iunonia pene cremarat:
Soluit:& hippotadæ regnum terraſque calenti
Sulphure fumantes:acheloidumque relinquit
Sirenum ſcopulos:orbataque præſide pinus
Inarimen prochytenque legit:ſterilique locatas
Colle pythecuſas habitantum nomine dictas.
Quippe deum genitor fraudem & periuria quondam
Cecropidum exoſus:genitiſque admiſſa doloſæ:
In deforme uiros animal mutauit:ut idem
Diſſimiles homini poſſent:ſimileſque uideri.
Membraque contraxit:nareſque a fronte remiſſas
Contudit:& rugis perarauit anilibus ora:
Totaque uelatos flauenti corpora uillo
Miſit in has ſedes:nec non prius abſtulit uſum
Verborum & natæ dira in periuria linguæ.
Poſſe queri tantum rauco ſtridore reliquit. Fa. .iiii.
Apollo iouis & Latonæ filius Glauci filiam cum diligeret:p
concubitu optandi ueniam tribuit:at illa in longum uictura
tempus ſpacians in littore hauſto pugno harenæ petit tot an-
nos ſpacium:quot partes eius dinumerare poſſet. Igitur præ
ſtata fide ad tempus ſenectute dilapſo corpore relicta é uox:
quæ Sibyllam indicaret;deus uero uoluiſſet morari eam i eo
munere;ſed illa neglexit dei uoluntatem.
Has ubi præteriit:& parthenopeia dextra
Mœnia deſeruit:leua de parte canori
Aeolidæ tumulum:& loca fœta paluſtribus undis:
Littora cumarum uiuaciſque antra ſibyllæ
Intrat:& ut manes adeat per auerna paternos
Orat at illa diu uultum tellure moratum
Erexit;tandemque deo furibunda recepto:
Magna petis dixit:uir factis maxime cuius
Dextera per ferrum:pietas ſpectata per ignes.
Pone tamen troiane metum:potiere petitis:
Eliſiaſque domos & regna nouiſſima mundi
Me duce cognoſces:ſimulacraque chara parentis.
Inuia uirtuti nulla eſt uia dixit:& auro
Fulgentem ramum ſilua iunonis auernæ
Monſtrauit:iuſſitque ſuo diuellere trunco:
Paruit æneas:& formidabilis orci
Vidit opes:atauoſque ſuos;umbramque ſenilem:
Magnanimi anchiſæ:didicit quoque iura locumque:
Quæque nouis eſſent adeunda pericula bellis:
Inde fereus lapſos auerſo tramite paſſus:
Cum duce cumæa fallit ſermone laborem.
Dumque iter horrendum per opaca crepuſcula carpit:
Seu dea tu præſens:ſeu diis gratiſſima dixit
Numinis inſtar eris ſemper mihi:meque fatebor
Muneris eſſe tui:quæ me loca mortis adire:
Quæ loca me uiſæ uoluiſti euadere mortis:
Pro quibus aerias meritis aduectus ad auras
Templa tibi ſtatuam:tribuam tibi turris honores.
Reſpicit hunc uates:& ſuſpiratibus hauſtis:
Nec dea ſum dixit:nec ſacri turis honore
Humanum dignare caput:neu neſcius erres
Lux æterna mihi:carituraque fine dabatur:
Si mea uirginitas phœbo patuiſſet amanti.
Dum tamen hanc ſperat:dum præcorrumpere donis
Me cupit:elige ait uirgo cumæa quid optes:
Optatis potiere tuis:ego pulueris hauſti

Oſtendens

Oſtendens cumulum:quot haberet corpora puluis
Tot mihi natales contingere uana rogaui.
Excidit:ut peterem iuuenes quoque protinus annos
Hos tamen illa mihi dabat æternamque iuuentam
Si uenerem paterer:contempto munere phœbi
Innuba permaneo:ſed iam fœlicior ætas
Terga dedit:tremuloque gradu uenit ægra ſenectus.
Quæ patienda diu eſt:nam iam mihi ſæcula ſeptem
Acta uides:ſupereſt numeros ut pulueris æquem.
Tercentum meſſes:tercentum muſta uidere
Tempus erit:quum de tanto me corpore paruam
Longa dies faciat conſumptaque membra ſenecta
Ad minimum redigentur onus:nec amata uidebor:
Nec placuiſſe deo:phœbus quoque forſitan ipſe
Vel non agnoſcet:uel dilexiſſe negabit:
Vſque adeo mutata ferar:nullique uidenda.
Voce tamen noſcar:uocē mihi fata relinquēt. Fa .v.

Aeneas iter ī Italiā tēdēs ad Læſtrygonas uenit:ubi Macareus Naricius comes Vlyxis appuit:cōgreſſuſq; ens ē comitatus. Ita q; cū expoſuiſſet Achimē ides apud Cyclopē q̄ cēnt paſſi ſocii:ſimiliter & ille a Circe cū comite Euriloco:q potione acce pta ī uarias figuras comitati ſunt:nouiſſime Vlyxes remedio Mercurii eo uēit:& ſocios recupauit. Ex eo Circē iūxiſſe ſe ei in mīimoniū:monuitq; Aneā ne lictoribus Circes accederet.

Talia conuexum pariter memorante ſibylla
Sedibus euboicam ſtygiis emerſit in urbem
Troius æneas:ſacriſque ex more litatis
Littora adit nondum nutricis habentia nomen.
Hic quoque ſubſtiterat poſt tædia longa laborum
Naricius macareus comes experientis ulyxei
Deſertum quondam mediis in rupibus ætnæ
Noſcit achimeniden:improuiſoque repertum
Viuere miratur:quis te caſus ue deus ue
Seruat achimenide?cur inquit barbara graium
Prora uehit?petitur ueſtra quæ terra carina?
Talia quærenti iam non hirſutos amictu
Iam ſuus & ſpinis conſerto tegmine nullis
Fatur achimenides:iterum poliphemon:& illos
Aſpiciam fluidos humano ſanguine rictus.
Hæc mihi ni potior domus eſt ithacique carina:
Si minus æneam ueneror genitore:nec unquam
Eſſe ſatis potero:præſtem licet omnia gratus.
Quod loquor:& ſpiro:cœlumque & lumina ſolis
Aſpicio:poſſim ne ingratus & immemor eſſe?
Ille dedit quod non anima hæc cyclopis in ora
Venit:& ut lumen iam nunc uitale relinquam.
Vt tumulo aut certe non illa condar in aluo.
Quid mihi tunc animi:niſi ſi timor abſtulit omnem
Senſum animumque fuit?cum uos petere alta relictus
Aequora conſpexī:uolui inclamare:ſed hoſti
Prodere me timui:ueſtræ quoque clamor ulyxis
Pene rati nocuit:uidi cum monte reuulſum
Immanem ſcopulum medias permiſit in undas:
Vidi iterum ueluti tormenti uiribus acta
Vaſta giganteo iaculantem ſaxa lacerto.
Et ne deprimeret fluctus ue lapis ue carinam
Pertimui:iam me non eſſe oblitus in illa.
Vt uero fuga uos ab acerba morte reduxit:
Ille quidem totam gemebundus obambulat ætnam:
Prætemptatque manu ſiluas:& luminis orbus
Rupibus incurſat:fœdataque brachia tabo
In mare protendens gentem execratur achiuam.
Atque ait:o ſi quis referat mihi caſus ulyxem:
Aut aliquem ex ſociis in quem mea ſæuiat ira:
Viſcera cuius edam:cuius uiuentia dextra

Membra mea laniem:cuius mihi ſanguis inundet
Guttur & eliſi trepident ſub dentibus artus:
Quam nullum: aut leue ſit damnum mihi lucis adeptæ!
Hæc & plura ferox:me luridus occupat horror
Spectantem uultus:& iam nunc cæde madentes:
Crudeleſque manus:& inanem luminis orbem:
Membraque:& humano concretam ſanguine barbam:
Mors erat ante oculos:minimum tamen ipſa doloris:
Et iam prenſurum:iam nunc mea uiſcera rebar
In ſua merſurum:mentique hærebat imago
Temporis illius:quo uidi bina meorum
Ter quater affligi ſociorum corpora terræ.
Dum ſuper ipſe iacens hirſuti more leonis
Viſceraque & carnes cumque albis oſſa medullis:
Semianimeſque artus auidam condebat in aluum:
Me tremor inuaſit:ſtabam ſine ſanguine mœſtus:
Mandentemque uidens:eiectantemque cruentas
Ore dapes:& fruſtra mero glomerata uomentem.
Talia fingebam miſero mihi fata parari:
Perque dies multos latitans:omnemque tremiſcens
Ad ſtrepitum:mortemque timens:cupiduſque moriri
Glande famem pellens:& mixta frondibus herba:
Solus inops:expes:læto penœque relictus
Hanc procul aſpexi longo poſt tempore nauem:
Oraque fugam geſtu:ad littuſque cucurri:
Et moui:graiumque ratis troiana recepit.
Tu quoque pande tuos comitum gratiſſime caſus:
Et ducis:& turbæ:quæ tecum eſt credita ponto.
Aeolon ille refert thuſco regnare profundo
Aeolon hippotaden cohibentem carcere uentos:
Quos bouis incluſos tergo memorabile munus
Dulychium ſumpſiſſeducem: flatuque ſecundo
Lucibus iſſe nouem:& terram aſpexiſſe petitam.
Proxima poſt nonam quum ſeſe aurora moueret:
Inuidia ſocios prædæque cupidine uictos
Eſſe ratos aurum:dempſiſſe ligamina uentis
Cum quibus iſſe retro:per quas modo uenerat undas:
Aeoliique ratem portus repetiſſe tyranni:
Inde lami ueterem læſtrygonis inquit in urbem
Venimus:antiphates terra regnabat in illa.
Miſſus ad hunc ego ſum numero comitante duorum:
Vixque fuga quæſita ſalus comitique mihique:
Tertius e nobis læſtrygonis impia tinxit
Ora cruore ſuo:fugientibus inſtat:& agmen
Concitat antiphates:coeunt & ſaxa trabeſque
Coniiciunt:merguntque uiros:merguntque carinas
Vna tamen:quæ nos ipſumque uehebat ulyxem
Effugit amiſſa ſociorum parte:dolentes
Multaque conqueſti terris allabimur illis:
Quas procul hinc cernis procul hinc:mihi crede:uidenda
Inſula uiſa mihi:tuque o iuſtiſſime troum
Nate dea:neque enim ſinito marte uocandus
Hoſtis es ænea:moneo fuge littora circes
Hos quoque circeo religata in littore pinu
Antiphatæ memores immanſuetique cyclopis
Ire negabamus:& tecta ignota ſubire.
Sorte ſumus lecti:ſors me fidumque polyten:
Eurylocumque ſimul:nimiique elpenora uini:
Biſque nouem ſocios circea ad mœnia miſit.
Quæ ſimul attigimus:ſtetimuſque in limine tecti:
Mille lupi:mixtique lupis urſique leæque
Occurſu fecere metum:ſed nulla timenda
Nullaque erat noſtro factura in corpore uulnus:
Quin etiam blandas mouere per aera caudas:
Noſtraque adulantes comitant ueſtigia:donec
Excipiunt famulæ:

Excipiunt fabulæ:perque atria marmore tecta
Ad dominam ducunt:pulchro ſedet illa receſſu
Sollemni ſolio:pallamque induta nitentem
Inſuper aurato circumuelatur amictu.
Nereides nymphæque ſimul:quæ uellera motis
Nulla trahunt digitis:nec fila ſequentia ducunt:
Gramina diſponunt:ſparſoſque ſine ordine flores
Secernunt calathis:uariaſque coloribus herbas.
Ipſa quod hæ faciunt opus:exigit:ipſa quis uſus
Quo ue ſit in folio:quæ ſit concordia mixtis
Nouit:& aduertens penſas examinat herbas.
Hæc ubi nos uidit dicta acceptaque ſalute
Diffudit uultus:& reddidit omnia uotis.
Nec mora miſceri toſti iubet ordea grani:
Mellaque uimque meri cum lacte coagula paſſo:
Quique ſub hac lateant furtim dulcedine ſucos
Adicit:accipimus ſacra data pocula dextra:
Quæ ſimul arenti ſitientes hauſimus ore
Et retigit ſummos uirga dea dira capillos:
Et pudet:& referam:ſetis horreſcere cœpi:
Nec iam poſſe quæri:pro uerbis edere raucum
Murmur:& in terram toto procumbere uultu.
Oſque meum ſenſi pando occalleſcere roſtro:
Colla tumere toris:& qua modo pocula parte
Sumpta mihi fuerant:illa ueſtigia feci.
Cumque eadem paſſis:tantum medicamina poſſunt:
Claudor in antra ſuis:ſolum caruiſſe figura
Vidimus eurylochum:ſolus data pocula fugit:
Quæ niſi uitaſſet pecoris pars una maneret:
Nunc quoque ſetigeri:nec tantæ cladis ab illo
Certior ad circen ultor ueniſſet ulyxes:
Pacifer huic dederat florem cyllenius album
Moli uocant ſuperi:nigra radice tenetur:
Tutus eo monitiſque ſimul cæleſtibus intrat
Ille domum circes:& ad inſidioſa uocatus
Pocula conantem uirga mulcere capillos
Reppulit:& ſtricto pauidam deterruit enſe:
Inde fides dextræque datæ:thalamoque receptus
Coniugii dotem ſociorum corpora poſcit:
Spargimur ignoræ ſucis melioribus herbæ:
Percutimurque caput conuerſæ uerbere uirgæ.
Verbaque dicuntur dictis contraria uerbis:
Quo magis illa canit:magis hoc tellure leuati
Erigimur:ſetæque cedunt:bifidoſque relinquit
Rima pedes:redeunt humeri:& ſubiecta lacertis
Brachia ſunt:flentem flentes complectimur illum:
Hæremuſque ducis collo:nec uerba locuti
Vlla priora ſumus:quam nos teſtantia gratos.
Annua nos illic tenuit mora:multaque præſens
Tempore tam longo uidi:multa auribus hauſi:
Hoc quoque cum multis:quod clam mihi rettulit una
Quattuor e famulis ad ta ia ſacra paratis.
Cum duce nanque meo circe dum ſola moratur:
Illa mihi:niueo factum de marmore ſignum
Oſtendens iuuenile gerens in uertice picum
Aede ſacra poſitum:multiſque inſigne coronis
Quis foret:& quare ſacra coleretur in æde:
Cur hanc ferret auem:quærenti & ſcire uolenti
Accipe ait machareu:dominæque potentia quæ ſit
Hinc quoque diſce meæ:tu dictis aduice mentem.
Picus in auſoniis proles ſaturnia terris
Rex fuit utilium bello ſtudioſus equorum:
Forma uiro quam cernis erat:licet ipſe decorem
Aſpicias:fictaque probes ab imagine ueram:
Par animus formæ:nec adhuc ſpectaſſe tot annos

Quinquennem poterat graia quater edere pugna.
Ille ſuos dryades latiis in montibus ortas
Verterat in uultus:illum fontana petebant
Numina naiades:quas albula:quaſque numici:
Quas anienis aquæ:curſuque breuiſſimus almo:
Nar ue tulit præceps:& opacæ farfarus undæ:
Quæque colunt ſcythicæ ſtagnum nemorale dianæ:
Finitimoſque lacus:ſpretis tamen omnibus unam
Ille colit nympham:quam quondam in colle palaci
Dicitur ancipiti peperiſſe uenilia iano:
Hæc ubi nubilibus primum maturuit annis
Præpoſito cunctis laurenti tradita pico eſt:
Rara quidem facie:ſed rarior arte canendi:
Vnde canens dicta eſt ſiluas & ſaxa mouere:
Et mulcere feras:& flumina longa morari:
Ore ſuo uolucreſque uagas retinere ſolebat.
Quæ dum fœminea modulatur carmina uoce:
Exierat tecto laurentis picus in agros
Indigenas fixurus apros:tergumque premebat
Acris equi:leuaque haſtilia bina ferebat:
Phœniceam fuluo chlamidem:comprenſus ab auro.
Venerat in ſiluas & filia ſolis eaſdem
Vtque nouas legeret fœcundis collibus herbas:
Nomine dicta ſuo circea reliquerat arua:
Quæ ſimulac iuuenem uirgultis abdita uidit:
Obſtupuit:eecidere manu:quas legerat herbas:
Flammaque per totas uiſa eſt errare medullas.
Vt primum ualido mentem collegit ab æſtu:
Quid cuperet faſſura fuit:ne poſſet adire
Curſus equi fecit:circunfuſuſque ſatelles:
Non tamen effugies:uento rapiare licebit:
Si modo me noui:ſi non euanuit omnis
Herbarum uirtus:nec me mea carmina fallunt:
Dixit:& effigiem nullo cum corpore falſi
Finxit apri:præterque oculos tranſcurrere regis
Iuſſit:& in denſum trabibus nemus ire uideri.
Plurima qua ſilua eſt & equo loca peruia non ſunt:
Haud mora continuo prædæ petit inſcius umbras
Picus:equique celer ſpumantia terga reliquit.
Spemque ſequens uanam ſilua pedes errat in alta.
Concipit illa preces:& uerba precantia dixit:
Ignotoſque deos ignoto carmine adorat:
Quo ſolet & niueæ uultum confundere lunæ.
Et patrio capiti bibulas ſubtexere nubes.
Tunc quoque cantato denſatur carmine cœlum
Et nebulas exhalat humus:cæciſque uagantur
Limitibus comites:& abeſt cuſtodia regis.
Nacta locum tempuſque per o tua lumina dixit
Quæ mea cœperunt perque hanc pulcherrime formam
Quæ facit ut ſupplex tibi ſim dea:conſule noſtris
Ignibus:& ſoccrum qui præuidet omnia ſolem
Accipe:nec durus titanida deſpice circen.
Dixerat:ille ferox ipſamque preceſque reliquit.
Et quæcunque es ait non ſum tuus:altera captum
Me tenet:& teneat per longum comprecor æuum:
Nec uenere externa ſocialia fœdera lædam:
Dum mihi lanigenam ſeruabunt fata canentem:
Sæpe retemptatis precibus titania fruſtra
Non impune feres:neque ait reddere canenti:
Læſaque quid faciat:quid amans:quid fœmina:diſces
Rebus ait:ſed amans & læſa & fœmina circe eſt.
Tum bis ad occaſum bis ſe conuertit ad ortum:
Ter iuuenem baculo tetigit:tria carmina dixit.
Ille fugit:ſed ſe ſolito uelocius ipſe:
Currere miratus:pennas in corpore uidit:

Se que nouam

Seque nouam ſubito latis accedere ſiluis
Indignatus auem duro fera robora roſtro
Figit:& iratus longis dat uulnera ramis.
Purpureum chlamydis pennæ traxere colorem.
Fibula:quod fuerat:ueſtemque momorderat aurum:
Pluma fit:& fuluo ceruix præcingitur auro:
Ne quicq̃ antiquũ pico niſi nomina reſtat: Fa. .viii.
Socii quoq; pici requirentes ducem ne uiribus innoxiã ſæ-
uirent contacti uenenis in uarias ſpecies abiere mutati.
Interea comites clamato ſæpe per agros
Nequicquam pico:nullaque in parte reperto
Inueniunt circem:nam iam tenuauerat auras:
Paſſaque erat nebulas uentis ac ſole reſolui:
Criminibuſque premunt ueris:regemque repoſcunt.
Vimque ferunt:ſæuiſque parant inceſſere telis.
Illa nocens ſpargit uirus:ſucoſque ueneni:
Et noctem noctiſque deos hereboque chaoque
Conuocat:& longis hecaten ululatibus orat.
Exiluere loco dictu mirabile ſiluæ.
Ingemuitque ſolum:uicinaque palluit arbor:
Sparſaque ſanguineis rubuerunt pabula guttis:
Et lapides uiſi mugitus edere raucos:
Et latrare canes:& humus ſerpentibus atris
Squallere:& tenues animæ uolitare uidentur.
Attonitum monſtris uulgus pauet:illa pauentum
Ora uenenata tetigit mirantia uirga:
Cuius ab attractu uariarum monſtra ferarum
In iuuenes ueniunt:nulli ſua manſit imago. Fa. .ix.
Vxor quoq; Pici canens deſyderio uiri ſecundum Thiberi
deflens caſus amiſſi extabuit.Ita tamen ut locus memoriam
nominis præberet poſteris:canens nominatus eſt.
Preſſerat occiduus carcheſia littora phœbus:
Et fruſtra coniunx oculis animoque canentis
Expectatus erat:famuli populuſque per omnes
Diſcurrunt ſiluas:atque obuia lumina portant.
Nec ſatis eſt nymphæ flere:& lacerare capillos:
Et dare plangorem:facit hæc tamen omnia:ſæque
Proripit:ac latos errat ueſana per agros.
Sex illam noctes totidem redeuntia ſolis
Lumina uiderunt inopem ſomnique cibique
Per iuga per ualles:qua ſors ducebat euntem.
Vltimus aſpexit feſſam luctuque uiaque
Tybris:& in gelida ponentem corpora ripa:
Illic cum lachrymis ipſos modulata dolores
Verba ſono tenui mœrens fundebat:ut olim
Carmina iam moriens canit exequi alia cygnus:
Luctibus extremum tenues liquefacta medullas
Tabuit:inque leues paulatim euanuit auras.
Fama tamen ſignata loco eſt:quẽ rite canentem
Nomine de nymphæ ueteres dixere coloni. Fa. .x.
Nec minus refert Macharеus inſolentiam ſociorum erga Ve
nerem. Aeneæ aduerſus Rutulos pro latino dimicãtes ab Euã
dro cum auxilium petiſſet. Et quemadmodum Turnus Ve-
nulo legato a Diomede item auxilium poſtulaſſet:q ſub Dau
no lapygiæ rege domicilium poſuiſſet:q id ſe facturũ negaſ-
ſet:eo quod pro Aenea aduerſus Venerem ſtetiſſet: uulnera-
tamq; a ſe inimicã haberet.Et ut comites eius contemptu deæ
cupiẽtes proficiſci in bellum immani uolucrum filia decepti
ſubſtiterunt.Eorum nomina hæc ſunt Agmon: Lycus: Idas:
Rhetenor:Nycteus:quæ uolucres albi coloris cygni eſſent:
Talia multa mihi longum narrata per annum
Viſaque ſunt:reſides & deſuetudine tardi
Rurſus inire fretum:rurſus dare uela iubemur:
Ancipiteſque uias & iter titania uaſtum
Dixerat:& ſæui reſtare pericula ponti:

Pertimui fateor:hactuſque hoc littus adhæſi.
Finierat machareus:urnaque ænea nutrix
Condita marmoreo tumulo breue carmen habebat:
Hic me galetam notæ pietatis alumnus
Ereptam argolico:quo debuit igne cremauit.
Soluitur herboſo religatus ab aggere funis:
Et procul inſidias infamatæque relinquunt
Tecta deæ:lucoſque petunt ubi nubilus umbra
In mare cum fulua prorumpit tybris harena:
Faunigenæque domo potitur:nataque latini
Non ſine marte tamen:bellum cum gente feroci
Suſcipitur:pactaque furit pro coniuge turnus.
Concurrit latio tyrrhenia tota:diuque
Ardua ſollicitis uictoria quæritur armis.
Auget uterque ſuas externo robore uires.
Et multi rutulos:multi troiana tuentur
Caſtra:neque æneas euandri ad mœnia fruſtra.
At uenulus fruſtra profugi diomedis ad urbem
Venerat:ille quidem ſub lapyge maxima dauno
Mœnia condiderat:dotaliaque arua tenebat:
Sed uenulus turni poſtquam mandata peregit:
Auxilium petiit:uires ætolius heros
Excuſat:nec ſe aut ſoceri committere pugnæ
Velle ſui populos:aut quos e gente ſuorum
Armet habere ullos:ne ue hæc commenta putetis
Admonitu quanquam luctus renouentur amari:
Perpetiar memorare tamen:poſtquam alta cremata eſt
Ilios:& danaas pauerunt pergama flammas:
Naritiuſque heros a uirgine uirgine rapta
Quam meruit pœnas ſolus digeſſit in omnes.
Spargimur:& uentis inimica per æquora rapti
Fulmina:noctem:imbres:iram cœlique mariſque
Perpetimur danai cumulumque capharea cladis.
Ne ue morer referens triſtes ex ordine caſus:
Græcia tum potuit priamo quoque flenda uideri:
Me tamen armiferæ ſeruatum cura mineruæ
Fluctibus eripuit:patriis ſed rurſus ab agris
Pellor:& antiquo memores de uulnere pœnas
Exigit alma uenus:tantoſque per alta labores
Aequora ſuſtinui:tantos terreſtribus armis:
Vt mihi fœlices ſint illi ſæpe uocati:
Quos communis hyems importunuſque caphareus
Merſit aquis:uellemque horum pars una fuiſſe
Vltima iam paſſi comites belloque fretoque
Deficiunt;finemque rogant erroris.at agmon
Feruidus ingenio:tum uero & cladibus aſper
Quid ſupereſt quod iam patientia noſtra recuſet
Ferre uiri:dixit quid habet cytherea quid ultra
Velle puta:faciat nam dum peiora timentur
Eſt locus in uoto:ſors autem ubi peſſima rerum eſt:
Sub pedibus timor eſt:ſecuraque ſumma malorum:
Audiat ipſa licet:& quod facit oderit omnis
Sub diomede uiros:odium tamen illius omnes
Spernimus:& magno ſtat magna potentia nobis.
Talibus iratam uenerem pleuronius agmon
Inſtimulat uerbis:ueteremque reſuſcitat iram:
Dicta placent paucis:numeri maioris amici
Agmona corripimus:cui reſpondere uolenti
Vox pariter uociſque uia eſt tenuata:comæque
In pluinas abeunt:plumis quoque colla teguntur:
Pectoraque & tergum:maiores brachia pennas
Accipiunt.cubitique leues tenuantur in alas.
Magna pedis digitos pars occupat:oraque cornu
Indurata rigent:finemque in acumine ponunt.
Hunc lycus:hunc idas:& cum rethenore nicteus

Hunc muratur abas:& dum mirantur eandem
Accipiunt faciem:numeruſque ex agmine maior
Subuolat:& remos plauſis circunuolat alis.
Si uolucrum quæ ſit dubiarum forma requiris.
Vt non cygnorum:ſic albis proxima cygnis. Fa. .xi.
Lauiniæ regionis locum arboribus obumbrarum Pan Mercurii filius tenuit:quem poſtea nymphæ occuluerunt has paſtor apulus cum procacibus maledictis terruiſſet: Itaque ne amplius linguam in propatulo haberet: numine earum in arborem oleaſtrum extabuit:& ita factus eſt.
Vix equidem has ſedes:& lapygis arida dauni
Arua gener teneo minima cum parte meorum
Hactenus aenides.uenulus calydonia regna:
Peucetioſque ſinus:Meſapiaque arua reliquit:
In quibus antra uidet:quæ multa nubila ſilua:
Et leuibus guttis manantia ſemicaper pan
Nunc tenet:at quondam tenuerunt tempore nymphæ.
Appulus has illa paſtor regione fugatas
Terruit:& primo ſubita formidine mouit.
Mox ubi mens rediit & contempſere ſequentem:
Ad numerum motis pedibus duxere choreas.
Improbat has paſtor:ſaltuque imitatus agreſti
Addidit obſcœnis conuiua ruſtica dictis.
Nec prius obticuit:quam gutta condidit arbor:
Arbor enim eſt:ſuccoque licet cognoſcere mores.
Quippe notam linguæ baccis oleſter amaris
Exhibet:aſperitas uerborum ceſſit in illas. Fa. .xii.
Turnus aduerſus Aeneam pro Lauinia ſponſa dimicás cum immittere ignem claſſibus conaretur:mater deorum quia ex ida monte phrygiæ ſacrato eſſent factæ:impetratis precibus ab Ioue in nympharum ſpeciem conuertit:ut dearum marinarum numen augere poſſent:effecit.
Hinc ubi legati rediere negata ferentes
Arma ætola ſibi rutuli ſine uiribus illis
Bella infauſta gerunt:multumque ab utraque cruoris
Parte datur:fert ecce auidas in pinea turnus
Tecta faces:igneſque timen:quibus unda pepercit.
Iamque picem & cæras alimentaque cætera flammæ
Mulciber urebat:perq; altum ad carbaſa malum
Ibat:& incuruæ fumabant tranſtra carinæ:
Cum memor has pinus idæo uertice cæſas
Sancta deum genitrix tinnitibus æthera pulſi
Aeris:& inflati compleuit murmure buxi:
Perque leues domitis inuecta leonibus auras
Irrita ſacrilega iactas incendia dextra
Turne ait eripiam:nec me patiente cremabit
Ignis edax nemorum partes:& membra meorum
Intonuit dicente dea:tonitrumq; ſecuti
Cum ſaliente graues ceciderunt grandine nimbi.
Aeraq; & tumidum ſubitis concurſibus æquor
Aſtrei turbant:& erant in prælia fratres:
E quibus alma parens unius uiribus uſa
Stupea prærupit phrygiæ retinacula puppis:
Fertque rates pronas:medioque ſub æquore mergit.
Robore mollito lignoque in corpora uerſo
In capitum facies puppes mutantur aduncæ:
In digitos abeunt & crura natantia remi.
Quodque ſinus fuerat:latus eſt:mediiſque carina
Subdita nauigiis ſpinæ mutatur in uſum.
Lina comæ molles:antennæ brachia fiunt
Cærulus ut fuerat color eſt:quaſque ante timebant
Illas uirgineis exercent luſibus undas
Naiades æquoreæ duriſque in montibus ortæ.
Molle fretum celebrant:nec eas ſua tangit origo.
Non tamen oblitæ q̃ multa pericula ſæpe

Pertulerint pelago:iactatis ſæpe carinis
Suppoſuere manus:niſi ſi qua uehebat achiuos. Fa. .xiii.
Naues Aeneæ docet ex recordatione in ſpeciem nymphaꝝ uer
ſas deoꝝ ſuoꝝ uoluntate:Naritiique nauem uidiſſe dicit nau
fragio. Item alcinoum pelaſgos portantem ſaxo dureſcere.
Cladis adhuc phrygiæ memores odere pilaſgos:
Naritiæque ratis uiderunt fragmina lætis
Vultibus:& lætis uidere rigeſcere puppes
Vultibus:alcinoi ſaxũque increſcere ligno. Fa. .xiiii.
Turno ab ænea interempto ardea urbs regnum Turni incen
dio ad cinerem redacta:ex qua uolucris emerſa eſt:quæ pa
trio eius nomine uocaretur a poſteris ardea.
Spes erat in nymphas animata claſſe marinas
Poſſe metu monſtri rutulum deſiſtere bello.
Perſtat:habetque deos pars utraque quodque deorum eſt
Inſtar habent animos:nec iam dotalia regna:
Nec ſcæptrum ſoceri:nec te lauinia uirgo:
Sed uiciſſe petunt:deponendique pudore
Bella gerunt:tandemque uenus uictricia nati
Arma uidet: turnuſque cadit:cadit ardea turno
Soſpite dicta potens:quam poſtquam barbarus enſis
Abſtulit:& trepida patuerunt tecta fauilla.
Congerie e media tum primum cognita præpes
Subuolat:& cineres plauſis euerberat alis:
Et ſonus:& macies:& pallor:& omnia captam
Quæ deceant urbem:nomen quoque manſit in illa
Vrbis:& ipſa ſuis deplangitur ardea pẽnis. Fa. .xv.
Venus ut aſaduertit filiũ Aeneam laboribus exhauſtis ad finẽ
ueniſſe æui:petit ab Ioue patre ut promiſſis fidem faceret. Cu
ius ille precibus auditis effecit in agro laurenti flumine Numi
tio mortalitatem ablueret: interque indigetes deos trãſferret
ita ut a poſteris ſicut cæteris diis ſacra ei adminiſtrarentur.
Iamque deos omnes:ipſamque æneia uirtus
Iunonem ueteres finire coercuit iras:
Cum bene fundatis opibus creſcentis iuli
Tempeſtiuus erat cœlo cithereus heros:
Ambieratque uenus ſuperos:colloque parentis
Circunfuſa ſui:nunquã mihi dixerat ullo
Tempore dure pater:nunc ſis mitiſſimus opto.
Aeneæque meo:qui te de ſanguine noſtro
Fecit auum:quamuis paruum des optime numen:
Dum modo des aliquid:ſatis eſt inamabile regnum
Aſpexiſſe ſemel:ſtygios ſemel iſſe per amnes.
Aſſenſere dei:nec coniunx regia uultus
Immotos tenuit:placatoque annuit ore.
Tum pater eſt is ait cœleſti numine dignus
Quaque petis:pro quoque petis:cape nata quod optas:
Fatus erat:gaudet:grateſque agit illa parenti:
Perque leues auras iunctis inuecta columbis:
Litus adit laurens:ubi tectus arundine ſerpit
Infreta flumineis uicina Numicius undis.
Hunc iubet æneæ quæcunque obnoxia morti
Abluere:& tacito deferre ſub æquora curſu.
Corniger exequitur ueneris mandata:ſuiſque
Quicquid in ænea fuerat mortale repurgat.
Et reſperſit aquis:pars optima reſtitit illi.
Luſtratum genitrix diuino corpus odore
Vnxit:& ambroſia cum dulci nectare mixta
Contigit os:fecitque deum:quem turba quirini
Nuncupat indigetem:temploque ariſque recepit. Fa.xvi.
Tyberinus albanoꝝ rex thuſco amni albula merſus interiit ac
nomẽ fluuio reliqt:Item auentinus:a quo mons urbis albæ ac
cepit impium. Sub hoc Pomona namadriadum nympharum
hortoꝝ cultrix fœliciumq; arboꝝ: cuius nomẽ pomaria obti
nent. Hãc cũ Vertumnus diligeret:ſolitus in uarias ſiguras mu

tari & ea

tari & ea refugiente concubitum ſollicitudine aſſiduâ urere-
tur:Nouiſſime in anum conuerſus eſt:eiq; multa rettulit:qui
bus fœminæ flecti ſolerét:ut ſibi iungeretur ipſa autem per
ſeuerante in propoſito nouiſſimæ refert quoq; fuiſſe Cypro
anaxereten uirginem:quæ propter ſuperbiam punita fuiſſet
a Venere:uerſuſque in ſua forma concubuit cum ea.
Inde ſub aſcanii ditione binominis alba
Reſque latina fuit:ſucceſſit ſiluius illi:
Quo ſatus antiquo tenuit repetita latinus
Nomina cum ſcæptro:clarus ſubit ecce latino
Epitus:ex illo eſt:poſt hunc capetuſque:capiſque:
Sed capis ante fuit:regnum tyberinus ab illis
Cœpit:& in thuſci demerſus fluminis undis:
Nomina fecit aquæ:de quo remuluſque feroxque
Acrota ſunt geniti:remulus maturior annis
Fulmineo periit imitator fulminis ictu:
Fratre ſuo ſcæptrum moderatior acrota forti
Tradit auentino:qui quo regnarat eodem
Monte iacet poſitus:tribuitque uocabula monti.
Iamque palatinus ſummæ loca gentis habebat:
Rege ſub hoc Pomona fuit:qua nulla latinas
Inter hamadryadas coluit ſolertius hortos.
Nec fuit arborei ſtudioſior altera fœtus:
Vnde tenet nomen:non ſiluas illa:nec amnes:
Rus amat:& ramos fœlicia poma ferentes:
Nec iaculo grauis eſt.ſed adunca dextera falce.
Qua modo luxuriam premit:& ſpatiantia paſſim
Brachia conſpexit:fiſſa modo cortice lignum
Inſerit:& ſucco alieno præſtat alumno.
Nec ſentire ſitim patitur:bibulæque recuruas
Radicis fibras labentibus irrigat undis:
Hic amor:hoc ſtudium:ueneris quoque nulla cupido eſt:
Vim tamen agreſtum metuens pomaria claudit.
Intus & acceſſus prohibet refugitque uiriles.
Quid non & ſatyri ſaltatibus apta iuuentus
Fecere:& pinu precincti cornua panes?
Silenuſque ſuis ſemper iuuenilior annis?
Quique deus fures uel falce uel inguine terret?
Vt potirentur ea:ſed enim ſuperabat amando
Hos quoque uertumnus:neque erat fœlicior illis.
O quotiens habitu duri meſſoris ariſtas
Corbe tulit:uerique fuit meſſoris imago.
Tempora ſæpe gerens fœno rleigata recenti
Deſectum poterat gramen uerſare uideri:
Sæpe manu ſtimulos rigida portabat:ut illum
Iuraſſes feſſos modo diſiunxiſſe iuuencos:
Falce data frondator erat:uitiſque putator
Induerat ſcalas lecturum poma putares.
Miles erat gladio:piſcator arundine ſumpta:
Denique per multas aditum ſibi ſæpe figuras
Reperit:ut caperet ſpectatæ gaudia formæ.
Ille etiam picta redimitus tempora mytra
Innitens baculo poſitis per tempora canis
Aſſimulauit anum:cultoſque intrauit in hortos:
Pomaque mirata eſt:tantoque peritior inquit
Omnibus eſt nymphis:quas continet albula ripis.
Salue uirginei flos intemerate pudoris:
Paucaque laudatæ dedit oſcula:qualia nunquam
Vera dediſſet anus:glebaque incurua reſedit
Suſpiciens pandos auctunni pondere ramos:
Vlmus erat contra ſpecioſa nitentibus uuis:
Quam ſocia poſtq; pariter cum uite probauit
Aſt ſi ſtaret ait cælebs ſine palmite truncus:
Nil præter frondes quare peteretur:haberet.
Hæc quoque quæ iuncta eſt uitis requieſcit in ulmo:

Si non iuncta foret:terræ acclinata iaceret.
Tu tamen exemplo non tangeris arboris huius:
Concubituſque fugis:nec te coniungere curas.
Atque utinam uelles:helene non pluribus eſſet
Sollicitata procis:nec quæ lapithea mouit
Prælia:nec coniunx timidi aut audacis ulyxis:
Nunc quoque cum fugias auerſeriſque petentes:
Mille uiri cupiunt:& ſemideique deique:
Et quæcunque tenent albanos numina montes.
Sed tu ſi ſapies:ſi te bene iungere:anumque
Hanc audire uoles:quæ te plus omnibus illis
Pluſq̃ credis:amo:uulgares reice tædas.
Vertumnumque tori ſocium tibi deligе:proquo
Me quoque pignus habe:neque enim ſibi notior ille eſt:
Quam mihi:nec paſſim toto uagus erat in orbe.
Hæc loca magna colit:nec uti pars magna procorum
Quam modo uidit amat:tu primus:& ultimus illi
Ardor eris:ſolique ſuos tibi deuouet annos.
Adde quod eſt iuuenis:quod naturale becoris
Munus habet:formaſque apte fingetur in omnes.
Et quod erit iuſſus:iubeas licet omnia:fiet:
Quid quod amatis idem?quid quæ tibi poma coluntur
Primus habet?lætaque tenet tua munera dextra.
Sed neque iam fœtus deſyderat arbore demptos
Nec quas hortus alit cum ſucis mitibus hærbas:
Nec quicq̃ niſi te miſerere ardentis:& ipſum
Quod petit ore meo præſentem crede precari.
Vltoreſque deos:& pectora dura peroſam
Idaliam memoremque time rhamnuſidis iram.
Quoque magis caueas:& enim mihi multa uetuſtas
Scire dedit:referam tota notiſſima cypro
Facta quibus flecti facile & miteſcere poſſis. Fa. .xvii.
In inſula Cypro anaxerete fuit ex progenie Teucri Salamina: quæ forma cæteras gentes eiuſdē ciuitatis ſupgreſſa ē. Sed ut pulchritudo eminens fuit:ita pp aſpnationem uitioꝝ abominanda oībus. Quā cū Iphis eiuſdem ciuitatis amore diligeret neq; aditū ad eā haberet:dolens qđ in tam graue ſortē incidiſſet:ne diutius doleret:ad extremū noctu clam añ fores puellæ ſuſpēdio ſe liberauit. Cui cū funus ꝑ dignitate fortunæ ꝑ publicū maxia frequentia duceret & patrētiſſime ex ſupiori pte domus ꝑſpiceret:ob nimiā crudelitatē aiq; duritiā in ueſtigio ſui a uenere ſaxo durata ē ita ut apud Salaminios ſpes eius proſpicientis ueneris nomen acceperit. Dehinc Vertumnus rediens in ſuam ſpeciem Pomona potitus eſt.
Viderat a ueteris generoſam ſanguine teucri
Iphis anaxareten:humili de ſtirpe creatus
Viderat:& totis perceperat oſſibus ignes:
Luctatuſque diu:poſtquam ratione furorem
Vincere non potuit:ſupplex ad limina uenit:
Et modo nutrici miſerum confeſſus amorem:
Ne ſibi dura foret:per ſpes orauit alumnæ:
Et modo de multis alicui blanditus amicis
Sollicita petiit perpenſum uoce fauorem.
Sæpe ferenda dedit blandis ſua uerba tabellis:
Interdum madidas lachrymarum rore coronas
Poſtibus intendit:poſuitque in limine duro
Molle latus triſtiſque ſeræ conuitia fecit.
Sæuior illa freto ſurgente:cadentibus auſtris:
Durior & ferro:quod noricus excoquit ignis:
Et ſaxo:quod adhuc uiuum radice tenetur.
Spernit:& irridet:factiſque immitibus addit
Verba ſuperba ferox:& ſpe quoque fraudat amantem.
Non tulit impatiens longi tormenta doloris
Iphis:& ante fores hæc uerba nouiſſima dixit:
Vincis anaxerete:neque erunt tibi tedia tandem

Vlla ferenda mei:lætos molire triumphos:
Ea pæana uoca:nitidaque incingere lauro.
Vincis enim moriorque libens:age:ferrea gaude:
Certe aliquid laudare mei cogeris:eritque
Quo tibi ſim gratus:meritumque fatebere noſtrum.
Non tamen ante tui curam exceſſiſſe memento:
Quam uitam:geminaque ſimul mihi luce carendum eſt
Nec tibi fama mei uentura eſt nuncia lethi.
Ipſe ego ne dubites adero:præſenſque uidebor
Corpore ut exanimi crudelia numina paſcas:
Si tamen o ſuperi mortalia facta uidetis:
Eſte mei memores:nihil ultra lingua precari
Suſtinet:& longo facite:ut narremur in æuo:
Et quæ dempſiſtis uitæ date tempora famæ:
Dixit:& ad poſtes ornatos ſæpe coronis
Humentes oculos:& palida brachia tollens:
Cum foribus laquei religaret uincula ſummis.
Hæc tibi ſerta placent crudelis & impia dixit:
Inſeruitque caput:ſed tum quoque uerſus ad illam:
Atque onus infœlix eliſa fauce pependit.
Icta pedum motu trepidantem:& multa timentem
Viſa dediſſe ſonum eſt:adapertaque ianua factum
Prodidit:exclamant famuli:fruſtraque leuatum
Nam pater occiderat:referunt ad limina matris.
Accipit illa ſinu:complexaque frigida nati
Membra ſui:poſtquam miſerarum uerba parentum
Edidit:& matrum miſerarum facta peregit:
Funera ducebat mediam lachrymoſa per urbem:
Luridaque auſuro portabat membra feretro:
Forte uiæ uicina domus qua flebilis ibat:
Pompa fuit:duræque ſonus plangoris ad aures
Venit anaxaretes:quam iam deus ultor agebat:
Mota tamen uide amus ait:miſerabile funus:
Et patulis iniit tectum ſublime feneſtris:
Vixque bene impoſitum lecto proſpexerat Iphim.
Dirigere oculi:caliduſque e corpore ſanguis
Inducto pallore fugit:conataque retro
Ferre pedes hæſit:conata auertere uultus
Hoc quoque non potuit:paulatimque occupat artus:
Quod fuit in duro iampridem corpore ſaxum.
Neue ea ficta putes:dominæ ſub imagine ſignum.
Seruat adhuc ſalamis:ueneris quoque nomine templu
Proſpicientis habet:quorum memor o mea lentos
Pone precor faſtus:& amanti iungere nymphæ:
Sic tibi nec uernum naſcentia frigus adurat
Poma:nec excutiant rapidi florentia uenti:
Hæc ubi ne quicq̃ formas deus aptus in omnes
Edidit:in iuuenem rediit:& anilia dempſit
Inſtrumenta ſibi:taliſque apparuit illi:
Qualis ubi appoſitas nitidiſſima ſolis imago
Euicit nubes:nullaque obſtante reluxit.
Vimque parat:ſed ui non eſt opus:inque figura
Capta dei nympha ẽ:& mutua uulnera ſenſit. Fa. .xviii.
Poſt Amulii ac Numitoris albanor& regũ iteritũ Romulus urbis a ſe cõditæ cœpit imperiũ. Qui cũ aduerſus Titũ Tatiũ p raptu uirginũ dimicaret: hoſtis appropinq̃uit patriæ: qđ ut Vẽus p̃ſenſit: portis obſeratis una patefacta ẽ Tarpeia uirgine p̃dente patriã. Venus p filii incolumitate a Nymphis: q̃ pxi/mæ Iano erãt geminũ petiit auxiliũ. Data ergo uenia ſecũ dũ portã: quã Sabini irrupturi erãt: recluſo fõte ſcaturiẽtes aquæ quæ ãa latuerãt humo ſparſæ p̃ſſius hoſtẽ auerterũt: uicto/riaq; romulus rebus urbis cõpoſitis iura reddẽs populo ſicut potierat mr̃: raptus ĩ cœlũ ẽ: ita ut Quirinus nouo noie uoca/retur.
Proximus auſonias iniuſti miles amuli
Rexit opes: numitorque ſenex amiſſa nepotum

Munere regna capit:feſtiſque palilibus urbis
Mœnia conduntur:Tatius patreſque Sabini
Bella gerunt:arciſque uia tarpeia recluſa
Dignam animam pœna congeſtis exuit armis.
Inde ſati curibus tacitorum more luporum
Ore premunt uoces:& corpora uicta ſopore
Inuadunt:portaſque petunt:quas obice firmo
Clauſerat iliades:unam tamen ipſa recluſit.
Nec ſtrepitum uerſo ſaturni cardine fecit:
Sola uenus portæ cecidiſſe repagula ſenſit:
Et clauſura fuit:niſi quod reſcindere nunq̃
Diis licet acta deum:iano loca iuncta tenebant
Naiades auſoniæ gelido rorantia fonte.
Has rogat auxilium:nec nymphæ iuſta petentem
Suſtinuere deam:uenaſque & flumina fontis
Elicuere ſui:nondum tamen in uia iani
Ora petentis erant:nec iter præcluſerat unda.
Lurida ſupponunt fœcundo ſulfura fonti:
Incedunt que cauas fumante bitumine uenas.
Viribus his aliiſque uapor penetrauit ad ima
Fontis:& alpino modo que certare rigori
Audebatis aquæ:non cæditis ignibus ipſis.
Flammifera gemini fumant aſpergine poſtes:
Portaque ne quicquã rigidis promiſſa ſabinis
Fonte fuit præſtructa nouo:dum martius arma
Induerat miles:quæ poſtquam romulus ultro
Obtulit:& ſtrata eſt tellus romana ſabinis
Corporibus ſtrata eſtque ſuis:generique cruorem
Sanguine cum ſoceri permiſcuit impius enſis:
Pace tamen ſiſti bellum:nec in ultima ferro
Decertare placet:taciumque accedere regno:
Occiderat tatius:populiſque æquata duobus
Romule iura dabas:poſita cum caſſide mauors
Talibus affatur diuumque hominumque parentem:
Tempus adeſt genitor:quoniam fundamine magno
Res romana ualet:& præſide pendet ab uno:
Præmia iam promiſſa mihi dignoque nepoti
Soluere:& ablatum terris imponere cœlo:
Tu mihi concilio quondam præſente deorum:
Nam memoro:memorique animo pia uerba notaui:
Vnus erit:quem tu tolles in ſidera cœli
Dixiſti:rata ſit uerborum ſumma tuorum.
Annuit omnipotẽs:& nubibus aera cæcis
Occuluit:tonitruque & fulgure terruit orbem.
Quæ ſibi promiſſæ ſenſit data ſigna rapinæ:
Innixuſque haſte preſſos temone cruento
Impauidus conſcendit equos gradiuus:& ictu
Verberis increpuit: patronumque per aera lapſus
Conſtitit in ſummo nemoroſi colle palati:
Reddentemque ſuo non regia iura quiriti
Abſtulit iliaden:corpus mortale per aura
Dilapſum eſt tenues:ut lata plumbea funda
Miſſa ſolet medio glans intabeſcere cœlo.
Pulchra ſubit facies:& puluinaribus altis
Dignior eſt:qualis trabeati forma Quirini: Fa. .xix.
Herſilia coniunx Romuli cum fleret amiſſum coniugem a Iu
none ei poſt datã immortalitatẽ ora quirini nũcupata ẽ:quoq;
templa a populo romano in colle Quirinali cõſtituta ſunt.
Flebat ut amiſſum coniunx:cum regia iuno
Irin ad herſiliam deſcendere limite curuo
Imperat:& uacuæ ſua ſic mandata refeſre:
O & de latio o & de gente ſabina
Præciuum matrona decus:digniſſima tanti
Ante fuiſſe uiri:coniunx nunc eſſe quirini:
Siſte tuos fletus:& ſi tibi cura uidendi

Coniugis eſt:

Coniugis eſt:duce me lucum pete colle quirino:
Qui uiret:& templum romani regis obumbrat.
Paret:& in terram pictos delapſa per artus
Herſiliam iuſſis compellat uocibus iris:
Illa uerecundo uix tollens lumina uultu:
O dea:nanque mihi nec quæ ſis dicere promptum eſt:
Et liquet eſſe deam:duc o duc inquit:& offer
Coniugis ora mihi:quem ſi modo poſſe uidere
Fata ſemel dederint:cœlum accepiſſe uidebor.
Nec mora romuleos cum uirgine Thaumantea
Ingreditur colles:ibi ſidus ab æthere lapſum
Decidit in terras:a cuius lumine flagrans
Herſiliæ crinis cum ſidere ceſſit in auras.
Hanc manibus notis romanæ conditor urbis
Excipit:& priſcum pariter cum corpore nomen
Mutat:oramque uocat:quæ nunc data iuncta quirino eſt

i. Calculi nigri in candidum colorem.
ii. Animæ in uarias ſpecies.
iii. Panthus in Euphorbium.
iiii. Tempora in ſpecies.
v. Amnis Lyciæ in regionem mutatus.
vi. Eraſinus amnis in regionem ſimiliter aliam.
vii. Caicum flumen in regionem aliam ſimiliter:
viii. Amaſenum flumen in terræ ſpeciem.
ix. Anigrum fiumen dulce in aquæ amaritudines
x. Hipanis amnis in aquæ amaritudinem ſimiliter.
xi Antiſa & Pharos inſulæ in ſcopulos mutatæ:
xii. Leucades inſulæ tres i mōtiū ſpēs: & zācle iſula in ſco-
xiii. Elice & buris oppida in ſcopulū ſimiliter pulū:
xiiii. Tumulus Troezana in aream mutatus eſt.
xv. Lacus in Africa Hammonis in glaciem conuertitur
xvi. Lignum in athamanta a tactu aquæ in ignem.
xvii. Flumen Ciconum bibentes in lapidem mutantur
xviii. Gratis amnis colorem in uarium uertit.
xix Salmacis fontem qui contingit: in mollicie uertitur.
xx. Lacum æthiopiæ qui bibit:inſaniam uertitur
xxi. Clytorium fontem qui bibit:Odium uini capit.
xxii Linceſtiū amnen qui bibit in ebrietatē conuertitur.
xxiii. Aqua in urbe Phinea in uarias uertitur.
xxiiii. Symplegades cautes in ponto in petras redactas
xxv. Aetna mons Siciliæ in ignem.
xxvi. In palena urbe Tritonides a tactu in aues.
xxvii. Scytides fœminæ a tactu immutatæ.ueneni:
xxviii. Ex uitulis apes naſcuntur.
xxix. Ex equo Scabrones
xxx. Ex Cancro Scorpius.
xxxi. Ex tineis agreſtibus papiliones.
xxxii. Ranæ ex limo produntur.
xxxiii. Ex carne urſæ effigies eius appet: poſtea lābēdo efficit.
xxxiiii. Apes initio uermes poſt in ſuam ſpeciem uenit.
xxxv. Ex oui uitello prodentur aues.
xxxvi. Ex medulla humana angues naſcuntur.
xxxvii. Phœnix auis ex ſanie ſua aliam progenerat.
xxxviii. Hyena fera in uarias figuras.
xxxix. Anima labentis in uarias ſpecias.
xl. Lynces liberi ex urina in lapidem.
xli. Coralium lapis ſub aqua mollis eſt:extra dureſcit
xlii. Gentium ſpecies in uarias.
xliii. Numa pompilius in aera.
xliiii. Aegeria poſt mortē mariti Numæ i uallē Aritinam
xlv. Hippolitus in deum Virbiū. ſe contulit lugens.
xlvi. Aegeria nympha coniunx Numæ in fontem.
xlvii. Gleba in puerum eundem tagen nomine.
xlviii. Iaculum Romuli in arborem.
xlix. Cippi frons in cornua.

I. Aeſculapius in draconem.
Ii. Cæſar in ſtellam. Fabula .i.

Micilius Alemõis filius ꝓcreatus argis cũ ꝙti ſe ꝺdiſſet: Hercules uiſus eſt: q eũ moneret: ut patriã relinqueret: & ſecũdũ Eſarẽ amnẽ cõſideret. Qui cũ facere extimeſceret: qa lex uetaret deſerere patriã: & ĩ aliã ciuitatẽ trãſiret: Rurſus admonitus ẽ: Metuẽs itaq; penates ſuos deſtituit: Ideoq; ĩ iudiciũ publicũ ẽ deuocatus: & cũ partẽ ꝑ ſe & populi partẽ aduerſus ſe hẽret: iudicaturis calculi albi ac nigri dati ſunt: ut atri dãnarẽt cãdidi abſoluerẽt. Micilus itaq; ꝓtimẽs ꝓiculũ capitis Herculẽ iuocauit: ut laborãti ſibi qa eius iuſſis obtẽpaſſet: ferret auxiliũ: Cuius ꝓces nõ incaſſum abierũt. Nã cũ calculi more patriæ in urna effuſi deducti eſſent: oẽs apparuerunt in colorem album conuerſi. Quamobrem ille metu liberatus ꝓioni um pelagus nauigans cũ in italiã ueniſſet: & Eſarem amnẽ attigiſſet: ſicut ꝓceptũ erat urbẽ cõſtituit: eamq; a ꝓximo tumulo: cui Tares Neptũni filius ſubiectus erat: Tarẽtũ nomiauit.

PV. OVI. NA. METAMORPHOSEOS LIBER. XV.

QVæritur interea quis tantæ pondera molis
Suſtineat tantoque queat ſuccedere regi.
Deſtinat imperio clarum prænuncia ueri
Fama numam: non ille ſatis cognoſſe ſabinæ
Gentis habet ritus; animo maiora capaci
Concipit: & quæ ſit rerum natura requirit.
Huius amor curæ patria curibuſque relictis
Fecit: ut herculei penetraret ad hoſpitis urbem:
Grata quis italicis auctor poſuiſſet in oris
Mœnia quærenti: ſic e ſenioribus unus
Rettulit indigenis: ueteris non inſcius æui:
Diues ab oceano bobus ioue natus hiberis
Littora fœlici tenuiſſe lacinia curſu
Fertur: & armento teneras errante per herbas
Ipſe domum magni nec inhoſpita tecta cronis:
Intraſſe: & requie longum releuaſſe laborem:
Atque ita diſcedens æuo dixiſſe nepotum:
Hic locus urbis erit: promiſſaque uera fuerunt.
Nam fuit argolico generatus alemone quidam
Micilus: illius diiſque acceptiſſimus æui.
Hunc ſuper incumbens preſſum grauitate ſoporis
Clauiger alloquitur: lapidoſas eſeris undas
I pete diuerſi: patrias age deſere ſedes:
Et niſi paruerit multa ac metuenda minatur.
Poſtea diſcedunt pariter ſomnuſque deuſque
Surgit alemonides: tacitaque recentia mente
Viſa refert: pugnatque diu ſententia ſecum.
Numen abire iubet: prohibent diſcedere leges.
Pœnaque mors poſita eſt patriam mutare uolenti.
Candidus oceano nitidum caput abdiderat ſol:
Et caput extulerat denſiſſima ſidereum nox
Viſus adeſſe idem deus eſt: eademque monere:
Et niſi paruerit plura & grauiora minari.
Pertimuit: patriumque ſimul tranſferre parabat
In ſedes penetrale nouas: fit murmur in urbe
Spretarumque agitur legum reus: utque peracta eſt
Cauſa prior: crimenque patet ſine teſte probatum
Squalidus ad ſuperos tendens reus ora: manuſque.
O cuius cœlum bis ſex fecere labores
Fer precor inquit opem: nam tu mihi criminis auctor.
Mos erat antiquis niueis atriſque lapillis
His damnare reos: illis abſoluere culpa:
Tunc quoque ſic data eſt ſententia triſtis: & omnes
Calculus immitem dimittitur ater in urnam.
Quæ ſimul effudit numerandos uerſa lapillos:
Omnibus e nigro color eſt mutatus in album.
Candidaque herculeo ſententia numine facta

Soluit alemoniden:

Soluit alemoniden:grates agit ille parenti
Amphitryoniadæ:uentisque fauentibus æquor
Nauigat ionium:lacedæmoniumque tarentum
Præterit:& sibarim salentinumque neretum:
Turinosque sinus:nemesenque:& lapigis arua.
Vixque pererratis quæ spectant littora terris
Inuenit eserei fatalia fluminis ora.
Nec procul hinc tumulum:sub quo sacrata crotonis
Ossa tegebat humus:iussaque ibi mœnia terra
Cundidit:& nomen tumulati traxit in urbem. Fa. .ii.
Pythagoras Samius tyránidem fugiens cum patriam reliquisset:italiam uenit:& quæ didicerat de rerum natura mundiq; ad modum sæculi aurei docet ad usus terræ necessarios cuncta præbente sæculo nefas esse animalibus uesci: quod essent cõsanguineæ animæ mortaliũ í proximo tẽpore & quod corporibus corpora transfunderentur. postea paulatim cõcessũ est:ut maleficiis feræ dolis interceptæ occiderentur: & mansuetarum fœtus sues:quod fruges satas eruerent. Ité capri qđ uitem maturam præcepere assueuissent:ne fructus crescceret.
Talia constabat certa primordia fama
Esse loci:positæque italis in finibus urbis.
Vir fuit hic ortu samius:sed fugerat una
Et samon & dominos:odioque tyrannidis exul
Sponte erat:isque licet cœli regione remotus
Mente deos adiit:& quæ natura negabat
Visibus humanis:oculis ea pectoris hausit.
Cumque animo & uigili perspexerat omnia cura:
In medium discenda dabat:cœtumque silentum:
Dictaque mirantum magni primordia mundi:
Et rerum causas:& quid natura docebat:
Quid deus:unde niues:quæ fulminis esset origo.
Iuppiter:an uenti discussa nube tonarent:
Quid quateret terras:qua sidera lege mearent:
Et quodcunque latet:primusque animalia mensis
Arguit imponi:primus quoque talibus ora
Docta quidem soluit:sed non & credita uerbis.
Parcite mortales dapibus temerare nefandis
Corpora:sunt fruges:sunt deducentia ramos
Pondere poma suo:tumidæque in uitibus uuæ.
Sunt herbæ dulces:sunt quæ mitescere flamma
Mollirique queant:nec uobis lacteus humor
Eripitur:nec mella thymi redolentia flore:
Prodiga diuitias alimentaque mitia tellus
Suggerit:atque epulas sine cæde & sanguine præbet.
Carne feræ sedant ieiunia:nec tamen omnes:
Quippe equus & pecudes armentaque gramine uiuunt.
At quibus ingenium est immansuetumque ferumque
Armeniæ tigres:iracundique leones:
Cumque lupis ursi dapibus cum sanguine gaudent.
Heu quantum scelus est in uiscere uiscera condi:
Congestoque aliud pinguescere corpore corpus:
Alteriusque animantem animantis uiuere letho:
Scilicet in tantis opibus:quas optima matrum
Terra creat:nil te nisi tristia mandere sæuo
Vulnera dente iuuat:rituque referre cyclopum.
Nec nisi perdideris alium placare uoracis:
Et male morati poteris ieiunia uentris.
At uetus illa ætas:cui fecimus aurea nomen
Fœtibus arboreis:& quas humus educat herbis
Fortunata fuit:nec polluit ora cruore.
Tunc & aues tutæ mouere per aera pennas:
Et lepus impauidus mediis errauit in aruis:
Nec sua crudelitas piscem suspenderat hamo
Cuncta sine insidiis:nullamque timentia fraudem.
Plenaque pacis erant:postquam non utilis auctor

abstinentiæ præceptum seu pythagoræ dehortatio ab esu carnium.

Victibus inuidit:quisquis fuit ille deorum:
Corporeasque dapes auidam demersit in aluum:
Fecit iter sceleri:primoque e cæde ferarum
Inculuisse putes maculatum sanguine ferrum.
Idque satis fuerat:nostrumque petentia lethum
Corpora missa neci salua pietate fatemur.
Sed quam danda neci:tam non epulanda fuerunt:
Longius inde nefas abiit:& prima putatur
Hostia sus meruisse mori:quia semina pando
Eruerit rostro:spemque interceperit anni.
Vite caper morsa bacchi mactatus ad aras
Dicitur ultoris:nocuit sua culpa duobus
Quid meruistis oues placidum pecus?inque tuendos
Natum homines pleno quæ fertis in ubere nectar:
Mollia quæ nobis uestras uelamina lanas
Præbetis:uitaque magis:quam morte iuuatis.
Quid meruere boues:animal sine fraude doloque
Innocuum:simplex:natum tolerare labores?
Immemor est demum:nec frugum munere dignus:
Qui potuit curui dempto modo pondere aratri
Ruricolam mactare suum:qui trita labore
Illa quibus totiens durum renouauerat aruum:
Tot dederat messes:percussit colla securi.
Nec satis est quod tale nefas committitur:ipsos
Inscripsere deos sceleri:numenque supernum
Cæde laboriferi credunt gaudere iuuenci:
Victima labe carens:& præstantissima forma
Nam placuisse nocet:uittis præsignis & auro:
Sistitur ante aras:auditque ignara precantem:
Imponique suæ uidet inter cornua fronti
Quas coluit fruges:percussaque sanguine cultros
Inficit in liquida præuisos forsitan unda.
Protinus ereptas uiuenti corpore fibras
Inspiciunt:mentesque deum scrutantur in illis:
Vnde fames homini uetitorum tanta ciborum est?
Audetis uesci genus o mortale:quod oro
Ne facite:& monitis animos auertite nostris:
Cumque boum dabitis cæsorum membra palato
Mendere uos uestros scite:& sentire colonos.
Et quoniam deus ora mouet:sequar ora mouentem
Rite deum:delphosque meos:ipsumque recludam
Aethera:& augustæ reserabo oracula mentis
Magna:nec ingeniis inuestigata priorum:
Quæque diu latuere canam:iuuat ire per alta
Astra:iuuat terris & inerti sede relicta
Nube uehi:ualidique humeris insistere atlantis.
Palantesque homines passim ac rationis egentes
Despectare procul:trepidosque:obitūq; timentes
Sic exhortari:sortemque euoluere fati.

Pythagorā eundē inducit referentē cuncta rerū temporibus imutari:si quidē ipse ānus uertatur in quatuor species Veris: æstatis:autumni:& hyemis:& quæ nascuntur:quoniā i initio prodita teneras imutataſq; species habeant:deinde res crescē do robustæ ætatis nouissime senescētis:Se quoq; memoria te nere bello troiano Euphorbum Pāthoidem fuisse:& postea q̄ a Menelao sit occisus in bello:animā eius in se esse trāsfussā Clypeumque eius dum in ætales ductus sit:quo usus esset in bello:in templo Iunonis argiuæ cognouisse.

O genus attonitum gelidæ formidine mortis
Quid styga:quid tenebras:& nomina uana timetis
Materiem uatum falsique pericula mundi?
Corpora siue rogus flamma:seu tabe uetustas
Abstulerit:mala posse pati non ulla putetis:
Morte carent animæ:semperque priore relicta
Sede nouis domibus uiuunt:habitantque receptæ:

Ipse ego:

Ipſe ego:nam memini:troiani tempore belli
Panthoides euphorbus eram:cui pectore quondam
Cognoui clypeum læuæ geſtamina noſtræ
Nuper ab anteis templo iunonis in argis.
Omnia mutantur:nihil interit:errat:& illinc
Huc uenit:hinc illuc:& quoſlibet occupat artus:
Spiritus æque feris humana in corpora tranſit:
Inque feras noſter:nec tempore deperit ullo.
Vtque nouis facilis ſignatur cæra figuris:
Nec manet ut fuerat:nec formam ſeruat eandem:
Sed tamen ipſa eadem eſt:animam ſic ſemper eandem
Eſſe:ſed in uarias doceo migrare figuras:
Ergo ne pietas ſit uicta cupidine uentris
Parcite uaticinor cognatas cæde nefanda
Exturbare animas:ne ſanguine ſanguis alatur.
Et quoniam magno feror æquore:plenaque uentis
Vela dedi:nihil eſt toto quod perſtet in orbe.
Cuncta fluunt:omniſque uagans formatur imago.
Ipſa quoque aſſiduo labuntur tempora motu:
Non ſecus ac flumen:neque enim conſiſtere flumen:
Nec leuis hora poteſt:ſed ut unda impellitur unda:
Vrgeturque eadem ueniens:urgetque priorem:
Tempora ſic fugiunt pariter pariterque ſequuntur.
Et noua ſunt ſemper:nam quod fuit ante relictum eſt:
Fitque quod haud fuerat:momentaque cuncta nouantur:
Cernis ut menſas in lucem tendere noctes:
Et iubar hoc nitidum nigræ ſuccedere nocti:
Nec color eſt idem cœli:quum laſſa quiete
Cuncta iacent media:quumque albo lucifer exit
Clarus equo:rurſuſque alius quum præuia lucis
Tradendum phœbo palantias inficit orbem:
Ipſe dei clypeus terra quum tollitur ima
Mane rubet:terraque rubet quum conditur ima.
Candidus in ſummo eſt:melior natura quod illic
Aetheris eſt:terræque procul contagia fugit.
Nec par aut eadem nocturnæ forma dianæ
Eſſe poteſt uſquam:ſemperque hodierna ſequente
Si creſcit minor eſt:maior ſi contrahit orbem.
Quid non in ſpecies ſecedere quatuor annum
Aſpicis:ætatis peragentem imitamina noſtræ?
Nam tener & lactens puerique ſimillimus æuo:
Vere nouo eſt:tunc herba nitens & roboris expers
Turget:& inſolida eſt:& ſpe delectat agreſtes.
Omnia tum florent:florumque coloribus almus
Ludit ager:neque adhuc uirtus in frondibus ulla eſt:
Tranſit in æſtatem poſt uer robuſtior annus:
Fitque ualens iuuenis:neque enim robuſtior ætas
Vlla nec uberior:nec quæ magis ardeat ulla eſt:
Excipit auctumnus poſito feruore iuuentæ
Maturus mitiſque inter iuuenemque ſenemque
Temperie medius:ſparſus quoque tempore canis:
Inde ſenilis hyems tremulo uenit horrida paſſu:
Aut ſpoliata ſuos aut quos habet alba capillos:
Noſtra quoque ipſorum ſemper requieque ſine ulla
Corpora uertuntur:nec quod fuimuſue ſumuſue.
Cras erimus:fuit ille dies:qua ſemina tantum:
Speſque hominum patriæ matriſque habitauimus aluo
Artifices natura manus admouit:& angi
Corpora uiſceribus diſtentæ condita matris
Noluit:eque domo uacuas emiſit in auras:
Editus in lucem iacuit ſine uiribus infans:
Mox quadrupes:rituque tulit ſua membra ferarum:
Paulatimque tremens:& nondum poplite firmo
Conſtiti:adiutiſque aliquo conamine neruis.
Inde ualens ueloxque fuit:ſpatiumque iuuentæ

Transit:& emeritis medii quoque temporis annis:
Labitur occiduæ per iter decliue senectæ.
Subruit hæc æui demoliturque prioris
Robora:fletque milon senior cum spectat inanes
Illos:qui fuerant solidarum more ferarum
Herculeis similes fluidos pendere lacertos.
Flet quoque:ut in speculum rugas conspexit aniles
Tyndalis:& secum:cur sit bis rapta requirit.
Tempus edax rerum:tuque inuidiosa uetustas
Omnia destruitis:uitiataque dentibus æui
Paulatim lenta consumitis omnia morte.
Hæc quoq; nō pstant:quæ nos elemēta uocamus
Quasq; uices pagāt:animos adhibete:docebo. Fa. .iiii.
Ipsa quoq; initia quattuor:ex qbus generanť oīa:trāsfigurari
motibus suis:Resoluta.n.tellure ī aquas abire.attenuata efficere ignē.rursus p eundē ordinē retexi:spissata enim ī aera uerti.Hūc ī aquā hāc ī terrā abire:Cæteraq; rerū perinde uariari
quæ tps aut natura uix acceptas ab initio facies cogit amittere:
Eadem fluminibus etiam fontibusac terrenis locis accidere.
Quattuor æternus genitalia corpora mundus
Continet:ex illis duo sunt onerosa:suoque
Pondere in inferius tellus atque unda feruntur.
Et totidem grauitate carent:nulloque premente
Astra petunt aer:atque aere purior ignis:
Quæ quanquam spatio distant:tamen omnia fiunt
Ex ipsis & in ipsa cadunt:resolutaque tellus
In liquidas rarescit aquas:tenuatur in auras:
Aeraque humor abit:dempto quoque pondere rursus
In superos aer tenuissimus emicat ignes.
Inde retro redeunt:idemque retexitur ordo.
Ignis,enim densum spissatus in aera transit:
Hinc in aquas:tellus glomerata cogitur unda.
Nec species sua cuique manet:rerumque nouatrix
Ex aliis alias reddit natura figuras:
Nec perit in tanto quicquam:mihi credite:mundo:
Sed uariat:faciemque nouat:nascique uocatur
Incipere esse aliud:quam quod fuit ante:morique
Desinere illud idem:quum sint huc forsitan illa:
Hæc translata illuc:summa tamen omnia constant:
Nil equidem durare diu sub imagine eadem
Crediderim:sic ad ferrum uenistis ab auro
Sæcula:sic totiens uersa est fortuna locorum
Vidi ego quod fuerat quondam solidissima tellus
Esse fretum:uidi factas ex æquore terras
Et procul a pelago conchæ iacuere marinæ:
Et uetus inuenta est in montibus anchora summis
Quodque fuit campus:uallem decursus aquarum
Fecit:& eluuie mons est deductus in æquor:
Eque paludosa siccis humus aret harenis.
Quæque sitim tulerant stagnata paludibus hument.
Hic fontes natura nouos emisit:& illic
Clausit:& antiquis tam multa tremoribus orbis
Flumina prosiliunt:aut excæcata residunt: Fa. .v.
Agmen lyciæ consumptū ostendit alias apparuisse:alias nō.
Sic ubi terreno lycus est epotus hiatu
Existit procul hinc:alioque renascitur ore. Fa. .vi.
Erasmus diu refluēs postea argis ē fdditus uolūtate iunonis.
Sic modo quū bibiť:tecto mō gurgite lapsus
Redditus argolicis īgēs erasmus in agris: Fa. .vii.
Caicū flum̄ mysiæ aliis núc ripis:aliis ī initio fluxisse ferť.
Et mysum capitisque sui ripæque prioris
Pœnituisse ferunt:alia nunc ire caicum: Fa. .viii.
Amasenū flumē ficiliæ itumescere:refluere:interdū siccari.
Nec non sicanias uoluens amasenus harenas
Nunc fluit:interdum suppressis fontibus aret.

Anigrum flumen iucundiſſimam aquam ſitientibus præſtiſſe:Poſtea q̃ centauri ab Herculis ſagittis confecti cruorem in eo abluerint:aſpero aduenientes fugaſſe odore.
Ante bibebatur:nunc quas contigere nolis
Fundit Anigrus aquas:poſtq̃:niſi uatibus omnis
Eripienda fides:illic lauere bimembres
Vulnera:clauigeri quæ fecerat Herculis arcus. Fa. .x.
Hipanim Scythiæ amnem marini factum liquoris cum fuerit in initio dulciſſimi ob ſeminarum Scythiæ regionis eiuſdem.
Quid non & ſcythicis hipanis de montibus ortus
Qui fuerat dulcis:ſalibus uitiatur amaris: Fa. .xi.
Antiſa & pharos item tyros in phœnice inſulæ fuerunt.
Fluctibus ambitæ fuerant Antiſa:pharoſque:
Et phœniſſa tyros:quaꝝ nunc inſula nulla eſt. Fa. .xii.
Item Leucades inſulæ tres ſalo fuerunt nunc a fluctibus relictæ:Itẽ zanele coniuncta italiæ:nunc freto diſcriminatur propterea id contingit:quod Latonæ ſedes eſt ibi negata.
Leucada continuam ueteres habuere coloni:
Nunc freta circumeunt:zancle quoque iuncta fuiſſe
Dicitur italiæ:donec confinia pontus
Abſtulit:& media tellurem reppulit unda. Fa. xiii.
Elyce & Buris achaiæ urbes ponto uoratæ ſunt.
Si quæris elycen & burin achaidas urbes:
Inuenies ſub aquis:& adhuc oſtendere nautæ
Inclinata ſolent cum mœnibus oppida merſis. Fa. .xiiii.
Tumulum ſecundũ Troezenam urbem in aream redactum eruptione ſpiritus:quæ terræ increuerat.
Eſt prope pytheiam tumulus Troezena ſine ullis
Arduus arboribus quondam planiſſima campi
Area nunc tumulus:nam res horrenda relatu.
Vis fera uentorum cæſis incluſa cauernis
Expirare aliqua cupiens:luctataque fruſtra:
Liberiore frui cœlo:quum carcere rima
Nulla foret:toto:nec peruia flatibus eſſet:
Extentam tumefecit humum:ceu ſpiritus oris
Tendere ueſſicam ſolet:aut direpta bicornis
Terga capri:tumor ille loci permanſit:& alti
Collis habet ſpeciem:longoque induruit æuo. Fa. .xv.
Lacus in africa Hammonis ſolis ortu frigeſcit: obiectuq; ſolis caleſcit:poſtmodum in glaciem uertitur.
Plurima quum ſubeant audita aut cognita nobis
Pauca ſuper referam:quid non & lympha figuras:
Datque capitque nouas:medio tua corniger hammon
Vnda die gelida eſt:ortuque obituq; caleſcit. Fa. .xvi.
Athamanta lignum tenuata luna admotum fonti accẽditur.
Admotis athamantis aquis accendere lignum
Narratur minimos quũ luna receſſit in orbes Fa. .xvii.
Flumẽ quoq; apud Cyconas ẽ:ex quo qui bibit: ĩ lapidẽ conuertitur
Flumen habẽt cycones:quod potũ ſaxea redit
Viſcera:quod tactis induat marmora rebus. Fa. xviii.
Chratis amnis confinis Sybari capillos aurei coloris efficit.
Chratis & hinc Sybaris ueſtris conterminus oris
Electro ſimiles faciunt auroque capillos. Fa. .xix.
Salmacis fons ĩ caria cõractu ſui licoris cogit ĩ mollicie corpis obſcœni uerti bñficio:Mercurii & Veneris dĩ eſſe factum.
Quodque magis mirum:ſunt qui non corpora tantum:
Verum animos etiam ualeant mutare liquores.
Cui non audita eſt obſcœnæ ſalmacis undaꝝ Fa. .xx.
Lacus eſt in æthiopia hauſto liquore ad ſitim ſedandã:aut in inſaniam:aut in ſoporem uertit.
Aethiopeſque lacusꝝ quos ſi quis faucibus hauſit:
Aut furit:aut patitur mirũ grauitate ſoporẽ: Fa. .xxi.
Clytorius fons in arcadia uinum in odium adducit:
Quod Melampus Amithaonis filius Prœtidas cum ab inſania liberaſſet:nouiſſime remedia in eum proieciſſe fertur.

Clytorio quicunque ſitim de fonte leuauit.
Vina fugit:gaudetque meris abſtemius undis:
Seu uis eſt in aqua calido contraria uino:
Siue quod indigenæ memorant:amithaone natus
Prœtidas attonitas poſtq̃ per carmen & herbas
Eripuit furiis:purgamina mentis in illas
Miſit aqua:odiumq; meri pmanſit in undis: Fa. .xxii.
Lyncheſtius amnis Thraciæ hanc uim obtinet poteſtate mutata:ut aquam eius bibentes ebrii fiant.
Hinc fluit effectu diſpar lyncheſtius amnis:
Quem quicunq; parum moderato gutture traxit:
Haud aliter titubat:q̃ ſi mera uina bibiſſet. Fa. .xxiii.
In arcadia ſecundum Phœnon urbem aquæ feruntur: quæ potæ nocte nocent:Luce autem innocuæ cognoſcuntur.
Eſt lacus arcadiæ:phœnum dixere priores.
Ambiguis ſuſpectus aquis:quas nocte timeto:
Nocte nocent potæ:ſine noxa luce bibuntur. Fa. .xxiiii.
Symplegades cautes in ponto concurrente flatibus ſolitæ moueri nunc fixæ fundamentis tenentur loco.
Sic alias aliaſque lacus & flumina uires
Concipiunt:tempuſque fuit:quo nauit in undis
Nunc ſedet orthygie:timuit concurſibus argo
Vndarum ſparſas ſymplegadas eliſarum:
Quæ nunc immote pſtant:uentiſq; reſiſtunt: Fa. .xxv.
Aetna mons Siciliæ in ignem uerti cœpit:cum initio rigueri.
Nec quæ ſulphureis ardet fornacibus ætna:
Ignea ſemper erit:neque enim fuit ignea ſemper:
Nam ſiue eſt animal tellus:& uiuit:habetque
Spiramenta locis flammam exhalantia multis
Spirandi mutare uias:quotienſque mouetur:
Has finire poteſt:illas aperire cauernas.
Siue leues imis uenti cohibentur in antris:
Saxaque cum ſaxis:& habentem ſemina flammæ
Materiam iactant:ea concipit ictibus ignem:
Antra relinquentur ſedatis frigida uentis
Siue bitumineæ rapiunt incendia uires:
Lutea ue exiguis ardeſcunt ſulphura fumis:
Nempe ubi terra cibos:alimentaque pinguia flammæ
Non dabit abſumptis per longum uiribus æuum:
Naturæque ſuum nutrimen deerit edaci:
Non feret illa famẽ:deſertaq; deſeret ignes: Fa. .xxvi.
In pallene:q̃ ſub Aquilone iacet thraciæ:homines dicuntur in uolucres uerti:Nouies cũ in Tritoniacã paludẽ merſi ſunt.
Eſſe uiros fama eſt in hyperborea pallene:
Quis ſoleant leuibus uelari corpora plumis:
Cum tritoniacam nouies rubiere paludem. Fa. .xxvii.
Scythides in Scythia fœminæ uenenis ſparſæ corpa immutãt.
Haud equidem credo:ſparſæ quoque membra ueneno
Exercere artes ſcythides memorant eaſdẽ: Fa. .xxviii.
Ex uitulis apes naſcuntur:quas Aryſteus fertur inueniſſe.
Si qua fides rebus tamen eſt addenda probatis:
Non ne uides quæcunque mora:fluidoque calore
Corpora tabuerint in parua animalia uerti:
Iquoque:delectos mactatos obrue tauros:
Cognita res uſu:de putri uiſcere paſſim
Florilegæ naſcuntur apes:quæ more parentum
Rura colunt:operiq; fauent:in ſpemq; laborãt. Fa. .xxix.
Ex equo Scabrones naſci potuiſſe primum proditur.
Preſſus humo bellator equs Scabrõis origo eſt. Fa. .xxx.
Cancrum demptis brachiis ſi terræ ſubiicias:ſcorpius naſcit.
Concaua littoreo ſi demas brachia cancro:
Cætera ſupponas terræ:de parte ſepulta
Scorpius exibit:caudaq;:minabitur unca. Fa. .xxxi.
Tineæ agreſtes:q̃ folia filis intexunt: in papiliones uertuntur.
Quæquæ ſolent canis frondes intexere filis

Agreſtes tineæ

Agreſtes tineæ:res obſeruata colonis:
Ferali mutent cum papilione figuram. Fa. .xxxii.
Ranæ naſcũt ex limo ſine pedibus:mox natãdo pedes ĩcreſcũt
Semina limus habet uirides generantia ranas:
Et generat truncas pedibus.mox apta natando
Crura dat:utque eadem ſint longis ſaltibus apta.
Poſterior ſuperat partes menſura priores. Fa. .xxxiii.
Vrſæ carnẽ pariunt:eamq; lambendo in figurã ſui cõuertunt.
Nec catulus partu quem reddidit urſa recenti:
Sed male uiua caro eſt:lambendo mater in artus
Fingit:& in formã quantã capit ipſa reducit. Fa. .xxxiiii.
Apes initio truncæ ut uermes naſcuntur; poſtea corporis par-
tes ac pennas accipere produntur.
Nonne uides:quos cæra tegit ſex angula fœtus
Melliferarum apium ſine membris corpora naſci?
Et ſeroſq; pedes ſeraſque aſſumere pennas? Fa. .xxxv.
Pauones:qui in tutela Iunonis habentur:Item aquilæ Iouis:
Columbæque Veneris & cæteræ uolucres ex media parte oui
qui uitellus uocatur:uidentur naſci.
Iunonis uolucrem:quæ cauda ſidera portat:
Armigerumque Iouis:citherei daſque columbas.
Et genus omne auium mediis e partibus oui
Ni ſciret fieri:quis naſci poſſe putaret. Fa. .xxxvi.
Ex medulla humana in ſepulchris angues proſeminantur.
Sunt qui quum clauo putrefacta eſt ſpina ſepulchro
Mutari credant humanas angue medullas. Fa. .xxxvii.
Phœnix ĩ aſſyriæ finibus nido ex odoribus facto cũ e ſenectu
te p̃ſa ſupra recũbit:ex cuius ſanie alia renaſcit:& uiribus ro-
borata:nidum in urbem effert ſolis: ibiq; in templo eius moni
mentũ patris reponit. Fert enim quinq; ætatis ſæcula replere.
Hæc tamen eſt aliis generis primordia ducunt.
Vna eſt:quæ reparet:ſeque ipſa reſeminet ales:
Aſſyrii phœnica uocant:nec fruge:nec herbis:
Sed turis lachrymis:& ſucco uiuit amomi.
Hæc ubi quinque ſuæ compleuit ſæcula uitæ:
Ilicis in ramis:tremulæque cacumine palmæ:
Vnguibus & puro nidum ſibi conſtruit ore:
Quo ſimulac caſias:& nardi lenis ariſtas:
Quaſſaque cum fulua ſubſtrauit cinnama mirrha:
Se ſuper imponit:finitque in odoribus æuum.
Inde ferunt totidem qui uiuere debeat annos:
Corpore de patrio paruum phœnica renaſci.
Cum dedit huic ætas uires:onerique ferendo eſt:
Ponderibus nidi ramos leuat arboris altæ:
Fertque pius cunaſque ſuas patriumque ſepulchrum
Perque leues auras hyperionis æde potitus
Ante fores ſacras hyperionis æde reponit. Fa. .xxxviii.
Hyena fera ex fœmina in marem uertitur.
Si tamen eſt aliquit miræ nouitatis in iſtis:
Alternare uices:& quæ modo fœmina tergo
Paſſa marẽ eſt:nunc eẽ marẽ miremur hyenã. Fa. .xxix.
Camælõ uẽtis & aura nutritus qđcunq; cõtingit coloris eiuſdẽ
Id quoque:quod uentis animal nutritur:& aura: efficit.
Protinus aſſimilat:tetigit quoſcunq; colores. Fa. .xl.
Lynces liberi tutela urinam uertunt in lapidem
Victa racemifero lyncas dedit india baccho.
E quibus ut memorant quicquid ueſica remiſit:
Vertitur in lapides:& congelat aere tacto. Fa. xli.
Coralium lapis ſub aqua mollis eſt:extra dureſcit
Sic & coralium quo primum contigit auras
Tẽpore dureſcit:mollis fuit herba ſub undis. Fa. .xlii.
Significat gentes uariari in ſpecies deorum uoluntate
Deſinet ante dies:& in alto phœbus anhelos
Aequore tinget equos:q̃ conſequar omnia dictis

Inſpecies tranſlata nouas:ſic omnia uerti
Cernimus:atque alias aſſumere robora gentes:
Concidere has:ſic magna fuit cenſuque uiriſque
Perque decem potuit tantum dare ſanguinis annos:
Nunc humilis ueteres tantummodo troia ruinas
Et pro diuitiis tumulos oſtendit auorum:
Clara fuit ſparte:magnæ uiguere mycenæ.
Nec non & cecropis:nec non amphionis arces.
Vile ſolum ſparte eſt:altæ cecidere Mycenæ.
Oedipodioniæ quid ſunt niſi nomina thebæ?
Quid pandioniæ reſtant niſi nomen athenæ? Fa. .xliii.
Numa Pompilius propter ſcientiam regē a populo romano in regnum eſt receptus:cuius præcepta cum ante dictis hæc ſunt. Quæcunq; naſcunt hæc creſcendo & ſeneſcendo tranſmutari in diſſimiles ſpecies:& poſt obitū ſic cōſumi:ut aut i terrā abeant:quæ corpa ſint aut in aera:quo ſpiritu cōtineri uident Porro Helenus Priami filius refert Aeneæ urbis cōditæ poſitionē.
Nunc quoque dardaniam fama eſt conſurgere romam:
Appenninigenæ quæ proxima tybridis undis
Mole ſub ingenti rerum fundamina ponit.
Hæc igitur formam creſcendo mutat:& olim
Immenſi caput orbis erit:ſic dicere uates:
Faticinaſque ferunt ſortes:quantumque recordor
Dixerat æneæ quum res troiana labaret
Priamides helenus flenti dubioque ſalutis:
Nate dea:ſi nota ſatis præſagia noſtræ
Mentis habes:non tota cadet te ſoſpite troia.
Flamma tibi ferrumque dabunt iter:ibis & una
Pergama rapta feres:donec troiæque tibique
Externum patrio contingat amicius aruum.
Vrbem etiam cerno phrygios debere nepotes:
Quanta nec eſt nec erit:nec uiſa prioribus annis.
Hanc alii proceres per ſæcula longa ponentem:
Sed dominam rerum de ſanguine natus iuli
Efficiet:quo quum tellus erit uſa:fruentur
Aethereæ ſedes:cœlumque erit exitus illi:
Hæc helenum ceciniſſe penatigero æneæ
Mente memor refero:conataque mœnia lætor
Creſcere:& utiliter phrygibus uiciſſe pelaſgos.
Ne tamen oblitus ad metam tendere longe
Expatiemur equis:cœlum & quodcunque ſub illo eſt:
Immutat formas:telluſque:& quicquid in illa eſt.
Nos quoque pars mundi:quoniam non corpora ſolum:
Verum etiam uolucres animæ ſumus:inque ferinas
Poſſumus ire domos:pecudumque in pectora condi:
Corpora quæ poſſunt animas habuiſſe parentum:
Aut fratrum:aut aliquo iunctorum fœdere nobis:
Aut hominum.certe tuta eſſe honeſta ſinamus:
Neue thyeſtæi cumulemus uiſcera menſis.
Quam male conſueſcit q̄ ſe parat ille cruori
Impius humano:uituli qui guttura cultro
Rumpit:& immotas præbet mugitibus aures?
Aut qui uagitus ſimiles puerilibus hædum
Edentem iugulare poteſt?aut alite ueſci:
Cui dedit ipſe cibos?q̄tum eſt quod deſit in iſtis
Ad plenum facinus?quis tranſitus inde paratur.
Bos aret?aut mortem ſenioribus imputet annis
Horriferum contra borean ouis arma miniſtret:
Vbera dant ſaturæ manibus preſſanda capellæ:
Retia cum pedicis laqueoſque arteſque doloſas
Tollite:nec uolucres uiſcata fallite uirga:
Nec formidatis ceruos includite pennis:
Nec celare cibis uncos fallacibus hamos.
Perdite ſi qua nocent:uerum hæc quoque perdite tantum
Ora uacent epulis:alimentaque congrua carpant.

Aegeria post mortē mariti Numæ in uallē aricinā se cōtulit lu
Talibus atque aliis instructo pectore dictis gens.
In patriam remeasse ferunt:ultroque petitum
Accepisse numam populi latialis habenas.
Coniuge qui fœlix nypha:ducibusque camœnis
Sacrificos docuit ritus:gentemque feroci
Assuetam bello pacis traduxit ad artes.
Qui postq̄ senior regnumque æuumque peregit:
Extinctum latiæque nurus populusque patresque
Defluere numam:nam coniunx urbe relicta
Vallis aricinæ densis latet abdita siluis:
Sacraque Oresteæ gemitu questuque dianæ
Impedit:ah quotiens nymphæ nemorisque lacusque
Ne faceret monuere:& consolantia uerba
Dixerunt:quotiens flenti theseius heros
Siste modum dixit:nec enim fortuna querenda
Sola tua est similes aliorum respice casus.
Mitius ista feres:utinamque exempla dolentem:
Nō mea te possent releuare:sed & mea possunt. Fa. .xlv.
Hippolytus cum propter nouercale odium propulsus esset pa
tria:& Troezena ꝓficisceretur:ex improuiso mari elatus tau
rus sicut parens optauerat:grauissimum ei obiecit timorem:
exasperatis equis tractus iteriit. Quem Aesculapius Dianæ uo
luntate cuius initio comunes fuerat:reduxit ad superos. Hinc
eiusdem deæ reuocatus in nemus aricinum mortalitatem exu
it ei. Conuerso itaque nomine deus Virbius est nominatus.
Fando aliquem Hippolytum uestras si contigit aures
Credulitate patris sceleratæ & fraude nouercæ
Occubuisse neci mirabere:uixque probabo:
Sed tamen ille ego sum:me pasiphacia quondam
Temptatum frustra patrium temerare cubile:
Quod uoluit finxit uoluisse:& crimine uerso
Indiciue metu magis:offensaue repulsæ
Arguit:immeritumque pater proiecit ab urbe:
Hostilique caput prece detestatur euntis.
Pytheiam profugo curru Troezena petebam:
Iamque corinthiaci carpebam littora ponti:
Cum mare surrexit:cumulusque immanis aquarum
In montis speciem curuari & crescere uisus:
Et dare mugitus:summoque cacumine findi.
Corniger hinc taurus ruptis expellitur undis:
Pectoribusque tenus molles erectus in auras
Naribus:& patulo partem maris euomit ore:
Corda pauent comitum:mihi mens interrita mansit
Exiliis contenta suis:quum colla feroces
Ad freta conuertunt:erectisque auribus horrent
Quadrupedes:monstrique metu turbantur:& altis
Præcipitant currum scopulis:ego ducere uana
Fræna manu spumis albentibus oblita lustor:
Et retro lentas tendo resupinus habenas:
Nec uires tamen has rabies superasset equorum:
Ni rota perpetuum:quæ circumuertitur axem:
Stipitis occursu fracta ac disiecta fuisset.
Excutior curru lorisque tenentibus artus
Viscera uiua trahi:neruosque in stirpe teneri:
Membra rapi partim:partim reprensa relinqui:
Ossa grauem dare facta sonum:fessamque uideres
Exhalare animam:nullasque in corpore partes
Noscere quas posses unumque erat omnia uulnus.
Num potes aut audes cladi componere nostræ
Nympha tuam:uidi quoque lucc carentia regna:
Et lacerum foui phlegetontide corpus in unda:
Nec nisi apollineæ ualido medicamine prolis
Reddita uita foret:quam postq̄ fortibus herbis
Atque ope pœonia dite indignante recepi.

Tum mihi ne præsens augerem muneris huius
Inuidiam:densas obiecit cynthia nubes.
Vtque forem tutus:possemque impune uideri:
Addidit ætatem:nec cognoscenda relinquit
Ora mihi:cretenque diu dubitauit habendam
Traderet:an delon:delo cretaque relictis
Hic posuit:nomenque simul quod possit equorum
Admonuisse iubet deponere:quique fuisti
Hippolytus dixit:nunc idem Virbius esto.
Hoc nemus inde colo:de diisque minoribus unus
Numine sub dominæ lateo:atque assentior illi. Fa. .xlvi.
Aegeria nympha numæ Pompilii coniunx proditur:quæ post uiri interitum cum se in nemus aricinum cõtulisset:ibi questu assiduo deflet casum uiri fatigans Dianam eius regionis incolam assiduo fletu.Nouissime lachrymæ eius ab eadẽ dea trãsmutatæ sunt in fontem:qui ex eius nomine nũcupatur ægeria.
Non tamen ægeriæ luctus aliena leuare
Damna ualent:montisque iacens radicibus imis
Liquitur in lachrymas:donec pietate dolentis
Mota soror phœbi gelidum de corpore fontem
Fecit: & æternas artus tenuauit in undas. Fa. .xlvii.
Cum in Tyrrhenia:quæ etiam thuscia dicta est: quidam arator iustũ opus in dies redderet:presso uomere glebã opinione sua ponderosiorẽ excitauit:cuius dũ miratione premeret:animaduertit eam in figuram pueri esse trãsmutatam:q etruscorum lingua Tages postea nomine futurorũ sciẽtiam inueniret.
At nymphas tetigit noua res:& amazone natus
Haud aliter stupuit:quam quum tyrrhenus arator
Fatalem glebam motis aspexit in aruis:
Sponte sua primum nulloque agitante moueri:
Sumere mox hominis:terræque amittere formam:
Oraque uenturis aperire recentia fatis:
Indigenæ dixere tagen:qui primus ethruscam
Edocuit gentem:casusque aperire futuros. Fa. .xlviii.
Romulus Martis & lliæ filius cum uenaret ex monte auẽtino persequens aprum fugientem iaculum fecit:quod protinus in colle Palatino hæserit locus eius mõtis scaletete: cuius ima pars specu adeo depressa terræ est & comprehensa radicibus.Effectũ est nouissime:ut in arborem cornũ in creméto cõuersa sit.
Vtque palatinis hærentem collibus olim
Cum subito uidit frondescere romulus hastam:
Quæ radice noua non ferro stabat adacto:
Et iam non telum:sed lenti uiminis arbor
Non expectatas dabat admirãtibus umbras: Fa. .xlix.
Cippus Genitius ab hoste uictor reuertẽs priusquã trũphans portã itraret:aia duertit cornua sibi ĩ tpibus enata:quo pdigio exterritus haruspices cũ cõsuluisset:Respõsũ ẽ:eũ si in urbẽ intraret:regnaturũ:qđ ille aduersatus patribus cõuocatis idicauit.ac cũ pstitisset nunquã se tyrannũ futurũ: decretũ ẽ ei uniuersorũ cõsilio tm agri quantũ uno die aratro posset circũdare:portaq; q̃ intraturus fuisset:i signis gra ut æneis cardinibus aptaret:in q̃ ad memoriã posterorũ cornutũ caput eius excuderetur.
Aut sua fluminea quum uidit cippus in unda
Cornua:uidit enim:falsamque in imagine credens
Esse fidem:digitis ad frontem sæpe relatis
Quæ uidit:tetigit:nec iam sua lumina damnans.
Restitit:ut uictor domito ueniebat ab hoste:
Ad cœlumque oculos:& eodem cornua tollens
Quicquid ait superi monstro portenditur isto:
Seu lætum est:patriæ lætum populoque quirini:
Siue minax mihi sit:uiridique ex cespite factas
Placat odoratis herbosas ignibus aras:
Vinaque dat pateris:mactarumque bidentum
Quid sibi significent trepidantia consulis exta.
Quæ simul aspexit tyrrhenæ gentis aruspex

Magn aquidem

Magna quidem rerum molimina uidit in illis,
Non manifesta tamen:cum uero sustulit acre
A pecudis fibris:ab cippi cornua lumen:
Rex ait o salue:tibi enim tibi cippe tuisque
Hic locus:& latiæ parebunt cornibus arces.
Tu modo rumpe moram:portasque intrare patentes
Adpropera:sic fata iubent.namque urbe receptus
Rex eris:& scæptro tutus potiere perenni.
Rettulit ille pedem:toruamque a mœnibus urbis
Auertens faciem:procul o procul omnia dixit
Talia dii pellant:multoque ego iustius æuum
Exul agam:q̃ me uideant capitolia regem.
Dixit:& ex templo populumque grauemque senatum
Conuocat:ante tamen capitis noua cornua fronde
Velat:& aggeribus factis a milite forti
Insistit:priscoque deos e more precatus:
Est ait hic unus quem uos nisi pellitis urbe
Rex erit:is qui sit signo non nomine dicam:
Cornua fronte gerit:quem uobis indicat augur:
Si romam intrarit:famularia iura daturum.
Ille quidem potuit portas irrumpere apertas:
Sed nos obstitimus q̃uis coniunctior illo
Nemo mihi est:uos urbe uirum prohibete quirites.
Vel si dignus erit:grauibus uincite catenis:
Aut finite metum fatalis morte tyranni:
Qualia succinctis ubi trux insibilat eurus
Murmura pinetis fiunt:aut qualia fluctus
Aequorei faciunt:si quis procul audiat illos:
Tale sonat populus:sed per confusa trementis
Verba tamen uulgi uox eminet una:quis ille est?
Et spectant fontes:prædictaque cornua quærunt.
Rursus ad hos cippus:quem poscitis inquit habetis:
Et dempta capiti populo prohibente corona
Exhibuit gemino præsignia tempora cornu.
Demisere oculos omnes:gemitumque dedere:
Atque illud meritis clarum:quis credere possit?
Inuiti uidere caput:nec honore carere
Vlterius passi festam imposuere coronam.
At proceres quoniam muros intrare uetaris:
Ruris honorati tantum tibi cippe dedere:
Quantum depresso subiectis bobus aratro
Complecti posses ad finem lucis ab ortu:
Cornuaque auratis miram referentia formam
Postibus insculpunt:longum mansura per æuum. Fa. .L.
Grauis pestilẽtia Romanis cum ,incidisset:& maxima trepidatio urbem terreret:per legatos oraculũ Apollinis consultũ est ex quo responsum:ut Asclepiũ Epidauro accersirent:nobilissimique legati cũ simulacꝛe dei petitum ad Epidauros missent:stupẽtibus admiratione deus in draconem uersus per medium Epidaurum lapsus nauem legatorum: conscendit:cum quibus uectus Romam ut delatus est insula Thyberis ingressus est:ibique se uirgultis occuluit:qui locus draconis uocatur.
Pandite nunc musæ præsentia numina uatum:
Scitis enim:nec uos fallit spatiosa uetustas:
Vnde coroniden circunflua thybridis alti
Insula romuleæ sacris adiecerit urbis.
Dira lues quondam latias uitiauerat auras:
Pallidaque exangui squallebant corpora morbo:
Funeribus fessi postq̃ mortalia cernunt
Tentamenta nihil:nihil artes posse medentum
Auxilium cœleste petunt mediamque tenentis
Orbis humum delphos adeunt oracula phœbi:
Vtque salutifera miseris succurrere rebus
Sorte uelit:tantæque urbis mala finiat:orant.
Et locus & laurus:& quas habet ipse pharetras

Intremuere simul:cortinaque reddidit imo
Hanc adyto uocem:pauefactaque corpora mouit:
Quod petis hinc propiore loco romane petisses
Et pete nunc propiore loco:nec apolline uobis;
Qui minuat luctus opus est:sed apolline nato.
Ite bonis auibus:prolemque accersite nostram.
Iussa dei prudens postq̃ accepere senatus:
Quam colat explorat iuuenis phœbeius urbem:
Quique petant uentis epidauria littora mittunt:
Quæ simul incurua missi tetigere carina:
Consilium graiosque patres adiere:darentque
Orauere deum:qui præsens funera gentis
Finiat ausoniæ:certant adiicere sortes.
Dissidet:& uariat sententia:parsque negandum
Non putat auxilium:multi retinere:suamque
Non emittere opem:nec numina tradere suadent.
Dum dubitant:feram pepulere crepuscula lucem;
Vmbraque telluris tenebras induxerat orbi:
Quum deus in somnis opifer consistere uisus
Ante tuum romane torum:sed qualis in æde
Esse solet:baculumque tenens agreste sinistra
Cæsariem longæ dextra deducere barbæ.
Et placido tales emittere pectore uoces:
Pone metum:ueniam:simulacraque nostra relinquam:
Hunc modo serpentem baculum qui nexibus ambit
Perspice:& usque nota:uisum ut cognoscere possis.
Vertar in hunc:sed maior ero:tantusque uidebor:
In quantum uerti cœlestia corpora debent:
Ex templo cum uoce deus:cum uoce deoque
Somnus abit:somnique fugam lux alma secuta est.
Postera sidereos aurora fugauerat ignes:
Incerti quid agant proceres ad templa petiti
Conueniunt operosa dei:quaque ipse morari
Sede uelit signis cælestibus indicet:orant.
Vix bene desierant:cum cristis aureus altis
In serpente deus prænuncia sibila mouit:
Aduentuque suo signumque arasque foresque:
Marmoreumque solum fastigiaque aurea mouit:
Pectoribusque tenus media sublimis in æde
Constitit:atque oculos circuntulit igne micantes.
Territa turba pauet:cognouit numina castus
Euinctus uitta crines albente sacerdos.
En deus est:deus est:animis linguisque fauete:
Quisquis adest dixit:sis o pulcherrime uisus
Vtiliter:populosque iuues tua sacracolentes.
Quisquis adest:uisum uenerantur numen:& omnes
Verba sacerdotis referunt geminata:piumque
Aeneadæ præstant & uoce & mente fauorem.
Annuit hic motisque deus rata pignora cristis.
Et repetita dedit uibrata sibila lingua:
Tum gradibus nitidis elabitur:oraque retro
Flectit:& antiquas abiturus respicit aras.
Assuetasque domos:habitataque templa salutat:
Inde per iniectis adopertam floribus ingens
Serpit humum:flectitque sinus:mediamque per urbem
Tendit:& incuruo munitos aggere portus
Restitit hic:agmenque suum turbæque sequentis
Officium placido uisus dimittere uultu
Corpus in ausonia posuit rate:numinis illa
Sensit onus:pressaque dei grauitate carina
Aeneadæ gaudent:cæsoque in littore tauro
Torta coronatæ soluunt retinacula nauis.
Impulerat leuis aura ratem:deus eminet alte:
Impositaque premens puppim ceruice recuruam
Ceruleas despectat aquas:modicisque per æquor
Ionium zephyris

Ionium zephyris ſextæ palantidos ortu
Italiam tenuit:præterque lacinia templa
Nobilitate dea:ſcylleaque littora fertur.
Liquit lapygiam:leuibus amphiſia remis
Saxa fugit:dextra prærupta celennia parte
Romechiumque legit:Caulonaque naritiamque
Euincitque fretum:ſiculique auguſta pelori:
Hippotadæque domos regis themeſque metalla
Leucoſiamque petit:tepidique roſaria pæſti:
Inde legit capreas:promontoriumque mineruæ:
Et ſurrentinos generoſo palmite colles:
Herculeamque urbem:ſtabiaſque:& in otia natam
Parthenopen:& ab hac cumææ templa ſibyllæ.
Hinc calidi fontes lentiſciferumque tenetur
Linternum:multamque trahens ſub gurgite harenam
Vulturnus:niueiſque frequens ſinueſſa colubris.
Minturnæque graues:& quam tumulauit alumnus:
Antiphataque domus:trachaſque obſeſſa palude:
Et tellus circæa:& ſpiſſi littoris ancon
Huc ubi ueliferam nautæ aduertere carinam:
Aſper enim iam pontus erat:deus explicat orbes:
Perque ſinus crebros:& magna uolumina labens:
Templa parentis init flauum tangentia littus:
Aequore placato patrias epidaurius aras
Linquit:& hoſpitio iuncti ſibi numinis uſus
Littoream tractu ſquamæ crepitantis harenam
Sulcat:& innixus moderamine nauis in alta
Puppe caput poſuit:donec caſtrumque ſacraſque
Lauini ſedes:tyberinaque ad hoſtia uenit:
Huc omnes populi paſſim matrumque patrumque
Obuia turba ruit:quæque ignes troica ſeruat
Veſta tuos:lætoque deum clamore ſalutant:
Quaque per aduerſas nauis cita ducitur undas
Thura ſuper ripas aris ex ordine factis
Parte ab utraque ſonant:& odorant aera fumis.
Ictaque coniectos incalfacit hoſtia cultros:
Iamque caput rerum romanam intrauerat urbem:
Erigitur ſerpens:ſummoque accliuia malo
Colla mouet:ſedeſque ſibi circunſpicit aptas.
Scinditur in geminas partes circumfluus amnis:
Inſula nomen habet:laterumque a parte duorum
Porrigit æquales media tellure lacertos.
Huc ſe delata pinu phœbeius anguis
Contulit & finem ſpecie cæleſte reſumpta
Luctibus impoſuit:uenitque ſalutifer urbi

Fa. .li.

Ouidius operepacto docet ſe a Chaos principiũ cœpiſſe:& ad Cæſarẽ deduxiſſe:quem gentibus orbis deuictis Venus ab inimicorum inſidiis auertit. Inq; filium eius quod epigrãma competeret a nobis tale compoſitum eſt.

Epigramma.

Bacchus & alcides cæſar per geſta deorum
Nomina habent iuncta:ſed ſua facta magis.
Hic tamen acceſſit delubris aduena noſtris:
Cæſar in urbe ſua deus eſt:quem marte togaque
Præcipuum non bella magis finita triumphis:
Reſque domi geſtæ:properataque gloria rerum
Inſidus uertere nouum:ſtellamque comantem:
Quam ſua progenies:nec enim de cæſaris actis
Vllum maius opus:q̃ quod pater extitit huius.
Scilicet æquoreos plus eſt domuiſſe britannos:
Perque papiriferi ſeptemflua flumina nili
Victrices egiſſe rates:numidaſque rebelles:
Cyniphiumque iubam:mithridateiſque tumentem
Nominibus pontum populo adieciſſe quirini:
Et multos meruiſſe:aliquos egiſſe triumphos:
Quam tantum genuiſſe uirum:quo præſide rerum

Humano generi ſuperi fauiſtis abunde.
Ni foret hic igitur mortali ſemine natus:
Ille deus faciendus erat:quod ut aurea uidit
Aeneæ genitrix:uidit quoque triſte parari
Pontifici lethum:& coniurata arma moueri:
Palluit:& cunctis ut cuique erat obuia diuis
Aſpice:dicebat quanta mihi mole parentur
Inſidiæ:quantaque caput cum fraude petatur:
Quod de dardanio ſolum mihi reſtat iulo.
Sola ne ſemper ero iuſtis exercita curis?
Quam modo tytidæ calidonia uulneret haſta:
Nunc male defenſæ confundant mœnia troiæ:
Quæ uideam natum longis erroribus actum:
Iactariquc freto:ſedeſque intrare ſilentum:
Bellaque cum turno gerere:aut ſi uera fatemur:
Cum iunone magis:quid nunc antiqua recordor
Damna mei generis?timor hic meminiſſe priorum
Non ſinit:in me acui ſceleratos cernitis enſes:
Quos prohibere precor:facinuſque repellite:neue
Cæde ſacerdotis flammas extinguite ueſtæ:
Talia nequicq̃ toto uenus anxia cælo
Verba iacit:ſuperoſque mouet:qui rumpere q̃quam
Ferrea non poſſunt ueterum decreta ſororum:
Signa tamen luctus dant aut incerta futuri.
Arma ferunt inter nigras crepitantia nubes
Terribileſque tubas:auditaque cornua cœlo
Præmonuiſſe nefas:ſolis quoque triſtis imago
Lurida ſollicitis præbebat lumina terris:
Sæpe faces uiſæ mediis ardere ſub aſtris:
Sæpe inter nimbos guttæ cecidere cruentæ.
Cerulus:& uultum ferrugine lucifer atra
Sparſus erat:ſparſa lunares ſanguine currus
Triſtia mille locis ſtygius dedit omina bubo
Mille locis lachrymauit ebur:cantuſque feruntur
Auditi:ſanctis & uerba minantia lucis
Victima nulla litat:magnoſque inſtare tumultus
Fibra monet:cæſumque caput reperitur in extis.
Inque foro circumque deos:& templa deorum
Nocturnos ululaſſe canes:umbraſque ſilentum
Errauiſſe ferunt:motamque tremoribus urbem.
Non tamen inſidias:uenturaque uincere fata
Præmonitus potuere deum:ſtrictique feruntur
In templum gladii:nec enim locus ullus in urbe
Ad facinus diramque placet niſi curia cædem.
Tum uero citherea manu percuſſit utraque
Pectus:& ætherea molitur condere nube:
Qua prius infeſto paris eſt ereptus atridæ:
Et diomedeos æneas fugerat enſes.
Talibus hanc genitor:ſola inſuperabile fatum
Nata mouere paras intres licet ipſa ſororum
Tecta trium:cernes illic molimine uaſto
Ex aere:& ſolido rerum tabularia ferro:
Quæ neque concuſſum cœli:neque fulminis iram:
Nec metuunt ullas tuta atque æterna ruinas:
Inuenies illic inciſa adamante perenni
Fata tui generis:legi ipſe animoque notaui:
Et referam:ne ſis etiam num ignara futuri
Hic ſua compleuit pro quo citherea laboras
Tempora perfectis quos terræ debuit annis.
Vt deus accedat cœlo:templiſque colatur:
Tu facies natuſque ſuus:qui nominis hæres
Impoſitum feret unus onus:cæſique parentis
Nos in bella ſuos fortiſſimus ultor habebit.
Illius auſpiciis obſeſſæ mœnia pacem
Victa parent mutinæ:pharſalia ſentiet illum.

Aemathiique iterum madeſcent cæde philippi:
Et magnum ſiculis nomen ſuperabitur undis.
Romanique ducis coniunx ægyptia tædæ
Non bene fixa cadet:fruſtraque erit illa minata
Seruitura ſuo capitolia noſtra:canopo.
Quid tibi barbariam:genteſque ab utroque iacentes
Oceano numerem?quodcunque habitabile tellus
Suſtinet:huius erit pontus quoque ſeruiet illi
Pace data terris animum ad ciuilia uertet
Iura ſuum:legeſque feret iuſtiſſimus auctor:
Exemploque ſuo mores reget:inque futuri
Temporis ætatem:uenturorumque nepotum
Proſpiciens prolem ſancta de uirgine natam:
Ferre ſimul nomenque ſuum curaſque iubebit:
Nec niſi cum ſenior ſimiles æquauerit annos
Aethereas ſedes cognataque ſidera tanget:
Hanc animam interea cæſo de corpore raptam
Fac iubar:ut ſemper capitolia noſtra forumque
Diuus ab excelſa proſpectet iulius æde:
Vix ea fatus erat:media cum ſede ſenatus
Conſtitit alma uenus nulli cernenda ſuique
Cæſaris eripuit membris:nec in aera ſolui
Paſſa recentem animam cœleſtibus intulit aſtris.
Dumque tulit numen capere atque ignoſcere ſenſit:
Emiſitque ſimul:ſimul euolat altius illa:
Flammiferumque trahens ſpatioſo limite crinem
Stella micat:natique uidens benefacta fatetur
Eſſe ſuis maiora:& uinci gaudet ab illo.
Hic ſua præferri quãquam uetat acta paternis:
Libera fama tamen nulliſque obnoxia iuſſis
Inuitum præfert:unaque in parte repugnat.
Sic magnis cedit titulis agamemnonis atreus:
Aegea ſic theſeus:ſic pellea uincit achilles.
Denique ut exemplis ipſos æquantibus utar:
Sic & ſaturnus minor eſt ioue:iuppiter arces
Temperat æthereas:& mundi regna triformis:
Terra ſub auguſto:pater eſt & rector uterque.
Dii precor æneæ comites:quibus enſis & ignis
Ceſſerunt:diique indigetes:genitorque quirine
Vrbis & inuicti genitor gradiue quirini:
Veſtaque cæſareos inter ſacrata penates:
Et cum cæſarea tu phœbe domeſtice ueſta:
Quique tenes altus tarpeias iuppiter arces:
Quoſque alios uati fas appellare:piumque eſt:
Tarda ſit illa dies:& noſtro ſerior æuo:
Qua caput auguſtum:quem temperat orbe relicto
Accedat cœlo faueatque precantibus abſens.

NAmque opus exegi:quod nec iouis ira nec ignes
Nec poterit ferrum:nec edax abolere uetuſtas.
Quã uolet illa dies:quæ nil niſi corporis huius
Ius habet:incerti ſpatium mihi finiat æui:
Parte tamen meliore mei ſuper alta perennis
Aſtra ferar:nomenque erit indelibile noſtrum:
Quaque patet domitis romana potentia terris:
Ore legar populi:perque omnia ſecula fama
Si quid habent ueri uatum præſagia:uiuam.

FINIS.

Publii Ouidii Naſonis Metamorphoſeos Libri qntidecimi.

Venetiis per Lazarum de Sauiliano.

M.cccclxxxxii.die.iii.Martii.

Regiſtrum

A iiii B iiii C iiii D iiii E iiii F iiii G iiii
H iiii I iiii K iiii L iiii M iiii N iiii
O iiii P iiii Q iiii R iiii S iiii.

LAVS DEO.

P. OVI. NASONIS SVLMONENSIS POETAE CLARISSIMI HEROIDVM LIBER VNICVS.

HANC TVA PENELOPE LENTO
tibi mittit ulyxes.
Nil mihi rescribas: attamen ipse veni.
Troia iacet certe danais inuisa puellis
Vix priamus tanti: totaque troia fuit.
O utinam tunc cum lacedæmona classe petebat:
O brutus insanis esset adulter aquis.
N on ego deserto iacu issem frigida lecto:
Nec quererer tardos ire relicta dies.
Nec mihi quærenti spatiosam fallere noctem:
Lassaret uiduas pendula tela manus.
Quando ego non timui grauiora pericula ueris.
Res est solliciti plena timoris amor.
I n te fingebam uiolentos troas ituros:
Nomine in hectoreo pallida semper eram.
S iue quis antilochum narrabat ab hectore uictum:
Antilochus nostri causa timoris erat.
S iue menætiadem falsis cecidisse sub armis:
Flebam successu posse carere dolos.
S anguine tlepolemus lyciam tepefecerat hastam:
Tlepolemi letho cura nouata mea est.
D enique quisquis erat castris iugulatus achiuis:
Frigidius glacie pectus amantis erat.
S ed bene consuluit casto deus æquus amori.
Versa est in cineres sospite troia uiro.
A rgolici rediere duces: altaria fumant.
Ponitur ad patrios barbara præda deos:
G rata ferunt nymphæ pro saluis dona maritis:
Illi uicta suis troica fata canunt.
Mirantur iustique senes: trepidæque puellæ.
Narrantis coniunx pendet ab ore uiri.
I amque aliquis posita monstrat fera prœlia mensa:
Pingit & exiguo pergama tota mero.
Hac ibat simois: hic est sigeia tellus:
Hic steterat priami regia celsa senis.
I lliceæacides: illic tendebat ulyxes.
Hic lacer admissos terruit hector equos.
O mnia nanque tuo senior te quærere misso
Rettulerat nato nestor: at ille mihi.
R ettulit & ferro rhesum: dolonaque cæsos:
V tque sit hic somno proditus: ille dolo.
A usus es o nimium: nimiumque oblite tuorum
Thracia nocturno tangere castra dolo.
T otque simul mactare uiros adiutus ab uno:
At bene cautus eras: & memor ante mei.
V sque metu micuere sinus: dum uictor amicum
Dictus es ismariis esse per agmen equis.
S ed mihi quid prodest uestris dissecta lacertis
Ilios: & murus: quod fuit ante solum.
S i maneo qualis troia durante manebam:
Virque mihi dempto fine carendus abest.
D iruta sunt aliis: uni mihi pergama restant:
Incola captiuo quæ boue uictor arat.
I am segesest: ubi troia fuit: resecandaque falce:
Luxuriat phrygio sanguine pinguis humus:
S emisepulta uirum curuis feriuntur aratris
Ossa. ruinosas occulit herba domos.
V ictor abes: nec scire mihi: quæ causa morandi:
Aut in quo lateas ferreus orbe: licet.

Quiſquis ad hæc uertit peregrinam littora puppim:
Ille mihi de te multa rogatus abit.
Quamque tibi reddat: ſi te modo uiderit uſquam:
Traditur huic digitis charta notata meis.
Nos pylon antiqui neleia neſtoris arua:
Miſimus: incerta eſt fama remiſſa pylo.
Miſimus et ſparten: ſparte quoque neſcia ueri
Quas habitas terras: aut ubi lentus habes.
Vtilius ſtarent etiam nunc mœnia phœbi.
Iraſcor uotis heu leuis ipſa meis:
Sicem ubi pugnares: & tantum bella timerem.
Et mea cum multis iuncta querela foret.
Quid timeam ignoro: timeo tamen omnia demens:
Et patet in curas arca lata meas:
Quæcunque æquor habet: quæcunque pericula tellus
Tam longæ. cauſas ſuſpicor eſſe moræ.
Hæc mihi dum ſtulte meditor: que ueſtra libido eſt.
Eſſe peregrino captus amore potes.
Forſitan & narras quam ſit tibi ruſtica coniunx:
Quæ tantum lanas non ſinit eſſe rudes.
Fallar: & hoc crimen tenues uaneſcat in auras:
Ne ue reuertendi liber abeſſe uelis.
Me pater icarius uiduo diſcedere lecto
Cogit: & immenſas increpat uſque moras.
Increpet uſque licet: tua ſim: tua dicar oportet:
Penelope coniunx ſemper ulyxis ero.
Ille tamen pietate mea: precibuſque pudicis
Frangitur: & uires temperat ipſe ſuas.
Dulichii: ſamiique: & quos tulit alta zacintos:
Turba ruunt in me luxurioſa proci.
Inque tua regnant nullis prohibentibus aula.
Viſcera noſtra tuæ dilacerantur opes.
Quid tibi piſandrum? pollibūque? medūtaque dirū:
Eurimachique auidas antinoique manus?
Atque alios referam? quos omnes turpiter abſens:
Ipſe tuo partis ſanguine rebus alis.
Irus egens: pecoriſque melanthius auctor edendi:
Vltimus accedunt in tua damna pudor.
Tres ſumus imbelles numero: ſine uiribus uxor:
Laerteſque ſenex: thelemachuſque puer.
Ille per inſidias pene eſt mihi nuper ademptus.
Dum parat inuitis omnibus ire pylon.
Dii precor hoc iubeant: ut euntibus ordine fatis:
Ille meos oculos comprimat: ille tuos:
Hoc faciunt cuſtoſque boum longeuaque nutrix:
Tertius immundæ cura fidelis aræ.
Sed neque laertes: ut qui ſit inutilis annis:
Hoſtibus in mediis regna tenere poteſt:
Telemacho ueniet: uiuat modo: fortior etas.
Nunc erat auxiliis illa tuenda patris.
Nec mihi ſunt uires inimicos pellere tectis
Tu citius uenias portus: & aura tuis.
Eſt tibi: ſitque precor natus qui mollibus annis.
In patrias artes erudiendus erat.
Reſpice laertem: ut iam ſua lumina condas.
Extremum fati ſuſtinet ille diem.
Certe ego quæ fueram te diſcedente puella:
Protinus: ut redeas: facta uidebor anus.

PHYLIS DEMOPHOONTI.

HOſpita demophoon tua te rodopeia phylis
Vltra promiſſum tempus abeſſe queror.
Cornua cum lunæ pleno ſimul orbe coiſſent.
Littoribus noſtris anchora pacta tua eſt.
Luna quater

Luna quater latuit: toto quater orbe recreuit.
Nec uehit acteas ſythois unda rates.
Tempora ſi numeres bene quæ numeramus amantes.
Non uenit ante ſuam noſtra querela diem.
Spes quoque lenta fuit: tardeque credita ledunt:
Credimus inuita nunc & amante nocent.
Sæpe fui mendax pro te: mihi ſæpe putaui:
Alba procelloſos uella referre notos:
Theſea deuoui: quia te dimittere nollet.
Nec tenuit curſus forſitan ille tuos.
Interdum timui: ne dum uada tendis ad ebri
Merſa foret cana naufraga puppis aqua.
Sæpe deos ſupplex: ut tu ſcelerate ualeres.
Ipſa mihi dixi: ſi ualet ipſe uenit:
Denique fidus amor: quicquid properantibus obſtat:
Finxit: & ad cauſas ingenioſa fui.
At tu lentus abes: nec te iurata reducunt
Numina: nec noſtro motus amore redis:
Demophoon uentis & uerba: & uela dediſti.
Vela queror reditu: uerba carere fide.
Dic mihi quid feci: niſi non ſapienter amaui.
Crimine te potui demeruiſſe meo.
Vnum in me ſcelus eſt: quod te ſcelerate recepi.
Sed ſcelus hoc meriti pondus & inſtar habet.
Iura fides ubi nunc: commiſſaque dextera dextræ.
Quique erat in falſo plurimus ore deus
Promiſſus ſocios ubi nunc hymeneus in annos:
Qui mihi coniugii ſponſor & obſes erat.
Per mare: quod totum uentis agitatur: & undis:
Per quod ſæpe ieras: per quod iturus eras:
Perque tuum mihi iuraſti: niſi fictus & ille eſt:
Concita qui uentis æquora mulcet auum.
Per uenerem: nimiumque mihi facientia tela
Altera tela arcus: altera tela faces.
Iunonemque toris: quæ præſidet alma maritis:
Et per tediferæ miſtica ſacra deæ.
Si de tot læſis ſua numina quiſque deorum
Vindicet: in pœnas non ſatis unus eris.
At laceras etiam puppes furioſa refeci:
Vt qua deſererer firma carina foret:
Remigiumque dedi: quo me fugiturus abires.
Heu patior telis uulnera facta meis.
Credidimus blandis: quorum tibi copia uerbis:
Credidimus generi: numinibuſque tuis.
Credidimus lachrymis: an & hæ ſimulare docentur:
Hæ quoque habent artes quaque iubentur eunt
Diis quoque credidimus: quid iam tot pignora nobis
Parte ſatis poteſt qualibet inde capi.
Nec moueor quod te iuui portuque: locoque:
Debuit hæc meriti ſumma fuiſſe mei.
Turpiter hoſpitium lecto cumulaſſe iugali
Pœnitet: & lateri conſeruiſſe latus.
Quæ fuit ante illam malem ſupprema fuiſſet
Nox mihi: dū potui phylis honeſta mori
Seruaui melius: quia te meruiſſe putaui.
Quæcunque ex merito ſpes uenit: æqua uenit
Eallere credentem non eſt operoſa puellam
Gloria: ſimplicitas digna fauore fuit.
Sum decepta tuis & amans & fœmina uerbis.
Dii faciant laudis ſumma ſit iſta tuæ.
Inter & ægidas media ſtatuaris in urbe:
Magnificus titulis ſtet pater ante ſuis:
Cum fuerit ſchyron lectus: torruuſque procuſtes

Et ſcinis & tauri mixtaque forma uiri:
Et domitæ bello thebæ: fuſique bimembres.
Et pulſata nigri regia cæca dei:
Hoc tua poſt illos titulo ſignetur imago.
Hic eſt: cuius amans hoſpita capta dolo eſt.
De tanta rerum turba factiſque parentis:
Sedit in ingenio creſſa puella tuo:
Quod ſolum excuſat ſolum miraris in illo.
Hæredem patriæ perfide fraudis agis.
Illa: nec inuideo: fruitur meliore marito.
Inque capiſtratis tigribus alta ſedet.
At mea deſpecti fugiunt connubia thraces:
Quod feror externum præpoſuiſſe meis.
Atque aliquis doctas iam nunc eat inquit athenas:
Armiferam thracem: qui regat: alter erit
Exitus acta probat: careat ſucceſſibus opto.
Quiſquis ab euentu facta notanda putat.
At ſi noſtra tuo ſpumeſcant æquora remo.
Iam mihi: iam dicar conſuluiſſe meis.
Sed neque conſului: nec te mea regia tangit:
Feſſaque biſtonia membra lauabis aqua.
Illa meis oculis ſpecies abeuntis inhæret.
Cum premeret portus claſſis itura meos:
Auſus es amplecti: colloque infuſus amantis
Oſcula per longas iungere preſſa moras.
Cunque tuis lachrymis lachrymas cõfundere noſtras
Quodque foret uelis aura ſecunda: queri.
Et mihi diſcedens ſuprema dicere uoce:
Phylli fac expectes demophoonta tuum.
Expectem: qui me nunquam uiſurus abiſti?
Expectem pelago uela negata meo.
Et tamen expecto: redeas modo ſerus amanti.
Vt tua ſit ſolo tempore lapſa fides.
Quid precor infœlix: iam te tenet altera coniunx.
Forſitan & nobis qui male fauit amor:
Vtque tibi excidimus: nullam puto phyllida noſti:
Hei mihi ſi quæ ſim phyllis: & unde rogas:
Quæ tibi demophoon longis erroribus acto:
Threicios portus: hoſpitiumque dedi
Cuius opes auxere meæ. cui diues egenti
Munera multa dedi: multa datura fui.
Quæ tibi ſubieci latiſſima regna lycurgi:
Nomine fœmineo uix ſatis apta regi:
Qua patet umbroſum rhodope glacialis ad hemum:
Et ſacer admiſſas exigit hebrus aquas:
Cui mea uirginitas auibus libata ſiniſtris:
Caſtaque fallaci zona recincta manu.
Pronuba tiſiphone thalamis ululauit in illis:
Et cecinit mœſtum deuia carmen auis.
Affuit allecto breuibus torquata colubris:
Suntque ſepulchrali lumina mota face:
Mœſta tamen ſcopulos fruticoſaque littora calco:
Quæque patent oculis littora lata meis:
Siue die laxatur humus: ſeu frigida lucent
Sidera: proſpicio quis freta uentus agat.
Et quæcunque procul uenientia lintea uidi.
Protinus illa meos auguror eſſe deos:
In freta procurro uix me retinentibus undis.
Mobile qua primas porrigit æquor aquas.
Quo magis accedunt: minus & minus utilis aſto.
Liquor: & ancillis excipienda cado.
Eſt ſinus adductos modice falcatus in arcus:
Vltima prærupta cornua mole rigent.

Hic mihi ſuppoſitas immittere corpus in undas
Mens fuit: & quoniam fallere pergis erit.
At tua me fluctus proiecta littora portent.
Occurramque oculis intumulata tuis.
Duritia ferrum ut ſuperes: adamantaque teque:
Non tibi ſic dices phylli ſequendus eram.
Sæpe uenenorum ſitis eſt mihi: ſæpe cruenta
Traiectam gladio morte perire iuuat.
Colla quoque infidis quæ ſe nectenda lacertis
Præbuerant: laqueis implicuiſſe iuuat.
Stat nece matura tenerum penſare pudorem:
In necis electum parua futura mora eſt.
Inſcribere meo cauſa inuidioſa ſepulchro:
Aut hoc aut ſimili carmine notus eris.
Phyllida demophoon læto dedit: hoſpes amantem:
Ille necis cauſam præbuit: ipſa manum.

BRYSEIS ACHILLI.

QVam legis a rapta bryſeide littera uenit.
Vix bene barbarica græca notata manu.
Quaſcunque aſpicies lachrymæ fecere lituras.
Sed tamen hæ lachrymæ pondera uocis habent.
Si mihi pauca queri de te dominoque: uiroque
Fas eſt: de domino pauca: uiroque querar:
Non ego poſcenti quod ſum cito tradita regi
Culpa tua eſt: quamuis hæc quoque culpa tua eſt.
Nam ſimul eurybates me: talthybiuſque uocarunt:
Eurybati data ſum: talthybioque comes.
Alter in alterius iactantes lumina uultum
Quærebant taciti: noſter ubi eſſet amor.
Differri potui pene mora grata fuiſſet.
Hei mihi diſcedens oſcula nulla dedi
At lachrymas ſine fine dedi: rupique capillos.
Infœlix iterum ſum mihi uiſa rapi.
Sæpe ego decepto uolui cuſtode reuerti:
Sed me qui timidam prenderet hoſtis erat.
Si progreſſa forem: caperer ne nocte timebam:
Quamlibet ad priami munus itura nurum.
Sed data ſum: quia danda fui: tot noctibus abſum
Nec repetor: ceſſas: iraque lenta tua eſt.
Ipſe menætiades tunc cum tradebar: in aure
Quid fles hic paruo tempore dixit: eris.
Non repetiſſe parum eſt: pugnas ne reddar achille:
I nunc & cupidi nomen amantis habe.
Venerunt ad te thelamone & amyntone nati:
Ille gradu propior ſanguinis: ille comes:
Laertæque ſatus: per quos comitata redirem:
Auxerunt blandas grandia dona preces.
Viginti fuluos operoſo ex ære lebetes:
Et tripodas ſeptem pondere & arte pares.
Addita ſunt illis auri bis quinque talenta:
Bis ſeptem aſſueui uincere ſemper equi.
Quodque ſuper uacuum eſt: forma præſtante puellæ:
Leſbides euerſa corpora capta domo:
Cũque tot his: ſed non opus eſt tibi coniuge: coniunx:
Ex agamemnonis: una puella tribus.
Si tibi ab atrida pretio redimenda fuiſſem:
Quæ dare debueras: accipere illa negas:
Qua merui culpa fieri tibi uilis achille?
Quo leuis a nobis tam cito fugit amor?
An miſeros triſtis fortuna tenaciter urget.
Nec uenit inceptis mollior aura meis.
Diruta marte tuo lerneſia mœnia uidi:
Et fueram patriæ pars ego magna meæ:

Vidi consortes pariter generisque necisque
Tres cecidisse: tribus quæ mihi mater erat.
Vidi quantus erat fusum tellure cruenta
Pectora iactantem sanguinolenta uirum
Tot tamen amissis te compensauimus unum:
Tu dominus: tu uir: tu mihi frater eras.
Tu mihi iuratus per numina matris aquosæ
Vtile dicebas ipse fuisse capi.
Scilicet ut quamuis ueniam: dotata repellar:
Et mecum fugias: quæ tibi dantur opes.
Quin etiam fama est: quum crastina fulserit hora.
Te dare nubiferis lintea plena notis.
Quod scelus ut pauidas miseræ mihi contigit aures
Sanguinis atque animi pectus inane fuit.
Ibis: & o miseram cui me uiolente relinquis?
Quis mihi desertæ mite leuamen erit?
Deuorer ante precor subito telluris hiatu:
Aut rutilo missi fulminis igne cremer:
Quam sine me phthiis canescant æquora remis:
Et uideam puppes ire relicta tuas.
Si tibi iam redituque placent: patriique penates:
Non ego sum classi sarcina magna tuæ.
Victorem captiua sequar: non nupta maritum:
Est mihi quæ lanas molliat apta manus.
Inter & acheidas longe pulcherrima matres.
In thalamos coniunx ibit: eatque tuos.
Digna nurus socero iouis æginæque nepote.
Cuique senex nereus prosocer esse uelit.
Nos humiles famulæque tuæ data pensa trahemus:
Et minuent plenas stamine nostra colos.
Exagitet ne me tantum tua deprecor uxor:
Quæ mihi nescio quo non erit æqua modo:
Neue meos coram scindi patiare capillos.
Et leuiter dicas: hæc quoque nostra fuit.
Vel patiare licet: dum ne contempta relinquar:
Hic mihi ueh miseræ concutit ossa metus.
Quid tamen expectas: agamemnona pœnitet iræ:
Et iacet ante tuos græcia mesta pedes.
Vince animos: iramque tuam: qui cætera uincis.
Quid lacerat danaas impiger hector opes.
Arma cape æacide: sed me tamen ante recepta:
Et preme turbatos marte fauente uiros.
Propter me mota est: propter me desinat ira.
Simque ego tristitiæ causa: moduque tuæ.
Nec tibi turpe puta precibus succumbere nostris:
Coniugis œnides uersus in arma prece est.
Res audita mihi: nota est tibi: fratribus orba
Deuoui nati spemque: caputque: parens.
Bello erat ille ferox: positis secessit ab armis:
Et patriæ rigida mente negauit opem.
Sola uirum flexit coniunx: fœlicior illa.
At mea pro nullo pondere uerba cadunt:
Nec tamen indignor: nec me pro coniuge gessi:
Sæpius in domini serua uocata torum.
Me quædam: memini: dominam captiua uocabat:
Seruitio dixi nominis addis onus.
Per tamen ossa uiri subito male lecta sepulchro:
Semper iudiciis ossa uerenda meis:
Perque trium fortes animas: mea numina fratrum:
Qui bene pro patria: cum patriaque iacent:
Perque tuum nostrũque caput: quod iũximus una:
Perque tuos enses cognita tela meis:
Nulla mycenæum sociasse cubilia mecum
Iuro fallentem

Iuro:fallentem deſeruiſſe uelis.
Si tibi nunc dicam:fortiſſime tu quoque iura:
Nulla tibi ſine me gaudia facta neges?
At danai mœrere putant:tibi plectra mouentur:
Te tenet in tepido mollis amica ſinu.
Et ſi quis quærat quare pugnare recuſes:
Pugna nocet:citharæ uoxque:uenuſque iuuant:
Tutius eſt iacuiſſe toro:tenuiſſe puellam:
Threiciam digitis increpuiſſe lyram:
Quam manibus clypeos:& acutæ cuſpidis haſtam:
Et galeam preſſa ſuſtinuiſſe coma.
Sed tibi pro tutis inſignia facta placebant.
Partaque bellando gloria dulcis erat.
An tantum:dum me caperes:fera bella probabas:
Cumque mea patria laus tua uicta iacet.
Dii melius ualidoque precor uibrata lacerto
Tranſeat hectoreum pelias haſta latus:
Mittite me danai;dominum legata rogabo:
Mixtaque mandatis oſcula multa feram.
Plus ego q̃ phœnix:plus quam facundus ulyxes:
Plus ego q̃ teucri credite frater agam.
Eſt aliquid ſolitis collum tetigiſſe lacertis:
Præſenteſque oculos admonuiſſe ſinu.
Sis licet immitis:matriſque ferocior undis:
Vt taceam;lachrymis comminuere meis.
Nunc quoque ſic omnes peleus pater impleat annos
Sic eat auſpiciis pyrrhus ad arma tuis
Reſpice ſollicitam bryida fortis achille:
Nec miſeram lenta ferreus ure mora.
At ſi uerſus amor tuus eſt in tedia noſtri:
Quam ſine te cogis uiuere:coge mori.
Vtque facis coges:abiit corpuſque colorque.
Suſtinet hoc animi ſpes tamen una tibi.
Qua ſi deſtituar:repetam fratreſque;uirumque.
Nec tibi magnificum fœmina iuſſa mori.
Cur autem iubeas:ſtricto pete corpora ferro:
Eſt mihi qui foſſo pectore ſanguis eat.
Me petat ille tuus:qui ſi dea paſſa fuiſſet:
Enſis in atridæ pectus iturus erat.
At potius ſerues noſtram tua munera uitam.
Quod dederas hoſti uictor amica rogo.
Perdere quos melius poſſis neptũnia præbent
Pergama:materiam cædis ab hoſte pete.
Me modo:ſiue paras impellere remige claſſem:
Siue manes:domini moræ uenire iube.

PHAEDRA HIPPOLITO.

QVa niſi tu dederis:caritura eſt ipſa:ſalutem
Mittit amaxonio creſſa puella uiro.
Perlege quodcũque ẽ:qd epiſtola lecta nocebit:
Te quoque in hac aliquid:quod iuuat eſſe poteſt.
His archana notis tecta:pelagoque feruntur:
Inſpicit acceptas hoſtis ab hoſte notas.
Ter tecum conata loqui:ter inutilis hæſit
Lingua:ter in primo deſtitit ore ſonus.
Qua licet & ſequitur:pudor eſt miſcendus amori.
Dicere quæ puduit ſcribere iuſſit amor.
Quicquid amor iuſſit:non eſt contemnere tutum.
Regnat:& in dominos ius habet ille deos.
Ille mihi primo dubitanti ſcribere:dixit
Scribe:dadit uictas ferreus ille manus.
Adſit:&.u noſtras auido fouet igne medullas:
Figat ſic animos in mea uota tuos.
Non ego nequitia ſocialia fœdera rumpam:

Fama:uelim quæras:crimine nostra uacent.
Venit amor grauius quo serius:urimur intus.
Vrimur:& cæcum pectora uulnus habent.
Scilicet ut teneros lædunt iuga prima iuuencos:
Frenaque uix patitur de grege captus equus.
Sic male:uixque subit:primos rude pectus amores:
Sarcinaque hæc animo non sedet apta meo.
Ars sit ubi a teneris crimen quum discitur annis.
Quæ uenit exacto tempore:peius amat.
Tu noua seruatæ carpes libamina famæ:
Et pariter nostrum fiet uterque nocens:
Est aliquid plenis pomaria carpere ramis:
Et tenui primam deligere ungue rosam.
Sic tamen ille prior:quo me sine crimine gessi:
Candor:ab insolita labe notandus erat.
At bene successit:digno quod adurimur igne.
Peius adulterio turpis adulter obest.
Si mihi concedat iuno fratremque:uirumque:
Hippolytum uideor præpositura ioui:
Iam quoque uix credes:ignotas mittor in artes:
Est mihi per sæuas impetus ire feras.
In nemus ire libet:pressisque in rætia ceruis.
Hortari celeres per iuga summa canes.
Iam mihi prima dea est arcu præsignis adunco.
Delia iudicium subsequar ipsa tuum:
Aut tremulum excusso iaculum uibrare lacertos:
Aut in graminea ponere corpus humo.
Sæpe iuuat uersare leues in puluere currus:
Torquentem frenis ora fugacis equi:
Nunc feror ut bacchi furiis heleides actæ:
Quæque sub idæo tympana colle mouent:
Aut quas semideæ dryades:faunique bicornes:
Numine contactas attonuere suo:
Namque mihi referunt:quum se furor ille remisit:
Omnia:me tacitam conscius urit amor.
Forsitan hunc fato generis reddamus amorem:
Et uenus ex tota gente tributa petit.
Iuppiter europam:prima est ea gentis origo:
Dilexit tauro dissimulante deum.
Pasiphae mater decepto subdita tauro.
Enixa est utero crimen:onusque suo.
Perfidus ægides ducentia fila secutus
Curua meæ fugit tecta sororis ope.
En ego nunc:ne forte parum minoia credar:
In socias leges ultima gentis eo.
Hoc quoque fatale est:placuit domus una duabus.
Me tua forma capit:capta parente soror.
Thesides:theseusque duas rapuere sorores:
Ponite de nostra bina trophæa domo.
Tempore quo nobis inita est cerealis eleusis:
Gnosia me uellem detinuisset humus.
Tunc mihi præcipue:nec non tamen ante placebas:
Acer in extremis ossibus hæsit amor.
Candida uestis erat.præcincti flore capilli.
Flaua uerecundus tinxerat ora rubor.
Quemque uocant alie uultū rigidumque:truceque:
Pro rigido phædra iudice fortis erit.
Sint procul a nobis iuuenes:ut fœmina compti.
Fine coli modico forma uirilis amat.
Te tuus iste rigor:positique sine arte capilli:
Et leuis egregio puluis in ore decet.
Siue ferocis equi luctantia colla retorques:
Exiguo flexos miror in orbe pedes.

Seu lentum

Seu lentum ualido torquẽs haſtile lacerto:
Ora ferox in ſe uerſa lacertus habet.
Siue tenes lato uenabula cornea ferro:
Denique noſtra iuuat lumina quicquid agis:
Tu modo duriciem ſiluis depone iugoſis.
Non ſum materia digna perire tua.
Quid iuuat incinctæ ſtudia exercere dianæ?
Et uenerí numeros eripuiſſe ſuos?
Quod caret alterna requie durabile non eſt.
Hæc reparat uires: feſſaque membra nouat.
Arcus & arma tuæ tibi ſint imitanda dianæ:
Si nunquam ceſſes tendere: mollis erit.
Clarus erat cephalus ſiluis: multæque per herbas
Conciderant illo percutiente feræ
Nec tamen auroræ male ſe præbebat amandum.
Ibat ad hunc ſapiens a ſene diua uiro.
Sæpe ſub ilicibus uenerem: cinyraque creatum
Suſtinuit poſitos quælibet herba duos.
Arſit & œnides in menalia atalanta.
Illa feræ ſpolium pignus amoris habet.
Nos quoque iam primum turba numerenmur in iſta:
Si uenerem tollas ruſtica ſilua tua eſt.
Ipſa comes ueniam. nec me latebroſa mouebunt
Saxa: nec obliquo dente timendus aper.
Aequora bina ſuis oppugnant fluctibus iſthmon:
Et tenuis tellus audit utrunque mare.
Hic tecum troezena colam pytheia regna.
Iam nunc eſt patria charior illa mea.
Tempore abeſt: aberitque diu neptunius heros:
Illum pirithoi detinet ora ſui.
Præpoſuit theſeus niſi nos manifeſta negemus.
Pirithoum phædræ: pirithoumque tibi.
Sola nec hæc ad nos iniuria uenit ab illo:
In magnis læſi rebus uterque ſumus.
Oſſa mei fratris claua perfracta trinodi
Sparſit humi. ſoror eſt præda relicta feris.
Prima ſecurigeras inter uirtute puellas
Te peperit nati digna fauore parens.
Si quæras: ubi fit: theſeus latus enſe peregit:
Nec mater tanto pignore tuta fuit.
Atnec nupta quidem: tædaque accepta iugali
Cur? niſi ne caperes regna paterna nothus.
Addidit & fratres ex me tibi: quos tamen omnes
Non ego tollendi cauſa: ſed ille fuit.
Outinam nocitura tibi pulcherrime rerum
In medio nixu uiſcera rupta forent.
I nunc & meriti lectum reuerere parentis:
Quem fugit: & factis abdicat ille ſuis.
Nec quia priuigno uidear coitura nouerca:
Terruerint animos nomina uana tuos.
Iſta uetus pietas æuo moritura futuro:
Ruſtica ſaturno regna tenente fuit.
Iuppiter eſſe pium ſtatuit: quodcunque iuuaret.
Et fas omne facit fratre marita ſoror.
Illa coit firma generis iunctura catena:
Impoſuit nodos cui uenus ipſa ſuos.
Nec labor eſt celare licet. pete munus ab illa.
Cognato poterit nomine culpa tegi.
Viderit amplexus aliquis. laudabimur ambo.
Dicar priuigno fida nouerca meo.
Non tibi per tenebras duri reſeranda mariti
Ianua: nec cuſtos decipiendus erit.
Vt tenuit domus una duos: domus una tenebit.

Oſcula aperta dabas:oſcula aperta dabis.
Tutus eris mecum:laudemque merebere culpa:
Tu licet in lecto conſpiciare meo.
Tolle moras tantum:properataque fœdera iunge:
Qui mihi nunc ſæuit:ſic tibi parcat amor.
Non ego dedignor ſupplex humiliſque precari.
Heu ubi nunc faſtus:altaque uerba iacent.
Et pugnare diu:nec me ſummittere culpæ
Certa fui:certi ſi quid haberet amor.
Victa precor:genibuſque tuis regalia tendo
Brachia:quid deceat:non uidet ullus amans.
Depuduit:profuguſque pudor ſua ſigna reliquit.
Da ueniam faſſæ:duraque corda doma.
Quod mihi ſit genitor:qui poſſidet æquora minos:
Quod ueniant proaui fulmina torta manu
Quod ſit auus radiis frontem uallatus acutis:
Purpureo tepidum qui mouet axe diem.
Nobilitas ſub amore iacet.miſerere priorum:
Et mihi ſi non uis parcere:parce meis.
Eſt mihi dotalis tellus iouis inſula crete:
Seruiat hyppolyto regia tota meo.
Flecte feros animos:potuit corrumpere taurum
Mater eris tauro ſænior ipſe truci:
Per uenerem parcas oro:quæ plurima mecum eſt.
Sic nunquam quæ te ſpernere poſſit:ames.
Sic tibi ſecretis agilis dea ſaltibus adſit:
Siluaque perdendas præbeat alta feras.
Sic faueant ſatyri:montanaque numina panes:
Et cadat aduerſa cuſpide foſſus aper.
Sic tibi dent nymphæ:quamuis odiſſe puellas
Diceris:arentem quæ leuet unda ſitim.
Addimus his ꝑcibus lachrymas quoque:uerba ꝑcantis
Perlegis:& lachrymas finge uidere meas.

OENONE PARIDI.

NYmpha ſuo paridi q̃uis ſuus eſſe recuſat:
Mittit ab idæis uerba legenda iugis.
Perlegis:an coniunx,phibet noua: perlege nō eſt
Iſta mycenæa littera ſcripta manu.
Pegaſis œnone phrygiis celeberrima ſiluis
Læſa queror de te:ſi ſinis ipſe:meo.
Quis deus oppoſuit noſtris ſua numina uotis:
Ne tua permaneam:quod mihi crimen obeſt:
Leniter ex merito quicquid patiare ferendum eſt.
Quæ uenit indigne pœna dolenda uenit.
Nondum tantus eras:cum te contenta marito
Edita de magno flumine nympha fui.
Qui nunc priamides:abſit reuerentia uero:
Seruus eras:ſeruo nubere nympha tuli.
Sæpe greges inter requieuimus arbore tecti.
Mixtaque cum foliis præbuit herba torum
Sæpe ſuper ſtramen:fœnoque iacentibus alto
Depreſſa eſt humili cana pruina caſa.
Quis tibi monſtrabat ſaltus uenatibus aptos:
Et tegeret catulos qua fera rupe ſuos:
Retia ſæpe comes maculis diſtincta tetendi.
Sæpe citos egi per iuga ſumma canes.
Inciſæ ſeruant a te mea nomina phagi.
Et legor œnone falce notata tua.
Populus eſt memini fluuiali conſita ripa:
Eſt in qua noſtri littera ſcripta memor:
Et quantum trunci:tantum mea nomina creſcunt:
Creſcite & in titulos ſurgite rite meos.
Populeuiue precor:quæ conſita margine ripæ.

Hoc in rugoſo

118

Hoc in rugoso cortice carmen habes.
Quum paris œnone poterit spirare relicta:
Ad fontem xanthi uersa recurret aqua.
Xanthe retro propera:uersæque recurrite nymphæ.
Sustinet œnonem deseruisse paris:
Illa dies fatum miseræ mihi duxit:ab illa
Pessima mutati cœpit amoris hyems:
Qua uenus & iuno:sumptisque decentior armis
Venit in arbitrium nuda minerua tuum.
Attoniti micuere sinus:geliduſque cucurrit
Vt mihi narrasti:dura per ossa tremor.
Consului:neque enim modice terrebar:anusque:
Longeuosque senes:constitit esse nephas.
Cæsa abies:sectæque trabes:& classe parata:
Cærula cæratas accipit:unda rates.
Flesti discedens:hoc saltem parce negare
Præterito magis est iste pudendus amor:
Et flesti:& nostros uidisti flentis ocelos:
Miscuimus lachrymas mœstus uterque suas:
Non sic appositis uincitur uitibus ulmus:
Vt tua sunt collo brachia nexa meo:
Ah quotiens cum te uento querere teneri:
Riserunt comites:ille secundus erat.
Oscula dimissæ quotiens repetita dedisti.
Quam uix sustinuit dicere lingua uale.
Aura leuis rigido pendentia linthea malo
Suscitat:& remis eruta canet aqua.
Prosequor infœlix oculis abeuntia uela.
Qua licet:& lachrymis humet harena meis.
Vtque celer uenias:uirides nereidas oro:
Scilicet ut uenias in mea damna celer.
Votis ergo meis:alii redituræ redisti.
Hei mihi pro dira pellice blanda fui.
Aspicit immensum molesnatiua profundum:
Mons fuit:æquoreis illa resistit aquis.
Hinc ego uela tuæ cognoui prima carinæ.
Et mihi per fluctus impetus ire fuit
Dum moror in summa fulsit mihi purpura prora.
Pertimui:cultus non erat ille tuus.
Fit propior:terraque cita ratis attigit aura.
Fœmineas uidi corde tremente genas
Non satis id fuerat quid enim furiosa morabar?
Hærebat gremio turpis amica tuo.
Tuuc fleui:rupique sinus & pectora planxi:
Et secui madidas ungue rigente genas.
Impleuique sacram querulis ululatibus idam.
Illuc has lachrymas in mea saxa tuli.
Sic helene doleat:desertaque coniuge ploret:
Queque prior nobis intulit:ipsa ferat.
Nunc tecum ueniant:quæ te per aperta sequuntur
Aequora:legitimos destituantque uiros.
Atcum pauper eras:armentaque pastor agebas:
Nulla:nisi œnone·pauperis uxor erat.
Non ego miror opes:nec me tua regia tangit:
Nec de tot priami dicar ut una nurus.
Non tamen ut priamus nymphæ socer esse recuset:
Aut hecubæ fuerim dissimulanda nurus.
Digna sum:& cupio fieri matrona potentis.
Sunt mihi quas possunt septra decere manus.
Nec me:phaginea quod tecum fronde iacebam
Despice:purpureo sum magis apta toro.
Denique tutus amor meus est:tibi nulla parantur:
Bella:nec ultrices aduehit unda rates.

Tyndaris infestis fugitiua repoſcitur armis.
Hac uenit in thalamos dote ſuperba tuos:
Quæ ſi ſit danais reddenda:uel hectora fratrem:
Vel cum deiphobo polidamanta roga.
Quid grauis anthenor:priamus quid ſuadeat ipſe
Conſule:quis ætas longa magiſtra fuit.
Turpe rudimentum eſt:patriæ præponere raptam:
Cauſa pudenda tua eſt:iuſta uir arma mouet.
Nec tibi ſi cupias fidam promitte lacænam:
Quæ ſit in amplexus tam cito uerſa tuos.
Vt minor atrides temerati fœdera lecti
Clamat:& externo læſus amore dolet:
Tu quoque clamabis nulla reparabilis arte.
Læſa pudicitia eſt:deperit illa ſemel.
Ardet amore tui:ſic & menelaon amauit.
Nunc iacet in uiduo credulus ille toro.
Fœlix andromache certo bene nupta marito.
Vxor ad exemplum fratris habenda fui.
Tu leuior foliis:tunc cum ſine pondere ſucci
Mobilibus uentis arida facta uolant.
Et minus eſt in te:quam ſunima pondus ariſta:
Quæ leuis aſſiduis ſolibus uſta riget.
Hæc tua:nam recolo:quondam germana canebat:
Sic mihi diffuſis uaticinata comis.
Quid facis œnone?quid harenæ ſemina mandas:
Non profecturis littora bobus aras.
Graia iuuenca uenit:quæ te patriamque:domumque
Perdat:io prohibe:graia iuuenca uenit.
Dum licet:obſcœnam ponto demergite puppim:
Heu quantum phrygii ſanguinis illa uehit.
Dixerat in curſu famulæ rapuere furentem.
At mihi flauentes diriguere comæ.
Ah nimium miſeræ uates mihi uera fuiſti:
Poſſidet en ſaltus illa iuuenca meos.
Sit facie quamuis inſignis adultera certe eſt:
Deſeruit ſocios hoſpita capta deos:
Illam de patria theſeus:niſi nomine fallor
Neſcio quis theſeus abſtulit arte ſua.
Aiuuene & cupido credatur reddita uirgo.
Vnde hæc compererim tam bene:quæris.amo.
Vim licet appelles:& culpam nomine ueles.
Quæ totiens rapta eſt:præbuit ipſa rapi.
At manet œnone fallenti caſta marito.
Et poteris falli legibus ipſe tuis:
Me ſatyri celeres:ſiluis ego tecta latebam.
Quæſierant rapido turba proterua pede:
Cornigerumque caput pinu præcinctus acuta
Faunus:in immenſis:qua tumet ida:iugis.
Me fide conſpicuus troiæ munitor amauit:
Ille meæ ſpolium uirginitatis habet:
Id quoque luctando:rupi tamen ungue capillos:
Oraque ſunt digitis aſpera facta meis.
Nec pretium ſtupri gemmas aurumque popoſci:
Turpiter ingenuum munera corpus emunt.
Ipſe ratus dignam:medicas mihi tradidit artes:
Admiſitque meas ad ſua dona manus.
Quæcunque herba potens ad opẽ:radixque medendi
Vtilis in toto naſcitur orbe:mea eſt.
Me miſeram:quod amor non eſt medicabilis herbis:
Deficior prudens artis ab arte mea.
Ipſe repertor opis uaccas pauiſſe pheræas
Fertur:& a noſtro ſaucius igne fuit.
Quod neque graminibus tellus fœcunda creatis:

Nec deus

Nec deus auxilium tu mihi ferre potes.
Et potes: & merui: dignæ miserere puellæ.
Non ego dum danais arma cruenta fero.
Sed tua sum: tecumque fui pueribus annis.
Et tua quod superest temporis: esse precor.

HYPSIPHILE IASONI.

Littora thessaliæ reduci tetigisse carina
Diceris auratæ uellere diues ouis.
Gratulor. incolumi: quantū sinis hoc tamen ipso
Debueram scripto certior esse tuo.
Nam ne pacta quidem præter mea regna redires:
Cum cureres uentos non habuisse potes.
Quælibet aduerso signetur epistola uento,
Hypsiphile missa digna salute fui.
Cur mihi fama prior: q̄ nuncia littera uenit.
Isse sacros martis subiuga panda boues:
Seminibus iactis segetes adolesse uirorum:
Inque necem dextra non eguisse tua:
Peruigilem spolium pecudis seruare draconem.
Rapta tamen forti uellera fulua manu.
Hæc ego si possem timide credentibus ista:
Ipse mihi scripsit: dicere: quanta forem
Quid querar officium lenti cessasse mariti.
Obsequium maneo si tua: grande tuli.
Barbara narratur uenisse uenefica tecum:
In mihi promissi parte futura tori:
Credula res amor est: utinam temeraria dicar:
Criminibus falsis insimulasse uirum.
Nuper ab œmonius hospes mihi thessalus oris
Venerat: & tactum uix bene limen erat.
Aesonides dixi quid agit meus: ille pudore
Hæsit in oppositi lumina fixus humo.
Protinus exilui: tunicisque a pectore raptis
Viuit: an exclamo: me quoque fata trahunt.
Viuit ait: timidumque mihi iurare coegit:
Vix mihi teste deo credita uita tua est.
Vtque animus rediit: tua facta requirere cœpi:
Narrat & æripedes martis arasse boues.
Vibereos dentes in humum pro semine iactos:
Et subito natos arma tulisse uiros.
Terrigenas populos ciuili marte peremptos
Implesse ætatis fata diurna suæ.
Deuictus serpens: iterum si uiuat iason
Quærimus: alternant spesque: timorque fidem.
Singula dum narrat: cursu studioque loquendi:
Detegit in genio uulnera nostra tuo.
Heu ubi pacta fides ubi connubialia iura:
Faxque sub arsuros dignior ire rogos.
Non ego sum furtim tibi cognita: pronuba iuno
Adfuit: & sertis tempora uinctus hymen.
At mihi nec iuno: nec hymen: sed tristis erinnys.
Prætulit infaustas sanguinolenta faces.
Quid mihi cum minyis quid cum tritonide pinu?
Quid tibi cum patria nauita typhi mea.
Non erat hic aries uillo spectabilis aureo:
Non senis æetæ regia lemnos erat.
Certa fui primo: sed me mea fata trahebant:
Hospita fœmineæ pellere castra manu.
Lemniadesque uiros: nimium quoque uincere norunt:
Milite tam forti uita tuenda fuit:
Vrbe uirum uidi: tectoque: animoque recepi.
Hic tibi bisque æstas: bisque cucurrit hyems:
Tertia messis erat: cum tu dare uela coactus
Implesti lachrymis talia uerba tuis.

Abstrahor hypsiphile:si dent modo fata recursum:
Vir tuus hinc abeo:uir tibi semper ero.
Quod tamen e nobis grauida cælatur in aluo
Viuat:& eiusdem simus uterque parens.
Hactenus:& lachrymis in falsa cadentibus ora,
Cætera te memini non potuisse loqui.
Vltimus ex sociis sacram conscendis in argo.
Illa uolat:uentus concaua uela tenet.
Cærula propulsæ subducitur unda carinæ.
Terra tibi:nobis aspiciuntur aquæ.
In latus omne potens turris circunspicit undas:
Huc feror:& lachrymis osque:sinusque madent.
Per lachrymas specto:cupidæque fauentia menti
Longius assueto lumina nostra uident.
Adde preces castas:immixtaque uota timori:
Nunc quoque te saluo persoluenda mihi.
Vota ego persoluam:uotis medea fruetur.
Cor dolet:atque ira mixtus abundat amor:
Dona feram templis:uiuum quod iasona perdam:
Hostia pro damnis concidet icta meis.
Non equidem secura fui:semperque uerebar:
Ne pater argolica sumeret urbe nurum.
Argolicas timui.nocuit mihi barbara pellex.
Non expectato uulnus ab hoste tuli.
Nec facie meritisque placet:sed carmine mouit:
Diraque cantata pabula falce metit.
Illa reluctantem cursu deducere lunam
Nititur:& tenebris addere solis equos.
Illa refrenat aquas:obliquaque flumina sistit.
Illa loco siluas:uiuaque saxa mouet.
Per tumulos errat sparsis discincta capillis:
Certaque de tepidis colligit ossa rogis.
Deuouet absentes simulacraque cærea fingit:
Et miserum tenues in iecur urget acus.
Et quæ nescirem melius mage quæritur herbis:
Moribus & forma conciliandus amor.
Hanc potes amplecti:thalamoque relictus in uno
Impauidus somno nocte silente frui:
Scilicet ut tauros:ita te iuga ferre coegit:
Quaque feros angues:te quoque mulcet ope:
Adde quod ascribi factis:procerumque tuisque
Se facit:& titulo coniugis uxor obest.
Atque aliquis peliæ de partibus acta uenenis
Imputat:& populum qui sibi credat habet.
Non hæc æsonides sed filia phasis aetæ.
Aurea phryxeæ terga refulsit ouis.
Non probat æleymede mater tua consule matrem.
Non pater a gelido cui uenit axe nurus.
Illa sibi a tanais scythicæque paludibus undæ
Quærat & a patria phasidis usque uirum.
Mobilis æsonides uernaque inconstantior aura.
Cur tua polliciti pondere uerba carent.
Virmeus hinc ieras.cur non meus inde rediisti.
Sim reducis coniunx sicut euntis eram.
Si te nobilitas generosaque nomina tangunt.
En ego minoo nata thoante feror.
Bacchus auus bacchi coniunx redimita corona
Præradiat stellis signa minora suis.
Dos mihi lemnos erit terra ingeniosa colenti.
Me quoque quod tales inter habere potes.
Nunc etiam peperi gratare ambobus iason.
Dulce mihi grauidæ fecerat auctor onus.
Fœlix in numero quoque sum prolemque gemellam
Pignora lucina bina fauente dedi.

Si quæras

Si quæras cui sint similes: cognoscéris illis.
Fallere non norunt: cætera patris habent.
Legatos quos pene dedi pro matre ferendos?
Sed tenuit cœptas sæua nouerca uias.
Medeam timui: plus est medea nouerca.
Medeæ faciunt ad scelus omne manus:
Spargere quæ fratris potuit lacerata per agros
Corpora: pignoribus parceret illa meis?
Hanc tamen o demens: colchisque ablate uenenis:
Diceris hypsiphiles præposuisse toro.
Turpiter illa uirum cognouit adultera uirgo:
Me tibiteque mihi tæda pudica dedit.
Prodidit: illa patrem: rapui de cæde thoanta:
Deseruit colchos. me mea lemnos habet.
Quid referam scelerata piam si uincit: & ipso
Crimine dotata est: emeruitque uirum.
Lemniadum facinus culpo: non miror iason.
Quælibet iratis ipse dat arma dolor.
Dic age: si uentis: ut oportuit actus iniquis
Intrasses portus tuque comesque meos:
Obuiaque exissem: fœtu comitata gemello:
Hiscere nempe tibi terra roganda foret.
Quo uultu natos: quo me scelerate uideres:
Perfide: quo pretio: qua nece dignus eras:
Ipse quidem per me tutus: sospesque fuisses:
Non quia tu dignus: sed quia mitis ego.
Pellicis ipsa meos implessem sanguine uultus:
Quosque ueneficiis abstulit illa suis:
Medeæ medea forem: quod si quis ab alto
Iustus adest precibus iuppiter ipse meis:
Quod gemit hypsiphile lecti quoque succuba nostri
Mœreat: & leges sentiat ipsa suas.
Vtque ego destituor coniunx: materque duorum
Aut totidem natis orba sit illa atque uiro.
Nec male parta diu teneat: peiusque relinquat.
Exulet: & toto querat in orbe fugam:
Quam fratri germana fuit: miseroque parenti
Filia: tam natis: tam sit acerba uiro.
Cum mare: cum terras consumpserit: aera tentet:
Erret inops: expers cæde cruenta sua.
Hæc ego coniugio fraudata thoantis oro:
Viuite deuoto nuptaque uirque toro.

DIDO AENEAE.

Sic ubi fata uocant: udis abiectus in herbis
Ad uada mæandri concinit albus olor:
Nec quia te nostra sperem prece posse moueri:
Alloquor: aduerso mouimus ista deo.
Sed meriti famam: corpus: animumque pudicum
Cum male perdiderim: perdere uerba leue est.
Certus es ire tamen: miseramque relinquere dido:
Atque idem uenti uela: fidemque ferent.
Certus es ænea cum fœdere soluere naues:
Quæque ubi sint nescis itala regna sequi:
Nec noua carthago: nec te crescentia tangunt
Mœnia: nec sceptro tradita summo tuo.
Facta fugis: fugienda petis: quærenda per orbem
Altera: quæsita est altera terra tibi.
Vt terram inuenias: quis eam tibi tradet habendum?
Quis sua non notis arua tenenda dabit?
Alter habendus amor tibi restat & altera dido
Quamque iterum fallas altera danda fides.
Quando erit ut condas instar carthaginis urbem:
Et uideas populos altus ab arce tuos:
Omnia si ueniant: nec te tua uota morentur

Vnde tibi quæ te sic amet uxor erit:
Vxor: ut inducto cæratæ sulphure tedæ:
Aeneamque animo: uoxque diesque refert
Ille quidem male gratus: & ad mea munera surdus
Et quo si non sim stulta carere uelim.
Non tamen æneam quamuis male cogitet odi:
Sed queror infidum quæstaque peius amo.
Parce uenus nurui: durumque amplectere fratrem
Frater amor: castris militet ille tuis.
Aut ego quæ cœpi: neque enim dedignor amare
Materiam curæ præbeat ille meæ.
Fallor: & ipsa mihi falso iactatur imago.
Matris ab ingenio dissidet ille suæ.
Te lapis & montes: innataque rupibus altis
Roborate sæuæ progenuere feræ.
Aut mare: quale uides agitari, nunc quoque uentis:
Quo tamen aduersis fluctibus ire paras.
Quo fugis: obstat hyems: hyemis mihi gratia prosit.
Aspice: ut euersas concitet eurus aquas.
Quod tibi malueram: sine me debere procellis:
Iustior est animo uentus & unda tuo.
Non ego sum tanti: quod non meditaris inique
Vt pereas: dum me per freta longa fugis.
Exerces preciosa odia & constantia magno.
Si dum me fugias: est tibi uile mori.
Iam uenti ponent: strataque æqualiter unda:
Cæruleus triton per mare curret equis.
Tu quoque cum uentis utinam mutabilis esses:
Et nisi duricia robora uincis: eris.
Quid: si nescires insana quid æquora possent:
Expertæ totiens tam male credis aquæ.
Vt pelago suadente etiam retinacula soluas:
Multa tamen latus tristia pontus habet:
Nec uiolasse fidem tentantibus æquora prodest:
Perfidiæ pœnas exigit ille locus:
Præcipue cum læsus amor. quia mater amorum
Nuda cytheriacis edita fertur aquis:
Perdita ne perdam timeo: noceam ue nocenti:
Neu bibat æquoreas naufragus hostis aquas.
Viue precor: sic te melius quam funere perdam.
Tu potius læti causa ferere mei.
Finge age te rapido: nullum sit in nomine pondus:
Turbine deprehendi: quid tibi mentis erit:
Protinus occurrent falsæ periuria linguæ:
Et tyria dido fraude coacta mori
Coniugis ante oculos deceptæ stabit imago:
Tristis: & effusis sanguinolenta comis.
Quicquid ideſt totum merui concedite dices.
Quæque cadent: in te fulmina missa putes.
Da breue sæuitiæ spatium pelagique tuæque:
Grande moræ pretium: tuta futura uia est.
Nec mihi tu parcas: puero parcatur iulo.
Te satis est titulum mortis habere meæ.
Quid puer ascanius: quid dii meruere penates.
Ignibus ereptos obruet unda deos.
Sed neque fers tecum: nec quæ mihi perfide iactas:
Pressérunt humeros sacra paterque tuos.
Omnia mentiris: neque enim tua fallere lingua
Incipit a nobis: primaque plector ego.
Si quæris ubi sit formosi mater iuli:
Occidit a duro sola relicta uiro.
Hæc mihi narrabas: at me mouere merentem.
Illa minor culpa pœna futura mea est.
Nec mihi mens dubia est quin te tua numina damnent:

Per mare per terras ſeptima iactat hyems.
Fluctibus eiectum tuta ſtatione recepi:
Vixque bene audito nomine regna dedi.
His tamen officijs utinam contenta fuiſſem.
Et mihi concubitus fama ſepulta foret.
Illa dies nocuit: qua nos decliue ſub antrum
Ceruleus ſubitis compulit imber aquis.
Audieram uoces: nymphas ululaſſe putaui.
Eumenides fatis ſigna dedere meis.
Exige læſe pudor pœnas uiolate ſicheu:
Ad quas me miſeram plena pudoris eo.
Eſt mihi marmorea ſacratus in æde ſicheus.
Oppoſitæ frondes uelleraque alba tegunt.
Hinc ego me ſenſi noto quater ore citari.
Ipſe ſono tenui dixit eliſa ueni.
Nulla mora eſt: uenio: quondam tibi debita coniunx:
Sum tamen amiſſo tarda pudore meo.
Da ueniam culpæ. decepit idoneus auctor:
Inuidiam noxæ detrahit ille meæ.
Diua parens: ſenior que pater: pia ſarcina nati:
Spem mihi manſuri rite dedere uiri.
Si fuit errandum: cauſas habet error honeſtas.
Adde fidem: nulla parte pigendus erit.
Durat in extremum: uitæque nouiſſima noſtræ
Proſequitur: fati qui fuit ante tenor.
Occidit in terras coniunx mactatus ad aras:
Et ſceleris tanti premia frater habet.
Exul agor: cineresque uiri patriamque relinquo:
Et feror in duras hoſte ſequente uias.
Applicor ignotis: fratrique elapſa: fretoque:
Quod tibi donaui perfide littus emo.
Vrbem conſtitui: lateque patentia fixi
Mœnia finitimis inuidoſa locis.
Bella tument: bellis peregrina & fœmina tentor:
Vixque rudes portas urbis & arma paro.
Mille procis placui: qui me coire querentes
Neſcio quem thalamis præpoſuiſſe ſuis.
Quid dubitas uictam gætulo tradere hiarbæ.
Præbuerim ſceleri brachia noſtra tuo.
Eſt etiam frater: cuius manus impia poſcit
Reſpergi noſtro ſparſa cruore uiri.
Pone deos: & quæ tangendo ſacra prophanas.
Non bene cæleſtes impia dextra colit.
Si tu cultor eras elapſis igne futurus:
Pœnitet elapſos ignibus eſſe deos.
Forſitan & grauidam dido ſcelerate relinquis:
Parſque tui latitat corpore clauſa meo.
Acceder fatis matris miſerabilis infans.
Et nondum nati funeris auctor eris:
Cumque parente ſua frater morietur iuli:
Pœnaque connexos auferet una duos.
Sed iubet ire deus: uellem uetuiſſet adire:
Punica nec teucris preſſa fuiſſet humus.
Hoc duce nempe deo uentis agitaris iniquis:
Et teris in rapido tempora longa freto.
Pergama uix tanto tibi erant repetenda labore:
Hectore ſi uiuo quanta fuere forent.
Non patrium ſimeonta petis ſed tybridis undas.
Nempe ut peruenias quo cupis: hoſpes eris.
Vſque latet refugitque tuis obſtruſa carinis.
Vix tibi continget terra petita ſeni.
Hos populos potius in dotem ambage remiſſa
Accipe: & aduectas pygmalionis opes.
Ilion in tyriam tranſfer fœlicius urbem:

Inque loco regis ſcæptraque ſacra tene
Si tibi mens auida eſt belli: ſi quærit iulus
Vnde ſuo partus marte triumphus eat:
Quem ſuperet: ne quid deſit: præbebimus hoſtem:
Hic pacis leges: hic locus arma capit.
Te modo per partem fraternaque tæla ſagittas:
Perque fugæ comites dardana ſacra deos:
Sic ſuperet quoſcunque tua de gente reportas
Mars ferus: & damni ſit modus ille tui.
Aſcaniuſque ſuos fœliciter impleat annos:
Et ſenis anchiſæ molliter oſſa cubent.
Parce præcor domui. quæ ſe tibi trahit habendam:
Quod crimen dicis præter amare meum.
Non ego ſum phthia magniſque oriunda mycenis:
Nec ſteterant in te uirque paterque meus.
Si pudet uxoris: non nupta: ſed hoſpita dicar.
Dum tua ſit dido: quodlibet eſſe feret.
Nota afrum ſunt freta mihi tangentia littus.
Temporibus certis dantque: negantque uiam.
Cum dabit aura uiam: præbebis carbaſa uentis.
Sed leuis eiectam continet alga ratem.
Tempus ut obſeruem manda mihi: ſerius ibis:
Nec te ſi cupias: ipſa manere ſinam:
Et ſocii requiem poſcunt: laniataque claſſis
Poſtulat exiguas ſemirefecta moras.
Pro meritis: & ſi qua tibi debebimus ultra:
Proſpe coniugii tempora parua peto.
Dum freta miteſcunt: & amor dum temperat uſum:
Fortiter ediſco triſtia poſſe pati.
Si minus eſt animus nobis effundere uitam:
In me crudelis non potes eſſe diu.
Aſpicias utinam quæ ſit ſcribentis imago.
Scribimus: & gremio troicus enſis adeſt.
Perque genas lachrymæ ſtrictum labuntur in enſem
Qui iam pro lachrymis ſanguine tinctus erit.
Quam bene conueniunt fato tua munera noſtro:
Iuſtruis impenſa noſtra ſepulchra breui.
Nec mea nunc primum feriuntur pectora telo:
Ille locus ſæui uulnus amoris habet.
Anna ſoror: anna meæ male conſcia culpæ:
Iam dabis in cineres ultima dona meos:
Nec conſumpta rogis inſcribar eliſa ſichei:
Hoc tamen in tumuli marmore carmen erit.
Præbuit æneas & cauſam mortis: & enſem:
Ipſa ſua dido concidit uſa manu.

HERMIONE ORESTI.

PYrrhus achilleides animoſus imagine patris
Incluſam contra iuſque: piumque tenet.
Quod potui renui: ne non inuita tenerer.
Cætera fœmineæ non ualuere manus:
Quid facis æacide: non ſum ſine uindice: dixi.
Hæc tibi ſub domino eſt pyrrhe puella ſuo.
Surdior ille freto clamantem nomen oreſtis
Traxit inornatis in ſua tecta comis.
Quid grauius capta lacedæmone ſerua tuliſſem:
Si raperet graias barbara turba nurus.
Partius andromachen uexauit achaia uictrix:
Cum danaus phrygias ureret ignis opes.
At tu cura mei ſi te pia tangit oreſte:
Iniice non timidas in tua iura manus.
An ſi quis rapiat ſtabulis armenta recluſis
Arma feras: rapta coniuge lentus eris:
Sit ſocer exemplo nuptæ repetitor ademptæ:
Cui pia militiæ cauſa puella fuit.

Si ſocer

Si socer ignauus uacua stetisset in aula:
Nupta foret paridi mater ut ante fuit.
Non tu mille rates:sinuosaque uela parabis:
Nec numerum danai:militis ipsa ueni.
Sic quoque eram repetenda tamẽ:nec turpe marito ẽ
Aspera pro caro bella tulisse toro
Quid:quod auus nobis idem pelopeus atreus.
Et si non esses uir mihi:frater eras:
Vir precor uxori frater succurre sorori.
Instant officio nomina bina tuo.
Me tibi tyndareos uita grauis auctor & annis
Tradidit:arbitrium neptis habebat auus.
At pater æacidæ promiserat inscius acti.
Plus quoque qui prior est ordine posset auus.
Quom tibi nubebam:nulli mea tæda nocebat.
Si iungar pyrrho:tu mihi lesus eris.
Et pater ignoscet nostro menelaus amori.
Succubuit telis præpetis ipse dei.
Quem sibi permisit:genero concedet amorem:
Proderit exemplo mater amata suo.
Tu mihi quod matri pater es quas gesserat olim
Dardanius patres aduena pyrrhus agit.
Ille licet patriis sine fine superbiat actis:
Et tu quæ referas facta parentis habes
Tantalides omnes:ipsumque regebat achillem.
Hic pars militiæ:dux erat ille ducum.
Tu quoque habes proauũ pelopẽ pelopisque parentẽ
Si melius numeres:a ioue quintus eris.
Nec uirtute cares.arma inuidiosa tulisti.
Sed tu quid faceres:induit illa patrem:
Materia uellem fortis meliore fuisses.
Non lecta est operi:sed data causa tuo.
Hanc tamen implesti:iuguloque ægistus aperto
Tecta cruentauit:quæ pater ante tuus.
Increpat æacides:laudemque in crimina uertit:
Et tamen aspectus sustinet ille meos.
Rumpor:& ora mihi pariter cum mente tumescunt:
Pectoraque inclusis ignibus usta dolent.
Hermione coram quisquam ne obiecit oresti.
Nec mihi sunt uires:nec ferus ensis adest.
Flere licet:certe flendo diffundimus iram:
Perque sinus lachrymæ fluminis instar eunt.
Has semper solas habeo:semperque profundo:
Hument incultæ fonte perenne genæ:
Hoc generis fatum quod nostros errat in annos:
Tantalides matres apta rapina sumus.
Non ego fluminei referam mendacia cygni.
Nec querar in plumis delituisse iouem.
Qua duo porrectus longe freta detinet isthmos
Vecta peregrinis hyppodamia rotis.
Castori amyclæo:& amyclæo polluci
Reddita mopsopia tyndaris urbe soror:
Tyndaris idæo trans æquora ab hospite rapta:
Argolicas pro se uertit in arma manus.
Vix equidem memini:memini tamen omnia luctus:
Omnia solliciti plena timoris erant.
Flebat auus:flebatque soror:fratresque gemelli.
Orabat superos læda:suumque iouem:
Ipsa ego non longos etiam tunc sciſſa capillos
Clamabam sine me:me sine mater abis.
Nam coniunx aberat:ne non peloptia credar:
Ecce neoptolemo præda parata fui.
Pellides utinam uitasset apollinis arcus:
Damnaret nati facta proterua pater.

Nec quondam placuit:nec nunc placuisset achilli:
Abducta uiduum coniuge flere uirum.
Quæ mea cœlestes iniuria fecit iniquos:
Quodue mihi miseræ sidus obesse querar.
Parua mea sine matre fui:pater arma gerebat:
Et duo cum uiuant orba duobus eram.
Non tibi blanditias primis mea mater in annis
Incerto dictas ore puella tuli
Non ego captaui breuibus tua colla lacertis.
Non sedi gremio sarcina grata tuo.
Non cultus tibi cura mei:nec pacta marito
Intrauit thalamos matre parente nouos.
Obuia prodieram reduci tibi:uera fatebor:
Nec facies nobis nota parentis erat.
Te tamen esse helenem:quod eras pulcherrima sensi:
Ipsa requirebas quæ tua nata foret:
Pars hæc una mihi coniunx bene cessit oreste:
His quoque:ni pro se pugnet:ademptus erit:
Pyrrhus habet captam:reduce:& uictore parente.
Et minus hoc nobis diruta troia dedit.
Cum tamen altus equis tytan radiantibus instat:
Perfruor infœlix liberiore malo.
Nox ubi me thalamis ululantem:& acerba gementem
Condidit:in mœsto procubuique toro.
Pro somno lachrymis oculi funguntur ab ortis:
Quaque licet fugio sicut ab hoste uiro.
Sæpe malis stupeo:rerumque oblita:locique:
Ignara tetigi scyria membra manu.
Vtque nefas sensi:male corpora tacta relinquo:
Et mihi pollutas credor habere manus:
Sæpe neoptolemi pro nomine nomen oresti
Exit:& errorem uocis ut omen amo.
Per genus infœlix oro:generisque parentem
Qui freta:qui terras:& sua regna quatit.
Per patris ossa tui:patrui mihi:quæ tibi debent:
Quæ se sub tumulo fortiter ulta iacent.
Aut ego præmoriar:primoq; extinguar in æuo:
Aut ego tantalidæ tantalis uxor ero.

DEIANIRA HERCVLI.

Gratulor oechaliam titulis accedere nostris:
Victorem uictæ succubuisse queror.
Fama pelasgiadas subito peruenit in urbes:
Decolor:& factis inficianda tuis.
Quem nunquam iuno:serieque immensa laborum
Fregerit:huic iolen imposuisse iugum.
Hoc uelit euristheus:uelit hoc germana tonantis:
Lataque sit uitæ labe nouerca tuæ.
At non ille uenis:cui nox:si creditur una
Non tanti:ut tantus conciperere fuit.
Pius tibi quam iuno nocuit uenus:illa premendo
Sustulit:hæc humili sub pede colla tenet.
Respice uindicibus pacatum uiribus orbem:
Qua latam nereus cerulus ambit humum.
Se tibi pars terræ;tibi se tota æquora debent.
Implesti meritis solis utranque domum.
Quod te laturum est cœlum prius ipse tulisti:
Hercule suppositio sidera fulsit atlas.
Quid nisi notitia est misero quæsita pudori.
Si cumulas stupri facta priora nota.
Te ne ferunt geminos pressisse tenaciter angues:
Cum tener in cunis iam ioue dignus eras:
Cœpisti melius:q̃ desinis:ultima primis
Cædunt:dissimiles hic uir:& ille puer.
Quem non mille feræ:quem non stheneleius hostis:

Non potuit

Non potuit iuno uincere: uincit amor.
At bene nupta feror: quia nominor herculis uxor:
Sitque socer rapidis qui tonat altus equis.
Quam male inæquales ueniunt ad aratra iuuenci:
Tam premitur magno coniuge nupta minor.
Non honor est: sed onus species læsura ferentes:
Si qua uoles apte nubere: nube pari.
Vir mihi semper abest: & coniunge notior hospes.
Monstraque: terribiles persequiturque feras:
Ipsa domo uidua uotis operata pudicis
Torqueor: in festo ne uir ab hoste cadat.
Inter serpentes: aprosque: auidosque leones
Iactor: & hæsuros cerno per ossa canes.
Me pecudum fibræ: simulacraque inania somni:
Omniaque arcana nocte petita mouent.
Aucupor infœlix incertæ murmura famæ:
Speque timor dubia: spesque timore cadit.
Mater abest: queriturque deo placuisse potenti:
Nec pater amphytrion: nec puer ilus adest:
Arbiter eurystheus iræ iunonis iniquæ
Sentitur nobis: iraque longa deæ est:
Hæc mihi ferre parum est: peregrinos addis amores:
Et mater de te quælibet esse potest.
Non ego partheniis temeratam uallibus anguem:
Nec referam partus hermio nympha tuos.
Nec tibi crimen erunt theutrantia turba sorores:
Quarum de populo nulla relicta tibi est:
Vna recens crimen referetur adultera nobis:
Vnde ego sum lydo facta nouerca lamo.
Meander totiens qui terris errat in isdem:
Qui lapsas in se sæpe retorquet aquas:
Vidit in herculeo suspensa monilia collo
Illo: cui cœlum sarcina parua fuit:
Non puduit fortes auro cohibere lacertos:
Et solidis gemmas apposuisse toris:
Nempe sub his animam pestis nemea lacertis
Edidit: unde humerus regmina læuus habet.
Ausus es hirsutos mytra redimire capillos:
Aptior herculeæ populus alba comæ.
Nec te meonia lasciuæ more puellæ
Incingi zona dedecuisse pudet.
Non tibi succurrit crudi diomedis imago:
Efferus humana qui dape pauit equos.
Si te uidisset cultu busiris in isto:
Huic uictor uicto nempe pudendus eras.
Detrahat anthæus duro redimicula collo:
Ne pigeat molli succubuisse uiro:
Ionicas inter calathum tenuisse puellas
Diceris: & dominæ pertimuisse minas:
Non pudet alcidæ uictricem mille laborum
Rasilibus calathis imposuisse manum:
Crassaque robusto deducis pollice fila:
Aequaque formosæ pensa rependis heræ:
Ah quotiens digitis dum torques stamina duris:
Prælidæ fusos comminuere manus.
Diceris infœlix scuticæ tremefactus habenis:
Ante pedes dominæ pertimuisse minas.
Eximiis pompis præconia summa triumphi:
Factaque narrabas dissimulanda tibi:
Silicer immanes elisos faucibus hydros:
Infantem caudis inuoluisse manum.
Vtque tegæus aper in cupressifero erymantho
Incubat: & uasto pondere lædit humum.
Non tibi threicijs affixa penatibus ora:

proverb: Agnalem uxorem ducito

Non hominum pingues cæde tacentur equæ:
Prodigiumque triplex armenti duces hiberi
Geryonis:quamuis in tribus unus erat.
Inque canes totidem trunco digestus ab uno
Cerberus implicitis angue minante comis.
Quæque redundabat fœcundo uulnere serpens
Fertilis:& damnis diues ab ipsa suis:
Quodque inter læuumque latus:dextrumque lacertũ
Per graue compressa fauce pependit onus.
Et male confixum pedibus: formaque bimembri
Pulsum thessalicis agmen equestre iugis.
Hæc tu sidonio potes insignitus amictu
Dicere:non cultu lingua retenta silet?
Se quoque nympha tuis ornauit dardanis armis:
Et tulit e capto nota trophæa uiro.
I nunc:tolle animos:& fortia facta recense.
Quod tu non esses iure uir:illa fuit.
Qua tanto minor es:quanto te maxime rerum:
Quam quos uicisti:uincere:maius erat.
Illi procedit rerum mensura tuarum.
Cede bonis:hæres laudis amica tuæ est.
O pudor:hirsuti costis exuta leonis
Aspera texerunt uellera molle latus.
Falleris:& nescis:non sunt spolia ista leonis:
Sed tua:tuque feræ uictor es:illa tui.
Fœmina tela tulit lernæis atra uenenis:
Ferre grauem lana uix satis apta colum:
Instruxitque manum claua domitrice ferarum:
Vidit & in speculo coniugis arma sui.
Hæc tamen audieram:licuit non credere famæ:
En uenit ad sensus mollis ab aure dolor.
Ante meos oculos adducitur aduena pellex:
Nec mihi quæ patior dissimulare licet.
Non finis auerti.mediam captiua per urbem:
Inuitis oculis aspicienda uenit.
Non uenit incultis captarum more capillis:
Fortunam uultu fassa tegente suo.
Ingreditur late lato spectabilis auro:
Qualiter in phrygia tu quoque cultus eras.
Dat uultum populo sublime sub hercule uicto:
Oechaliam uiuo stare parente putes:
Forsitan expulsa oechalide deyanira
Nomine deposito pellicis uxor erit:
Eurytidos ioles atque insani alcidæ
Turpia formosus corpora iunget hymen.
Mens fugit admonitu:friguſque perambulat artus:
Et iacet in gremio languida facta manus.
Me quoque cum multis:sed me sine crimine amasti
Ne pigeat:pugnæ bis tibi causa fui.
Cornua flens legit rapidis achelous in undis:
Truncaque limosa tempora mersit aqua.
Semiuir occubuit in lernifero que ueneno
Nessus:& infecit sanguis equinus aquas:
Sed quid ego hæc refero:scribenti nuntia uenit
Fama:uirum tunicæ labe perire meæ.
Hei mihi quid feci:quo me furor egit amantem:
Impia quid dubitas deyanira mori.
An tuus in media coniunx lacerabitur æthna:
Tu sceleris tanti causa superstes eris.
Et quid adhuc habeo facti cur herculis uxor
Credar:coniugii mors mea pignus erit.
Tu quoque cognosces in me meleagre sororem.
Impia quid dubitas deyanira mori.
Heu deuota domus:solio sedet acrior alto

Oenea desertum

Oenea deſertum nuda ſenecta premit
Exulat ignotis tydeus germanus in oris:
Alter fatali uiuus in igne fuit.
Exegit ferrum ſua per præcordia mater.
Impia quid dubitas deyanira mori.
Deprecor hoc unum per iura ſacerrima lecti:
Ne uidear thalamis inſidiata tuis.
Neſſus ut eſt auidum percuſſus arundine pectus:
Hic dixit uires ſanguis amoris habet.
Illita neſſeo miſi tibi texta ueneno.
Impia quid dubitas deyanira mori.
Iamque uale ſeniorque pater:germanaque gorge:
Et patria:& patriæ frater adempte meæ.
Et tu lux oculis hodierna nouiſſima noſtris:
Virque:ſed o poſſis:& puer ille uale.

ARIADNA THESEO.

CMItius inueni:q̃ te genus omne ferarum:
Credita non ulli q̃ tibi peius eram.
Quæ legis:ex illo theſeu tibi littore mitto.
Vnde tuam ſine me uela tulere ratem.
In quo me ſomnuſque meus male prodidit:& tu
Per facinus ſomnis inſidiate meis.
Tempus erat uitrea quo primum terra pruina
Spargitur:& tectæ fronde queruntur aues.
Incertum uigilans a ſomno ſanguida moui:
Theſea preſſuras ſemiſopita manus.
Nullus erat:referoque manus:iterumque retento:
Perque torum moueo brachia:nullus erat.
Excuſſere metus ſomnum:conterrita ſurgo.
Membraque ſunt uiduo præcipitata toro.
Protinus adductis ſonuerunt pectora palmis.
Vtque erat e ſomno turbida rapta coma eſt.
Luna fuit:ſpecto ſi quid niſi littora cernam:
Quod uideant oculi:nil niſi littus habent.
Nunc huc:nunc illuc:& utroque ſine ordine curro:
Alta puellares tardat harena pedes.
Interea toto clamanti littore theſeu:
Reddebant nomen concaua ſaxa tuum.
Et quotiens ego te:totiens locus ipſe uocabat.
Ille locus miſeræ ferre uolebat opem.
Mons fuit:apparent frutices in uertice rari:
Nunc ſcopulus raucis pendet adeſus aquis:
Aſcendo:uires animus dabat:atque ita late
Aequora proſpectu metior alta meo.
Inde ego:nam uentis quoque ſum crudelibus uſa:
Vidi præcipiti carbaſa tenſa noto.
Aut uidi:aut certe:cum me uidiſſe putarem:
Frigidior glacie:ſemianimiſque fui.
Nec languere diu patitur dolor:excitor illo:
Excitor:& ſumma theſea uoce uoco.
Quo fugis:exclamo.ſcelerate reuertere theſeu:
Flecte ratem:numerum non habet illa ſuum.
Hoc ego quod uoci deerat plangore replebam.
Verbera cum uerbis mixta fuere meis.
Si non audires:ut ſaltem cernere poſſes:
Iactatæ late ſigna dedere manus:
Candidaque impoſui longæ uelamina uirgæ:
Scilicet oblitos admonitura mei.
Iamque oculis ereptus eras:tunc denique fleui:
Torpuerant molles ante dolore genæ.
Quid potius facerent:quam me mea lumina flerent:
Poſtquam deſierant uela uidere tua.
Aut ego diffuſis erraui ſola capillis:
Qualis ab ogygio concita baccha deo.

Aut mare prospiciens in saxo frigida sedi:
Quamque lapis sedes: tam lapis ipsa fui:
Sæpe torum repeto: qui nos acceperat ambos:
Sed non acceptos exhibiturus erat.
Et tua: quæ possum: pro te uestigia tango:
Strataque: quæ membris intepuere tuis.
Incumbo lachrymisque toro manante profusis:
Pessimus exclamo te duo: redde duos.
Venimus huc ambo: cur non discedimus ambo:
Perfide pars nostri lectule maior: ubi est.
Quid faciam: quo sola ferar: uacat insula cultu.
Non hominum uideo: non ego facta boum.
Omne latus terræ cingit mare: nauita nusquam est:
Nulla per ambiguas pupis: itura uias.
Finge dari comites: uentosque: ratemque.
Quid sequar: accessus terra paterna negat.
Vt rate fœlici pacata per æquora labar:
Temperet ut uentos æolus: exul ero.
Non ego te crete centum digesta per urbes
Aspiciam: puero cognita terra ioui:
Nam pater: & tellus iusto regnata parente
Prodita sunt facto nomina chara meo.
Cum tibi: ne uictus tecto morere recuruo:
Quæ regerent passus pro duce fila dedi:
Cum mihi dicebas: per ego ipsa pericula iuro:
Te fore: dum nostrum uiuet uterque meam:
Viuimus: & non sum thesea tua: si modo uiuit
Fœmina periuri fraude sepulta uiri.
Me quoque: qua fratrem mactasses improbe clava:
Esset: quam dederas: morte sepulta fides:
Nunc ego non tantum quæ sum passura recordor:
Sed quæcunque potest ulla relicta pati:
Occurrunt animo pereundi mille figuræ:
Morsque minus pœnæ: quam mora mortis habet.
Iam iam uenturos aut hac: aut suspicor illac:
Qui lanient auido uiscera dente lupos.
Forsitan & fuluos tellus alit ista leones:
Quis sit: an hæc sæuas insula tigres habet.
Et freta dicuntur magnas expellere phocas.
Quis uetat & gladios per latus ire meum:
Tantum ne religer dura captiua catena.
Neue traham serua grandia pensa manu:
Cui pater est minos: cui mater filia phœbi:
Quodque magis memini: quæ tibi pacta fui
Si mare: si terras porrectaque littora uidi:
Multa mihi terræ: multa minantur aquæ
Cœlum restabat: timeo simulacra deorum:
Destituor rapidis præda cibusque feris.
Siue colunt habitantque uiri: diffidimus illis
Externos didici læsa timere uiros:
Viueret androgeus utinam: nec fata tulisses
Impia funeribus cecropi terra tuis:
Nec tua mactasset nodoso stipite theseu
Ardua parte uirum: dextera parte bouem.
Nec tibi quæ reditus monstrarent: fila dedissem:
Fila per adductas sæpe recepta manus:
Non equidem miror: si stat uictoria tecum:
Strataque cretæam bellua strauit humum:
Non poterant figi præcordia ferrea cornu:
Vt te non regeres pectore tutus eras.
Illuc tu silices: illuc adamanta tulisti:
Illic qui silices thesea uincat: habes.
Crudeles somni quid me tenuistis inertem?
At semel æterna nocte premenda fui.

Vosquo

Vos quoque crudeles uenti nimiumque parati:
Flaminaque in lachrymas officiosa meas.
Dextera crudelis: quæ me: fratremque necauit:
Et data poscenti nomen inane fides.
In me iurarunt somnus: uentusque: fidesque:
Prodita sum causis una puella tribus.
Ergo ego nec lachrymas matris moritura uidebo:
Nec mea qui digitis lumina condat: erit.
Spiritus infœlix peregrinas ibat in auras:
Nec positos artus unget amica manus.
Ossa superstabunt uolucres inhumata marinæ:
Hæc sunt officiis digna sepulchra meis.
Ibis cecropio portu: patriaque receptus:
Cum stereris turbæ celsus honore tuæ:
Et bene narrabis lethum taurique: uirique:
Sectaque per dubias saxea tecta uias.
Me quoque narrato solam tellure relictam:
Non ego sum titulis surripienda tuis.
Nec pater est ægeus: nec tu pitheidos æthræ
Filius: auctores saxa fretumque tui.
Dii facerent: ut me summa de puppe uideres:
Nouisset uultus mœsta figura tuos.
Nunc quoque non oculis: sed qua potes aspice mente
Hærentem scopulo: quem uaga pulsat aqua.
Aspice dimissos lugentis more capillos:
Et tunicas lachrymis sicut ab imbre graues.
Corpus ut impulsæ segetes aquilonibus horrent:
Litteraque articulo pressa tremente labat.
Non te per meritum: quoniam male cessit: adoro:
Debita sit facto gratia nulla meo.
Sed nec pœna quidem: si non ego causa salutis:
Non tamen est cur tu sis mihi causa necis.
Has tibi plangendo lugubria pectora lassas:
Infœlix tendo trans freta longa manus.
Hos tibi qui superant ostendo mœsta capillos.
Per lachrymas oro: quas tua facta mouent.
Flecte ratem theseu: uersoque relabere uento.
Si prius occidero: tu tamen ossa feres.

CANACE MACAREO.

Si qua tamen cæcis errabunt scripta lituris:
Oblitusa dominæ cæde libellus erit.
Dextra tenet calamum: strictū tenet altera ferrū
Et iacet in gremio charta notata meo.
Hæc est æolidos fratri scribentis imago:
Sic uideor duro posse placere patri.
Ipse necis cuperem nostræ spectator adesset:
Auctorisque oculis exigeretur opus.
Vt ferus est: multoque suis truculentior euris:
Spectasset siccis uulnera nostra genis.
Scilicet est aliquid cum sæuis uiuere uentis:
Ingenio populi conuenit ille sui.
Ille noto zephyroque: & sithonio aquilone
Imperat: & pennis eure proterue tuis.
Imperat heu uentis: tumidæ non imperat iræ:
Possidet & uitiis regna minora suis.
Quid iuuat admota proauorum nomina cælo
Inter cognatos posse referre iouem?
Non minus infestum funebria munera ferrum
Fœminea teneo non mea tela manu:
Outinam macareu quæ nos commisit in unum
Venisset læto serior hora meo.
Cur unquam plus me frater: q̄ frater amasti:
Et tibi non debet quod soror esse: fui.
Ipsa quoque incalui: qualemque audire solebam:

Nescio quem sensi corde tepente deum.
Fugerat ore color: maciesque adduxerat artus.
Sumebant minimos ora coacta cibos:
Nec somni faciles: & nox erat annua nobis:
Et gemitum nullo læsa dolore dabam.
Nec cur hoc facerem poteram mihi reddere causam:
Nec noram quid amans esset: at illud erat.
Prima malum nutrix animo præsensit anili.
Prima mihi nutrix æoli dixit: amas.
Erubui: gremioque pudor deiecit ocellos:
Hæc satis in tacita signa fatentis erant.
Iamque tumescebant uittati pondera uentris:
Aegraque furtiuum membra grauabat onus:
Quas mihi non herbas: quæ non medicamina nutrix
Attulit: audaci suppositque manu.
Vt penitus nostris hoc te celauimus unum
Visceribus crescens excuteretur onus.
Ah nimium uiuax admotis restitit infans
Artibus: & tectus tutus ab hoste fuit.
Iam nouies erat orta soror pulcherrima phœbi:
Denaque luciferos luna mouebat equos.
Nescia quæ faceret subitos mihi causa dolores:
Et rudis ad partus: & noua miles eram.
Nec tenui uocem: quid ait tua crimina prodis?
Oraque clamantis conscia pressit anus.
Quid faciam infœlix: gemitus dolor edere cogit:
Sed timor: & nutrix: & pudor ipse uetant.
Continuo gemitus elapsaque uerba repreendo:
Et cogor lachrymas combibere ipsa meas.
Mors erat ante oculos: & opem lucina negabat:
Et graue si morerer: mors quoque crimen erat.
Quum super incumbens scissa tunicaque: comaque:
Pressa refouisti pectora nostra tuis.
Et mihi uiue soror: soror o carissima dixti.
Viue: nec unius corpore perde duos.
Spes bona det uires: fratri nam nupta futura es:
Illius de quo mater & uxor eris.
Mortua: crede mihi: tamen ad tua uerba reuixi.
Et positum est uteri crimen onusque mei.
Quid tibi grataris: media sedet æolus aula:
Crimina sunt oculis surripienda patris:
Frondibus infantem ramisque albentis oliuæ:
Et leuibus uittis sedula cælat anus:
Fictaque sacra facit: dicitque precantia uerba.
Dat populus sacris: dat pater ipse uiam.
Iam prope limen erat: patrias uagitus ad aures
Venit: & indicio proditur ille suo.
Eripit infantem: mentitaque sacra reuelat
Aeolus: insana regia uoce sonat.
Vt mare fit tremulum: tenui quum stringitur aura:
Vt quatitur tepido fraxina uirga noto:
Si mea uibrari pallentia membra uideres:
Quassus ab imposito corpore lectus erat.
Irruit: & nostrum uulgat clamore pudorem.
Et uix a misero continet ore manus.
Ipsa nihil præter lachrymas pudibunda profudi:
Torpuerat gelido lingua retenta metu.
Iamque dari paruum canibusque auibusque nepotem
Iusserat: in solis destituique locis:
Vagitus dedit ille miser: sensisse putares:
Quique suum poterat uoce rogabat auum.
Quid mihi tunc animi credis germane fuisse:
Nam potes ex animo colligere ipse tuo.
Cum mea me coram siluas inimicus in altas

Viscera

Viscera montanis ferret edenda lupis.
Exierat thalamo: tunc demum pectora planxi
Contigit inque meis ungibus ire genas.
Interea patrius uultu mœrente satelles
Venit: & indignos edidit ore sonos
Acolus hunc ensem mittit tibi: tradidit ensem:
Et iubet ex merito scire: quid iste uelit.
Scimus: & utimur uiolento fortiter ense
Pectoribus quondam dona paterna meis.
His mea muneribus genitor connubia donas:
Hac tua dote pater filia diues erit
Tolle procul decepte faces hymeneæ maritas:
Et fuge turbato tecta nefanda pede.
Ferte faces in me: quas fertis erinnydes atræ:
Vt meus ex isto luceat igne rogus.
Nubite fœlices parca meliore sorores.
Admissi memores sed tamen este mei:
Quid puer admisit tam paucis editus horis?
Quo læsit facto uix bene natus auum?
Si potuit meruisse necem: meruisse putetur:
Ah miser admisso plectitur ille meo.
Nate: dolor matris: rapidarum præda ferarum:
Hei mihi natali dilacerate tuo
Nate parum fausti miserabile pignus amoris:
Hæc tibi prima dies: hæc tibi summa fuit.
Non mihi te licuit lachrymis perfundere iustis:
In tua non tensas ferre sepulchra comas.
Non super incubui: non oscula frigida carpsi.
Diripiunt auidæ uiscera nostra feræ.
Ipsa quoque infantis cum uulnere persequar umbras
Nec mater fuero dicta: nec orba diu.
Tu tantum o frustra miseræ sperate sorori:
Sparsa precor nati colligе membra tui.
Et refer ad matrem: socioque impone sepulchro:
Vrnaque nos habeat quælibet arcta duos.
Viue memor nostri: lachrymasque in funere funde:
Neue reformida corpus amantis amans.
Te rogo proiectæ nimium mandata sororis
Perfer: mandatis perfruar ipsa patris.

MEDEA IASONI.

ET tibi colchorum memini regina uacaui:
Ars mea cum peteres ut tibi ferret opem:
Tunc quæ dispensant mortalia fata sorores:
Debuerant fusos euoluisse suos.
Tunc potui medea mori bene: quicquid ab illo
Produxi uitæ tempore pœna fuit.
Hei mihi cur unquam iuuenilibus acta lacertis
Phryxeam petiit pelias arbor'ouem.
Cur unquam colchi magnetida uidimus argon:
Turbaque phasicam graia bibistis aquam.
Cur mihi plus æquo flaui placuere capilli:
Et decor: & linguæ gratia ficta tuæ.
Atsemel in nostras quoniam noua puppis harenas
Venerat: audaces attuleratque uiros:
Isset anhelatos non præmeditatus in ignes
Immemor æsonides: oraque adunca boum:
Semina iecisset: totidem sumpsisset & hostes:
Vt caderet cultu cultor ab ipse suo.
Quantum perfidiæ tecum scelerate perisset:
Dempta forent capiti q̃ mala multa meo.
Est aliqua in grato meritum exprobrare uoluptas:
Hac fruar: hæc de te gaudia sola feram.
Iussus in expertam colchos aduertere puppim:
Intrasti patriæ regna beata meæ.

Hoc illic medea fui noua nupta quod hic est.
Quam pater est illi: tam mihi diues erat.
Hic ephyren bimarem scythia tenus ille niuosa
Omne tenet ponti qua plaga leua iacet.
Excipit hospitio iuuenes æeta pelasgos
Et premitis pictos corpora graia toros.
Tunc ego te uidi: tunc cœpi scire quid esses:
Illa fuit mentis prima ruina meæ.
Et uidi & perii: nec notis ignibus arsi:
Ardet ut ad magnos pinea tæda deos.
Et formosus eras: & me mea fata trahebant:
Abstulerant oculi lumina nostra tui.
Perfide sensisti: quis enim bene cælat amorem?
Eminet indicio prodita flamma suo.
Dixerat interea tibi rex: ut dura ferorum
Insolito premeres uomere colla boum
Martis erant tauri plus quam per cornua sæui.
Quorum terribilis spiritus ignis erat:
Aere pedes solidi: prætentaque naribus æra:
Nigra per afflarus hæc quoque facta suos.
Semina præterea populos genitura iuberis
Spargere. deuota lata per arua manu.
Qui peterent natis secum tua corpora telis:
Illa erat agricolæ messis iniqua suo.
Lumina custodis succumbere nescia somno:
Vltimus est aliqua decipere arte labor.
Dixerat oetas: mœsti consurgitis omnes:
Mensaque purpureos deserit alta toros.
Quam tibi nunc longe regnum dotale creusæ:
Et socer: & magni nata creontis erat.
Tristis abis: oculis abeuntem persequor udis:
Et dixit tenui murmure lingua uale.
Vt positum tetigi thalamo male saucia lectum:
Acta est per lachrymas nox mihi quanta fuit.
Ante oculos taurique meos segetesque nefandæ:
Ante meos oculos peruigil anguis erat.
Hinc amor: hinc timor est: ipsum timor auget amorē
Mane erat: & thalamo chara recepta soror.
Disiectamque comas: auersaque in ora iacentem
Inuenit: & lachrymis omnia plena meis.
Orat opem minyis: petit altera: & altera habebit.
Aesonio iuueni quod rogat illa damus:
Est nemus & piceis: & frondibus ilicis atrum:
Vix illuc radiis solis adire licet.
Sunt in eo & fuerant certæ delubra dianæ:
Aurea barbarica stat dea facta manu.
Nescis: an exciderint mecum loca: uenimus illuc:
Orsus es infido sic prior ore loqui.
Ius tibi & arbitrium nostræ fortuna salutis
Tradidit: inque tua est uitaque morsque manu.
Perdere posse sat est: si quem iuuat ipsa potestas:
Sed tibi seruatus gloria maior ero.
Per mala nostra precor: quorum potes esse leuamen:
Per genus & numen cuncta uidentis aui.
Per triplices uultus: arcanaque sacra dianæ:
Et si forte aliquos gens habet ista deos.
Quirgo miserere mei: miserere meorum:
Effice me meritis tempus in omne tuum.
Quod si forte uirum non dedignare pelasgum:
Sed mihi tam faciles unde deosque meos:
Spiritus ante meus tenues uanescat in auras:
Quam thalamo nisi tu nupta sit ulla meo.
Conscia sit iuno sacris præfecta maritis:
Et dea: marmorea cuius in æde sumus.

Hæc animum:& quota pars possunt mouisse puellæ
Simplicis:& dextræ dextera iuncta meæ.
Vidi etiam lachrymas:an & est pars fraudis in illis:
Sic cito sum uerbis capta puella tuis.
Iungis & æripedes in adusto corpore tauros.
Et solidam iusso uomere findis humum.
A rua uenenatis pro semine dentibus imples:
Nascitur & gladios scutaque miles habens.
Ipsa ego quæ dederam medicamina pallida sedi.
Cum uidi subitos arma tenere uiros.
Donec terrigenæ facinus miserabile fratres
In se constrictas conseruere manus.
Peruigil ecce draco squammis crepitantibus horrens
Sibilat:& torto pectore uerrit humum.
Dotis opes ubi erant:ubi erat tua regia coniunx.
Quique maris gemini detinet isthmos aquas:
Illa ego:quæ tibi sum nunc denique barbara facta:
Nunc tibi sum pauper:nunc tibi uisa nocens.
Flammea subdixi meducato lumina somno:
Et tibi quæ raperes uellera tuta dedi.
Proditus est genitor:regnum patriamque reliqui:
Munus in exilio quodlibet esse tuli.
Virginitas facta est peregrini præda latronis:
Optima cum chara matre relicta soror.
At te non fugiens sine me germane reliqui:
Deficit hoc uno littera nostra loco.
Quod facere ausa mea est:non audet scribere dextra:
Sic ego:sed recum dilaceranda fui.
Nec tamen extimui:quid enim.post illa timerem
Credere me pelago fœmina iamque nocens.
Numen ubi est:ubi dii:meritas subeamus in alto.
Tu fraudispœnas:credulitatis ego.
Compressos utinam symplegades elisissent:
Nostraque adhærerent ossibus ossa tuis.
Aut nos scylla rapax canibus misisset edendos:
Debuit ingratis scylla nocere uiris.
Quæque uomit totidem fluctus:totidemque resorbet
Nos quoque trinacriæ suppositisset aquæ.
Sospes ad æmonias:uictorque reuerteris urbes.
Ponitur ad patrios aurea lana deos.
Quid referam pelyæ natas pietate nocentes:
Cæsaque uirginea membra paterna manu:
Vt culpent alii:tibi me laudare necesse est:
Pro quo sum totiens esse coacta nocens.
Ausus es:o iusto desunt sua uerba dolori:
Ausus es æsonia dicere cede domo.
Iussa domo cessi natis comitata duobus:
Et qui me sequitur semper amore tui.
Vt subito nostras hymen cantatus ad aures
Venit:& accenso lampades igne micant.
Tibiaque effudit socialia carmina nobis:
At mihi funesta flebiliora tuba.
Pertimui:nec adhuc tantum scelus esse putabam:
Sed tamen in toto pectore frigus erat.
Turbarunt:hymen clamant.hymenæa frequentant:
Quo propior uox est:hoc mihi peius erat.
Diuersi flebant serui:lachrymasque tegebant.
Quis uellet tanti nuncius esse mali:
Me quoque quicquid erat potius nescire iuuabat:
Sed tanquam scirem mens mea tristis erat.
Cum minor e pueris iussu:studioque uidendi
Constitit ad geminæ limina prima foris:
Hinc mihi mater abi pompam pater inquit iason
Duxit:& adiunctos aureus urget equos:

Protinus abscissa planxi mea pectora veste
Tuta nec a digitis ora fuere meis.
Ire animus mediae suadebat in agmina turbae:
Sertaque compositis demere rapta comis.
Vix me continui: quin sic laniata capillos
Clamarem meus est: iniiceremque manus.
Laese pater gaude: colchi gaudete relicti.
Inferias umbrae fratris habere mei.
Deseror amissis regno: patriaque: domoque:
Coniuge: qui nobis omnia solus erat.
Serpentes igitur potui taurosque furentes:
Vnum non potui perdomuisse virum:
Quaeque feros reppuli doctis medicatibus ignes:
Non valeo flammas effugere ipsa meas.
Ipsi me cantus: artes: herbaeque relinquunt:
Nil dea nil hecates sacra potentis agunt.
Non mihi grata dies: noctes vigilantur amarae:
Nec teneram misero pectore somnus habet.
Quae me non possum: potui sopire draconem.
Vtilior cui vis: quam mihi cura mea est.
Quos ego servavi pellex amplectitur artus.
Et nostri fructus illa laboris habet.
Forsitan & stultae dum te iactare maritae
Quaeris: & iniustis auribus apta loqui
Infaciem: moresque meos nova crimina fingis:
Rideat: & vitiis laeta sit illa meis.
Rideat: & tyrio iaceat sublimis in ostro:
Flebit: & ardores vincet adusta meos.
Dum ferrum: flammaeque aderunt: succusque veneni:
Hostis medeae nullus inultus erit.
Quod si forte preces praecordia ferrea tangunt:
Nunc animis audi verba minora meis.
Nam tibi sum supplex: quod tu mihi saepe fuisti:
Nec moror ante tuos procubuisse pedes.
Si tibi sum vilis: communis respice natos:
Saevet in partus dira noverca meos.
Et nimium similes tibi sunt: & imagine tangor.
Et quotiens video: lumina nostra madent.
Per superos oro: per avitae numina flammae:
Per meritum & natos pignora nostra tuos:
Redde torum pro quo tot res insana reliqui:
Adde fidem dictis: auxiliumque refer:
Non ego te imploro contra tauros que: viros que:
Vtque tua serpens victa quiescat ope.
Te peto: quem merui: quem nobis ipse dedisti:
Cum quo sum pariter facta parente parens.
Dos ubi sit quaeris: campo numeravimus illo:
Qui tibi laturo vellus arandus erat.
Aureus ille aries villo spectabilis aureo
Dos mea: quam dicam si tibi reddo: neges.
Dos mea tu sospes: dos est mea graia iuventus.
I nunc si syphias improbe confer opes.
Quod vivis: quod habes nupta: socerumque potentem:
Hoc ipsum ingratus quod potes esse: meum est:
Quos equidem actutum: sed quid praedicere poenam
Attinet: ingentes parturit illa minas.
Quo feret ira sequar: facti fortasse pigebit:
Et piget infido consuluisse viro.
Viderit ista deus: qui nunc mea pectora versat.
Nescio quid certe mens mea maius agat.

LAODOMIA PROTHESILAO.

Mittit: & optat amans: quo mittitur: irae salutem
Aemonis aemonio laodomia viro.
Aulide te fama est vento retinente morari.

Ah me cum

Ah me cum fugeres:hic ubi uentus erat:
Tunc freta debuerant uestris obsistere remis.
Illud erat sæuis utile tempus aquis.
Oscula plura uiro:mandataque plura dedissem:
Et sunt quæ uolui dicere plura tibi.
Raptus es hinc præceps:& qui tua uela uocaret
Quem,cuperent nautæ:non ego:uentus erat.
Ventus erat nautis aptus:non aptus amanti,
Soluor ab amplexu protheſilae tuo.
Linguaque mandatis uerba imperfecta relinquit:
Vix illud potuit dicere triſte:uale.
Incubuit boreas:arreptaque uela tetendi:
Iamque meus longe protheſilaus erat.
Dum potui ſpectare uirum:ſpectare iuuabat:
Sumque tuos oculos uſque ſecuta meis:
Vt te non poteram:tua uela uidere.
Vela diu uultus detinuere meos.
At poſtquam nec te:nec uela fugacia uidi:
Et quod ſpectarem nil niſi pontus erat:
Lux quoque tecum abiit:tenebris exanguis aborta:
Succiduo dicor procubuiſſe genu:
Vis ſocer hypiclus:uix me grandæuus acaſtus:
Vix mater gelida mœſta refecit aqua.
Officium fecere pium:ſed inutile nobis:
Indignor miſeræ non licuiſſe mori.
Vtque animus rediit:pariter rediere dolores.
Pectora legitimus caſta momordit amor.
Nec mihi pectendos cura eſt præbere capillos:
Nec libet aurata corpora ueſte tegi.
Vt quas pampinea tetigiſſe bicorniger haſta
Creditur:huc illuc quo furor egit:eo.
Conueniunt matres phlacides:& mihi clamant:
Vnde regales laodomia ſinus.
Scilicet ipſa geram ſaturatas murice ueſtes:
Bella ſub iliacis mœnibus ille geret.
Ipſa comas pectam:galea caput ille premetur:
Ipſa noua ueſtes:dura uir arma feret.
Quo poſſum:ſquallore tuos imitata labores
Dicar:& hæc belli tempora triſtis agam.
Dux pari priamide damno formoſe torum:
Tam ſis hoſtis iners:quam malus hoſpes eras.
Aut te tænariæ faciem culpaſſe maritæ:
Aut illi uellem diſplicuiſſe tuam.
Tu qui pro rapta nimium menelae laboras:
Hei mihi quam multis flebilis ultor eris.
Dii precor a nobis omen remouete ſiniſtrum:
Et ſua det reduci uir meus arma ioui.
Sed timeo quotiens ſubiit miſerabile bellum:
More niuis lachrymæ ſole mandentis eunt.
Ilion:& tenedos:& moiſque:& xanthus:& ida
Nomina ſunt ipſo pene timenda ſono.
Nec rapere auſurus niſi ſe defendere poſſet.
Hoſpes erat:uires nouerat ille ſuas.
Venerat:ut fama eſt:multo ſpectabilis auro:
Quique ſuo phrygias corpore ferret opes.
Claſſe uiriſque:potens:per quæ ſera bella geruntur:
Et ſequitur regni pars quota quenque ſui.
His ego te uictam conſors lædæa gemellis
Suſpicor:hæc danais poſſe nocere puto.
Hectora neſcio quem timeo:paris hectora dixit
Ferrea ſanguinea bella mouere manu.
Hectora quiſquis is eſt:ſi ſum tibi chara:caueto.
Signatum memori pectore nomen habe.
Hunc ubi uitaris:alios uitare memento:

Et multos illic hectoras esse puta.
Et facito: & dicas quotiens pugnare parabis:
Parcere me iussit laodomia sibi.
Si cadere argolico fas est sub milite troiam:
Te quoque non ullum uulnus habente cadat.
Pugnet: & aduersos tendat menelaus in hostes:
Vt rapiat paridi: quam paris ante sibi.
Irruat: & causa quem uincit uincat & armis.
Hostibus e mediis nupta petenda uiro est.
Causa tua est dispar: tu tantum uiuere pugna:
Inque pios dominæ posse redire sinus.
Parcite dardanidæ de tot precor hostibus uni.
Ne meus ex illo corpore sanguis eat.
Non est: quem deceat nudo concurrere ferro:
Sæuaque in oppositos pectora ferre uiros.
Fortius ille potest multo qui pugnat amore.
Bella gerant alii: protheſilaus amet.
Nunc fateor: uolui reuocare: animusque ferebat:
Substitit auspicii lingua timore mali.
Cum foribus uelles ad troiam exire paternis:
Pes tuus offenso limine signa dedit.
Vtuidi: ingemui: tacitoque in pectore dixi:
Signa reuersuri sint precor ista uiri.
Hæc tibi nunc refero: ne sis animosus in armis.
Fac meus in uentos hic timor omnis eat.
Sors quoque nescio quem fato designat iniquo:
Qui primus danaum troada tanget humum:
Infœlix: quæ prima uirum lugebit ademptum:
Dii faciant: ne tu strenuus esse uelis.
Inter mille rates tua sit millesima puppis:
Iamque fatigatas ultima uerset aquas.
Hoc quoque præmoneo: de naue nouissimus exi:
Non est quo properes terra paterna tibi.
Cum uenies: remoque move: ueloque carinam:
Inque tuo celerem littore siste gradum:
Siue latet phœbus: seu terris altior extat:
Tu mihi luce dolor: tu mihi nocte uenis.
Nocte tamen quam luce magis: nox grata puellis:
Quarum suppositus colla lacertus habet.
Aucupor in lecto mendaces cælibe somnos:
Dum careo ueris gaudia falsa iuuant.
Sed tua cur nobis pallens occurrit imago:
Cur uenit a uerbis multa querela tuis:
Excutior somno: simulacraque noctis adoro:
Nulla caret fumo thessalis ara meo.
Thura dãus: lachrymasque sup quæ sparsa relucent:
Vt solet a fuso surgere flamma mero.
Quando ego te reducem cupidis amplexa lacertis
Languida lætitia soluar ab ipsa mea.
Quando erit: ut lecto mecum bene iunctus in uno
Militiæ referas splendida facta tuæ.
Quæ mihi dum referes: quamuis audire iuuabit:
Multa tamen rapies oscula: multa dabis.
Semper in his apte narrantis uerba resistunt:
Promptior est dulci lingua referre mora.
Sed cum troia subit: subeunt uentique fretumque:
Spes bona sollicito uicta timore cadit.
Hoc quoque quod uenti prohibent exire carinas:
Me mouet inuitis ire paratis aquis:
Quis uelit in patriam uento prohibente reuerti.
A patria pelago uela uetante datis.
Ipse suam non præbet iter neptunus ad urbem:
Quo ruitis: uestras quisque redite domos:
Quo ruitis danai: uentos audite uetantes.

Non subiti

Non ſubiti caſus: numinis iſta mora eſt.
Quid petitur tanto: niſi turpis adultera bello:
Dum licet inachiæ uertite uela rates.
Sed quid ego reuoco hæc: omen reuocantis abeſto:
Blandaque compoſitas aura ſecundet aquas.
Troades inuideo: quæ ſic lachrymoſa ſuorum
Funera conſpicient: nec procul hoſtis erit.
Ipſa ſuis manibus forti noua nupta marito
Imponet galeam: barbaraque arma dabit.
Arma dabit: dũque arma dabit: ſimul oſcula ſumet.
Hoc genus officii dulce duobus erit.
Producetque uirum: dabit & mandata reuerti:
Et dicet referas arma fac iſta ioui.
Ille ferens dominæ mandata recentia ſecum:
Pugnabit caute: reſpicietque domum.
Exuet: & reduci galeam clypeumque reſoluet:
Excipietque ſuo corpora laſſa ſinu.
Nos ſumus incertæ: nos anxius omnia cogit.
Quæ poſſunt fieri: facta putare timor.
Dum tamen arma geris diuerſo miles in orbe:
Quæ referat uultus eſt mihi cæra tuos:
Illi blanditias: illi tibi debita uerba:
Dicimus: amplexus accipit illa meos.
Crede mihi plus eſt: quam quod uideatur imago:
Adde ſonum cæræ: protheſilaus erit.
Hanc ſpecto: teneoque ſinu pro coniuge uero:
Et tanquam poſſit uera referre: queror.
Per reditus: corpuſque tuum mea numina iuro:
Perque pares animi coniugiique faces:
Perque quod ut uideam canis albere capillis:
Quod tecum poſſis ipſe referre caput:
Me tibi uenturam comitem quocunque uocaris:
Siue quod heu timeo: ſiue ſuperſtes eris.
Vltima mandato claudatur epiſtola paruo.
Sit tibi cura mei: ſit tibi cura tui.

HYPERMESTRA LYNCO.

Mittit hypermeſtra de tot modo fratribus unũ:
Cætera nuptarum crimine turba iacet.
Clauſa domo teneor: grauibuſque coercita uinclis:
Eſt mihi ſupplicii cauſa fuiſſe piam:
Quod manus extimuit iugulo dimittere fertum:
Sum rea: laudarer: ſi ſcelus auſa forem.
Eſſe ream præſtat: quam ſic placuiſſe parenti:
Non piget immunes cædis habere manus.
Me pater igne licet: quem non uiolauimus urat:
Quæque aderant ſacris: tendat in ora faces.
Aut illo iuguler: quem non bene tradidit enſe:
Vt qua non cecidit uir nece: nupta cadam.
Non tamen ut dicant morientia pœnitet ora:
Efficiet non eſt quam piget eſſe piam:
Pœniteat ſceleris danaum: ſæuaſque ſorores:
Hic ſolet euentus facta nefanda ſequi.
Cor pauet admonitu temeratæ ſanguine noctis:
Et ſubitus dextræ præbebit oſſa tremor:
Quam tu cæde putes fungi potuiſſe mariti:
Scribere de facta non ſibi cæde timet.
Sed tamen experiar: modo facta crepuſcula terris
Vltima pars noctis prima quæ lucis erat:
Dicimur inachides ſub magni tecta pelaſgi:
Et ſocer: armatas accipit ipſe nurus:
Vndique collucent præcinctæ lampades auro:
Dantur in inuitos impia thura focos.
Vulgus hymen hymenæa uocant: fugit ille uocantes:
Ipſa iouis coniunx ceſſit ab urbe ſua.

Ecce mero dubij comitum clamore frequentes
Flore nouo madidas impedicnte comas.
In thalamos læti thalamos sua busta feruntur:
Strataque corporibus funere digna premunt.
Iamque cibo unoque graues: somnoque iacebant:
Securumque quies alta per argos erat.
Circum me gemitus morientum audire uidebar:
Et tamen audieram: quodque uerebar erat.
Sanguis abit: mentemque calor: corpusque reliquit:
Inque nouo iacui frigida facta toro.
Vtque leui zephyro graciles vibrantur aristæ:
Frigida populeas ut quatit aura comas:
Aut sic: aut etiam tremui magis: ipse iacebas:
Quæque tibi dederam uina soporis erant:
Excussere metum uiolentia iussa parentis:
Erigor: & capio tela trementc manu.
Non ego falsa loquor: ter acutum sustulit ensem:
Ter male sublato decidit ense manus.
At rursus monitus: iussuque coacta parentis
Admoui iugulo tela paterna tuo:
Sed timor & pietas crudelibus obstitit ausis:
Castaque mandatum dextra refugit opus.
Purpureos laniata sinus: laniata capillos:
Exiguo dixi talia uerba sono:
Sæuus hypermestra pater est tibi: iussa parentis
Effice: germanis sit comes iste suis:
Fœmina sum: & uirgo natura mitis: & annis.
Non faciunt molles ad fera bella manus.
Quin age: dumque licet fortes imitare sorores:
Credibile est cæsos omnibus esse uiros:
Si manus hæc aliquam posset committere cædem:
Morte foret dominæ sanguinolenta suæ.
Quid meruere necem patruelia regna tenendo:
Quæ tamen externis danda forent generis.
Finge uiros: meruisse mori: quid fecimus ipsæ?
Quo mihi commisso non licet esse piam?
Quid mihi cum ferro: quid bellica tela puellæ?
Aptior est digitis lana colusque meis.
Hæc ego: dũque ꝙror: lachrymæ sua uerba sequũtur
Deque meis oculis in tua membra cadunt.
Dum petis amplexus: sopitaque brachia iactas:
Pene malus telo saucia facta tua est.
Iamque: patrẽ: famulosque patris: lucẽque timebã:
Expulerant somnos hæc mea uerba tuos.
Surge age belide de tot modo fratribus unus:
Nox tibi: ni properes: ista perennis erit.
Territus exurgis: fugit omnis inertia somni.
Aspicis in timida fortia tela manu.
Quærenti causam: dum nox finit: effuge dixi.
Dum nox atra finit: tu fugis: ipsa moror.
Mane erat: & danaus generos ex cæde iacentes
Dinumerat: sunimæ criminis unus abes.
Fert male cognatæ iacturam mortis in uno:
Et queritur factum sanguinis esse parum.
Abstrahor a patriis pedibus: raptamque capillis.
Hæc meruit pietas premia carcer habet.
Scilicet ex illo iunonia permanet ira:
Quo bos ex homine est: ex boue facta dea.
Ah satis est pœnæ teneram mugisse puellam.
Nec modo formosam posse placere ioui.
Astitit in ripa liquidi noua uacca parentis:
Cornuaque in patriis non sua uidit aquis.
Et conata loqui mugitus edidit ore:
Territaque est forma: territa uoce sua.

Quid furis

Quid furis infœlix: quid te miraris in unda?
Quid numeras factos ad noua membra pedes?
Ipsa iouis magni pellex metuenda sorori
Fronde leuas nimiam cespitibusque famem.
Forte bibis: spectasque tuam stupefacta figuram:
Et te ne feriant quæ geris arma times.
Quæque modo ut posses etiam ioue digna uideri:
Diues eras nuda: nuda recumbis humo.
Per mare: per terras cognataque flumina curris:
Dat mare: dant amnes: dat tibi terra uiam.
Quæ tibi causa fugæ: quid in freta longa pererras:
Non poteris uultus effugere ipsa tuos.
Inachi quo properas: eadem sequerisque: fugisque:
Tu tibi dux: comiti tu comes: ipsa duci:
Per septem nilus portus emissus in æquor
Exuit insanæ pellicis ora bouis.
Vltima quid referam quorum mihi cana senectus
Auctor: dant anni quod querar ecce mei.
Bella pater patruusque gerunt: regnoque: domoque
Pellimur: electas ultimus orbis habet.
Ille ferox solus solio scæptrisque potitur:
Cum sene nos inopi turba uagamur inops.
De fratrum populo pars exiguissima restat:
Quique dati læto: quæque dedere fleo.
Nam mihi quod fratres totidem periere sorores:
Accipiat lachrymas utraque turba meas:
Ego: quod uiuis: pene cruciada reseruor.
Quid fiet fonti: cum rea laudis agar.
Et consanguineæ quondam centesima turbæ
Infœlix uno fratre manente cadam.
At tu si qua piæ lynce est tibi cura sororis:
Quæque tibi tribui munera: dignus habes:
Vel fer opem: uel dedenecti: defunctaque uita
Corpora furtiuis insuper adde rogis.
Et sepeli lachrymis perfusa fidelibus ossa.
Sculptaque sint tumulo nostra sepulchra breui.
Exul hipermestra precium pietatis iniquum:
Quam mortem fratri depulit: ipsa tulit.
Scribere plura libet: sed pondere lassa catenæ
Est manus: & uires subtrahit ipse timor.

PARIS HELENAE.

Hanc tibi priamides mitto lædæa salutem:
Quæ tribui sola te mihi dante potest.
Et loquar: an flammæ non est opus indice notæ.
Et plus quam uellem: iam meus extat amor:
Ille quidem lateat malim: dum tempora dentur
Lætitiæ mixtos non habitura metus.
Sed male dissimulo: quis enim cælauerit ignem?
Lumine qui semper proditur ipse suo.
Si tamen expectas: uocem quoque rebus ut addam:
Vror: habes animi nuncia uerba mei.
Parce precor fasso: nec duro cætera uultu
Perlege: sed formæ conueniente tuæ.
Iam dudū gratū est quod epistola nostra recepta est:
Spem facit hoc recipi me quoque posse modo.
Quæ rata sit: nec te frustra promiserit opto:
Hoc mihi qua suasit mater amoris iter:
Namque ego diuino monitu: ne nescia pecces:
Aduehor: & cœpto non leue numen adest.
Præmia magna quidem: sed non indebita posco:
Pollicita est thalamo te cytherea meo.
Hac duce sygæo dubias a littore feci:
Longa phereclea per freta puppe uias.
Ille dedit faciles auras: uentosque secundos

In mare:nil mirum ius habet orta mari.
Perstet:& ut pelagi:sic pectoris adiuuet æstus:
Deserat in portus & mea uota suos.
Attulimus flammas:non hic in uenimus illas:
Hæ mihi tam longæ causa fuere uiæ.
Nam nequé tristis hyems:neque nos huc appulit error
Tænaris est classi terra petita meæ.
Nec me crede fretum:merces portante carina
Findere:quas habeo dii tueantur opes.
Nec uenio graias ueluti spectator ad urbes.
Oppida sunt regni diuitiora mei.
Te peto:quam pepigit lecto uenus aurea nostro:
Te prius optaui:quam mihi nota seres:
Ante tuos animo uidi:quam lumine uultus:
Prima fuit uultus nuncia fama tui:
Credis & hoc nobis:minor est tua gloria uero.
Famaque de forma pene maligna tua est.
Plus hic inuenio:q̃ quod promiserat illa:
Et tua materia gloria uicta sua est:
Ergo arsit merito:qui nouerat omnia theseus:
Et uisa est tanto digna rapina uiro.
More tuæ gentis nitida dum nuda palæstra
Ludis:& es nudis fœmina mixta uiris.
Quod rapuit:laudo:miror quod reddidit unquam:
Tam bona constanter præda tenenda fuit.
Ante recessisset caput hoc cervice cruenta:
Quam tu de thalamis abstraherere meis.
Tene manus unquam nostræ dimittere uellent:
Te ne meo paterer uiuus abire sinu:
Si reddenda fores:aliquid tamen ante tulissem:
Nec uenus ex toto nostra fuisset iners:
Vel tua uirginitas esset libata:uel illud
Quod poterant salua uirginitate rapi:
Da modo te paridi:quæ sit constantia nosces.
Flamma rogi flammas finiet una meas.
Præposui regnis ego te:quæ maxima quondam
Pollicita est nobis nupta:soror que iouis.
Dumque tuo possem circundare brachia collo:
Contempta est uirtus pallade:dante mihi.
Nec piget:haud unquam stulte elegisse uidebor:
Permanet in uoto mens mea firma suo.
Spem modo ne nostram fieri patiare caducam
Deprecor:o tanto digna labore peti:
Non ego coniugium generosæ degener opto:
Nec mea:crede mihi:turpiter uxor eris.
Pleiada:si quæras:in nostra gente:iouemque
Inuenies:medios ut taceamus auos:
Sceptra parens asiæ:qua nulla beatior ora:
Finibus immensis uix obeunda tenet.
Innumeras urbes atque aurea tecta uidebis:
Quæque suos dicas templa decere deos.
Ilion aspicies:firmataque turribus altis
Mœnia phœbeæ structa canore lyræ.
Quid tibi de turba narrem:numeroque uirorum?
Vix populum tellus sustinet illa suum.
Occurrent denso tibi troades agmine matres:
Nec capient phrygias atria nostra nurus.
O quotiens dices:q̃ pauper achaia nostra est:
Vna domus quæuis urbis habebit opes.
Nec mihi fas fuerit:sparten contemnere nostram:
In qua tu nata es:terra beata mihi est.
Parca sed est sparte:tu cultu diuite digna:
Ad talem formam non facit iste locus.
Hanc faciem largis sine fine paratibus uti:

Deliciisque

Deliciisque decet luxuriare nouis.
Cum uideas cultus nostra de gente uirorum:
Quales dardanias credis habere nurus.
Da modo te facilem: nec dedignare maritum:
Rure teramnæo nata puella phrygem:
Phryx erat: & nostro genitus de sanguine: qui nunc
Cum diis potando nectare miscet aquas.
Phryx erat auroræ coniunx: tamen abstulit illum
Extremum noctis quæ dea finit iter.
Phryx erat anchises uolucrum cui mater amorum
Gaudet in idæis concubuisse iugis:
Nec puto collatus forma menelaus & annis:
Iudice te nobis anteferendus erit.
Non dabimus certe socerum tibi clara fugantem
Lumina: qui trepidos a dape uertat equos.
Nec pater est priamo soceri de cæde cruentus:
Et qui myrtoas crimine signet aquas.
Nec proauo stygia nostro captantur in unda
Poma: nec in mediis quæritur humor aquis:
Quid tamen hoc refert: si te tenet ortus ab illis:
Cogitur huic domui iuppiter esse socer.
Heu facinus: totis indignus noctibus ille
Te tenet: amplexu perfruiturque tuo.
At mihi conspiceris posita uix denique mensa:
Multaque: quæ lædant: hoc quoque tempus habet.
Hostibus eueniant conuiuia talia nostris:
Experior posito qualia sæpe mero.
Pœnitet hospitii cum me spectante lacertos
Imponit collo rusticus ille tuo.
Rumpor & in uideo: quid nunc tamen omnia narrem:
Membra superiecta cum tua ueste fouet.
Oscula cum uero coram non dura daretis:
Ante oculos posui pocula sumpta meos:
Lumina demitto: cum te tenet arctius ille:
Crescit & inuito lentus in ore cibus.
Sæpe dedi gemitus: & te lasciua notaui
In gemitu risum non tenuisse meo:
Sæpe meam uolui flammam compescere: at illa
Creuit: & ebrietas ignis in igne fuit:
Multaque ne nideam: uersa ceruice recumbo:
Sed reuocas oculos protinus ipsa meos.
Quid faciam dubito: dolor est meus ista uidere:
Sed dolor a facie maior abesse tua est.
Qua licet: & possum luctor cælare furorem:
Sed tamen apparet dissimulatus amor:
Nec tibi uerba damus: sentis mea uulnera: sentis:
Atque utinam soli sint ea nota tibi.
Ah quotiens lachrymis uenientibus ora reflexi:
Ne causam fletus quæreret ille mei.
Ah quotiens aliquem narraui potus amorem:
Ad uultus referens singula uerba tuos.
Indiciumque mei ficto sub nomine feci:
Ille ego: si nescis: uerus amator eram.
Quin etiam: ut possem uerbis petulantius uti:
Non semel ebrietas est simulata mihi.
Prodita sunt: memini: tunica tua pectora laxa.
Atque oculis aditum nuda dedere meis.
Pectora uel niuibus puris uel lacte tuamque
Complexo matrem candidiora ioue.
Dum stupeo uisis: nam pocula forte tenebam:
Tortilis a digitis excidit ansa meis:
Oscula si natæ dederas: ego protinus illa
Hermiones tenero lætus ab ore tuli.
Et modo cantabam ueteres resupinus amores:

Et modo per nutum ſigna tegenda dabam.
Et comitum primas: clymenéque æthramque tuarum
Auſus cum blandis nuper adire ſonis.
Quæ mihi non aliud: quam formidare locutæ:
Orantis medias deſeruere preces.
Dii facerent precium magni certaminis eſſes:
Teque ſuo poſſet uictor habere toro.
Vt tulit hyppomenes cæneida premia curſus:
Quæ propero curſu uicerat ante procos.
Vt ferus alcides acheloia cornua fregit:
Dum petit amplexus deianira tuos.
Noſtra per has leges audacia fortiter iſſet:
Teque mei ſcires eſſe laboris opus.
Nunc mihi nil ſupereſt: niſi te formoſa precari:
Amplectique tuos: ſi patiare: pedes:
O decus: o præſens geminorum gloria fratrum
O ioue digna uiro: ni ioue nata fores.
Aut ego ſygæos repetam te coniuge portus
Aut hic tænaria contegar exul humo:
Non mea ſunt ſumma leuiter diſtricta ſagitta
Pectora, deſcendit uulnus ad oſſa meum:
Hoc mihi: nam recolo: fore ut a cœleſte ſagitta
Figar: erat uerax uaticinata ſoror.
Parce datum ſatis helene contemnere amorem:
Sic habeas faciles in tua uota deos.
Multa quidem ſubeũt: ſed coram ut plura loquamur:
Excipe me lecto nocte ſilente tuo.
An pudet: & metuis uenerem temerare maritam:
Caſtaque legitimi fallere iura uiri:
Ah nimium ſimplex helene: ne ruſtica dicam:
Hanc faciem culpa poſſe carere putas
Aut faciem mutes: aut ſis non dura neceſſe eſt:
Lis eſt cum forma magna pudicitiæ.
Iuppiter his gaudet: gaudet uenus aurea furtis.
Hæc tibi nempe patrem furta dedere iouem.
Vix fieri: ſi ſint uires in femine amorum:
Et iouis & lædæ filia caſta potes.
Caſta tamen tunc ſis: cum te mea troia tenebit:
Et tua ſim quæſo crimina ſolus ego.
Nunc ea peccemus: quæ corriget hora iugalis:
Si modo promiſit non mihi uana uenus.
Sed tibi & hoc ſuadet rebus non uoce maritus:
Neue ſui furtis hoſpitis obſtet: abeſt.
Non habuit tempus: quo creſia regna uideret
Aptius: o mira calliditate uirum.
Ille abit: idæi mando tibi dixit iturus
Curam pro nobis hoſpitis uxor agas.
Negligis abſentis. teſtor: mandata mariti:
Cura tibi non eſt hoſpitis ulla tui.
Huncine tu ſperas hominem ſine pectore dotes
Poſſe ſatis formæ tyndari noſſe tuæ:
Falleris: ignorat: nec ſi bona ſumma putaret:
Quæ tenet: externo crederet illa uiro.
Vt tenet mea uox: nec te meus incitet ardor:
Cogimur ipſius commoditate frui.
Aut erimus ſtulti: ſic ut ſuperemus & ipſum:
Si tam ſecurum tempus abibit iners.
Pene ſuis manibus ad te deducit amantem:
Vtere mandantis ſimplicitate uiri.
Sola iace: uiduo tam longa nocte cubili:
In uiduo iaceo ſolus & ipſe toro:
Te mihi: meque tibi communia gaudia iungant:
Candidior medio nox erit illa die.
Tunc ego iurabo quæuis tibi numina: meque

Astringam uerbis in sacra iura meis.
Tunc ego si non est fallax fiducia nostri:
Efficiam præsens ut mea regna petas:
Si pudet:& metuis ne me uideare secuta:
Ipse reus sine te criminis huius ero.
Nam sequar ægide factum fratrumque tuorum:
Exemplo tangi non propiore potes.
Te rapuit theseus:geminas leucippidas illi.
Quartus in exemplis annumerabor ego:
Troica classis adest armis instructa uirisque.
Iam facient celeres remus:& aura uias.
Ibis dardanias ingens regina per urbes:
Teque nouam credet uulgus adesse deam.
Quaq; feres gressus:adolebunt cinnama flammæ
Cæsaque sanguineam uictima planget humum.
Dona pater:fratres:& cum genitrice sorores:
Iliadesque omnes:totaque troia dabit.
Hei mihi uix a me pars dicitur ulla futuri.
Plura feres:quam quæ littera nostra refert.
Nec tu rapta time:ne nos fera bella sequantur:
Concitet & uires græcia tota suas.
Tot prius adductis:& quæ repetita per arma.
Crede mihi uanos res habet ista metus.
Nomine ceperunt aquilonis erichthida thraces:
Tuta tamen bello bistonis ora fuit.
Phasida puppe noua uexit pagasæus iason.
Læsa nec est colcha thessala terra manu.
Te quoque qui rapuit:rapuit minoida theseus.
Nulla tamen minos cretas ad arma uocat.
Tereor in his ipso maior solet esse periclo:
Quæque timere libet:pertimuisse pudet.
Finge tamen:si uis:ingens consurgere bellum:
Et mihi sunt uires:& mea tela nocent.
Nec minor est asiæ quam uestræ copia terræ.
Illa uiris diues diues:abundat equis.
Nec plus atrides animi menelaus habebit:
Quam paris:aut armis anteferendus erit.
Pene puer cæsis abducta armenta recepi.
Hostibus & causam nominis inde tuli.
Pene puer iuuenes uario certamine uici:
In quibus ilioneus deiphobusque fuit.
Neue putes non me nisi cominus esse timendum:
Figitur in uiso nostra sagitta loco.
Non potes hæc illi primæ dare facta iuuentæ:
Instruere atridem non potes arte mea.
Omnia si dederis:nunquam dabis hectora fratrem:
Vnus is innumeri militis instar erit.
Quid ualeam nescis:& te mea robora fallunt:
Ignoras:cui sis nupta futura uiro.
Aut igitur nullo belli repetere tumultu:
Aut cedent mari dorica castra meo.
Nec tamen indignor pro tanta sumere bellum
Coniuge:certamen præmia magna mouent.
Tu quoque si de te totus contenderit orbis:
Nomen ab æterna posteritate feres.
Spe modo non timida diis hinc egressa secundis
Exige cum plena munera pacta fide.

HELENA PARIDI.

NVnc oculos tua cum uiolarit epistola nostro
Non rescribendi gloria uisa leuis.
Ausus es hospitii temeratis aduena sacris
Legitimam nuptæ sollicitare fidem.
Scilicet iccirco uentosa per æquora uectum
Excepit portu tænaris ora suo?

Nec tibi diuerſa quamuis a gente uenires:
Oppoſitas habuit regia noſtra fores:
Eſſet ut hoſpitii merces iniuria tanti:
Qui ſic intrabas: hoſpes: an hoſtis eras?
Nec dubito: quin hæc cum ſit tam iuſta: uocetur
Ruſtica iudicio noſtra querela tuo.
Ruſtica ſim ſane: dum non oblita pudoris:
Dumque tenor uitæ ſit ſine labe meæ
Si non eſt ficto uultus mihi triſtis in ore.
Nec ſedeo duris torua ſupercilijs:
Fama tamen clara eſt: & adhuc ſine crimine uixi:
Et laudem de me nullus adulter habet.
Quo magis admiror: quæ ſit fiducia cœpto:
Si penique tori dederit quæ tibi cauſa mei.
An quia uim nobis neptunnius attulit heros:
Rapta ſemel uideor bis quoque digna rapi.
Crimen erat noſtrum: ſi delinita fuiſſem.
Cum ſim rapta: meum quid niſi nolle fuit?
Nec tamen e facto fructum tulit ille petitum:
Excepto redij paſſa timore mihil.
Oſcula luctando tantummodo pauca proteruus
Abſtulit: ulterius nil habet ille mei.
Quæ tua nequitia eſt non his contenta fuiſſet.
Di melius: ſimilis non fuit ille tui.
Reddidit intactam: minuitque modeſtia crimen:
Et iuuenem facti pœnituiſſe patet.
Theſea pœnituit: paris ut ſuccederet illi?
Ne quando nomen non ſit in ore meum.
Nec tamen iraſcor: quis enim ſuccenſet amanti?
Si modo: quem præfers: non ſimulatur amor:
Hoc quoque enim dubito: non quod fiducia deſit:
Aut mea ſit facies non bene nota mihi:
Sed quia crudelitas damno ſolet eſſe puellis:
Verbaque dicuntur ueſtra carere fide.
At peccant aliæ: matronaque rara pudica eſt:
Quis prohibet raris nomen in eſſe meum?
Nam mea quod uiſa eſt tibi mater idonæa: cuius
Exemplo flecti me quoque poſſe putas:
Matris in admiſſo falſa ſub imagine luſæ
Error ineſt. pluma tectus adulter erat.
Nil ego ſi peccem poſſum neſciſſe: nec ullus
Error: qui facti crimen obumbret: erit.
Illa bene erraui: uitiumque auctore leuauit:
Fœlix in culpa quo ioue dicar ego?
Et genus: & proauos: & regia nomina iactas:
Clara domus ſatis hæc nobilitate ſua eſt.
Iuppiter ut ſoceri proauus taceatur: & omne
Tantalidæ pelopis: tindareique genus:
Dat mihi læda louem cygno decepta parentem:
Quæ falſam gremio credula fouit auem:
I nunc: & phrygiæ claræ primordia gentis:
Cumque ſuo priamo laomedonta refer:
Quos ego ſuſpicio: ſed qui tibi gloria magna eſt:
Quintus: is a noſtro ſanguine primus erit.
Sceptra tua quamuis rear eſſe potentia troiæ:
Non tamen hæc illis eſſe minora puto.
Si iam diuitiis locus hic: numeroque uirorum
Vincitur: at certe barbara terra tua eſt.
Munera tanta quidem promittit epiſtola diues:
Vt poſſint ipſas illa mouere deas.
Sed ſi iam uellem fines tranſire pudoris:
Tu maior culpæ cauſa futurus eras.
Aut ego perpetuo famam ſine labe tenebo:
Aut ego te potius quam tua dona ſequar.

Atque

Atque ea non sperno sic acceptissima semper
Munera sunt: auctor quæ pretiosa facit.
Plus multo est: quod amas: quod sũ tibi causa laboris
Quod tam per longas spes tua uenit aquas.
Illa quoque: apposita quæ nunc facis improbe mensa
Quamuis experiar dissimulare: noto
Tu modo me spectas oculis lasciue proteruis:
Quos uix instantes lumina nostra ferunt.
Et modo suspiras: modo pocula proxima nobis
Sumis: quaque bibi: tu quoque parte bibis.
Ah quotiens digitis: quotiens ego tecta notaui
Signa supercilio pene loquente dari.
Et sæpe extimui: ne uir meus illa uideret:
Non satis occultis erubuique genis.
Sæpe uel exiguo: uel longo murmure dixi
Nil pudet hunc: nec uox hæc mea falsa fuit.
Orbe quoque in mensæ legi sub nomine nostro:
Quod deducta mero littera fecit: amo.
Credere me tamen hoc oculo renuente negaui.
Hei mihi: iam didici: sic quoque posse loqui.
His ego blanditiis si peccatura fuissem:
Flecterer: his poterant pectora nostra capi.
Est quoque: confiteor: facies tibi rara: potestque
Velle sub amplexus ire puella tuos.
Altera sed potius fœlix sine crimine fiat:
Quam cadat externo noster amore pudor.
Discere meo exemplo formosis posse carere.
Est uirtus placitis abstinuisse bonis.
Quam multos credis iuuenes optare quod optas?
Qui sapiunt: oculos an paris unus habes?
Non tu plus cernis: sed plus temerarius audes:
Non tibi plus cordis: sed minus oris inest.
Tunc ego te uellem celeri uenisse carina:
Cum mea uirginitas mille petita procis.
Si te uidissem primus de mille fuisses:
Iudicio ueniam uir dabit ipse meo.
Ad possessa uenis: præceptaque gaudia serus.
Spes tua lenta fuit: quod petis: alter habet.
Vt tamen optarem fieri tua troica coniunx:
Inuitam sic me non menelaus habet.
Desine molle precor uerbis conuellere pectus:
Neue mihi: quam tu dicis amare: noce.
Sed sine quam tribuit sortem fortuna tueri.
Nec spolium nostri turpe pudoris habe.
Aut uenus hoc pacta est: & in altæ uallibus idæ
Tres tibi se nudas exhibuere deæ.
Vnaque cum regnum belli daret: altera laudem:
Tyndaridis coniunx tertia dixit eris:
Credere uix equidem cælestia numina possum
Arbitrio formam: suppositisse tuo.
Vtque sit hoc uerum: certe pars altera ficta est:
Iudicii pretium qua data dicar ego.
Non est tanta mei fiducia corporis: ut me
Maxima teste dea dona fuisse putem:
Contenta est oculis hominum mea forma probari:
Laudatrix uenus est insidiosa mihi.
Sed nihil informo: faueo quoque laudibus istis.
Nam mea uox quare quod cupit: esse neget:
Nec tu succense nimium mihi creditus ægre.
Tarda solet magnis rebus inesse fides.
Prima mea est igitur ueneri placuisse uoluptas:
Proxima me uisam præmia summa tibi.
Nec te palladios: nec te iunonis honores
Auditis helenæ præposuisse bonis.

Ergo ego ſum uirtus: ego ſum tibi nobile regnum.
Ferrea ſum: ſi non hoc ego pectus amem.
Ferrea crede mihi non ſum: ſed amare recuſo
Illum: quem fieri uix puto poſſe meum.
Quid bibulum curuo proſcindere littus aratro:
Spemque ſequi coner: quam locus ipſe negat?
Sum rudis ad ueneris furtum: nullaque fidelem
Dii mihi ſunt teſtes: luſimus arte uirum.
Nunc quoque: quod tacito mando mea uerba libello:
Fungitur officio littera noſtra, nouo.
Fœlices: quibus uſus adeſt. ego neſcia rerum
Difficilem culpæ ſuſpicor eſſe uiam.
Ipſe malo metus eſt: iam nunc confundor: & omnes
In noſtris oculos uultibus eſſe reor.
Nec reor hoc falſo. ſenſi mala murmura uulgi:
Et quaſdam uoces: rettulit æthra mihi.
At tu diſſimula: niſi tu deſiſtere mauis:
Sed cur deſiſtas? diſſimulare licet.
Lude: ſed occulte: maior non maxima nobis
Eſt data libertas: quod menelaus abeſt.
Ille quidem procul eſt ita te cogente profectus:
Magna fuit ſubitæ iuſtaque cauſa uiæ.
At mihi ſic uiſum eſt: ego: cum dubitaret: an iret:
Quamprimum dixi ſac rediturus eas.
Omine lætatus dedit oſcula: reſque domuſque
Et tibi ſit curæ troicus hoſpes ait:
Vix tenui riſum: quem dum compeſcere luctor:
Nil illi potui dicere præter erit.
Vela quidem uentis creten dedit ille ſecundis:
Sed tu non ideo cuncta licere puta.
Sic meus hinc uir abeſt: ut me cuſtodiat abſens.
Anneſcis longas regibus eſſe manus.
Fama quoque eſt oneri; nam quo conſtantius ore
Laudamur ueſtro: iuſtius ille timet.
Quæ iuuat: ut nunc eſt: eadem mihi gloria damno eſt.
Et melius famæ uerba dediſſe fuit.
Nec quod abeſt: hic me tecum mirare relictam.
Motibus & uitæ credidit ille meæ:
De facie metuit: uitæ confidit: & illum
Se curum probitas: forma timere facit.
Tempora ne pereant ultro data: præcipis: ipſe:
Simplicis utamur commoditate uiri.
Et libet: & timeo: nec adhuc exacta uoluntas
Eſt ſatis: in dubio pectora noſtra labant.
Et uir abeſt nobis: & tu ſine coniuge dormis:
Inque uicem tua me: te mea forma capit.
Et longæ noctes: & iam ſermone coimus:
Et tu me miſeram blandus: & una domus.
Et peream: ſi non inuitent omnia culpam.
Neſcio quo tardor ſed tamen ipſa metu.
Quod male perſuades: utinam bene cogere poſſes:
Sic mea ruſticitas excutienda foret.
Vtilis interdum eſt ipſis iniuria paſſis.
Sic certe fœlix ipſa coacta forem.
Dum nouus eſt: cæpto potius pugnemus amori.
Flamma recens parua ſparſa reſedit aqua.
Certus in hoſpitibus non eſt amor: errat: ut ipſi.
Cumque nihil ſperes firmus eſſe: fugit.
Hypſiphyle teſtis: teſtis minoia uirgo
In non exhibitis utraque iuncta toris.
Tu quoque dilectam multos infide per annos
Diceris œnonen deſeruiſſe tuam.
Nec tamen ipſe negas: & nobis omnia de te
Quærere: ſi neſcis: maxima cura fuit.

Adde:

Adde quod ut cupias constans in amore manere.
Non potes: expedient iam tua uela phryges.
Dum loqueris mecum: dum nox sperata paratur:
Qui ferat in patriam iam tibi uentus erit.
Cursibus in mediis nouitatis plena relinques
Gaudia: cum uentis noster abibit amor.
An sequar: ut suades: laudataque pergama uisam.
Pronurus & magni laomedontis ero.
Non ita contemno uolucris præconia famæ:
Vt probris terras impleat illa meis.
Quid de me poterit sparte: quid achaia tota:
Quid gentes aliæ: quid tua troia loqui.
Quid priamus de me: priami quid sentiet uxor:
Totque tui fratres: dardaniæ quæ nurus.
Tu quoque qui poteris fore me sperare fidelem.
Et non exemplis anxius esse tuis.
Quicunque iliacos intrauerit aduena portus.
Is tibi solliciti causa timoris erit
Ipse mihi quotiens iratus adultera dices
Oblitus nostro crimen inesse tuum.
Delicti fides idem reprehensor & auctor.
Terra precor uultus obruat ante meos.
At fruar iliacis opibus cultuque beato:
Donaque promissis uberiora feram.
Purpura nempe mihi preciosaque texta dabuntur.
Congestoque auri pondere diues ero.
Da ueniam fasse: non sunt tua munera tanti
Nescio quo tellus me tenet ista modo.
Quis mihi si lædar phrygiis succurret in oris.
Vnde petam fratres: unde parentis opem
Omnia medeæ fallax promisit iason:
Pulsa est æsonia non minus illa domo.
Non erat æetes ad quem despecta ueniret.
Non ipsa parens: casiopeque soror:
Tale nihil timeo: sed nec medea timebat
Fallitur augurio spes bona sæpe suo.
Omnibus inuenies: quæ nunc iactantur in alto:
Nauibus a portu lene fuisse fretum.
Fax quoque me terret: quam se peperisse cruentam
Ante diem partus est tua uisa parens.
Et uatum timeo monitus: quos igne pelasgo.
Ilion arsurum præmonuisse ferunt:
Vtque fauet cytherea tibi: quia uicit: habetque
Parta per arbitrium bina trophea tuum:
Sic illas timeo: quæ si tua gloria uera est:
Iudice te causam non tenuere duæ:
Nec dubito quin: te si persequar: arma parentur:
Ibit per gladios hei mihi noster amor.
An fera centauris indicere bella coegit
Athracis æmonios hippodamia uiros:
Tu fore tam lentum iusta menelaon in ira:
Et geminos fratres: tyndareumque putas:
Quod bene te iactas: & fortia facta recenses.
Auerbis facies dissidet ista tuis:
Apta magis ueneri: quam sunt tua corpora marti.
Bella gerant fortes: tu pari semper ama.
Hectora quem laudas pro te pugnare iubeto.
Militia est operis altera digna tui.
His ego: si saperem: pauloque audacior essem:
Vterer: utetur: si qua puella sapit.
Aut ego deposito faciam fortasse pudore:
Et dabo conuictas tempore uicta manus.
Quod petis ut furtim præsentes ista loquamur:
Scimus quid captes: colloquiumque uoces:

Sed nimium properas: & adhuc tua messis i herba é.
Hæc mora sit uoto forsan amica tuo.
Hactenus archanum furtiuæ conscia mentis
Littera iam lasso pollice sistat opus.
Cætera per socias climenen æthramque loquemur:
Quæ mihi sunt comites consiliumque duæ.

LEANDER AD HERO.

Mittit abydeus: quam mallet ferre: salutem:
Si cadat unda maris festa puella tibi.
Si mihi dii faciles: & sunt in amore secundi
Inuitis oculis hæc mea uerba leges.
Sed non sunt faciles: nam cur mea uota morantur?
Currere me nota non patiuntur aqua.
Ipsa uides cœlum pice nigrius: & freta uentis
Turbida: perque cauas uix adeunda rates.
Vnus & hic audax: a quo tibi littera nostra
Redditur: a portu nauita fecit iter.
Ascensurus eram: nisi quod dum uincula proræ
Solueret: in speculis omnis abydos erat.
Non poteram cælare meos uelut ante parentes:
Quemque tegi uolumus: non latuisset amor.
Protinus hæc scribens fœlix littera dixi:
Iam tibi formosam porriget illa manum.
Forsitan admotis etiam tangere labellis:
Rumpere dum niueo uincula dente uolet.
Talibus exiguo dictis mihi murmure uerbis
Cætera cum charta dextra locuta mea est.
Ah quanto mallem: quam scriberet: illa nataret:
Meque per assuetas sedula ferret aquas.
Aptior illa quidem placido dare uerbera ponto:
Est tamen & sensus apta ministra mei.
Septima nox agitur spacium mihi longius anno:
Sollicitum raucis quod mare feruet aquis.
His ego si uidi mulcentem pectora somnum
Noctibus: insani sit mora longa freti.
Rupe sedens aliqua specto tua littora tristis:
Et quo non possum corpore: mente feror.
Lumina quin etiam summa uigilantia turre
Aut uidet: aut acies nostra uidere putat.
Ter mihi deposita est in sicca uestis harena:
Ter graue tentaui carpere nudus iter.
Obstitit incœptis tumidum iuuenilibus æquor:
Mersit & aduersis ora natantis aquis.
At tu de rapidis inmansuetissime uentis
Quid mecum certa prælia mente geris?
In me: si nescis borea: non æquora sæuis.
Quid faceres: esset ni tibi notus amor?
Tam gelidus cum sis: nõ te tamẽ improbe quondam
Ignibus actæis incaluisse negas.
Gaudia rapturo si quis tibi rumpere uellet
Aerios aditus: quo paterere modo?
Parce precor: facilemque move moderatius auram:
Imperet hippotades sic tibi triste nihil.
Vana peto: precibusque meis obmurmurat ipse:
Quaſque quatit: nulla parte coercet aquas.
Nunc daret audaces utinam mihi dædalus alas:
Icarium quamuis hic prope littus adest:
Quicquid erit patiar: liceat modo corpus in auras
Tollere: quod dubia sæpe pependit aqua.
Interea dum cuncta negant uentique fretumque:
Mente agito furti tempora prima mei.
Nox erat incipiens: namque est meminisse uoluptas
Cum foribus patriis egrediebar amans.
Nec mora: deposito pariter cum ueste timore:

Iactabam

Iactabam liquido brachia lenta mari.
Lunа mihi tremulum lumen præbebat euntі:
Vt comes in noſtras officioſa uias.
Hanc ego ſuſpiciens faueas o candida dixi:
Et ſubeant animo lathmia ſaxa tuo.
Non ſinit endymion te pectoris eſſe ſeueri:
Flecte precor uultus ad mea furta tuos.
Tu dea mortalem cælo delapſa petebas.
Vera loqui liceat: quam ſequor: ipſa dea eſt.
Neu referam mores cæleſti pectore dignos:
Forma niſi in ueras non cadit illa deas.
Aueneris facie non eſt prior illa: tuaque
Ne ue meis credas uocibus: ipſa uide.
Quantum cum radiis fulges argentea puris:
Concedunt flammis ſidera cuncta tuis:
Tanto formoſis formoſior omnibus illa eſt.
Si dubitas: cæcum cynthia lumen habes:
Hæc ego: uel certe non his diuerſa locutus
Per mihi cedentes nocte ferebar aquas.
Vnda repercuſſæ radiabat imagine lunæ:
Et nitor in tacita nocte diurnus erat.
Nullaque uox unquam noſtras ueniebat ad aures:
Præter dimotæ corpore murmur aquæ.
Halcyones ſolæ memores ceicis amati
Neſcio quid uiſæ ſunt mihi dulce queri.
Iamque fatigatis humero ſub utroque lacertis
Fortiter in ſummas erigor altus aquas.
Vt procul aſpexi lumen: meus ignis in illo eſt:
Illa meum dixi littora lumen habent.
Et ſubito laſſis uires rediere lacertis:
Viſaque quam fuerat mollior unda mihi.
Frigora ne poſſim gelidi ſentire profundi:
Qui calet in cupido pectore præſtat amor.
Quo magis accedo: proprioraque littora fiunt:
Quoque minus reſtat: plus libet ire mihi.
Cum uero poſſum cerni quoque protinus addis
Spectatrix animos: ut ualeamque facis
Tunc etiam nando dominæ placuiſſe laboro:
Atque oculis iacto brachia noſtra tuis.
Te tua uix prohibet nutrix deſcendere in altum:
Hoc & enim uidi: nec mihi uerba dabas.
Nec tamen effecit: quamuis retinebat euntem:
Ne fieret prima pes tuus udus aqua.
Excipis amplexus: fœliciaque oſcula iungis:
Oſcula diis magnis trans mare digna peti.
Deque tuis demptos humeris mihi tradis amictus:
Et madidan ſiccas æquoris imbre comam.
Cætera nox: & nos: & turris conſcia nouit:
Quodque mihi moſtrat per uada lumen iter.
Non magis illius numerari gaudia noctis:
Helleſpontiaci quam maris alga poteſt.
Quo breuis ſpacium nobis ad furta dabantur:
Hoc magis eſt cautum: ne foret illud iners.
Iamque fugatura tithoni coniuge noctem:
Præuius auroræ lucifer ortus erat.
Oſcula congerimus properata ſine ordine raptim:
Et querimur paruas noctibus eſſe moras.
Atque ita contactus monitu nutricis amaro
Frigida deſerta littora turre peto:
Digredimur flentes: repetoque ego uirginis æquor
Reſpiciens dominam: dum licet: uſque meam.
Siqua fides uero eſt: ueniens huc eſſe natator:
Cum redeo: uideor naufragus eſſe mihi.
Hoc quoque ſi credis: ad te uia prona uidetur.

A te cum redeo: cliuus inertis aquæ.
I nuitus patriam repeto: quis credere posset?
Inuitus certe nunc moror urbe mea.
H ei mihi cur animis iuncti secernimur undis?
Vnaque mens: tellus non habet una duos:
V el tua me sestos: uel te mea sumat abydos:
Tam tua terra mihi: quam tibi nostra placet.
C ur ego confundor: quotiens confunditur æquor:
Cur mihi causa leuis: uentus obesse potest?
I am nostros curui norunt delphines amores:
Ignotum nec me piscibus esse reor.
I am pater attritus solitarum limes aquarum:
Non aliter multa quam uia pressa rota.
Quod mihi non esset: nisi sic: iterare querebar:
At nunc per uentos hoc quoque deesse queror.
F luctibus in modicis athamantidos æquora canent:
Vixque manet portu tuta carina suo.
H oc mare cum primum de uirgine nomina mersa
Quæ tenet: est nactum: tale fuisse puto.
E t satis amissa locus hic infamis ab helle est:
Vtque mihi parcat: crimine nomen habet.
I nuideo phryxo: quem per freta tristia tutum
Aurea lanigero uellere uixit ouis.
N ec tamen officium pecoris: nauisque requiro:
Dummodo quas scindam corpore dentur aquæ.
A rte egeo nulla: detur modo copia nandi:
Idem nauigium: nauita: uector ero.
N ec sequor aut elicen: aut qua tyrus utitur: arcton:
Publica non curant sidera noster amor.
A ndromeden alius spectet: claramque coronam:
Quæque micat gelido parrhasis ursa polo.
A t mihi quod perseus: & cum ioue liber amarunt:
Indicium dubiæ non placet esse uiæ.
E st aliud lumen multo mihi certius istis:
Non erit in tenebris quo duce noster amor.
H oc ego dum spectem colchos atque ultima ponti:
Quaque uiam fecit thessala puppis: eam.
E t iuuenem possum superare palæmona nando:
Miraque quem subito reddidit herba deum.
S æpe per assiduos languent mea brachia motus:
Vixque per immensas fessa trahuntur aquas:
H is ego cum dixi: pretium non uile laboris:
Iam dominæ uobis colla tenenda dabo.
P rotinus illa ualent: atque at sua præmia tendunt:
Vt celer elæo carcere missus equus.
I pse meos igitur seruo: quibus uror amores:
Teque magis cælo digna puella sequor:
D igna quidem cælo: sed adhuc tellure moreris:
Aut dic ad superos hic mihi qua sit iter.
H inc est: quod raro misero contingis amanti:
Cumque mea fiunt turbida mente freta.
Quid mihi: quod lato non separor æquore prodest?
Non minus hæc nobis tam breuis obstat aqua.
N um malim dubito toto procul orbe remotus
Cum domina longe spem quoque habere meam?
Quo propius nunc es: flamma propriore calesco:
Et res non semper: spes mihi semper adest.
P ene manu: quod amo: tanta est uicinia tango:
Sæpe sed heu: lachrymas hoc mihi pene mouet.
V elle quid est aliud fugientia prendere poma:
Spemque suo refugi fluminis ore sequi?
E rgo ego te nunquam: nisi cum uolet unda: uidebo
Et me fælicem nulla uidebit hyems:
C umque minus firmum nil sit: quam uentus & unda

In uentus

In uentis & aqua ſpes mea ſemper erit.
Aeſtus adhuc tamẽ eſt: quid cum mihi læſerit æquor
Pleias & arctophylax oleniumque pecus.
Aut ego non noui: quam ſim temerarius: aut me
In freta non cautus tunc quoque mittet amor:
Neue putes id me: quod abeſt promittere tempus:
Pignora polliciti non tibi tarda dabo.
Sit tumidum paucis etiam nunc noctibus æquor
Ire per inuitas experiemur aquas.
Aut mihi continget fœlix audacia ſaluo:
Aut mors ſoliciti finis amoris erit.
Optabo tamen: ut partes expellar in illas:
Et teneant portus naufraga membra tuos.
Flebis enim: tactuque meum dignabere corpus:
Et mortis dices huic ego cauſa fui.
Scilicet interitus offenderis omine noſtri:
Litteraque inuiſa eſt hac mea parte tibi.
Deſine parte queri: ſed ut mare finiat iram:
Accedant quæſo fac tua uota meis.
Pace breui nobis opus eſt: dum tranſferor iſtuc.
Cum tua contigero littora perſtet hyems.
Illic eſt aptum noſtræ nauale carinæ:
Et melius nulla ſtat mea puppis aqua.
Illic me claudat boreas: ubi dulce morari eſt.
Tunc piger ad nandum: tunc ego cautus ero.
Nec faciam ſurdis conuicia fluctibus ulla:
Triſte nataturo nec querar eſſe fretum.
Me pariter uenti teneant: tenarique lacerti:
Per cauſas iſtic impediarque duas.
Cum patietur hyems: remis ego corporis utar:
Lumen in aſpectu tu modo ſemper habe.
Interea pro me per noctet epiſtola tecum:
Quam precor ut minima perſequar ipſa mora.

HERO LEANDRO.

QVam mihi miſiſti uerbis læandre ſalutem:
Vt poſſim miſſam rebus habere: ueni.
Longa mora ẽ nobis omnis: quæ gaudia differt.
Da ueniam faſſæ: non patienter amo.
Vrimur igne pari: ſed ſum tibi uiribus impar.
Vt fortius ingenium ſuſpicor eſſe uiris.
Vt corpus teneris: ſic mens infirma puellis.
Deficiam: parui temporis adde moram:
Vos modo uenando: modo rus geniale colendo
Ponitis in uaria tempora longa mora.
Aut fora uos retinent: aut unctæ dona palæſtræ:
Flectitis aut freno colla fugacis equi.
Nunc uolucrem laqueo: nunc piſcem ducitis hamo:
Diluitur poſito ſerior hora mero.
His mihi ſubmotis: uel ſi minus acriter urar:
Quid faciam ſupereſt: præter amare: nihil.
Quod ſupereſt facio: teque o mea ſola uoluptas
Plus quoque quam credi quod mihi poſſit: amo.
Aut ego cum chara de te nutrice ſuſurro:
Quæque tuum miror cauſa moretur iter.
Aut mare proſpiciens odioſo concita uento
Corripio uerbis æquora ſæpe tuis.
Aut ubi ſæuitiæ paulum grauis unda remiſit:
Poſſe quidem: ſed te nolle uenire: queror.
Dumque queror lachrymæ p amantia lumina manãt
Pollice quas tremulo conſcia ſiccat anus.
Sæpe tui ſpecto ſi ſint in littore paſſus:
Impoſitas tanquam ſeruet harena notas.
Vtque regem de te: & ſcribam tibi: ſi quis abydo
Venerit: aut quæro: ſi quis abydon eat.

Quid referam: quotiens do uestibus oscula: quas tu
Hellespontiaca ponis iturus aqua.
Sic ubi lux acta est: & noctis amicior hora:
Exhibuit pulsa sidera clara die:
Protinus in summa uigilantia lumina turre
Ponimus assuetæ signa notamque uiæ.
Tortaque uersato ducente stamina fuso
Fœminea tardas fallimus arte moras.
Quod loquar interea tam longo tempore quæris:
Nil: nisi Læandri uomen in ore meo est.
Iam ne putas exisse domo mea gaudia nutrix?
An uigilant omnes: & timet ille suos?
Iam ne suis humeris illum deponere uestes:
Tingere iam pingui pallade membra putas?
Annuit illa fore: non nostra quod oscula curet:
Sed mouet obrepens somnus anile caput.
Postque more minimum iam certe nauigat inquam:
Lentaque dimotis brachia iactat aquis.
Paucaque cum tacta perfeci stamina terra:
An medio possis quærimus esse freto.
Et modo prospicimus: timida modo uoce precamur:
Vt tibi dat facile utilis aura uias.
Auribus interdum uoces captamus: & omnem
Aduentus strepitum credimus esse tui.
Sic ubi deceptæ pars est mihi maxima noctis
Acta: subit furtim lumina fessa sopor.
Forsitan inuitus mecum tamen improbe dormis:
Et quamuis non uis ipse uenire: uenis.
Nam modo te uideor prope iam spectare natantem:
Brachia nunc humeris humida ferre meis.
Nunc dare quæ soleo madidis uela mina membris:
Pectora nunc iuncto nostra fouere sinu.
Multaque præterea lingua reticenda modesta:
Quæ feciſſe iuuat: facta referre pudet.
Me miseram breuis est hæc: & non uera uoluptas:
Nam tu cum somno semper abire soles.
Firmius o cupidi tandem coeamus amantes:
Ne careant uera gaudia nostra fide.
Cur ego tot uiduas exegi frigida noctes?
Cur totiens a me lente natator abes?
Est mare confiteor: non dum tractabile nanti:
Nocte sed hesterna lænior aura fuit.
Cur ea præterita est? cur non uentura timebas?
Tam bona cur periit? nec tibi rapta uia est.
Protinus ut similis detur tibi copia cursus:
Hoc melior certe: quo prior illa fuit.
Aut cito mutata est iactati forma profundi:
Tempore: cum properas: sæpe minore uenis.
Hic puto deprehensus nil quod quereris haberes:
Meque tibi amplexo nulla noceret hyems.
Certe ego tunc uentos audirem læta sonantes:
Et nunquam placidas esse precarer aquas.
Quid tamen euenit? cur sis metuentior undæ:
Contemptumque prius nunc uereare fretum:
Nam memini: cum te sæuum ueniente: minaxque
Non minus aut multo non minus æquor erat:
Cum tibi clamabam: sic tu temerarius æstu:
Ne miseræ uirtus sit tua flenda mihi.
Vnde nouus timor hic? quoque illa audacia fugit?
Magnus ubi est spretis ille natator aquis?
Sis tamen hoc potius: quam quod prius esse solebas:
Et facias placidum per mare tutus iter:
Dummodo sis idem: dum sic: ut scribis: amemur:
Flammaque non fiat frigidus illa cinis.

Non ego

Non ego tam uentos timeo mea uota morantes:
Quam similis uento ne tuus erret amor.
Et ne sim tanti: superentque pericula causam:
Et uidear merces esse labore minor.
Interdum metuo: patria ne lædar: & impar
Dicar abydæo sesta puella toro.
Ferre tamen possum patientius omnia: quam si
Ocia nescio qua pellice captus agas.
In tua si ueniant alieni colla lacerti:
Sitque nouus nostri finis amoris amor.
Ah potius peream: quam crimine uulnerer isto:
Fataque sint culpa nostra priora tua.
Nec quia uenturi dederis mihi signa doloris:
Hæc loquar: aut fama solicitata noua.
Omnia sed uereor: quis enim securus amauit?
Cogit & absentes multa timere locus.
Fœlices illas: sua quas præsentia nosse
Crimina uera iuuat: falsa timere uetat.
Nos tam uana mouet: quam facta iniuria fallit:
Incitat & morsus error uterque pares.
Outinam ueniasque aut hic uentusue paterue:
Causaque sit certæ fœmina nulla moræ.
Quod si quam sciero: moriar: mihi crede: dolendo.
Iam dudum peccas: si mea fata petis.
Sed neque peccabis: frustraque ego terreor istis:
Quoque minus uenias: inuida pugnat hyems.
Me miseram quanto planguntur littora fluctu:
Et latet obscura condita nube dies.
Forsitan ad pontum mater pia uenerit helles:
Mersaque turbatis nata fleatur aquis
Aut mare ab inuiso priuignæ nomine dictum
Vexat inæquoream uersa nouerca deam.
Non sauet: ut nunc est: teneris locus iste puellis.
Hac helle perijt: hac ego lædor aqua.
At tibi flammarum memori neptunne tuarum
Nullus erat uentis impediendus amor.
Si neque amymone: nec laudatissima forma
Criminis est tyro fabula uana tui:
Lucidaq; alcyone: cyceque: & alimone nata.
Et nundum nexis angue meduſa comis.
Flauaque laodice: cæloque recepta celeno:
Et quarum memini nomina lecta mihi.
Has certe plures que canunt neptunne poetæ
Molle latus lateri conseruisse tuo.
Cur igitur totiens uires expertus amoris
Assuetum nobis turbine claudis iter?
Parce ferox: latoque mari tua prælia misce:
Seducit terras hæc breuis unda duas.
Te decet aut magnas magnum iactare carinas:
Aut etiam totis classibus esse trucem.
Turpe deo pelagi iuuenem terere natantem:
Gloriaque est stagno quolibet esse minor:
Nobilis ille quidem est: & clarus origine: sed non
A tibi suspecto duxit ulyxe genus.
Da ueniam: seruaque duos: natat ille: sed hisdem
Corpus læandri spes mea pendet aquis.
Interea lumen posito nam scribimus illo.
Stertuit: & nobis prospera signa dedit.
Ecce merum nutrix faustos distillat in ignes.
Cras erimus plures inquit: & ipsa bibit.
Effice nos plures euicta per æquora uectus.
O penitus toto corde recepte mihi.
In tua castra redi socii desertor amoris:
Ponuntur medio cur mea membra toro?

Quod timeas non est: auso, uenus ipsa fauebit:
Sternet & æquoreas æquore nata uias.
I re libet medias ipsi mihi sæpe per undas.
Sed solet hoc maribus tutius esse fretum.
Nam cur hoc uectis phryxo phryxique sorore:
Sola dedit uastis fœmina nomen aquis?
Forsitan ad reditum metuis: ne robora desint:
Aut neques gemini ferre laboris onus.
At nos diuersi medium coeamus in æquor:
Obuiaque in summis oscula demus aquis.
Atque ita quisque suas iterum redeamus ad urbes.
Exiguum sed plus est quam nihil illud erit.
Vel pudor hic utinam: quis nos tam cogit amare:
Vel timidus famæ cædere uellet amor.
Nunc male res iunctæ calor & reuerentia pugnant.
Quid sequar in dubio est: hæc decet: ille iuuat.
Vt semel intrauit colchos pagaseus iason.
Impositam celeri phasida puppe tulit.
Vt sæmel idæus lacedæmona uenit adulter:
Cum præda redit protinus ille sua:
Tu quam sæpe petis: quod amas: tam sæpe relinquis:
Et quotiens graue sit puppibus ire: natas.
Sic tamen o iuuenis tumidarum uictor aquarum
Sic facito spernas: ut uercare fretum.
Arte laboratæ merguntur in æquore puppes.
Tu tua plus remis brachia posse putas?
Quod cupis hoc naute metuunt læandre natare.
Exitus hic fractis puppibus esse solet.
Me miseram cupio non persuadere: quod hortor:
Sisque precor monitis fortior ipse meis.
Dum modo peruenias: excussaque sæpe per undas
Iniicias humeris brachia lassa meis.
Sed mihi ceruleas quotiens obuersor ad undas:
Nescio quid pauidum frigore pectus habet.
Nec minus hesternæ confundor imagine noctis:
Quamuis est sacris illa piata meis.
Namque sub aurora iam dormitante lucerna:
Somnia quo cerni tempora uera solent:
Stamina de digitis cecidere sopore remissis:
Collaque puluino nostra ferenda dedi.
Hac ego uentosas nautem delphina per undas
Cernere non dubia sum mihi uisa fide.
Quem postquam bibulis iniecit fluctus harenis
Vnda simul miserum uitaque deseruit.
Quicquid ideſt timeo: nec tu mea somnia ride:
Nec nisi tranquillo brachia crede mari.
Si tibi non parcis: dilectæ parce puellæ:
Quæ nunquam nisi te sospite sospes erit:
Spes tamen est fractis uicinæ pacis in undis:
Tu placidas toto pectore scinde uias.
Interea quoniam nanti freta pennia non sunt:
Leniat inuisas littera nostra moras.

ACONTIVS CYDIPPE.

POne metum: nihil hic iterum iurabis amanti:
Promissam satis est te semel esse mihi.
Perlege: discedat sic corpore langor abisto:
Qui meus est: ulla parte dolente dolor.
Quid pudor ante subit? nam sic ut in æde dianæ
Suspicor ingenuas erubuisse genas.
Coniugium pactamque fidem non crimina posco
Debitus ut coniunx non ut adulter amo.
Verba licet repetas: quæ demptus ab arbore fœtus
Pertulit ad castas me iacente manus:
Inueniesillic id te iurasse: quod opto

Te potius

Te potius uirgo quam meminisse deam.
Nunc quoque idem timeo: sed idē tamen acrius illud
Assumpsit uires: auctaque flamma mora est.
Quique fuit nunquam paruus uel tempore longo
Ex spe: quam dederas tu mihi: crescit amor.
Spem mihi tu dederas: meus hic tibi credidit ardor:
Non potes hoc factum teste negare dea.
Affuit: & præsens ut erat: tua uerba notauit:
Et uisa est mota dicta tulisse comas
Deceptam dicas nostra te fraude licebit:
Dum fraudis nostræ causa feratur amor:
Fraus mea quid petiit: nisi quod tibi iungerer uni:
Id me quod quereris conciliare potest.
Non ego natura nec sum tam callidus usu:
Solertem tu me crede puella facis.
Te mihi compositis si quid tamen egimus artes
Astrinxit uerbis ingeniosus amor.
Dictatis ab eo feci sponsalia uerbis:
Consultoque fui iuris amore uafer.
Sit fraus huic facto nomen: dicarque dōlosos:
Si tamen est quod ames uelle tenere dolus.
En iterum scribo: mittoque rogantia uerba.
Altera fraus hæc est: quodque queraris habes.
Si noceo quod amo: fateor sine fine nocebo:
Te que petam: caueas tu licet: ipse petam.
Per gladios alii placidas rapuere puellas.
Scripta mihi caute littera crimen erit.
Dii faciant possim plures imponere nodos:
Vt tua sit nulla libera parte fides.
Mille modi restant: cliuo sudamus in uno.
Ardor in expertum nil sinet esse meus.
Sit dubium possis ne capi: captabere certe.
Exitus in diis est: tu capiere tamen.
Vt partem effugias: non omnia rætia falles:
Quæ tibi quam credis plura tetendit amor.
Si non proficient artes: ueniemus ad arma:
Inque mei cupido rapta ferere sinu.
Non sum qui solcam paridis reprendere factum:
Nec quenquam qui uir posset ut esse fuit.
Nos quoque: sed taceo: mors huius pœna rapinæ
Vt sit: erit: quam te non habuisse: minor.
Aut esses formosa minus: peterere modeste.
Audaces facie cogemur esse tua.
Tu facis hoc: oculique tui quibus ignea cædunt
Sidera: qui flammæ causa fuere meæ.
Hoc faciunt flaui crines: & eburnea ceruix:
Quasque precor ueniant in mea colla manus.
Et decor: & uultus sine rusticitate pudentes:
Et thetidis quales uix reor esse pedes.
Cætera si possem laudare beatior essem:
Nec dubito totum quin tua pars sit opus.
Hac ego compulsus non est mirabile forma:
Si pignus nolui uocis habere tuæ.
Denique dum captam tute cogare fateri:
Insidiis esto capta puella meis.
Inuidiam patiar: passo sua præmia dentur:
Cur suus a tanto crimine fructus abest?
Hesionem thelamon: bryseida cœpit achilles:
Vtraque uictorem nempe secuta suum:
Quanlibet accuses: & sis irata licebit:
Irata liceat dum mihi posse frui.
Idem qui facimus factam tenuabimus iram:
Sit modo placandæ copia parua tui.
Ante tuos flentem liceat consistere uultus:

Et liceat lachrymis addere uerba meis.
Vtque solent famuli cum uerbera sæua uerentur:
Tendere submissas sub tua crura manus.
Ignoras: tua iura uoca: cur arguor absens?
Iam dudum dominæ moræ uenire iube.
Ipsa meos scindas licet imperiosa capillos:
Oraque sint digitis liuida facta tuis:
Omnia prepetiar: tantum fortasse timebo
Corpore lædatur ne manus ista meo.
Sed neque compedibus: nec me compesce catenis.
Seruabor firmo uinctus amore tui.
Cum bene se: quantunque uolet satiauerit ira:
Ipsa tibi dices: quam patienter amat.
Ipsa tibi dices: cum uideris omnia ferre:
Tam bene qui seruit: seruiat iste mihi.
Cur reus infœlix absens agor? & mea cum sit
Optima: non ullo causa tuente perit?
Hoc quod amor iussit scriptum est iniuria nostri:
Quod de me solum nempe queraris habes.
Non meruit falli mecum quoque delia: si non
Vis mihi promissum reddere: redde deæ.
Affuit: & uidi: cum tu decepta rubebas:
Et uocem memori condidit aure suam.
Omnia rę careant: nihil est uiolentius illa:
Cum sua quæ nolit numina læsa uidet.
Testis erit calydonis aper: nam scimus in illo
Sit magis in natum sæua reperta parens.
Testis & actæon quoniam fera creditus illis:
Ipse dedit letho cum quibus ante feras.
Quæque superba parens saxo per corpus aborto
Nunc quoque mygdonia flebilis astat humo.
Hei mihi cydippe timeo tibi dicere uerum:
Ne uidear causa falsa monere mea.
Dicendum tamen est. hoc est: mihi crede: quod ægra
Ipso nubendi tempore sæpe iaces.
Consulit ipsa tibi: neu sis per iura laborat:
Et saluam salua te cupit esse fide.
Inde fit: ut quotiens insistere perfida tentas:
Peccatum totiens corrigit illa tuum.
Parce mouere feros animosæ uirginis arcus.
Mitis adhuc fierim si patiare potest.
Parce precor teneros corrumpere febribus artus:
Seruetur facies ista fruenda mihi.
Seruentur uultus ad nostra incendia nati:
Quique subest niueo lenis in ore rubor.
Hostibus & si quis ne fias nostra repugnat:
Sic sit ut inualida te solet esse mihi.
Torqueor ex æquo uel te nubente uel ægra:
Dicere non possum quod minus esse uelim.
Interdum maceror: quod sum tibi causa doloris:
Teque mea lædi calliditate puto.
Inque caput nostrum dominæ periuria quæso
Eueniant: pœna tuta sit illa mea.
Ne tamen ignorem quid agas: ad limina tendo.
Anxius huc illuc dissimulanter eo.
Subsequor ancillam furtim: famulumque requiro:
Profuerint somni quid tibi: quidue cibi:
Me miserum: quod non medicorum iussa ministro:
Effingoque manus: insideoque toro.
Et rursus miserum: quod me procul inde remoui.
Quem minime uellem: forsitan alter adest.
Ille manus istas astringit: & assidet ægræ:
Inuisus superis cum superisque mihi.
Dumque suo tentat salientem pollice uenam:

Candida

Candida per cauſam brachia ſæpe tenet.
Contrectatque ſinus:& forſitan oſcula iungit:
Officio merces plenior iſta ſuo eſt.
Quis tibi permiſit noſtras præcidere meſſes?
Ad ſpes alterius quis tibi fecit iter?
Ille ſinus meus eſt:mea turpiter oſcula ſumis:
A mihi promiſſo corpore tolle manus.
Improbe tolle manus:quam tangis:noſtra futura eſt:
Poſtmodo:ſi facies iſtud:adulter eris.
Elige de uacuis:quam non ſibi uendicet alter.
Si neſcis:dominum res habet iſta ſuum.
Nec mihi crediderís recitetur formula pacti.
Neu falſam dicas eſſe.fac ipſa legat.
Alterius thalamo tibi nos:tibi dicimus exi.
Quid facis.hinc exi.non uacat iſte torus:
Nam quod habes:& tu humani uerba'altera pacti
Non erit iccirco par tua cauſa meæ.
Hæc mihi ſe pepigit:pater hanc tibi primus ab illa:
Sed propior certe q̃ pater ipſa ſibi eſt.
Promiſit pater hanc:hæc adiurauit amanti:
Ille homines:hæc eſt teſtificata deam.
Hic metuit mendax:ſed & hæc periura uocari:
Num dubitas hic ſit maior:an ille metus?
Denique:ut amborum conferre pericula poſſis:
Reſpice ad eucntus:hæc cubat:ille ualet.
Nos quoque diſſimili certamina mente ſubimus:
Nec ſpes par nobis:nec timor æquus adeſt.
Tu petis ex tuto:grauior mihi morte repulſa eſt.
Idque ego:quod iam tu forſan amabis:amo.
Si tibi iuſtitiæ:ſi recti cura fuiſſet:
Cædere debueras ignibus ipſe meis.
Nunc quoniam ferus hic pro cauſa pugnat iniqua:
Ad quid cydippe littera noſtra redit?
Hic facit:ut taceas:& ſis ſuſpecta dianæ.
Hunc tu ſi ſapias limen adire uetes.
Hoc faciente ſubis tam ſæua pericula uitæ:
Atque utinam pro te qui mouet ille cadat.
Quem ſi reppuleris:nec quem dea damnat:amaris:
Et tu continuo:certe ego ſaluus ero.
Si iſte metum uirgo:ſtabili potiere ſalute:
Fac modo polliciti conſcia templa colas:
Non boue mactato cæleſtia lumina gaudent:
Sed quæ præſtanda eſt & ſine teſte fide.
Vt ualeant aliæ ferrum patiuntur & ignes:
Fert aliis triſtem ſuccus amarus opem.
Nil opus eſt iſtis:tantum periuria uita:
Teque ſimul ſerua meque datamque fidem:
Præteritæ ueniam dabit ignorantia culpæ:
Exciderant animo fœdera lecta tuo.
Admonita es modo uoce mea:cum caſibus iſtis
Quos quotiens tentas fallere:ferre ſoles.
His quoque uitatis in partu nempe rogabis:
Vt tibi luciferas afferat illa manus.
Audiet hæc repetens quæ ſunt audita requiret
Ipſa tibi de quo coniuge partus eat.
Promittes uotum:ſcit te promittere falſo:
Iurabis:ſcit te fallere poſſe deos.
Non agitur de me:cura maiore laboro.
Anxia ſunt uitæ pectora noſtra tuæ.
Cur modo te dubii pauidam fleuere parentes?
Ignaros culpæ quos facis eſſe tuæ.
Et cur ignorant?matri licet omnia narres:
Nil tua cydippe facta ruboris habent.
Ordine fac referas:ut ſis mihi cognita primum:

Sacra pharetratæ dum facis ipſa deæ.
Vt te conſpecta ſubito: ſi forte notaſti:
Reſtitimus fixis in tua membra genis:
Et te dum nimium miror: nota certa furoris:
Deciderint humero pallia lapſa meo.
Poſtmodo neſcio qua uenisſe uolucre malum
Verba ferens doctis inſidioſa notis:
Quod quia ſit lectum ſancta præſente diana:
Eſſe tuam uictam numine teſte fidem
Ne tamen ignoret ſcripti ſententia quæ ſit:
Lecta tibi quondam nunc quoque uerba refer.
Nube precor dicet: cui te bona numina iungunt.
Quem fore iuraſti: ſit gener ille mihi.
Quiſquis is eſt placeat: quoniam placet ante dianæ:
Talis erit mater: ſi modo mater erit.
Si tamen & quærat quis ſim: qualiſque: uideo
Inueniet uobis conſuluiſſe deam.
Inſula corycijs quondam celeberrima nymphis
Cingitur ægæo nomine cæa mari.
Illa mihi patria eſt. nec ſi generoſa probaris
Nomina: deſpectis arguor ortus auis.
Sunt & opes nobis: ſunt & ſine crimine mores:
Amplius utque nihil: me tibi iungit amor.
Appeteres talem nondum inrata maritum.
Iuratæ uel non talis habentibus erat:
Hæc tibi me in ſomnis iaculatrix ſcribere phœbe:
Hæc tibi me uigilans ſcribere iuſſit amor:
Equibus alterius mihi iam nocuere ſagittæ:
Alterius noceant ne tibi tela caue.
Iuncta ſalus noſtra eſt: miſerere meique tuique.
Quid dubitas unam ferre duobus opem?
Quod ſi contigerit: cum iam data ſigna ſonabunt:
Tinctaque uotiuo ſanguine delos erit.
Aurea ponetur mali fœlicis imago:
Cauſaque uerſiculis ſcripta duobus erit.
Effigie pomi teſtatur acontius huius:
Quæ fuerint in eo ſcripta fuiſſe rata.
Longior infirmum ne laſſet epiſtola corpus:
Clauſaque conſueto ſit tibi fine: uale.

CYDIPPE ACONTIO.

PErtimui: ſcriptumque tuum ſine murmure legi
Iuraret ne quos inſcia lingua deos.
Et puto captaſſes iterum: niſi: ut ipſe fateris
Promiſſam ſcires me ſatis eſſe ſemel.
Nec lectura fui. ſed ſi tibi dura fuiſſem:
Aucta foret ſæuæ forſitan ira deæ.
Omnia cum faciam: cum dem pia tura dianæ
Illa tamen iuſta plus tibi parte fauet:
Vtque cupis credi: memori te uindicat ira:
Talis in hippolyto uix fuit illa ſuo.
At melius uirgo fauiſſet uirginis annis:
Quos uereor paucos ne uelit eſſe mihi
Langor enim cauſis non apparentibus hæret:
Adiuuor & nulla feſſa medentis ope.
Quam tibi nunc gracilem uix hæc rescribere: quâque
Pallida uix: cubito membra leuare putas.
Nunc timor accedit: ne quis niſi conſcia nutrix:
Colloquii nobis ſentiat eſſe uices.
Ante fores ſedet hæc: quid agamque rogantibus inter
Vt poſſim tuto ſcribere: dormit: ait:
Mox ubi ſecreti longe cauſa optima ſomnus
Credibilis tarda deſinit eſſe mora.
Iamque uenire uidet quos non admittere durum eſt:
Excreat: & ficta dat mihi ſigna nota.

Sicut eram: properans uerba imperfecta relinquo:
Et tegitur trepido littera cauta sinu.
Inde meos digitos iterum repetita fatigat:
Quantus sit nobis aspicis ipse labor.
Qua peream si dignus eras: ut uera loquamur:
Sed melior iusto: quanque moreris ero.
Ergo te propter totiens incerta salutis
Commentis pœnas doque dedique tuis.
Hæc nobis formæ te laudatore superbæ
Continget merces: & placuisse nocet.
Si tibi deformis: quod mallem: uisa fuissem:
Culpatum nulla corpus egeret ope.
Nunc laudata gemo: nunc me certamine uestro
Proditis: & proprio uulneror ipsa bono.
Dum neque tu credis: nec se putat ille secundum:
Tu uotis optas illius: ille tuis.
Ipsa uelut nauis iactor: quam certus in altum
Propellit boreas: æstus & unda refert.
Cumque dies charis optata parentibus instat:
Immodicus pariter corporis ardor inest.
Nec mihi coniugii tempus crudelis ad ipsum
Persephone nostras pulsat acerba fores.
Iam pudet: & timeo: quanuis mihi conscia non sim:
Offensos uidear ne meruisse deos.
Accidere hoc aliquis casu contendit: & alter
Acceptum superis hunc negat esse uirum.
Neue mihi credas in te quoque dicere famam:
Facta ueneficiis pars putat ista meis.
Causa latet. mala nostra patent: uos pace mouetis
Aspera summota prœlia: plector ego.
Dicam nunc solitoque tibi me despice more:
Quid facies odio? sic ubi amore noces.
Si lædis quod amas: hostem sapienter amabis.
Me precor ut serues. perdere uelle uelis.
Aut tibi iam nulla est speratæ cura puellæ.
Quam ferus indigna labe perire sinis:
Aut dea si frustra pro me tibi sæua rogatur:
Quid mihi te iactas: gratia nulla tua est.
Elige quid fingas: non uis placare dianam:
Immemor es nostri: non potes illa tui est.
Vel nunquam mallem: uel non mihi tempore in illo
Esset in ægæis cognita delos aquis.
Tunc mea difficilis deducta est æquore nauis:
Et fuit ad ceptas hora sinistra uias.
Quo pede processi? quo me pede limine moui
Picta meæ tetigi quo pede texta ratis.
His tamen aduerso redierunt carbasa uento
Mentior ah demens: ille secundus erat.
Ille secundus erat: qui me referebat euntem:
Quique parum fœlix impediebat iter.
Atque utinam constans contra mea uela fuisset:
Sed stultum est uenti de leuitate queri.
Mota loci fama properabam uisere delum.
Et facere ignaua puppe uidebar iter:
Quam sæpe ut tardis feci conuitia remis.
Questaque sum uento lintea parca dare.
Etiam transieram myconem: iam tenon: & andron:
Inque meis oculis candida delos erat.
Quam procul ut uidi: quid me fugis insula dixi.
Laberis in magno nunquid ut ante mari?
Institeram terræ: cum iam prope luce peracta
Demere purpureis sol iuga uellet equis.
Quos idem solitos postquam reuocauit ad ortus
Comuntur nostræ matre iubente comæ.

Ipſa dedit gemmas digitis:& curribus aurum;
Et ueſtes humeris induit ipſa meis:
Protinus egreſſæ:ſuperis quibus inſula ſacra eſt:
Flaua ſalutatis tura merumque damus.
Dumque parens aras uotiuo ſanguine tingit:
Feſtaque fumoſis ingerit exta ſocis:
Sedula me nutrix alias quoque ducit in ædes:
Erramuſque uago per loca ſacra pede.
Et modo porticibus ſpatior:modo munera regum
Miror:& in cunctis ſtantia ſigna locis.
Miror & innumeris ſtructam de cornibus aram:
Et de qua pariens arbore nixa dea eſt.
Et quæ præterea neque enim memini ue libet ue
Quicquid ibi uidi:dicere:dolos habet.
Forſitan hæc ſpectans:a te ſpectabar aconti:
Viſaque ſimplicitas eſt mea poſſe capi:
In templum redeo gradibus ſublime dianæ.
Tutior hoc æquis debuit eſſe locus.
Mittitur ante pedes malum cum carmine tali.
Hei mihi iurauinunc quoque pene tibi.
Sustulit hoc coniunx miratáque:perlege dixit:
Inſidias legi magne poeta tuas.
Nomine coniugii dicto:confuſa pudore
Senſi me totis erubuiſſe genis.
Luminaque in gremio ueluti defixa tenebam
Lumina propoſiti facta miniſtra tui.
Improbe quid gaudes:aut quæ tibi gloria parta eſt?
Quidue uir eluſa uirgine laudis habes?
Non ego conſtiteram ſumpta peltata ſecure
Qualis in iliaco penthe ſilea ſolo
Nullus amazonio cælatus baltheus auro:
Sicut ab hippolyto præda relata tibi eſt.
Verba quid exultas tua ſi mihi uerba dederunt:
Sumque parum prudens capta puella dolis?
Cydippen pomum.pomum ſchynelda cepit:
Tu nunc hyppomenes ſcilicet alter eris.
At fuerat melius:ſi te puer iſte tenebat:
Quem tu neſcio quas dicis habere faces:
More boni ſolito ſpem non corrumpere fraude:
Exoranda tibi:non capienda fui.
Cur me cum peteres:ea non profitenda putabar?
Propter quæ nobis ipſe petendus eras?
Cogere cur potius:quam perſuadere uolebas?
Si poteram audita conditione capi.
Quid tibi nunc prodeſt iurandi formula iuris?
Linguaque preſentem teſtificata deam.
Quæ iurat:mens eſt:nil coniurauimus illa:
Illa fidem dictis addere uerba poteſt.
Conſilium prudeſque animi ſententia iurat:
Et niſi iudicii uincula nulla ualent.
Si tibi coniugium uolui promittere noſtrum:
Exige polliciti debita iura tori:
Sed ſi nil dedimus:præter ſine pectore uocem:
Verba ſuis fruſtra uiribus orba tenes:
Non ego iurauí:legi iurantia uerba.
Vir mihi non iſto more legendus eris.
Decipe ſic alios:ſuccedat epiſtola pomo:
Si ualet hoc magnas diuitis aufer opes.
Fac iurent reges ſua ſe tibi regna daturos:
Sitque tuum toto quicquid in orbe placet.
Maior es ac ipſa multum mihi crede diana:
Si tua tam præſens littera numen habet.
Cum tamen hæc dixi:cum me tibi firma negaui:
Cum bene promiſſi cauſa peracta mei eſt.

Confiteor timeo

Confiteor timeo sæuæ latonidos iram:
Et corpus lædi suspicor inde meum.
Nam quare quotiens socialia sacra parantur
Nupturæ: totiens languida membra cadunt?
Ter mihi iam ueniens positas hymenæus ad aures:
Fugit & e thalami limine terga dedit:
Vixque manus pigra totiens infusa resurgunt
Lumina: uix moto corripit igne faces.
Sæpe coronatis stillant unguenta capillis:
Et trahitur multo splendida palla croco.
Cum tetigit limen: lachrymas mortisque timorem
Cernit: & a cultu multa remota suo:
Proiicit ipse suas deducta fronte coronas:
Spissaque de nitidis tergit amoma comis.
Et pudet in tristi lætum consurgere turba.
Quique erat in palla transit in ora rubor.
At mihi ueh miseræ torrentur febribus artus:
Et grauius iusto pallia pondus habent.
Nostraque plorantes uideo super ora parentes:
Et face pro thalami fax mihi mortis adest.
Parce laboranti picta dea læta pharetra.
Daque salutiferam iam mihi fratris opem.
Turpe tibi est illum causas depellere lethi:
Te contra titulum mortis habere meæ.
Nunquid in umbroso cum uelles fonte lauari
Imprudens uultus ad tua labra tuli?
Præterii ne tuas de tot cælestibus aras?
Atque mea est spreta nostra parente parcus?
Nil ego peccaui: nisi quod periuria legi?
Iamque parum fausto carmine docta fui.
Tu quoque pro nobis si non mentiris amorem:
Tura feras: prosint quæ nocuere manus.
Cur quoque succenses: quod adhuc tibi facta puella
Non tua? sed fieri ne tua possit agis.
Omnia de uiua tibi sunt speranda: quid aufert
Sæua mihi uitam: spem tibi diua mei?
Nec tu credideris: illum cui destinor uxor
Aegra superposita membra fouere manu.
Assidet ille quidem: quantum permittitis ipsi:
Sed meminit nostrum uirginis esse torum.
Et quoque nescio quid de me sensisse uidetur:
Nam lachrymæ causa sæpe latente cadunt:
Et minus audacter blanditur: & oscula rara
Accipit: & timido me uocat ore suam.
Nec miror sensisse: notis cum prodar apertis:
In dextrum uersor: cum uenit ille: latus.
Nec loquor: & tecto simulatur lumine somnus:
Captantem tactus eiicioque manum:
Ingemit: & tacite suspirat pectore: meque
Offensam: quamuis non mereatur: habet.
Si mihi: quid gaudes? & te iuuat ista uoluptas
Si mihi: quod sensus sum tibi fassa meos.
Si mihi lingua foret: tu nostra iustius ira
Qui mihi tendebas rætia dignus eras.
Scribis: ut inualidum liceat tibi uisere corpus:
Es procul a nobis: & tamen inde noces:
Mirabar quare tibi nomen acontius esset:
Quod faciet longe uulnus: acumen habes:
Certe ego conualui nondum de uulnere tali:
Vt iaculo scriptis eminus icta tuis.
Quid tamen huc uenias? sane miserabile corpus
Ingenii uideas bina trophæa tui.
Concidimus macie. color est sine sanguine qualem
In pomo refero mente fuisse tuo.

Candida nec mixto ſublucent ora rubore:
Forma noui talis marmoris eſſe ſolet.
Argenti color eſt inter conuiuia talis:
Quod tactum gelidæ frigore pallet aquæ.
Si me nunc uideas: uiſam prius eſſe negabis:
Arte nec eſt dices iſta petenda mea.
Promiſſique fidem ne ſim tibi uicta remittes:
Et cupies illud non meminiſſe deam.
Forſitan & faciesiurem ut contraria rurſus:
Quæque legam mittes altera uerba mihi.
Sed tamen aſpiceres uellem: prout ipſe rogabas:
Et diſcas ſponſæ languida membra tuæ.
Durius & ferro cum ſit tibi pectus aconti:
Tu ueniam noſtris uocibus ipſe petes.
Ne tamen ignores: ope qua reualeſcere poſſim
Quæritur adelphis fata canente deo:
Et quoque neſcio quantum nunc uaga fama ſuſurrat
Neglectam queritur teſtis habere fidem.
Hoc deus: & uates: hoc & mea carmina dicunt.
At deſunt uoto carmina nulla tuo.
Vnde tibi fauor hic? noua ni fortaſſe reperta eſt.
Quæ capiat magnos littera lecta deos.
Teque tenente deo nomen ſequor ipſa deorum:
Doque libens uictas in tua uota manus.
Faſſaque ſum matri deceptæ fœdera linguæ:
Lumina fixa tenet plena pudoris humo.
Cætera cura tua eſt: plus hoc quoque uirgine factum
Non timuit tecum quod mea charta loqui.
Iam ſatis inualidos calamo laſſauimus artus.
Et manus officium longius ægra negat.
Quid niſi quod cupio me iam coniungere tecum:
Reſtat ut aſcribat littera noſtra uale.

SAPHO PHAONI.

NVnquid: ubi aſpecta eſt ſtudioſæ littera dextræ
Protinus eſt oculis cognita noſtra tuis?
An niſi legiſſes auctoris nomina ſapphus.
Hoc breue neſcires unde mouetur opus:
Forſitan & quare mea ſint alterna requiris
Carmina: cum lyricis ſim magis apta modis.
Flendus amor meus eſt: elegi flebile carmen.
Non facit ad lachrymas barbitos ulla meas.
Vror: ut indomitis ignem exercentibus euris:
Fertilis accenſis meſſibus ardet ager.
Arua phaon celebrat diuerſa typhoidos ætnæ:
Me calor ætnæo non minor igne tenet.
Nec mihi diſpoſitis iungam quæ carmina neruis:
Prouenium: uacuæ carmina mentis opus:
Nec mihi pierides ſubeunt: dryadeſue puellæ.
Nec me theſpiadum cætera turba iuuat.
Vilis amintone: uilis mihi candida cydno:
Non oculis grata eſt atthis: ut ante: meis.
Atque aliæ centum: quas hic ſine crimine amaui:
Improbe multarum quod ſuit unus habes.
Eſt in te facies: ſunt apti luſibus anni:
O facies oculis inſidioſa meis.
Sume fidem & pharetram: fies manifeſtus apollo:
Accedant capiti cornua: bacchus eris.
Et phœbus daphnen: & gnoſida bacchus amauit:
Nec norat lyricos illa: uel illa modos.
Aut mihi pegaſides blandiſſima carmina dictant:
Iam canitur toto nomen in orbe meum:
Nec plus alcæus cenſors patriæque lyræque
Laudis habet: quamuis grandius ille ſonet.
Si mihi difficilis formam natura negauit:

Ingenio formæ

Ingenio formæ damna rependo meæ.
Nec me despicias: si sum tibi corpore parua:
Mensuramque breuis nominis ipsa fero.
Candida si non sum: placuit cepheia perseo
Andromede patriæ fusca colore suæ.
Et tua riis albæ iungun tur sæpe columbæ:
Et niger a uiridi turtur amatur aue.
Sed nisi quæ facie poterit te digna uideri:
Nulla futura tua est: nulla futura tua est.
Atnie quum legeres etiam formosa uidebar:
Vnam iurabas usque decere loqui.
Cantabam: memini: meminerunt omnia amantes:
Oscula cantanti tu mihi rapta dabas.
Hoc quoque laudabas: omnique a parte placebam:
Sed tunc præcipue: quum fit amoris opus.
Tunc te plus solito lasciuia nostra iuuabat:
Crebreque mobilitas: aptaque uerba ioco.
Atque ubi iam amborum fuerat confusa uoluptas:
Plurimus in lasso corpore langor erat.
Nunc tibi sic uides ueniunt noua præda puellæ:
Quid mihi cum lesbo? sicelis esse uolo.
Nec uos errorem tellure admittite nostrum:
Nisiades matres: sic elidesque nurus.
Nec uos decipiant blandæ mendacia linguæ:
Quæ dicit uobis: dixerat ante mihi.
Tu quoque quæ immites celebras erycina sicanos:
Nam tua sum: uati consule diua tuæ.
An grauis incæptum peragit fortuna tenorem:
Et manet in cursu semper acerba suo.
Sex mihi natales ierant: quum lecta parentis
Ante diem lachrymas ossa bibere meas.
Arsit inops frater uictus meretricis amore:
Mixtaque cum turpi damna pudore tulit.
Factus inops agili peragit freta cerula remo:
Quasque male amisit: nunc male quærit opes.
Me quoque quod monui bene multa fideliter: odit:
Hoc mihi libertas: hoc pia lingua dedit.
Et tanquam desint quæ me sine fine fatigent:
Accumulat curas filia parua meas.
Vltima tu nostris accedis causa querelis:
Non agitur uento nostra carina suo.
Ecce iacent collo positi sine lege capilli.
Nec premit articulos lucida gemma meos.
Veste tegor uili: nullum est in crinibus aurum.
Non arabo noster rore capillus olet.
Cui colar infœlix? aut cui placuisse laborem?
Ille mei cultus unicus auctor abest.
Molle meum leuibus cor est uiolabile telis:
Et semper causa est cur ego semper amem.
Siue ita nascenti legem dixere sorores:
Et data sunt uitæ fila seuera meæ:
Siue abeunt studia in mores: artesque magistras:
Ingenium nobis molle thalia dedit.
Quid mirum: si me primæ lanuginis ætas
Abstulit: atque anni quos uir amare potest.
Hunc ne pro cephalo raperes aurora timebam:
Et faceres: sed te prima rapina tenet.
Hunc si conspiciat: quæ conspicit omnia: phœbe:
Iussus erit somnos continuare phaon.
Hunc uenus in cælum curru uexisset eburno:
Sed uidet & marti posse placere suo.
O nec adhuc iuuenis: nec iam puer utilis ætas:
O decus: atque æui gloria magna tui.
Huc ades: inque sinus formose relabere nostros.

Non ut ames oro: quod ut amare ſinas.
Scribimus: & lachrymis oculi rorantur obortis:
Aſpice ſit quantum hoc multa litura loco.
Si tam certus eras hinc ire modeſtius iſſes:
Et modo dixiſſes leſbi puella uale.
Non tecum lachrymas: non oſcula ſumma tuliſti.
Denique non timui quod dolitura fui.
Nil de re mecum eſt: niſi tantum iniuria: nec te
Admonui quod tu pignus amantis habes.
Non mandata dedi: neque enim mandata dediſſem
Vlla: niſi ut nolles immemor eſſe mei.
Per tibi qui nunquam longe diſcedit amorem
Perque nouem iuro numina noſtra deas
Quom mihi neſcio quis fugiunt tua gaudia dixit.
Nec me flere diu: nec potuiſſe loqui:
Et lachrymæ deerant oculis & lingua palato:
Abſtrictum gelido frigore pectus erat.
Poſtquam ſe dolor imminuit: mea pectora planxi:
Nec puduit ruptis exululare comis.
Non aliter quam ſi nati pia mater adempti
Portet ad extructos corpus inane rogos.
Gaudet & e noſtro creſcit mœrore charaxes
Frater: & ante oculos itque reditque meos:
Vtque pudenda mei uideatur cauſa doloris:
Quid dolet hæc certe filia uiuit ait.
Non uenit in idē pudor atque amor: omne uidebat
Vulgus: eram lacero pectus aperta ſinu:
Tu mihi cura phaon te ſomnia noſtra reducunt:
Somnia formoſo candidiora die.
Illic te inuenio: quamquam regionibus abſis.
Sed non longa ſatis gaudia ſomnus habet.
Sæpe tuo noſtra ceruice onerare lacertos:
Sæpe tuæ uideor ſuppoſuiſſe meos.
Oſcula cognoſco: quæ tu committere linguæ
Aptaque conſueras accipere: apta dare:
Blandior interdum ueriſque ſimillima uerba
Eloquor: & uigilant ſenſibus ora meis
Vlterius pudet hic narrare: ſed omnia fiunt:
Et iuuat: & ſine te non licet eſſe mihi.
At quom ſe titan oſtendit & omnia ſecum:
Tam cito me ſomnos deſtituiſſe queror.
Antra nemuſque peto: tāquā nemus antraque proſint
Conſcia deliti is illa fuere meis.
Illuc mentis inops: ut quam furialis ericto
Impulit: in collo crine iacente feror.
Antra uident oculi ſcabro pendentia topho:
Quæ mihi mygdonii marmoris inſtar erant:
Inuenio ſiluam: quæ ſæpe cubilia nobis
Præbuit: & multa preſſit opaca coma:
Sed non inuenio ſiluæ dominumque meumque
Vile ſolum locus eſt: dos erat ille loci.
Cognoui preſſas noti mihi ceſpitis herbas:
De noſtro curuum pondere gramen erat.
Quin etiam rami poſitis lugere uidentur
Frondibus & mille dulce queruntur aues
Incubui: tetigique locum qua parte fuiſti:
Grata prius lachrymas combibit herba meas.
Sola uirum non ulta prius mœſtiſſima mater
Concinit iſmarium daulias ales itym.
Ales itym: ſaphos miſeros decantat amores
Hactenus: & media cætera nocte ſilent:
Eſt nitidus uitreoque magis perlucidus amne
Fons ſacer: hunc multi numen habere putant.
Quem ſupra ramos extendit aquatica lothos:

Hic ego

Vnda nemus tenero cespite terra uiret.
Hic ego quum fessos posuissem flebilis artus:
Formosus puer est uisus adesse mihi.
Constitit:& dixit:quæ nunc non ignibus æquis
Vreris:ambraciæ terra petenda tibi est.
Phœbus ab excelso quantum patet aspicit æquor:
Actæum populi:leucadiumque uocant.
Hic se deucalion pyrrhæ succensus amore
Misit:& illæso corpore pressit aquas.
Nec mora iussus amans tetigit lætissima pyrrhæ
Pectora:deucalion igne leuatus erat.
Hanc legem locus ille tenet.pete protinus altam
Leucada:nec saxo desiluisse time.
Vt monuit:cum uoce abiit:ego territa surgo:
Nec grauidæ lachrymas continuere genæ.
Ibimus o nymphæ:monstrataque saxa petemus:
Sit procul insano uictus amore timor
Quicquid erit:melius,quam nunc erit:aura subito:
Et mea non magnum corpora pondus habent.
Tu quoque mollis amor pennas suppone cadenti.
Ne sim leucadiæ mortua crimen aquæ.
Inde chelim phœbo communia munera ponam:
Et sub ea uersus unus & alter erit.
Grata lyram posuit tibi phœbe poetica sappho:
Conuenit illa mihi:conuenit illa tibi.
Cur nunc actiacas miseram me mittis ad oras.
Quum profugum possis ipse referre pedem.
Tu mihi leucadia potes esse salubrior unda:
Et formæ meritis tu mihi phœbus eris.
An potes o scopulis undaque ferocior illa.
Si moriar titulum mortis habere meæ?
O quantum melius iungi mea pectora tecum:
Quam poterant saxis præcipitanda dari.
Hæc sunt illa phaon:quæ tu laudare solebas:
Visaque sunt totiens ingeniosa tibi.
Nunc uellem facunda forem:dolor artibus obstat:
Ingeniumque meis substitit omne malis.
Non mihi respondent uereres incarmina uires:
Plectra dolore tacent:muta dolore lyra est.
Lesbides æquoreæ nupturæ nuptaque proles:
Lesbides æolia nomina dicta lyra:
Lesbides infamem quæ me fecistis amare:
Desinite ad citharas turba uenire meas.
Abstulit omne phaon quod uobis ante placebat
Me miseram:dixi quæ modo pene:meus.
Efficite ut redeat:uates quoque uestra redibit:
Ingenio uires ille dat:ille capit.
Hæc quid ego?& an precibus pectus ne agreste moueā.
An riget:& zephyri uerba caduca ferunt?
Qui mea uerba ferunt:uellem tua uela referrent.
Hoc te:si saperes:lente decebat opus.
Siue redis puppique tuæ uotiua parantur
Munera:quid laceras pectora nostra mora?
Solue ratem:uenus orta mari:mare præstat eunti:
Aura dabit cursum:tu modo solue ratem.
Ipse gubernauit residens in puppe cupido:
Ipse dabit tenera uela legetque manu.
Siue iuuat longe fugisse pelasgida sappho:
Non tamen inuenies:cur ego digna fuga.
Oſaltem miseræ crudelis epistola dicat:
Vt mihi leucadiæ fata petantur aquæ.

P.O.nasonis Sulmonēsis Poetæ Clarissimi Heroidū.
Liber unicus Explicit. Ex Suida.

Sappho Simōis:aut alii putāt:eumei:ut alii Erigii:ut alii ecripti.ut alii semi.alii cāonis. Etarchi: alii nōnulli

ſcam ādrōyni q̄bus aſtipulat̄ Herodotus.matre deide
Leſbia & Ereſſo lyrica nata q̄drageſima ſcda olympia
de:quo tpe & alceus & ſteſichorus.& pythacus. Tres fra
tres habuit laricū Caraxū.Eurigiū.cercyllæ uiro ādrio
ditiſſimo nupſit cui filiā pepit celeida noīe:amicas tris
atidē: Telleſipā: Megarā hūit:q̄bus ad libi dinē uſa di
cit.Diſcipulas anagorā ·mileſiā Gongilā Colophoniā.
Euicā Salaiā.Scripſit libros lyricos nouē prīa plectræ re
piit. Scripſit epigrāmata elegias.lābos.&uenias.ſappho,
Leſbia & mytilene pſaltria.hec amore Phaōis Mytilenci
ex leucade ſe deiecit. Antipater ſydonius.

Dulcia mnemoſyne demirans carmina ſapphus
Quæſiuit decima pieris unde foret.

Auſonius.

Leſbia pieriis ſappho ſoror addita muſis
Imenti lyricon aonidon decati.

Papius.

Steſichoruſque ferox:ſaltuſque ingreſſa uirile
Non formidata temeraria calchide ſapho.

Oratius.

Viuuntque comiſſi calores
Aeoliæ fidelibus puellæ:

A.Sabinus eques.Ro.celeberrimus uateſq; Naſonis tem
poribus floruit:qui has omnes reſponſiones & alias edi
dit quæ non reperiuntur.De quo quidem Sab.ipſe Na
ſo de ſine titulo libro ſecundo ad Marcum ita ſcribit.

Quam cito de toto rediit celer orbe ſabinus?
Scriptaque diuerſis rettulit ille locis?
Candida penelope ſignum cognouit ulyxis:
Legit ab hippolyto ſcripta nouerca ſuo:
Iam pius æneas miſeræ reſcripſit eliſæ:
Quodque legat phyllis:ſi modo uiuat:habet.
Triſtis ad hypſiphylen ab iaſone littera uenit
Dat uotum phœbo leſbis:amica lyre.

Idem de ponto libro tertio in inuidos.

Et qui penelope reſcribere iuſſit ulyxem
Errantem ſæuo per duo luſtra mari.
Quique ſuam troilen imperfectumque dicerum
Deſeruit celeri morte ſabinus opus.

Reſcripto Vlyxis ad penelopem

Pertulit ad miſerum tandem tua caſus ulyxē:
Penelope chartis uerba notata piis.
Agnoui coraque magnum:gēmaſque fideles:
Solamen longis illa fuere malis.
Arguis ut lentum.mallem quoque forſitan eſſe:
Quam tibi quæque tuli dicere:quæque feram.
Non hic obiecit mihi græcia:cum mea fictus
Detinuit patrio littore uela furor.
Sed thalamis nec uelle tuis nec poſſe carere:
Cauſaque fingendæ tu mihi mentis eras.
Nil tibi reſcribam curas:properemque uenire.
Dum propero aduerſi uela tulere noti.
Non me troia tenet grais odioſa puellis
Iam cinis:& tantum flebile troia ſolum:
Deiphobuſque iacet:iacet Aſius:& iacet hector:
Et quicunque tui cauſa timoris erat.
Euaſi & thracum cæſo duce prælia rheſo
In mea captiuis caſtra reuectus equis.
Turus & e media phrygiæ tritonidos aræ
Fatalis palmæ pignora capta tuli.
Nec timui commiſſus equo:male ſedula quamuis
Clamabat uates:urite troes equum:
Vrite.mendaci cælantur robore achiui:
Et phrygas in miſeros ultima bella ferunt.

Perdiderat

Perdiderat tumuli supremum munus achilles:
Sed thetidi est humeris redditus ille meis.
Nec laudem danai tanto renuere labori.
Erepti pretium corporis arma tuli:
Quid refert pelago sunt obruta: non mihi classes:
Non socii superant: omnia pontus habet.
Solus adhuc mecum: qui me tot casibus unus
Durauit patiens ad mala præstat amor.
Illum non auidis canibus nereia uirgo
Fregit: non timidis torta charybdis aquis.
Non ferus antiphates: nec in uno corpore discors
Parthenope blandis insidiosa modis.
Non quod colchiachas arte tentauerit herbas:
Non quod solennes altera diua toros.
Vtraque se nobis mortalia demere fila
Spondebat: stygias utraque posse uias.
Te tamen hac etiam spreta mercede petiui
Passurus terra tot mala totque mari.
Sed tu fœmineo nunc forsan nomine tacta:
Non secura leges cætera uerba mea.
Quæque mihi circe: quæ sit mihi causa calypso:
Iam dudum ignoto sollicitere metu.
Certe ego cum anthinoũ: polibum: meduntaque legi:
Heu toto sanguis corpore nullus erat.
Tot iuuenes inter tot uina liquentia semper
Hei mihi quid credam? pignore casta manes.
Cur ue placent ulli si sunt in fletibus ora
Deperit: & lachrymis non decor iste tibi:
Pacta quoque es thalamo nisi mendax tela moretur:
Et ceptum reuocas pallida super opus.
Ars pia: sed quotiens oculos frustrabere lana:
Successum totiens ars dabit ista tibi.
Ah melius polypheme tuo superatus in antro
Finissem ingratos ad mala tanta dies:
Threicio melius cecidissem milite uictus:
Ismaron errantes cum tenuere rates.
Crudelem ue illo saciassem tempore ditem
Quo redii stygiis fata moratus aquis.
Vidi ubi nequicquam quod me tua littera cessat
Sospes digresso quæ mihi mater erat.
Retulit illa domus eadem mala: meque querentem
Fugit ab amplexu ter resoluta meo.
Philacidem uidi contemptis sortibus ille
Primus in hectoreas intulit arma domos.
Fœlix laudata cum coniuge: læta per umbras
Illa suum forte sit comitata uirum.
Nec dum illi lachesis dictos numerauerat annos:
Sed iurat ante suum sic cecidisse diem.
Vidi: nec lachrymas oculi tenuere cadentes
Deformem atriden hei mihi cæde noua..
Illum troia uirum non læserat: ille furentem
Nauplion euboicos transieratque sinus.
Quid refert animam per uulnera mille profudit
Iam reduci soluens debita uota ioui.
Tyndaris has illi lætas pro fœdere pœnas
Struxerat: externos ipsa secuta uiros.
Ah mihi quid prodest captiuas teucridas inter
Cum staret coniunx hectoris atque soror:
Defectis hecuben potui legisse sub annis:
Ne tibi suspectus pellicis esset amor.
Prima meis omnem metuendum puppibus illa
Fecit non membris ipsa reperta suis.
Latratu nuseras finiuit mœsta querelas.
Et stetit in rabidam protinus acta canem:
Prodigio tali placidum thetis abstulit æquor.

Solus infusis incubuitque notis.
Per uagus hinc toto non fœlix differor orbe:
Et quacunque uocat fluctus & aura feror.
Sed si tyresias tam lehti prouidus augur:
Quam uerax uates in mala nostra fuit:
Et terra & pelago quicquid mihi triste canebat
Emensus:fato iam meliore uagor.
Iam mihi nescio quo comitem se in littore iungit
Pallas:& hospitibus per loca tuta trahit.
Nunc primum pallas uersæ potest funera troiæ
Visa mihi:medium temporis ira tulit.
Quicquid & œnides commiserat omnibus unus
Peccaui:danais omnibus ira nocens:
Nec tytide:cuius modo nouerat arma
Eximit:errato tu quoque ab orbe uenis.
Non thelamone satum capta de coniuge teucrum:
Non ipsum pro quo mille fuere rates.
Fœlix plistenides quacunque in sorte fuisti
Coniuge cum chara non grauis illa fuit.
Seu uenti fecere moras:siue æquara uobis.
Ad nulla est uester damna retentus amor.
Oscula nec uenti certe tenuere nec undæ:
Promptaque in amplexu brachia semper erant.
Sic utinam errarem.faceres tu mollia coniunx
Aequora:te socia nil mihi triste foret.
Nunc quoque thelamacho tecum mihi sospite tecto
Omnia sunt animo iam leuiora mala.
Quem tamen infestas rursus queror ire per undas
Herculeam sparten:nestoreamque pylon.
Ingrata est pietas:cui tanta pericula subsunt.
Nam male commissus fluctibus ipse fuit.
Sed labor in fine est occursum in littore uates
Dixit in amplexus charce ferere tuos.
Nascendus soli ueniam tibi.tu preme solers
Læticiam.& tacito gaudia conde sinu.
Non ui certandum:nec aperta in bella ruendum.
Sic cecinit laurus ille monere suas.
Forsitan ante dapes interque uacantia uina
Vltoris pharetris utile tempus erit.
Et modo despectum subito mirentur ulyxem
Hic precor:ut properet ille uenire dies:
Antiqui renoues qui lætus fœdera lecti:
Et tandem incipias coniuge chara frui.

Phyllidi Demophoon.

PHyllida demophoon patria dimittit ab urbe:
Et patriam meminit muneris esse tui.
Nec face demophoon alia nec coniuge capto:
Sed tamen fœlix quam tibi notus erat.
Thesea quo socero nequicquam phylli timebas
Impuleritque ignes forsitan ille tuos:
Turpe pati nobis:regno ferus expulit hospes:
Nunc illi finem longa senecta dedit armis.
Qui modo peltiferas fudit mæotidas.
Alcidæ magni non minor esse comes.
Qui socerum minoa graui sibi fecit ab hoste:
Mirantem monstri cornua uicta sui.
Arguor exilii:qui credis causa fuisse:
Nec tacitum frater nec sinit esse reum.
Dum thalamos inquit dilectæ phyllidos urges:
Et tuus externo cessat in igne furor.
Fluxere interea pede tempora lapsa fugaci:
Peruenitque tuas flebilis hora moras.
Forsitan aut nondum factis occurrere rebus:
Aut poteras factis utilis esse tamen.
Cum potiora tibi rhodopeia regna fuere:

Quæque

Quæque magis regnis chara puella fuit.
Intonant his athamas: eadem mox obiicit æthra
Infœlix functæ iam prope sortis anus.
Et quod non condant nati sua lumina palmæ:
Fecisse hic nostras arguit usque moras.
Non equidem infiteor: multum clamauit uterque
Staret threicius quum mihi puppis aquis.
Poscunt demophoon: quid cessas? carbasa uenti:
Demophoon patrios respice iure deos.
Respice & exemplum qua gaudes phylyda sume:
Sic amat: ut terra: nolit abire sua.
Vtque redire uelis: non ut comitetur euntem:
Te rogat: & præfert barbara regna tuis.
Me tamen hic inter tacitum conuitia sæpe:
Aduersus memini uota tulisse notis.
Sæpe abitura tuo ponente brachia collo:
Gauisum influctus æquora mota truces:
Nec metuam hoc ipso coram genitore fateri:
Libertas meritis est mihi facta tuis.
Dices non duro dilectam phyllida liqui
Pectore: nec præceps uela ferenda dedi.
Et fleui: & flentem solando sæpe remansi:
Cum staret cursus iam mihi certa dies.
Denique threicia ueni rate: non dare phyllis
Quam potuit iussit tardius ire ratem.
Ignosce & faxo memores minoidos: ipse
Antiquus nec dum pectore cessit amor.
Et quotiens oculis circundat sidera: dixit
Quæ fulget cœlo: nostra puella fuit.
Illum dilecta bacchus sibi credere iussit
Coniuge: desertæ crimen at ille subit.
Exemploque patris periurus dicor: & ipse.
Nec quæris causas sithoni dura moræ.
Nec satis ampla putas redituri pignora: si me
Non amor alterius non amor ullus habet?
Nulla ne fama tibi turbatos phylli penates
Theseos & miseræ rettulit acta domus?
Non laqueos audis chari me flere parentis?
Flebilior laqueis hei mihi causa subest.
Non fratrem hippolytum: cecidit miserabilis ille
Præceps attonitis per freta raptus equis.
Non tamen excuso reditus: licet undique fata
Accumulent causas: tempora parua peto.
Thesea quod superest patrem tumulabimus ante
Succedat tumulo non sine honore decens.
Da spacium: ueniamque peto. non perfidus absum:
Nec mihi iam terra tutior ulla tua est.
Quicquid mite fuit post diruta pergama quicquid
Aut bella: aut pelagi detinuere moræ:
Sola fuit thracæ. patria quoque iactor in illa.
Auxilium superes casibus una meis.
Si modo mens eadem: nec quod sit iam mihi diues
Regia cecropia non minor arce mouet.
Nec patris offendunt casus: nec crimina matris:
Nec iam non fœlix omine demophoon.
Quid si phœbeam peterem te coniuge troiam?
Perque annos sequerer bella gerenda decem?
Penalopen audis toto laudatur in orbe
Exemplum fidei non leue facta tori.
Illa piæ sic rumor ait mendacia telæ
Struxit: & instantes distulit arte procos.
Cum properata palam reuocaret stamina noctis:
Atque iterum in lanas omne rediret opus.

At tua ne fugiant ſpreti connubia thraces
Phylli times.uni nubere dura potes?
Eſtque tibi pectus cuiuſquam accedere tædas?
Obſtat perfidiæ nec metus iſte tuæ.
O tibi quantus erit facti rubor.ah tibi quantus
Tum dolor:aſpicies cum mea uela procul.
Damnabiſque tuos ſero temeraria queſtus.
Demophoon dices hei mihi fidus erat.
Demophoon rediit:& ſæuos forſitan euros
Paſſus:& hibernas dum quoque credit aquas.
Ah cur neſcio quam properauimus hei mihi culpam
Rupi:quam ruptam ſum mihi queſta fidem.
Sic tamen ah potius ſic perſtes quam mihi de te
Vlterior tangat pectora phylli dolor.
Quos tibi me miſerum laqueos.quæ fata minaris
Et nimis audaces gens habet iſta deos.
Parce precor:flámaſque domus mihi crimen habentis
Perfide gemina ne preme dura nota.
Excuſet patrem ſatis in parte relicta
Gnoſide.non merui cum ferar ipſe nocens?
Nunc uenti mea uerba ferant:qui uela tulerunt.
Eſt animus reditus ſed pia cauſa tenet.

Reſcriptum Paridis Oenone.

QVæ ſatis apta tibi tam iuſte nympha querenti:
Reſcribam fateor quærere uerba manum.
Quærit nec ſubeunt ſentit ſua crimina tantum.
Soluere quæ ſentit non ſinit alter amor
Si leuat hic iras:ipſo me iudice damnor.
Quid refert:cauſa tu meliore cares.
Damnatumque tibi non ſub ſua iura cupido:
Retrahit:alterius ſic quoque præda ſumus.
Prima meis tu pacta toris:faſſuſque iuuentam
Te primum accepta eſt coniuge noſter amor.
Nondum tantus eram quo me genitore ſuperbum
Arguis hoc dominus tunc retinendus eram.
Non egò deiphobum ſperabam:aut hectora fratrem
Cum páſtos agerem te comitante greges.
Reginâque hecuben niſi matris nomine noram.
Et fueras illi digna manere nurus
Sed non eſt rationis amor te conſule nympha
Læſa es:& læſam ſcribis amare tamen:
Cumque petant ſatyri connubia cum tua panes
Deiectæ memores tu tamen uſque facis.
Adde quod hic ſatis amor eſt adiutus.& illum
Præſcia uenturi uiderat ante ſoror.
Nondum tyndaridos nomen mihi federat aure:
Nec cecinit graios illa uocare uiros.
Omnia uera uides ſuperant mea uulnera tantum:
Vtque tuam ſupplex poſcere cogor opem.
Te penes arbitrium noſtræ uitæque:neciſque:
Victuri iam nunc pectora ſumte tibi.
Fleuiſti memini tamen hac in uoce canentis:
Et mala dixiſti ſint precor iſta procul.
Nec ſic fata ferant tulerint ſic cætera quamuis:
Vt poſſim oenone perdere læſa parim.
Tot ſuperare metus qui me nec credere cogit
Ignoſcas:idem te quoque fallit amor.
Imperat ille deus:cum uult in cornua tauri:
Cum uult in pennas:deſtruit ille iouem.
Non foret in terris tanto miranda decore
Tyndaris:heu flammis nata puella meis.
Si ſua non cygno mutaſſet iuppiter ora:
Fluxerat in danaes aureus ante ſinus.
Piniferumque idem falſus luſtrauerat ales:

Inter agenoreas constiteratque boues.
Victorem alciden dominæ quis pensa tenere
Crederet? at lanas nere coegit amor.
Dicitur & choæ sedisse in ueste puellæ:
Illa claeoneo tecta leone fuit.
Te memini phœbum œnone: mea crimina dico
Fugisse: & nostros præposuisse toros.
Non ego præstabam phœbo: sed tela cupido
His in te uoluit legibus ire sua.
Consuluere tamen digna tua pellice damna
Quam tibi prætulimus nata puella ioue est.
Sed quod nata ioue est nimium me tangit in illa.
Quod non est facies pulchrior ulla nocet:
Atque utinam formæ iudex incallidus essem
Creditus ideis pegasi nympha iugis:
Non mihi iunonis nec obesset pallados ira:
Laudata est oculis quod citherea meis.
Diuidit hæc aliis flammas celeresque paresque:
Vt libidum est nati temperat ipsa faces.
Non tamen eualuit uitare domestica tela:
Quos aliis arcus & sibi dura tulit:
Deprensam coniunx illam in mauorte dolebat:
Testibus hic diuis cum ioue questus erat.
Iam dolet & mauors terras ultroque relinquit:
Prætulit anchisen hic habitura suum.
Anchisen propter uoluit formosa uideri:
Visaque post latam iacuit ulta deam.
Quid mirum est potuisse pari succurrere amori
Immunis sub quo non fuit ipse paris.
Quam læsus menelaus amat: non læsus amaui.
Adiice non læso quod comes ipsa fuit.
Et magnos uideo cogi mihi rapta tumultus:
Armataeque petunt pergama mille rates.
Non uereor belli ne non sit causa probanda.
Est illi facies digna mouere duces.
Si mihi nulla fides. armatos respice atridas
Quam sibi sic repetunt. sic metuenda mihi est.
Quod si uertendas spes mentis concipis huius:
Cur cessant herbæ carmina cure tua?
Cum te nec phœbi solertior artibus ulla est.
Phœbeaeque hecate: somnia uera uides.
Tecum sideribus: tecum deducere lunam:
Nubimus & memini surripuisse diem.
Pascebam tauros interque armenta leones:
Obstupuit placidos uocibus ire tuis
Quid retro xanthum: retro symoenta uocatum
Adiiciam cursus non tenuisse suos.
Ipse pater seu rem nate male tutus haberet
Contatas quotiens restitit inter aquas.
Nunc locus œnone est nunc illas tende: parauit
Siue tuos ignes pellere siue meos.

FINIS.

P. Ouidii Nasonis Elegiarum: siue amorum Liber I. Quemadmodum a cupidine pro bellis amores scribere coactus sit.

QVi modo Nasonis fueramus quinque libelli:
Tres sumus: hoc illi ꝑtulit autor opus.
Vt iam nulla tibi non sit legisse uoluptas:
At leuior demptus pœna duobus erit.
Arma graui numero: uiolentaque bella parabam
Edere: materia conueniente modis:

Par erat inferior uersus: risisse cupido
Dicitur: atque unum surripuisse pedem:
Quis tibi sæue puer dedit hoc in carmine iuris?
Pieridum uates: non tua turba sumus.
Quid: si præripiat flauæ uenus arma mineruæ?
Ventilat accensas flaua minerua faces?
Quis probet in siluis cererem regnare iugosis?
Lege pharatratæ uirginis arua coli?
Crinibus insignem quis acuta cuspide phœbum
Instruat: aoniam marte mouente lyram?
Sunt tibi magna puer: nimium quo potentia regna
Cur opus affectas ambitiose nouum?
An quod ubique tuum est? tua sunt heliconia tempe?
Vix etiam phœbo iam lyra tuta sua est?
Cum bene surrexit uersu noua pagina primo:
Attenuat neruos protinus ille meos.
Nec mihi materia est numeris leuioribus apta:
Aut puer: aut longas compta puella comas.
Questus eram: pharetra cum protinus ille soluta:
Legit in exitium spicula facta meum.
Lunauitque genu sinuosum fortiter arcum:
Quodque canas uates accipe dixit opus.
Me miserum: certas habuit puer ille sagittas:
Vror: & in uacuo pectore regnat amor.
Sex mihi surgat opus numeris in quinque resident:
Ferrea cum uestris bella ualete modis:
Cingere littorea flauentia tempora myrto
Musa per undenos emodulanda pedes.

Quod primo amore correptus: in triumphum Cupidinis se duci patiatur.

Esse quid hoc dicam: quod tã mihi dura uident
Strata: neque in lecto pallia nostra sedent?
Et uacuus somno noctem q̃ longa peregi:
Lassaque uersati corporis ossa dolent.
Nam puto sentirem: si quo tentarer amore:
An subit: & tacita callidus arte nocet?
Sic est: hæserunt tenues in corde sagittæ:
Et possessa serus pectora uersat amor.
Cædimus: an subitum luctando accedimus ignem?
Cedamus: leue fit quod bene fertur onus.
Vidi ego iactatas mota face crescere flammas.
Et uidi nullo concutiente mori.
Verbera plura ferunt: quam quos iuuat usus aratri:
Detrectant pressi dum noua prima boues.
Asper equus duris contunditur ora lupatis.
Frena minus sentit quisquis ad arma facit.
Acrius inuitos multoque ferocius urget:
Quam qui seruitium ferre fatentur: amor.
En ego confiteor: tua sum noua preda cupido:
Porrigimus uictas ad tua iura manus.
Nil opus est bello: ueniam pacemque rogamus:
Non tibi laus armis uictus inermis ero.
Necte comam lauro: maternas iunge columbas.
Qui deceant currus uictricus ipse dabit.
Inque dato curru populo clamante triumphum
Stabis: & adiunctas a te mouebis aues.
Ducentur capti iuuenes: captæque puellæ:
Hæc tibi magnificus pompa triumphus erit.
Ipse ego præda recês factum modo uulnus habebo:
Et noua captiua uincula mente feram:
Mens bona ducetur manibus post terga retortis:
Et pudor: & castris quicquid amoris obest.
Omnia te metuent: ad te sua brachia tendent.

Vulgusio

Vulgus io magna uoce triumphe canet.
Blanditiæ comites tibi erunt retrorque furorque
Assidue partes turba secuta tuas.
His tu militibus superas hominesque deosque:
Hæc tibi si demas commoda nudus eris.
Læta triumphanti de summo mater olympo
Plaudet: & appositas sparget in ora rosas.
Tu pena & pulchros gemma uariante capillos
Ibis in auratis aureus ipse rotis.
Tum quoque non paucos: si te bene nouim: us: ures
Tunc quoque præteriens uulnera multa dabis.
Non possunt: licet ipse uelis: cessare sagittæ.
Feruida uicino flamma uapore nocet.
Talis erat domita bacchus gangetide terra.
Tu grauis alitibus: tygribus: ille fuit
Ergo cum possim sacri pars esse triumphi:
Parce tuas in me perdere uictor opes.
Aspice cognati fœlicia cæsaris arma
Qua uicit: uictos protegit ille manu.

Ad amicam.

IVsta præcor: que me nuper prædata puella est:
Aut amet: aut faciat cur ego semper amem.
Ah nimium uolui: tantum patiatur: amari.
Audierit nostras tot cytherea preces.
Accipe: per longos tibi qui deseruiat annos:
Accipe: qui pura norit amare fide:
Si me non ueterum commendant magna parentum
Nomina: si nostri sanguinis auctor eques:
Nec meus in numeris renouatur campus aratris:
Temperat & sumptus parcus uterque parens:
At phœbus: comitesque nouem: uitisque repertor
Hoc faciunt: & me qui tibi donat amor:
Et non cessuri nisi diis sine crimine mores:
Nudaque simplicitas: purpureusque pudor.
Non mihi mille placent: non sum desertor amoris:
Tu mihi si qua fides: cura perennis eris.
Tecum quos dederint annos mihi fila sororum:
Viuere contingant: teque dolente mori.
Tu mihi materiam fœlicem in carmine præbe.
Prouenient causæ carmina digna tuæ.
Carmine nomen habet exterrita cornibus io:
Et quam fluminea lusit adulter aue.
Quæque super puntum simulato uecta iuuenco.
Virginea tenuit cornua falsa manu.
Nos quoque per totum pariter cantabimur orbem:
Iunctaque semper erunt nomina nostra tuis.

Amicam qua arte: quibusue nutibus ī cœna præsente uiro uti debeat: admonet.

VIr tuus est epulas nobiscum aditurus easdem:
Vltima cœna tua sit precor illa uiro.
Ergo ego dilectam tantum conuiuia puellam
Aspiciam: tangi quem iuuet alter erit.
Alteriusque sinu dextram subnixa foue bis:
Iniiciet collo cum uolet ille manum.
Desine mirari: posito quod candida uino
Athracis ambiguos traxit in arma uiros.
Nec mihi silua domus: nec equo mea mẽbra cohærẽt
Vix a te uideor posse tenere manus.
Quæ tibi sunt facienda: tamen cognosce: nec euris
Da mea nec tepidis uerba ferenda notis.
Ante ueni: quam uir: nec quid: si ueneris ante:
Possit agi: uideo: sed tamen ante ueni:
Cum premet ille torum: uultu comes ipsa modesto
Ibis: ut accumbas: clam mihi tange pedem.
Me specta nutusque meos: uultum loquacem:

Excipe furtiuas: & refer ipsa notas.
Verba supercilijs sine uoce loquentia dicam.
Verba leges digitis: uerba notata mero.
Cum tibi succurret ueneris lasciuia nostræ:
Purpureas tenero pollice tange genas.
Si quid erit: de me tacita quod mente loquaris:
Pendeat extrema mollis ab aure manus:
Cum tibi quæ faciam mea lux dicamue: placebunt:
Versetur digitis annulus usque tuis.
Tange manu mensam: tangunt quo more precantes
Optabis merito cum mala multa uiro.
Quod tibi miscuerit: sapias: bibat ipse iubeto.
Tu puerum leuiter posce quod ipsa uoles.
Quæ tu reddideris: ego primus pocula sumam:
Et qua tu biberis: hac ego parte bibam.
Si tibi forte dabit: quos prægustauerit ipse:
Reiice libatos illius ore cibos.
Nec premat ille suis finito tua colla lacertis:
Mite nec in rigido pectore pone caput.
Nec sinus admittat digitos: habile sue papillæ:
Oscula præcipue nulla dedisse uelis.
Oscula si dederis: fiam manifestus amator:
Et dicam mea sunt: iniiciamque manus.
Hæc tamen aspiciam: sed quæ bene pallia celant:
Illa mihi cæci causa timoris erunt:
Nec femori committe femur: nec crure cohære:
Nec tenerum duro cum pede iunge pedem.
Multa miser timeo: quia feci multa proterue.
Exemplique metu torqueor ipse mei.
Sæpe mihi dominæque meæ properata uoluptas:
Veste subiecta dulce peregit opus.
Hoc tu non facies: sed ne fecisse puteris:
Conscia de tergo pallia deme suo.
Vir bibat usque roga: precibus tamen oscula desint:
Dumque bibet furtim: si potes: ad de merum.
Si bene compositus somno uinoque iacebit:
Consilium nobis resque locusque dabunt:
Cum surges abitura domum: surgemus & omnes:
In medium turbæ fac memor agmen eas.
Agmine me inuenies: aut inuenieris in illo.
Quicquid ibi poteris tangere tange mei.
Me miserum monui: paucis quod prosit in horis:
Separor a domina nocte iubente mea:
Nocte uir includet: lachrymis ego mœstus obortis
Qua licet: ad sæuas persequar usque fores.
Oscula iam sumet: iam non tantum oscula sumet:
Quod mihi das furtim: iure coacta dabis.
Verum inuita dato: potes hoc: similisque coactæ:
Blanditiæ taceant: sitque maligna uenus.
Si mea uota ualent: illum quoque ne iuuet: opto:
Si minus: at certe te iuuet inde nihil.
Sed quæcunque tamen noctem fortuna sequatur:
Cras mihi constanti uoce dedisse nega.

Corinnæ concubitus.

Festus erat: mediamque dies exegerat horam:
Apposui medio membra leuanda toro.
Pars adaperta fuit: pars altera clausa fenestræ:
Quale fere siluæ lumen habere solent.
Qualia sublucent fugiente crepuscula phœbo:
Aut ubi nox abiit: nec tamen orta dies.
Illa uerecundis lux est præbenda puellis:
Qua timidus latebras speret habere pudor.
Ecce corinna uenit tunica uelata recincta:
Candida diuidua colla tegente coma.
Qualiter in thalamos formosa semyramis isse
Dicitur: & multis

Dicitur:& multis laïs amata uiris.
Diripui tunicam:nec multum rara nocebat.
Pugnabat tunica sæ tamen illa tegi.
Quæ cum ita pugnaret:tanquam quæ uincere nollet:
Victa est non ægre proditione sua.
Vtstetit ante oculos posito uelamine nostros:
In toto nusquam corpore menda fuit.
Quos humeros:quales uidi tetigique lacertos?
Forma papillarum'quam fuit apta premi?
Quam castigato planus sub pectore uenter?
Quantum & quale latus?quam iuuenile femur?
Singula quid referam?nil non laudabile uidi.
Et nudam pressi corpus adusque meum.
Cætera quis nescit:lassi requieuimus ambo.
Prouenïant medii sic mihi sæpe dies.
Ad ianitorem:ut fores sibi aperiat.

Ianitor indigne dura religate catena.
Difficilem moto cardine pande forem.
Quod precor exiguum é aditu fac ianua paruo
Obliquum capiat semiadaperta latus
Longus amor tales corpus tenuauit in usus:
Aptaque subducto corpore membra dedit.
Ille per excubias custodum leniter ire
Monstrat:inoffensos dirigit ille pedes.
At quondam noctem:simulacraque uana timebam:
Mirabar tenebris quisquis iturus erat.
Risit:ut audiuit tenera cum matre cupido:
Et leuiter:fies tu quoque fortis ait.
Nec mora uenit amor:non umbras nocte uolantes:
Non timeo strictas in mea fata manus.
Tenimium timeo lentum:tibi blandior uni.
Tu me quo possis perdere fulmen habes.
Aspice:ut inuideas:inimicaque claustra relaxa:
Vda sit ut lachrymis ianua facta meis.
Certe ego cum posita starem ad uerbera ueste:
Ad dominam pro te uerba tremente tuli.
Ergo quæ ualuit pro te quoque gratia quondam:
Heu facinus:pro me nunc ualet illa parum.
Redde uicem meritis:gratis licet esse quod opto.
Tempora noctis eunt:excute poste seram.
Excute:sic nunquam dura religere catena:
Nec tibi perpetuo serua bibatur aqua.
Ferreus orantem nequicquam ianitor audis:
Roboribus duris ianua fulta riget.
Vrbibus obsessis clausæ munimina portæ
Prosunt:in media pace quid arma times?
Quid faceres hosti:qui sic excludis amantem?
Tempora noctis eunt:excute poste seram.
Non ego militibus uenio comitatus:& armis.
Solus eram:si non sæuus adesset amor.
Hunc ego:si cupiam:nunquam dimittere possum:
Ante uel a membris diuidar ipse meis.
Ergo amor & modicum circum mea tempora uinū
Mecum est:& madidis lapsa corona comis.
Arma quis hæc timeat:quis non eat obuius illis?
Tempora noctis eunt.excute poste seram.
Lentus es:an somnus qui te male præbet amanti:
Verba dat in uentos aure repulsa tua?
At:memini:primo cum te celare solebam:
Peruigil in mediæ sidera noctis eras.
Forsitan & tecum tua nunc requiescit amica:
Heu melior quanto sors tua sorte mea est.
Dum modo sic:in me duræ transite catenæ:
Tempora noctis eunt:excute poste seram.
Fallimur?an uerso sonuerunt cardine postes?

Raucaque concussæ signa dedere fores.
Fallimur impulsa est animoso ianua uento.
Heu mihi quam longe spem tulit aura meam.
Si satis est raptæ borea memor orithiæ:
Huc ades: & surdas flamine tunde fores.
Vrbe silent tota: uitreoque madentia rore
Tempora noctis eunt: excute poste seram.
Aut ego iam ferroque ignique parator ipse:
Quam face substineo tecta superba petam.
Nox & amor uinumque nihil moderabile suadent:
Illa pudore uacat liber amorque metu.
Omnia consumpsi: nec te precibusque minisque
Mouimus: es foribus durior ipse tuis.
Nec te formosæ decuit seruare puellæ
Limina: sollicito carcere dignus eras.
Iamque pruinosos metitur lucifer axes:
Inque suum miseros excitat ales opus.
At tu non lætis detracta corona capillis:
Dura super tota limina nocte iace.
Tu dominæ cum te proiectam mane uidebit:
Temporis absumpti tam male testis eris.
Qualiscunque uale sentique abeuntis amorem:
Lente nec admisso turpis amante uale.
Vos quoque crudeles rigido cum limine postes:
Duraque consertæ ligna ualete fores.

Ad pacandum amicam: quam uerberauerat.

Add. FIde manus in uincla meas: meruere catenas:
Dum furor omnis abit: si quis amicus adest.
Nam furor in dominam temeraria brachia mouit:
Flet mea uesana læsa puella manu:
Tunc ego uel charos potui uiolare parentes:
Sæua uel in sanctos uerbera ferre deos.
Quid non & clipei dominus septemplicis aiax
Strauit deprensos lata per arua greges?
Et tu index in matre patris malus ultor oreste
Ausus in arcanas poscere tela deas?
Ergo ego digestos potui laniare capillos?
Nec domina motæ dedecuere comæ?
Sic formosa fuit: talem schincida dicunt
Mænalias arcu solicitasse feras.
Talis periuri promissaque uelaque thesei:
Fleuit præcipites cressa tulisse notos.
Sic ubi uittatis quod erat cassandra capillis:
Procubuit templo casta minerua tuo.
Quis mihi non demens: quis non mihi barbare dixit
Ipsa nihil pauido lingua retenta metu est.
Sed taciti fecere tamen conuitia uultus:
Egit me lachrymis ore silente reum.
Ante meos humeris uellem cecidisse lacertos:
Vtilius potui parte carere mei.
In mea uexanas habui dispendia uires:
Et potui pœnam fortis inire meam.
Qui mihi nobiscum cædis sceleruмque ministri?
Debita sacrilegæ uincla subite manus.
An: si pulsassem minimum de plæbe quiritem:
Plecterer? in dominam ius mihi maius erit?
Pessima titides sceleruм monumenta reliquit:
Ille deam primus perculit: alter ego.
Et minus ille nocens: quam me profitebar amare:
Læsi: titides sæuus in hoste fuit.
I nunc magnificos uictor molire triumphos:
Cinge comam lauro: uotaque redde ioui.
Quæque tuos currus comitantum turba sequetur:
Clamet io forti uicta puella uiro est.
Ante eat effuso tristis captiua capillo:

Si sinerent

Si ſinerent læſæ candida tota genæ.
Aptius impreſſis fuerat liuere labellis:
Et collum blandi dentis habere notam.
Denique ſi tumidi ritu torrentis agebar:
Cæcaque me prædam fecerat ira ſuam.
Nonne ſatis fuerat timidæ inclamaſſe puellæ:
Nec nimium rigidas intonuiſſe minas.
Aut tunicam ſumma deducere turpiter ora.
Vt mediam mediæ zona tuliſſet opem.
At nunc ſuſtinui raptis a fronte capillis:
Ferreus ingenuas ungue notare genas.
Aſtitit illa amens albo & ſine ſanguine uultu:
Cæduntur pariis qualia ſaxa iugis:
Exanimes artus:& membra trementia uidi:
Vt cum populeas uentilat aura comas.
Vt leni zephiro gracilis uibratur arundo:
Summaue quum tepido ſtringitur unda noto.
Suſpenſæque diu lachrymæ fluxere per ora:
Qualiter obiecta de niue manat aqua.
Tunc ego me primum cœpi ſentire nocentem:
Sanguis erant lachrymæ:quas dabat illa:meus.
Tæ tamen ante pedes uolui procumbere ſupplex:
Ter formidatas reppulit illa manus.
At tu ne dubita:minuet uindicta dolorem:
Protinus in uultus unguibus ire licet.
Nec noſtris oculis:nec noſtris parce capillis:
Quaſlibet infirmas adiuuat ira manus.
Neue mei ſceleris tam triſtia ſigna ſuperſint:
Pone re compoſitas in ſtatione comas.
Execratur lenam:quæ puellam ſuam meretriciam artem inſtruebat.

Est quædã quicunque uolet cognoſcere lenam
Audiat:eſt quædam nomine dypſas anus.
Ex re nomen habet.nigri non illa parentem
Mennonis in roſeis ſobria uidit equis.
Illa magas artes:æaque carmina nouit.
Inque caput liquidas arte recuruat aquas.
Scit bene quid gramen:quid torto concita bombo
Litia:quid ualeat uirus amantis equæ.
Cum uoluit:toto glomerantur nubila cælo:
Cum uoluit:puro fulget in orbe dies.
Sanguine:ſi qua fides:ſtillantia ſidera uidi:
Purpureus lunæ ſanguine uultus erat.
Hanc ego nocturnas uerſam uolitare per umbras
Suſpicor:& pluma corpus anile tegi.
Suſpicor:& fama eſt:oculis quoque populа duplex
Fulminat:& geminum lumen ab orbe uenit.
Euocat antiquis proauos:atauoſque ſepulchris:
Et ſolidam longo carmine findit humum.
Hæc ſibi propoſuit thalamos uiolare pudicos:
Nec tamen eloquio lingua nocente caret.
Fors me ſermoni teſtem dedit:illa monebat
Talia:me duplices occuluere fores.
Scis hera te mea lux iuueni placuiſſe beato.
Heſit:& in uultu conſtitit uſque tuo.
Et cur non placeas:nulli tua forma ſecunda eſt.
Me miſeram dignus corpore cultus abeſt.
Tam fœlix eſſes:quam formoſiſſima uellem:
Non ego te facta diuite pauper ero.
Stella tibi oppoſiti nocuit contraria martis:
Mars abiit:ſigno nunc uenus apta tuo eſt.
Proſit ut aduenies en aſpice diues amator
Te cupit:& curæ quid tibi deſit habet.
Est etiam facies:quæ ſe tibi comparet illi.
Si te non emptam uellet:emendus erat.

Erubuit: decet alba quidem pudor ora: sed iſte
Si ſimules: prodeſt: uerus obeſſe ſolet.
Cum bene deiectis gremium ſpectabis ocellis:
Quantum quiſque ferat: reſpiciendus erit.
Forſitan incultæ tatio regnante ſubinæ
Noluerant habiles pluribus eſſe uiris.
Nunc mars externis animos exercet in armis:
Et uenus æneæ regnat in urbe ſui.
Ludunt formoſæ: caſta eſt: quam nemo rogauit:
Aut ſi ruſticitas non uetat: ipſa rogat.
Has quoque: quas frontis rugas in uertice portas:
Excute: de rugis crimina multa cadent.
Penelope uires iuuenum tentabat in arcu
Qui latus augeret corneus arcus erat.
Labitur occulte: fallitque uolatilis ætas:
Et celer admiſſis labitur annus equis.
Aera nitent uſu: ueſtis bona quærit haberi.
Caneſcunt turpi tecta relicta ſitu.
Forma: niſi admittas: nullo exercente ſeneſcit.
Nec ſatis effectus unus & alter habet.
Certior e multis nec tam inuidioſa rapina eſt:
Præda uenit canis de grege plena lupis.
Ecce quid iſte tuus præter noua carmina uates
Donat: amatoris milia multa leges.
Ipſe deus uatum palla ſpectabilis aurea
Tractat in auratæ conſona fila lyræ.
Qui dabit: ille tibi magno ſit maior homero:
Crede mihi: res eſt ingenioſa dare.
Nec tu ſiquis erit capitis mercede redemptus:
Deſpice gypſati nomen inane pedis.
Nec te decipiant ueteris quinquatria cæræ:
Tolle tuos mecum pauper amator auos.
Qui quia pulcher erit: poſcet ſine munere noctem:
Quod det: amatorem flagitet ante ſuum:
Parcius exigito pretium: dum rætia tendis.
Ne fugiant captos legibus ure tuis.
Nec nocuit ſimulatus amor: ſine credat amari:
Et caue ne gratis hic tibi conſtet amor.
Sæpe nega noctem: capitis modo finge dolorem:
Et modo quæ cauſas præbeat: iſis erit.
Mox recipe: ut nullum patiendi colligat uſum
Neue relenteſcat ſæpe repulſus amor.
Surda ſit oranti tua ianua: laxa ferenti:
Audiat excluſi uerba receptus amans.
Et quaſi læſa prius non unquam iraſcere læſo.
Vaneſcat culpa culpa repulſa tua.
Sed nunquam dederis ſpatioſum tempus in iram:
Sæpe ſimultates ira morata facit.
Quin etiam diſcant oculi lachrymare coacti:
Et faciant udas ille uel ille genas.
Nec ſi quem fallas: tu periurare timeto:
Commodat illuſis numina ſurda uenus.
Seruus & ad partes ſolers ancilla parentur.
Qui doceant apte quid tibi poſſit emi.
Et ſibi pauca rogent: multos ſi pauca rogabunt:
Poſtmodo de ſtipula grandis aceruus erit.
Et ſoror & mater nutrix quoque carpat amantem:
Fit cito per multas præda petita manus.
Cum tibi deficient poſcendi munera cauſæ:
Natalem libo teſtificare tuum.
Ne ſecurus amet nullo riuale: caueto.
Non bene: ſi tollas prælia: durat amor.
Ille uiri uideat: toto ueſtigia lecto:
Factaque laſciuis liuida colla notis.
Munera præcipue uideat: quæ miſerit alter.

Si tibi nil dederit:sacra roganda uia est.
Cum multa abstuleris:ut non tamen omnia donet:
Quod nunquam reddas commodet ille:roga.
Lingua iuuet:mentemque tegat:blandire:noceque:
Impia sub dulci melle uenena latent.
Hæc si præstiteris usu mihi cognita longo:
Nec tulerint uoces uentus:& aura meas:
Sæpe mihi dices:uiuas bene:sæpe rogabis:
Vt erat defunctæ molliter ossa cubent.
Vox erat in cursu:cum me mea prodidit umbra:
At nostræ uix se continuere manus:
Quin albam raramque comam:lachrimosaque uino
Lumina rugosas distraheremque genas.
Dii tibi dent nullosque lares:inopemque senectam:
Et longas hyems:perpetuamque sitim.
Ad atticum. Amante non oportere desidiosum esse:sicuti nec militem.

Militat omnis amans:& habet sua castra cupido
Attice:crede mihi:militat omnis amans.
Quæ bello ẽ habilis:ueneri quoq; cõuẽit ætas
Turpe senex miles:turpe senilis amor.
Quos petitere duces annos in milite forti:
Hos petit in socio bella puella uiro.
Peruigilant ambo:terra requiescit uterque.
Ille fores dominæ seruat:at iste ducis.
Militis officium longa est uia:mitte puellam:
Strennuus exempto fine sequatur amans
Ibit in aduersos montes. duplicataque nimbo
Flumina:congestas conteret ille niues.
Nec freta pressurus tumidos causabitur euros:
Aptaque uertendis sidera quæret aquis.
Quis nisi uel miles:uel amans:& frigora noctis
Et denso mixtas perferet imbre niues?
Mittitur infestos alter speculator in hostes:
In riuali oculos alter ut hoste tenet.
Ille graues urbes:hic duræ limen amicæ
Obsidet:hic portas frangit:at ille fores.
Sæpe soporatos inuadere profuit hostes:
Cædere & armata uulgus inerme manu.
Sic fera threicii ceciderunt agmina rhesi:
Et dominum capti deseruistis equi.
Nempe maritorum somnis utuntur amantes:
Et sua sopitis hostibus arma mouent.
Custodum transire manus:uigilumque cateruas
Militis:& miseri est semper amantis opus.
Mars dubius:nec certa uenus:uictique resurgunt:
Quosque neges unquam posse iacere:cadunt:
Ergo desidiam quicunque uocauit amorem:
Desinat:ingenii est experientis amor.
Ardet in abducta bryseide mœstus achilles.
Dum licet argiuas frangite troes opes.
Hector ab andromaches complexibus ibat in arma:
Et galeam capiti quæ daret:uxor erat.
Summa ducum atrides uisa priamide fertur
Mœnadis effusis obstupuisse comis.
Mars quoque deprensis fabrilia uincula sensit:
Notior in cœlo fabula nulla fuit.
Ipse ego segnis eram:discinctaque in ocia natus:
Mollierant animos lectus & umbra meos.
Impulit ignauum formosæ cura puellæ:
Iussit & in castris æra merere suis.
Inde uides uigilem nocturnaque bella gerentem
Qui non uult fieri desidiosus:amet:
Ad puellam:ne pro amore præmia poscat.

QValis ab europa phrygias aduecta carinis
Coniugibus belli cauſa duobus erat:
Qualis erat læde:quam plumis abditus albis
Callidus in falſa luſit adulter aue:
Qualis amymone ſiccis errauit in agris:
Cum premeret ſummi uerticis urna comas:
Talis eras:aquilamque in te taurumque timebam:
Et quicquid magno de ioue fecit amor.
Nunc timor omnis abeſt:animique euanuit ardor:
Nec facies oculos iam capit iſta meos.
Cur ſim mutuatus quæris?quia munera poſcis:
Hæc te non patitur cauſa placere mihi.
Donec erat ſimplex:animum cum corpore amaui:
Nunc mentis uitio læſa figura tua eſt.
Et puer eſt:& nudus amor:ſine ſordibus annos:
Et nullas ueſtes:ut ſi apertus habet.
Quid puerum ueneris pretio proſtare iubetis?
Quo pretium condat:non habet ille ſinum.
Nec uenus apta feris:ueneris nec filius armis:
Non decet imbelles æra merere deos.
Stat mereteix certo quouis mercabilis ære.
Et miſeras iuſſo corpore quærit opes.
Deuouet imperium tamen hæc lenonis auari.
Et quod uos facitis ſponte coacta facit.
Sumite in exemplum pecudes ratione carentes.
Turpe erit ingenium mitius eſſe feris.
Non equa munus equo:non tauro uacca popoſcit:
Non aries placidam munere captat ouem:
Sola uiro mulier ſpoliis exultat ademptis:
Sola locat noctes:ſola locanda uenis.
Et uendit quod utrumque iuuat:quod uterque petebat:
Et pretium quanti gaudeat ipſa facit.
Quæ uenus ex æquo uentura eſt grata duobus:
Alter cur illam uendit:& alter emit?
Cur mihi ſit damno:tibi ſit lucroſa uoluptas?
Quam ſocio motu fœmina uirque ferunt.
Non bene conducti uendunt periuria teſtes:
Non bene ſelecti iudicis arca patet.
Turpe reos empta miſeros defendere lingua:
Quod facit magnas turpe tribunal opes.
Turpe tori reditu cenſus augere paternos:
Et faciem lucro proſtituiſſe ſuam:
Gratia pro rebus merito debetur inemptis.
Pro male conducto gratia nulla toro.
Omnia conductor ſoluit:mercede ſoluta:
Non manet officio debitor ille tuo.
Parcite formoſæ pretium pro nocte paciſci.
Non habet euentus ſordida præda bonos:
Non fuit armillas tanti tetigiſſe ſabinas:
Vt premerent ſacræ uirginis aima caput.
Ex quibus exierat:traiecit uiſcera ferro
Filius:& pœnæ cauſa monile fuit:
Nec tamen indignum eſt a diuitie præmia poſci
Munera poſcenti quæ dare poſſit:habet:
Carpite de plenis pendentes uitibus uuas.
Præbeat alcinoi poma benignus ager.
Officium numeret pauper ſtudiumque:fidemque:
Quod quis habet:dominæ conferat omne ſuæ:
Eſt quoque carminibus meritas celebrare puellas
Dos mea:quam uolui:nota ſit arte mea.
Scindentur ueſtes:gemmæ frangentur & aurum.
Carmina quam tribuent:fama perennis erit.
Nec dare:ſed pretium poſci dedignor:& odi:
Quod nego poſcenti:deſine uelle:dabo.
Nape,alloquif:ut paratas tabellas ad corinnā pferat.

Colligere

COlligere incertos:& in ordine ponere crines
Docta:neque ancillas inter habenda nape.
Linque miniſterius furtiuæ cognita noctis
Vtilis:& dandis ingenioſa notis:
Sæpe uenire ad me dubitantem hortata corinnam
Fida laboranti ſæpe reperta mihi.
Accipe:& ad dominam peraratas mane tabellas
Perfer:& obſtantes ſedula pelle moras.
Nec ſilicum uenæ:nec durum in pectore ferrum:
Sed tibi ſimplicitas ordine maior ineſt.
Credibile eſt & te ſenſiſſe cupidinis arcus.
In me militiæ ſigna tuere tuæ.
Si quæret quid agam:ſpe noctis uiuere dices:
Cætera fert blanda cæra notata manu.
Dum loquor:hora fugit:uacuæ bene redde tabellas.
Verum continuo fac tamen ipſa legat.
Aſpicias oculos:mando:frontemque legentis:
Ex tacito uultu ſcire futura licet.
Hæc mora perlectis reſcribat multa iubeto:
Odi cum late ſplendida cæra uacat.
Comprimat ordinibus uerſus:oculoſque moretur
Margine in extremo littera.raſa meos.
Quid digitos opus eſt graphium laſſare tenendo?
Hoc habeat ſcriptum tota tabella:ueneni.
Non ego uictrices lauro redimere tabellas:
Nec ueneris media ponere in æde morer.
Subſcribam ueneri fidas tibi naſo tabellas
Dedicat:at nuper uile fuiſtis acer:
Tabellas q̃s miſerat execrat:q̃ amica nocte negabas

FLete meos caſus:triſtes rediere tabellæ.
Infœlix hodie littera poſſe negat.
Omnia ſunt aliqd:modo cum diſcedere uelet
Ad limen digitos reſtitit icta nape.
Miſſa foras iterum limen tranſire memento
Cautius:atque alte ſobria ferre pedem:
Ite hinc difficiles funebria ligna tabellæ:
Tuque negaturis cæra referta notis:
Quam putõ dẽ longe collectam flore cicutæ
Mille ſub infami corſica miſit apis.
At tanquam minio penitus medicata rubebas:
Ille color uere ſanguinolentus erat.
Proiectæ in riuiis iaceatis inutile lignum:
Voſque rotæ frangat prætereuntis onus.
Illum etiam:qui uos ex arbore uertit in uſum:
Conuincam puras non habuiſſe manus.
Præbuit illa arbor miſero ſuſpendia collo.
Carnifici duras præbuit illa croces.
Illa dedit turpes raucis bubonibus umbras:
Vulturis in ramis & ſtrygis oua tulit.
His ego commiſi noſtros inſanus amores:
Molliaque ad dominam uerba ferenda dedi.
Aptius hæ capiant uadimonia garrula cæræ:
Quas aliquis duro cognitor ore legat.
Inter ephemeridas melius tabulaſque iacerent:
In quibus abſumptas fleret auarus opes.
Ergo ego uos rebus duplices pro nomine ſenſi.
Auſpicii numerus non erat ipſe boni.
Quid precer iratus?niſi uos cariosa ſenectus
Rodat:& immundo cæra ſit alba ſitu.

Ad auroram ne properet.

NAm ſuper oceanum uenit a ſeniore marito
Flaua pruinoſo quæ uehit axe diem.
Quo propas aurora?mane:ſic memnõis umbras
Annua ſolenni cæde parentet auis.
Nunc iuuat in teneris dominæ iacuiſſe lacertis.

Si quando: lateri nunc bene iuncta meo est:
Nunc etiam somni pingues: nunc frigidus aer:
Et liquidum tenui gutture cantat auis.
Quo properas ingrata uiris: ingrata puellis?
Rosida purpurea supprime lora manu.
Ante tuos ortus melius sua sidera seruat
Nauita: nec media nescit an erret aqua.
Te: surgit quamuis lassus: ueniente: uiator.
Miles: & armiferas aptat ad arma manus:
Prima bidente uides oneratos arua colentes:
Prima uocas tardos sub iuga panda boues.
Tu pueros somno fraudas: tradisque magistris:
Vt subeant teneræ uerbera sæua manus.
Atque eadem sponsum consulti ante atria mittis.
Vnius ut uerbi grandia dona ferat.
Nec tu consulto: nec tu iucunda diserto.
Cognitur ad lites surgere uterque nouas:
Tu cum fœminei possint cessare lacerti:
Lanificam reuocas ad sua pensa manum.
Omnia perpeterer: sed surgere mane puellas:
Quis nisi cui non est ulla puella: ferat?
Optaui quotiens: ne nox tibi cædere uellet:
Nec fugerent uultus sidera nota tuos.
Optaui quotiens: aut uentus frangeret axem:
Aut caderet spissa nube retentus equus.
Inuida quo properas: quod erat tibi filius ater:
Materni fuerat pectoris ille color.
Quid si non cephali quondam flagrasset amore?
An putat ignotam nequitiam esse suam?
Tithono uellem de te narrare liceret:
Fœmina non cœlo turpior ulla foret.
Illum dum refugis longo qua grandior æuo:
Surgis ad inuisas a sene mane rotas.
At si quem cephalum manibus complexa teneres:
Clamares lente currite noctis equi.
Cur ego plectar amans? si uir tibi marcet ab annis.
Non me nupsisti consiliante seni.
Aspice quos somnos iuueni donarit amato
Luna: nec illius forma secunda tua est.
Ipse deum genitor: ne te tam sæpe uideret:
Commisit noctes in sua uota duas.
Iurgia finieram: scires audisse: rubebat.
Nec tamen est solito tardior orta dies.
Puellam consolatur: cui nimio medicamine comæ deciderant.

Dicebam desiste tuos medicare capillos:
Tingere quam possis iam tibi nulla coma est.
At: si passa fores: quid erat speciosius illis?
Contigerant imum qua patet usque latus.
Quid: quod erant tenues: & quos ornare timeres:
Vela colorati qualia seres habent.
Vel pede quod gracili deducit aranea filum:
Cum leue deserta sub trabe nectit opus.
Nec tamen ater erat: nec erat color aureus illis:
Sed quamuis neuter: mixtus uterque color:
Qualem cluosæ madidis in ullibus idæ
Ardua direpto cortice cædrus habet.
Adde: quod & dociles: & centum flexibus apti:
Et tibi nullius causa doloris erant.
Non acus abrupit: non uallum pectinis illos
Ornatrix tuto corpore semper erat.
Ante meos oculos sæpe est ornata: nec unquam
Brachia direpta saucia fecit acu.
Sæpe etiam nondum digestis mane capillis
Purpureo iacuit semisopita toro.

Tum quoque

Tum quoque erat neglecta decens: ut thracia bacche
Cum temere in uiridi gramine lassa iacet.
Cum graciles essent tamen: & lanuginis instar:
Heu male uexate quanta tulere comæ:
Quam se præbuerant ferro patienter & igni:
Vt fieret torto nexilis orbe sinus.
Clamabam: scelus est istos scelus urere crines.
Sponte decent: capiti ferrea parce tuo:
Vim procul hinc remoue: non est qui debeat uri.
Erudit ad motas ipse capillus acus.
Formosæ periere coma: quas uellet apollo:
Quas uellet capiti bacchus inesse suo.
Illis contulerim quas quondam nuda dione.
Pingitur humenti sustinuisse manu.
Quid male compositos quereris periisse capillos?
Quid speculum mœsta ponis inepta manu?
Non bene consuetis a te spectaris ocellis:
Vt placeas debes immemor esse tui.
Non te cantatæ læserunt pellicis herbæ.
Non anus ammonia perfida lauit aqua.
Nec tibi uis morbi nocuit: procul omen abesto:
Nec timuit densas inuida lingua comas.
Facta manu: culpaque tua dispendia sentis.
Ipsa dabas capiti mixta uenena tuo.
Nunc tibi captiuos mittet germania crines:
Tuta triumphatæ munere gentis eris.
O quam sæpe comas aliquo mirante rubebis:
Et dices empta nunc ego merce probor.
Nescio quam pro me laudat nunc ipse sicambram:
Fama tamen memini cum fuit ista mea.
Me miserum: lachrymas male cõtinet: oraque dextra
Protegit ingenuas picta rubore genas.
Sustinet antiquos gremio: spectatque capillos:
Hei mihi non illo munera digna loco.
Collige cum uultu mentem: reparabile damnum est:
Postmodo nativa conspiciere coma.

QVid mihi liuor edax ignauos obicis annos?
Ingeniique uocas carmen inertis opus?
Non me more patrum: dum strennua sustinet ætas
Præmia militiæ: pulueulenta sequi.
Nec me uerbosas leges ediscere: nec me
Ingrato uoces prostituisse foro.
Mortale est: quod quæris opus: mihi fama perennis
Quæritur: ut toto semper in orbe canar.
Viuet mœonides: tenedos dum stabit: & ida:
Dum rapidas tiphys in mare uoluet aquas.
Viuet & alcræus: dum mustis una tumebit.
Dum cadet incurua falce resecta ceres.
Battiades toto semper cantabitur orbe.
Quanuis ingenio non ualet: arte ualet.
Nulla sophocleo ueniet iactura cothurno.
Cum sole & luna semper aratus erit.
Dum fallax seruus: durus pater: improba læna
Vixerit: & meretrix blanda: menandros erit.
Ennius arte carens: animosique actius oris
Casurum nullo tempore nomen habent.
Varonem: primamque ratem quæ nesciet ætas?
Aureaque æsonio terga petita duci?
Carmina sublimis tunc sunt peritura lucreti:
Exitio terras cum dabit una dies.
Tityrus: & fruges: æneiaque arma legentur:
Roma triumphati dum caput orbis erit.
Donec erunt ignes: arcusque cupidinis arma:
Ducentur numeri culte tibulle tui.

Gallus & heſperiis:& gallus notus eois:
Et ſua cum gallo nota lycoris erit.
Ergo cum ſilices:cum dens patientis aratri
Depereant æuo:carmina morte carent:
Cædant carminibus reges:regumque triumphi:
Cædat & aurifici ripa beata tagi.
Vilia miretur uulgus:mihi flauus apollo
Pocula caſtalia plena miniſtret aqua.
Sultineamque coma metuentem frigora myrtum:
Atque ita ſollicito multus amante legar.
Paſcitur in niuis liuor:poſt fata quieſcis.
Tunc ſuus ex merito quenque tuetur honor.
Ergo etiam:cum me ſupremus aduſſerit ignis:
Viuam:parſque mei multa ſuperſtes erit.

P.O.Naſonis amorum liber Secundus.

Haec quoque compoſui pelignis natus aquoſis
Ille ego nequitiæ naſo poeta meæ.
Hoc quoque iuſſit amor:,pcul hic,pcul eſte ſeueri:
Non eſtis teneris apta theatra modis.
Me legat in facie ſponſi non frigida uirgo:
Et rudis ingnoto tactus amore puer.
Atque aliquis iuuenum:quo nunc ego ſaucius:arcu
Agnoſcat flammæ conſcia ſigna ſuæ.
Miratuſque diu quo dicat ab indice doctus:
Compoſuit caſus iſte poeta meos.
Auſus eram memini cæleſtia dicere bella:
Centimanumque gygen:& ſatis oris erat:
Cum male ſe tellus ulta eſt:ingeſtaque olympo
Ardua deuexum pelion oſſa tulit.
Iuppiter in manibus:& cum ioue fulmen habebam:
Quod bene pro cœlo mitteret ille ſuo.
Clauſit amica fores:ego cum ioue fulmina miſi:
Excidit ingenio iuppiter ipſe meo.
Iuppiter ignoſcas:nil me tua tela iuuabant.
Clauſa tuo maius ianua fulmen habet.
Blanditias elegoſque leues mea tela reſumpſi:
Mollierant duras lenia uerba fores:
Carmina ſanguineæ deducunt cornua lunæ:
Et reuocant niueos ſolis euntis equos.
Carmine diſſiliunt abruptis faucibus angues:
Inque ſuos fontes uerſa recurrit aqua.
Carminibus ceſſere fores:inſertaque poſti
Quanuis robur erat:carmine uicta ſera eſt.
Quid mihi profuerit uelox cantatus achilles?
Quid pro me aiaces alter & alter agent?
Quique tot errando:quot bello:perdidit annos:
Raptus & æmoniis flebilis hector equis?
At facies teneræ ut laudata eſt ſæpe puellæ:
Ad uatem pretium carminis ipſa uenit.
Magna datur merces:heroum clara ualete
Nomina:non apta eſt gratia ueſtra mihi.
Ad mea formoſos uultus adhibere puellæ
Carmina;purpureus quæ mihi dictat amor.

Ad Bagoum.

Quem penes eſt dominam ſeruandi cura bagoe
Dum perago tecum pauca:ſed apta:uaca.
Heſterna uidi ſpaciantem luce puellam:
Illa:quæ danai porticus agmen habet:
Protinus ut placuit:miſi:noctemque rogaui
Reſcripſit trepida;non licet;illa manu.
Et cur non liceat quærenti:reddita cauſa eſt:
Quod nimium dominæ cura moleſta tua eſt:
Si ſapis cuſtos:odium:mihi crede:mereri
Deſine.quem metuit quiſque:periſſe cupit.
Vir quoque non ſapiens;quid enim ſeruare laboret:

Vnde nihil

Vnde nihil:quamuis non tueare:perit:
Sed gerat ille ſuo morem furioſus amori:
Et caſtam:multiſque placet:eſſe putet.
Huic furtiua tuo libertas munere detur:
Quam dederis illi:reddat ut illa tibi.
Conſcius eſſe uelis:domina eſt obnoxia ſeruo.
Conſcius eſſe times:diſſimulare licet.
Scripta leget ſecum:matrem ſcripſiſſe putato.
Venerit ignotus poſtmodo:notus eat.
Ibit ad affectam:quæ non languebit:amicam.
Viſat:& indiciis ægra ſit illa tuis.
Si faciet tarde:ne te mora longa fatiget:
Impoſita gremio ſtertere fronte potes.
Nec tu lanigeram fieri quid poſſit ad iſim
Quæſieris:nec tu curua theatra time.
Conſcius aſſiduus commiſſi tollet honores.
Quis minor eſt autem:q̃ tacuiſſe labor?
Ille placet:uerſatque domum:nec uerbera ſentit.
Ille potens dominæ:ſordida turba iacent.
Huic ueræ ut lateant cauſæ:finguntur inanes:
Atque ambo domini quod probat una:probant.
Cum bene uir traxit uultum:rugaſque coegit:
Quod uoluit fieri:blanda puella facit.
Sed tamen interdum tecum quoque iurgia nectat:
Et lachrymas ſimulet:carnificemque uocet:
Tu contra obiicies:quæ tuto diluat illa.
In uero falſo crimine deme fidem.
Sic tibi ſemper honos:ſic alta pecunia creſcet.
Hæc facis:exiguo tempore:liber eris.
Aſpicis indicibus nexas per colla catenas.
Squalidus orba fide pectora carcer habet.
Quærit aquas in aquis:& poma fugacia captat
Tantalus.hoc illi garrula lingua dedit:
Dum nimium ſeruat cuſtos iunonius io:
Ante ſuos annos occidit:illa dea eſt.
Vidi ego cum pedibus liuentia crura gerentem:
Vnde uir inceſtum ſcire coactus erat.
Pœna minor merito:nocuit mala lingua duobus.
Vir doluit:famæ damna puella tulit.
Crede mihi:nulli ſunt crimina grata marito:
Nec quenquam quauis audiat:illa iuuant.
Seu tepet:indicium ſecuras prodis ad aures:
Siue amat:officio ſit miſer ille tuo.
Culpa nec ex facili quauis manifeſta probatur:
Iudicis illa ſui ruta fauore uenit.
Viderit ipſe licet:credet tamen ille neganti:
Damnabitque oculos:& ſibi uerba dabit.
Aſpiciet dominæ lachrymas:plorabit & ipſe:
Et dicet pœnas garrulus iſte dabit.
Cur diſpar certamen iuis?tibi uerbera uicto
Adſunt:in gremio iudicis illa ſedet.
Non ſcelus aggredimur:non ad miſcenda coimus
Troxica:non ſtricto fulminat enſe manus.
Quærimus:ut tuto per te poſſimus amare.
Quid precibus noſtris mollius eſſe poteſt?
Ad eunuchum ſeruantem dominam.
HEi mihi:qđ dominã nec uir nec fœmia ſeruas:
Mutua nec ueneris gaudia noſſe potes.
Qui primus pueris genitalia membra recidit
Vulnera:quæ fecit debuit ipſe pati.
Mollis in obſequium:faciliſque rogantibus eſſes:
Si tuus in quauis præcepuiſſet amor.
Non tu natus equo:non fortibus utilis armis:
Bellica non dextræ conuenit haſta tuæ.
Iſta mares tractant.tu ſpes depone uiriles.

Sunt tibi cum domina signa ferenda tua.
Hanc imple meritis huius tibi gratia prosit.
Si careas illa quis tutus usus erit?
Est etiam facies:sunt apti lusibus anni:
Indigna est pigro forma perire situ.
Fallere te potuit quanuis habeare molestus.
Non caret effectu:quod uoluere duo.
Aptius ut fieret:precibus tentasse rogamus:
Dum bene ponendi munera tempus habes.

OQuod amet mulieres cuiuscunque forme sint.
Non ego mendosos ausim defendere mores:
Falsaque pro uitiis arma mouere meis.
Confiteor:si quid prodest delicta fateri:
In mea nunc demens crimina fassus eo
Odi:nec possum cupiens non esse quod odi.
Heu quam:post studeas ponere:ferre graue est.
Nam desunt uires ad me mihi iusque regendi:
Auferor ut rapida concita puppis aqua.
Non est certa meos quæ forma inuitet amores
Centum sunt causæ:cur ego semper amem:
Siue aliqua est oculos in me deiecta modestos:
Vror:& insidiæ sunt pudor ille meæ.
Siue procax ulla est:capior:quia rustica non est.
Spemque dat in molli mobilis esse toro:
Aspera si uisa est:rigidasque imitata subinas:
Velle:sed ex alto dissimulare puto.
Siue est docta:placet ratas dotata per artes:
Siue rudis:placita est simplicitate sua.
Est:quæ challimachi præ nostris rustica dicat
Carmina:cui placeat:protinus ipsa placet.
Est etiam:quæ me uatem & mea carmina culpet.
Culpantis cupiam sustinuisse femur.
Molliter incessit:motu capit:altera dura est:
At poterit tacto mollior esse uiro.
Hæc quia dulce canit:flectitque facillima uocem:
Oscula cantanti rapta dedisse uelim.
Hæc querulas habili prætentat pollice chordas.
Tam doctas quis non possit amare manus?
Illa placet gestu:numerosaque brachia ducit:
Et tenerum molli torquet ab arte latus.
Vt taceam de me:qui causa tangor ab omni:
Illic hippolytum pone:priapus erit:
Tu quia tam longa es:ueteres heroidas æquas:
Et potes in toto multa iacere toro.
Hæc habilis breuitate sua est:corrumpor utraque:
Conueniunt uoto longa breuisque meo.
Non est culta:subit quid cultæ accedere possit:
Ornata est:dotes exhibet ipsa suas.
Candida me capiet.capiet me flaua puella:
Est etiam in fusco grata colore uenus
Seu pendent niuea pulli cerulee capilli:
Læda fuit nigra conspicienda coma:
Seu flauent:placuit croceis aurora capillis:
Omnibus:historiis se meus aptat amor.
Me noua sollicitat:me tangit serior ætas:
Hæc melior specie:moribus illa placet.
Denique quas tota quisquam probat urbe puellas
Noster in has omnes ambitiosus amor.

Ad amicam corruptam.

NVllus amor tanti est:abeas pharetrate cupido:
Vt mihi sint totiens maxima uota:mori.
Vota mori mea sunt: cū te peccasse recordor:
Hei mihi perpetuum nata puella malum:
Non mihi deceptæ nudant tua facta tabellæ:
Nec data furtiue numera crimen habent.

O utinam

305.
154

O utinam arguerem ſic:ut non uincere poſſem.
Me miſerum quare tam bona cauſa mea eſt?
F œlix qui quod amat:defendere fortiter audet:
Cui ſua non feci dicere amica poteſt.
F erreus eſt:nimiumque ſuo fauet ille dolori:
Cui petitur uicta palma cruenta rea.
I pſe miſer uidi:cum me dormire putares:
Sobrius appoſito crimina ueſtra mero.
Multa ſupercilio uidi uibrante loquentes:
Nutibus in ueſtris pars bona uocis erat.
N on oculi tacuere tui:conſcriptaque uino
Menſa:nec indigitis littera nulla fuit.
S ermonem agnoui:quod non uideatur:agentem:
Verbaque pro certis iuſſa ualere notis.
I amque frequens ierat menſa conuiua relicta:
Compoſiti iuuenes unus & alter erant.
I mproba tum uero iungentes oſcula uidi.
Illa mihi lingua nexa fuiſſe liquet:
Qualia nec fratri tulerit germana ſeuero:
Sed tulerit cupido mollis amica uiro:
Qualia credendum eſt non phœbum ferre dianæ:
Sed uenerem marti ſæpe tuliſſe ſuo.
Quid facis ex clamo:quo nunc mea gaudia differs?
Iniiciam dominas in mea iura manus.
Hæc mihi ſunt tecum:tibi ſunt communia mecum:
In bona cur quiſquam tertius iſta uenit?
Hæc ego:quæque dolor linguæ dictauit:at illi
Conſcia purpureus uenit in ora pudor:
Quale coloratum tithoni coniuge cælum
Subrubet:aut ſponſo uiſa puella nouo.
Quale roſæ fulgent inter ſua lilia mixtæ:
Aut ubi cantatis luna laborat equis.
A ut quod:ne longis flaueſcere poſſit ab annis:
Meonis aſſyrium fœmina tinxit ebur.
H ic erat:aut aliquis color ille ſimillimus horum:
Et nunquam caſu pulchrior illa fuit.
S pectabat terram:terram ſpectare decebat.
Mœſta erat in uultu:mœſta decenter erat.
S icut erant & erant culti:laniare capillos:
Et fuit in teneras impetus ire genas.
V t faciem uidi:fortes cecidere lacerti:
Defenſa eſt armis noſtra puella ſuis.
Qui modo ſæuus eram:ſupplex ultroque rogaui:
Oſcula ne nobis deteriora daret.
R iſit:& ex animo dedit oſcula:qualia poſſent
Excutere irato tela triſulca ioui.
T orqueor infœlix:ne tam bona ſenſerit alter:
Et uolo non ex hac illa fuiſſe nota.
Hæc quoque q̃ docui:multo meliora fuerunt:
Et quicquam uiſo eſt addidiciſſe noui.
Quod nimium placuere:malũ eſt:quod tota labellis
Lingua tua eſt noſtris noſtra recepta tuis.
N ec tamen hoc unum doleo:non oſcula tantum
Iuncta queror:quamuis hæc ego iuncta queror:
I lla niſi in lecto nunquam potuere doceri:
Neſcio quis pretium grande magiſter habet.

In mortem Pſittaci.

P Sittacus eois ales mihi miſſus ab indis
Occidit:exequias ferte frequenter auas.
Ite piæ uolucres:& plangite pectora pennis:
Et rigido teneras ungue notate genas:
H orrida pro mœſtis lanietur pluma capillis:
Pro longa reſonent carmina ueſtra tuba.
Quid ſcelus iſmarii quereris phylomena tyranni?
Expleta eſt annis iſta querela tuis.

Alitis in raræ miſerum diuertite funus:
Magna ſed antiqua eſt cauſa doloris ity.
Omnes:quæ liquido libratis in aere curſus:
Tu tamen ante alias turtur amice dole:
Plena fuit uobis omni concordia uita.
Et ſtetit ad finem longa tenaxque fides.
Quod fuit argolico iuuenis phocæus oreſti:
Hoc tibi dum licuit:pſittace turtur erat.
Quid tamen iſta fides:quid rari forma coloris?
Quid uox mutandis ingenioſa notis?
Quid iuuat:ut datus es:noſtræ placuiſſe puellæ?
Infœlix auium gloria nempe iaces.
Tu poteras uirides pennis hebetare ſmaragdos
Tincta gerens rubro punica roſtra croco.
Non fuit in terris uocum ſimulantior ales:
Reddebas blæſo tam bene uerba ſono:
Raptus es inuidia:non tu fera bella mouebas
Garrulus:& placidæ pacis amator eras.
Ecce cothurnices inter ſua prælia uiuunt:
Forſitan & fiunt inde frequenter anus.
Plenus eras minimo:nec præ ſermonis amore
In multos poteras ora uocare cibos.
Nux erat eſca tibi cauſæque papauera ſomni:
Pellebatque ſitim ſimplicis humor aquæ.
Viuit edax uultur:ducitque per aera gyros
Miluius:& pluuiæ gracculus auctor aquæ.
Viuit & armigere cornix inuiſa mineruæ.
Illa quidem ſeclis uix moritura nouem.
Occidit illa loquax humanæ uocis imago
Pſittacus extremo munus ab orbe datum.
Optima prima feræ manibus rapiuntur auaris:
Implentur numeris deteriora ſuis.
Triſtia phylacidæ therſites funera uidit
Iamque cinis uiuis fratribus hector erat.
Quid referam timidæ pro te pia uota puellæ
Tota procelloſo per mare rapta noto.
Septima lux uenit non exhibitura ſequentem:
Et ſtabat uacua iam tibi parca colo.
Non tamen in gnauo ſtupuerunt uerba palato.
Clamauit moriens lingua corinna uale:
Colle ſub elyſio nigra nemus ilice frondet:
Vdaque perpetuo gramine terra uiret.
Si qua fides dubiis:uolucrum locus ille piarum
Dicitur:obſcenæ quo prohibentur aues
Illic innocui late paſcuntur olores:
Et uiuax phœnix unica ſemper auis.
Explicat atque ſuas ales iunonia pennas:
Oſcula dat cupido blanda columba mari:
Pſittacus has inter nemorali ſede receptus
Conuertit uolucres in ſua uota pias.
Oſſa tegit tumulus:tumulus pro corpore magnus:
Quo lapis exiguus par ſibi nomen habet.
Colligor ex ipſo dominæ placuiſſe ſepulchro
Ora fuere mihi plus aue docta loqui.
Amicæ ſe purgat quod ancillam non amet.

ERgo ego ſufficiã reus in noua crimina ſempt:
Vt uincam:totiens dimicuiſſe pudet.
Siue ego marmorei reſpexi ſumma theatri:
Eligis e multis unde dolore uelis.
Candida ſeu tacito me uidit fœmina uultu:
In uultu tacitas arguis eſſe notas.
Si quam laudaui:nuſeros petis unguè capillos.
Si culpo:crimen diſſimulare putas.
Siue color bonus eſt:in te quoque frigidus eſſe:
Seu malus:alterius dicor amore mori.

Atque ego

Atque ego peccati uellem mihi conscius esse.
Aequo animo pœnam qui meruere ferunt.
Nunc temere insimulas: credendoque omnia frustra:
Ipsa uetas iram pondus habere tuam.
Aspice: ut auritus miserandæ sortis asellus
Assiduo domitus uerbere tardus eat.
Ecce tuum solers caput exornare cypassis
Obiicitur dominæ: contemerasse torum.
Dii melius: quam sic mihi sit peccasse libido.
Sordida contemptæ sortis amica iuuet?
Quis ueneris famulæ connubia liber inire:
Tergaque complecti uerbere secta uelit?
Adde: quod ornandis operosa est illa capillis:
Et tibi per doctas grata ministra manus.
Scilicet ancillam: quæ sit tibi fida: rogarem
Quid? nisi ut indicio iuncta repulsa foret?
Per uenerem iuro: puerique uolatilis arcus:
Me non admissi criminis esse reum.

Ad Cypassim ancillam Corinnæ.

Ponendis in nulle modis perfecta capillis
Comere: sed solas digna cypassi deas:
Et mihi iucundo non rustica cognita furto:
Apta quidem dominæ: sed magis apta mihi:
Quis fuit inter nos sociati corporis index?
Sensit concubitus unde corinna tuos?
Non tamen erubui: nec uerbo lapsus in ullo
Furtiuæ ueneris conscia signa dedi.
Quid: quod in ancilla si quis delinquere possit:
Illum ego contendi mente carere bona.
Thessalus ancillæ facie bryseidos arsit.
Serua mycenæo, est phœbas amata duci.
Nec sum tantalida: nec forti maior achille.
Quod decuit reges: cur mihi turpe putem?
Vt tamen iratos in te defixit ocellos:
Sensit te totis erubuisse genis.
Atquanto si forte refers præsentior ipse
Per ueneris feci numina magna fidem.
Tu dea: tu iubeas animi periuria nostri
Carpathium tepidos per mare ferre notos.
Pro quibus officiis pretium mihi dulce repende
Concubitus hodie fusca cypassi tuos.
Quid renuis? fingisque nouos ingrata timores?
Est unum e dominis emeruisse satis.
Quod si stulta negas: index ante acta fatebor:
Et ueniam culpæ proditor ipse meæ.
Quoque loco fuerim tecum: quotiensque cypassi:
Narrabo dominæ quotque: quibusque modis.

Ad Cupidinem.

IN unquam pro me satis indignate cupido:
O in corde mea desidiose puer:
Quid me: qui miles nunquam tua signa reliqui
Lædis? & in castris uulneror ipse tuis?
Cur tua fax urit: fugit tuus arcus amicos?
Gloria pugnantes uincere maior erat.
Quid non æmonius: quem cuspide perculit hero:
Confossum medica postmodo iuuit ope?
Venator sequitur fugientia: capta relinquit:
Semper & inuentis ulteriora petit.
Nos tua sentimus populus tibi deditus arma:
Pigra reluctanti cessat in hoste manus.
Quid iuuat in nudis hamata recondere tela
Ossibus? ossa mihi nuda reliquit amor.
Tot sine amore uiri: tot sunt sine amore puellæ.
Hinc tibi cum magna laude triumphus eat.
Roma: nisi immensum ures promosset in orbem:

Stramineis eſſet nunc quoque tecta caſis.
Feſſus in acceptos miles deducitur agros:
Mittitur in ſaltus carcere liber equus.
Longaque ſubductam cælant naualia pinum:
Tutaque ſed poſito poſcitur enſe rudis.
Me quoque: qui totiens merui ſub amore puellæ:
Defunctum placide uiuere tempus erat.
Viue deus poſito ſi quis mihi dicat amore:
Deprecer: uſque adeo dulce puella malum eſt
Cum bene perteſum eſt: animique reuanuit ardor:
Neſcio quo miſeræ turbine mentis agor.
Vt rapit in præceps dominum ſpumantia fruſtra
Frena retentantem durior oris equus.
Vt ſubitus prope iam preſſa tellure carinam
Tangentem portus uentus in alta rapit:
Sic me ſæpe refert incerta cupidinis aura:
Notaque purpureus tela reſumit amor.
Fige puer: poſitis nudus tibi præbeor armis.
Hic tibi ſunt uires: hic tua dextra ualet.
Huc tanquam iuſſæ ueniunt iam ſponte ſagittæ.
Vix ullis præme nota pharetra tua eſt.
Infœlix: tota quicunque quieſcere nocte
Suſtinet: & ſomnos præmia magna uocat.
Stulte quid eſt ſomnus? gelidæ niſi mortis imago:
Longa quieſcendi tempora fata dabunt.
Me modo decipiant uoces fallacis amicæ.
Sperando certe gaudia magna feram.
Et modo blanditias dicat: modo iurgia nectat:
Sæpe fruar domina: ſæpe repulſus eam.
Quod dubius mars eſt: per te priuigne cupido eſt:
Et mouet exemplo uictricus arma tuo.
Tu leuis es: multoque tuis uentoſior alis.
Gaudiaque ambigua daſque: negaſque fide:
Si tamen exaudis pulchra cum matre cupido:
In deſerta meo pectore regna gere.
Accedant regno nimium uiagä turba puellæ:
Ambobus populis ſic uenerandus eris.
Ad Græcinum: quod eödem tempore duas amet.

TV mihi tu certē: memini: grǽcine negabas
Vno poſſe aliquem tempore amare duas.
Per te decipior: per te depræhenſus inermis
Ecce duas uno tempore ſolus amo.
Vtraque formoſa eſt: operoſæ cultibus ambæ.
Artibus in dubio eſt hæc ſit: an illa prior.
Pulchrior hæc illa eſt: hæcĕ quoque pulchrior illa:
Et magis hæc nobis: & magis illa placet.
Errat: ut a uentis diſcordibus acta phaſelus.
Diuiduumque tenent alter & alter amor.
Quid geminas erycina meos ſine fine dolores?
Non erat in curas una puella ſatis?
Quid folia arboribus: quid pleno ſidera cœlo?
In freta collectas alta quid addis aquas?
Sed tamen hoc melius: quam ſi ſine amore iacerem:
Hoſtibus eueniat uita ſeuera meis.
Hoſtibus eueniat uacuo dormire cubili:
Et medio late ponere membra toro.
At mihi ſæuus amor ſomnos abrumpat inertes
Simque mei lecti non ego ſolus onus.
Me mea diſperdat nullo prohibente puella:
Si ſatis una poteſt: ſi minus una: duæ.
Sufficient graciles: non ſunt ſine uiribus: artus.
Ponderenon neruis corpora noſtra carent.
Et lateri dabit in uires alimenta uoluptas:
Decepta eſt opera nulla puella mea.
Sæpe ego laſciuæ conſumpſi gaudia noctis:

Vtilis & fortis

Vtilis & fortis corpore manc fui.
Fœlix: quem ueneris certamina mutua perdunt.
Dii faciant lethi causa sit ista mei.
Induat aduersis contraria pectora telis
Miles: & æternum sanguine nomen emat.
Quærat auarus opes: & quæ lassarit eundo
Aequora periuro naufragus ore bibat.
At mihi contingat ueneris languescere motu:
Cum moriar: medium soluar & inter opus.
Atque aliquis nostro lachrymans in funere dicat:
Conueniens uitæ mors fuit ista tuæ.

Ad amicam nauigantem.

PRima malas docuit mirantibus æquoris undas
Peliaco pinus uertice cæsa uias.
Quæ concurrentes inter temeraria cautes
Conspicuam fuluo uellere uexit ouem:
Outinam: nequis remo frena longa moueret:
Argo funestas pressa bibisset aquas.
Ecce fugit: notumque torum: patriosque penates:
Fallacesque uias ire corinna parat:
Quid tibi me miserum zephyros eurosque timebo:
Et gelidum boream: præcipitemque notum?
Non illic urbes: non tu mirabere siluas:
Vna est iniusti cærula forma maris.
Nec medius tenues conchas: pictosue lapillos
Pontus habet: bibuli littoris illa mora est.
Littora marmoreis pedibus signanda puellæ:
Hactenus est tutum: cætera cæca uia est.
Et uobis alii uentorum prælia narrent:
Quas scylla infestet: quas ue charybdis aquas.
Et quibus emineant uiolentia ceraunia saxis:
Quo lateant syrtes magna minorque situ.
Hoc alii referant: at uos quod quisque loquatur:
Credite: credenti nulla procella nocet:
Sero respicitur tellus: ubi fune soluto
Currit in immensum panda carina salum.
Nauita sollicitus iam uentos horret iniquos.
Et prope tam lethum: quam prope cernit aquam.
Quod si concussas triton exasperat undas:
Qui tibi nunc toto est nullus in ore color.
Tu generosa uoce fœcundæ sidera lædæ.
Et fœlix dicas quem sua terra tenet.
Tutius est fouisse torum: legisse libellos:
Threiciam digitis increpuisse lyram.
At si uana ferunt uolucres mea dicta procellæ:
Aequa tamen puppi sit galathea tuæ.
Vestrum crimen erit talis iactura puellæ
Nereidesque deæ: nereidumque pater:
Vade memor nostri uento reditura secundo:
Impleat illa tuos fortior aura sinus.
Tunc mare in hæc magnus declinet littora nereus:
Huc uenti spectent: huc agat æstus aquas.
Ipsa roges zephyri ueniant in lintea pleni:
Ipsa tua moueas turgida uela manu.
Primus ego aspiciam notam de littore puppim:
Et dicam nostros aduehit ista deos:
Excipiamque humeris: & multa sine ordine carpam.
Oscula pro reditu uictima uota cadet.
Inque tori formam molles sternentur harenæ:
Pro mensa tumulus quilibet esse potest.
Illic appositio narrabis multa lyæo:
Pene sit ut mediis obruta nauis aquis.
Dumque ad me properas: nec iniquæ tempora noctis:
Nec te præcipites extimuisse notos.
Omnia pro ueris credam: sint ficta licebit:

Verum tempe & desperatissimum

Cur ego non uotis blandiar ipſe meis?
Hæc mihi quam primum cælo nitidiſſimus alto
Lucifer admiſſo tempora portet equo.
Exultat: quod amica potius ſit.
ITe triumphales circum mea tempora lauri:
Vicimus: in noſtro eſt ecce corinna ſinu:
Quamuis: quam cuſtos: quam ianua firma: tot hoſtes
Seruabant: ne qua poſſet ab arte capi.
Hæc eſt præcipuo uictoria digna triumpho:
In qua quæcunque eſt ſanguine præda caret.
Non humiles muri: non paruis oppida foſſis
Cincta: ſed eſt ductu capta puella meo:
Pergama cum caderent bello ſuperata biluſtri:
Ex tot in atridis pars quota laudis erat?
At mea ſe poſita eſt: & ab omni milite diſcors
Gloria: nec titulum muneris alter habet.
Me duce ad hunc uoti finem: me milite ueni
Ipſe eques: ipſe pedes: ſignifer ipſe fui:
Nec caſum fortuna meis immiſcuit actis:
Huc ades o cura parte triumphe mea.
Nec belli eſt noua cura mei: niſi rapta fuiſſet
Tyndaris: europæ pax aſiæque foret.
Fœmina ſilueſtres lapithas: popu humque biformem
Turpiter appoſito uertit in arma mero.
Fœmina troianos iterum noua bella mouere
Impulit in regno iuſte latine tuo.
Fœmina romanis iterum nunc orbe recenti
Immiſit ſoceros: armaque ſæua dedit.
Vidi ego pro niuea pugnantes coniuge tauros:
Spectatrix animos ipſa iuuenca dabat.
Me quoque quod multis ſed me ſine cæde cupido
Iuſſit militiæ ſigna mouere ſuæ:
Ad Iſidem: ut parientem corinnam iuuet.
CVm labefactat onus grauidi temeraria uentris:
In dubio uitæ laſſa corinna iacet.
Illa quidem clamat tantum molita pericli:
Ira digna mea eſt: ſed cadit ira metu.
Sed tamen aut ex me conceperat: aut ego credo:
Eſt mihi pro facto ſæpe quod eſſe poteſt.
Iſipharetonium: genitaliaque arua canopi
Quæ colis: & memphim: palmiferamque pharon:
Quaque celer lato nilus delapſus in alueo
Per ſeptem portus in maris exit aquas.
Per tua ſacra precor: per anubidis ora uerendi:
Sic tua ſacra pius ſemper oſiris amet:
Pigraque labatur circum donaria ſerpens:
Et comes in pompa corniger apis eat:
Huc adhibe uultus: & in una parce duobus:
Nam uitam dominæ tu dabis: illa mihi.
Sæpe tibi meruit certis operata diebus:
Qua cingit laurus gallica turma tuas:
Tuque laborantes utero miſerata puellas:
Quarum tarda latens corpora tendit onus.
Lenis ades: precibuſque faue lucina puellæ:
Digna eſt: quam iubeas muneris eſſe tui:
Ipſe ego tura dabo fumoſis candidus aris:
Ipſe feram ante tuos munera uota pedes.
Adiiciam titulum ſeruata naſo corinna.
Tu modo fac titulo: muneribuſque locum.
Si tamen in tanto fas eſt monuiſſe timore:
Hac tibi ſit pugna dimicuiſſe ſatis.
Inimicam: quod abortiuum ipſa fecerit.
QVid iuuat immunes belli ceſſare puellas?
Nec fera peltatas agmina uelle ſequi:
Si ſine marte ſuis patiuntur uulnera telis:

Et cæcas

Et cæcas armant in sua fata manus.
Quæ prima instituit teneros conuellere fœtus:
Militia fuerat digna perire sua.
Scilicet: ut careat rugarum crimine uenter:
Sternetur pugnæ tristis harena tuæ.
Si mos antiquis placuisset matribus idem:
Gens hominum uitio deperitura fuit.
Quique iterum iaceret generis primordia nostri
In uacuo lapides orbe parandus erat.
Quis priami fregisset opes? si numen aquarum
Iusta recusasset pondera ferre thetis?
Illa si tumido geminos in uentre necasset:
Casurus dominæ conditor urbis erat.
Si uenus æneam grauida temerasset in aluo:
Cæsaribus tellus orba futura fuit.
Tu quoque cum posses nasci formosa: periisses:
Tentasset: quod tu: si tua mater opus.
Ipse ego cum fuerim melius periturus amando:
Vidissem nullos matre necante dies.
Quid plenam fraudas uitem crescentibus uuis?
Pomaque crudeli uellis acerba manu?
Sponte fluent matura sua: sinc crescere nata:
Est pretium tardæ non leue uita moræ.
Vestra quid effoditis subiectis uiscera telis?
Et nondum natis dira uenena datis?
Colchida respersam puerorum sanguine culpant:
Atque sua cæsum matre queruntur itym.
Vtraque sæua parens: sed tristibus utraque causis
Iactura socii sanguinis ulta uirum est.
Dicite quis tereus: quis uos irritat iason
Figere sollicita corpora uestra manu?
Hæc neque in armeniis tigres fecere latebris:
Perdere nec fœtus ausa lœna suos
At teneræ faciunt sed non impune puellæ:
Sæpe suos utero quæ necat: ipsa perit:
Ipsa perit: ferturque rogo resoluta capillos:
Et merito clamant qui modo cumque uident.
Ista sed æthereas uanescant dicta per auras:
Et sint ominibus pondera nulla meis.
Dii faciles peccasse semel concedite tuto:
Et satis est? pœnam culpa secunda ferat.

Ad annulum: quem dono amicæ mittit.

ANnule formosæ digitum iunctura puellæ:
In quo censendum nil: nisi dantis amor:
Munus eas gratum: te læta mente receptum
Protinus articulis induat illa suis.
Tam bene conuenias: quam mecum conuenit illa:
Et digitum uasto commodus orbe teras.
Felix a domina tractaberis annule nostra:
Inuideo donis iam miser ipse meis.
Outinam subito fieri mea munera possem.
Artibus æreis carpathiique senis.
Tunc ego ter cupiam dominæ tetigisse papillas:
Et læuam tunicis inseruisse manum.
Elabar digito quanuis angustus & hærens:
Inque sinum mira lapsus ab arte cadam.
Idem ego: ut arcanas possim signare tabellas:
Neue tenax æram: siccaque gemma trahat:
Humida formosæ tangam prius ora puellæ:
Tantum ne signem scripta dolenda mihi.
Si dabor ut condar loculis: exire negabo:
Astringens digitos orbe minore tuos.
Non ego dedecori tibi sum mea uita futurus:
Quo due tener digitus ferre recuser onus:
Me gere cum galidis perfundes imbribus artus:

Damnaque ſub gemma perfer euntis aquæ.
Sed puto te uiſa mea membra libidine ſurgent:
Et peraget partes annulus ipſe uiri.
Irrita quid uoueo: paruum proficiſcere munus:
Illa datam ſecum ſentiat eſſe fidem.

Ad amicam ut ad rura ſua ueniat.

TE pars ſulmo tenet peligni tertia ruris
Parua: ſed irriguis ora ſalubris aquis.
Sol licet admoto tellurem ſidere findat:
Et micet icarii ſtella proterua canis:
Arua pererrantur peligna liquentibus undis:
Et uiret in tenero fertilis herba ſolo.
Terra ferax cereris: multoque feracior uuis:
Dat quoque bacciferam palladia rarus ager.
Perque reſurgentes riuis labentibus herbas
Gramineus madidam ceſpes obumbrat humum:
At meus ignis abeſt: uerbo peccauimus uno.
Quæ mouet ardores: eſt procul: ardor adeſt:
Non ego: ſi medius polluce & caſtore ponar:
In cœli ſine te parte fuiſſe uelim.
Sollicitiiaceant: terraque premantur iniqua:
In longas orbem qui ſecuere uias.
Aut iuuenum comites iuſſiſſent ire puellas.
Si fuit in longas terra ſecanda uias.
Tunc mihi: ſi premerem uentoſas horridus alpes:
Durum cum domina molle fuiſſet iter.
Cum domina libycas auſim prærumpere ſyrtes:
Et dare non æquis uela ferenda notis.
Non quæ uirgineo portenta ſub inguine latrant:
Nec timeam ueſtros curua malæa ſinus.
Nec quas ſubmerſis ratibus ſaturata charybdis
Fundit: & effuſas ore receptat aquas.
Quod ſi neptunni uentoſa potentia uincat:
Et ſub uenturos auferat unda deos:
Tu noſtris niueos humeris impone lacertos:
Corpore nos facili dulce feremus onus.
Sæpe petens uero iuuenis trana uerat undas.
Tunc quoque tranaſſet: ſed uia ceca fuit.
At ſine te: quanuis operoſi uitibus agri
Me teneant quanuis imbribus arua natent:
Et uocet in riuos currentem ruſticus uuam:
Frigidaque arboreas mulceat aura comas:
Non ego pelignos uideor celebrare ſalubres:
Non ego natalem rura paterna locum:
Sed ſcythiam cilycaſque feros: uiriteſque britannos:
Quæque prometheo ſaxa cruore rubent.
Vlmus amat uites: uitis non deſerit ulmos:
Separor a domina cur ego ſæpe mea?
At mihi te comitem iurabas uſque futuram:
Per me perque oculos: qui rapuere tuos.
Verba puellarum foliis leuiora caducis:
Irritaque: ut uiſum eſt: uentus & aura ferunt.
Si qua mei tamen eſt in te pia cura relicti:
Incipe pollicitis addere facta tuis.
Parua quam primum rapientibus eſſeda mannis
Ipſa per admiſſas concute lora iubas
At tuos: qua ueniet: tumidi ſubſidite montes:
Et faciles curuis ualibus eſte uiæ.

Vt Corinnæ ſe totum tradat:

SI quis erit: qui turpe putet ſeruire puellæ:
Illo conuincar iudice turpis ego.
Sim licet infamis: dum me moderatius urat
Quæ paphon: & fluctu pulſa cythera tenet.
Atque utinam dominæ mitis quoque præda fuiſſem:
Formoſæ quoniam præda futurus eram.

Dat facies

Dat facies animos: facie uiolenta corinna est.
Me miserum: cur est tam bene nota sibi?
Scilicet a speculi sumuntur imagine fastus:
Nec nisi composita se uidet illa prius:
Non tibi si facies nimium dat in omnia regnum:
O facies oculos docta tenere meos:
Collatum iccirco tibi me contemnere debes:
Aptari magnis inferiora licet.
Creditur & nymphæ mortalis amore calypso
Capta: recusantem detinuisse uirum.
Credimus æquoream phthionereida regi:
Egeriam iusto concubuisse numæ.
Vulcano uenerem: quanuis incude relicta
Turpiter obliquo claudicet ille pede.
Carminis hoc ipsum genus impar: sed tamen apte
Iungitur herous cum breuiore modo.
Tu quoque me mea lux in quaslibet accipe leges:
Te decet in medio iura dedisse toro:
Non tibi crimen ero: nec quo lædere remoto?
Non erit hic nobis inficiandus amor.
Sunt mihi pro magno fœlicia carmina censu.
Et multæ per me nomen habere uolunt.
Noui aliquam: quæ se circunferat esse corinnam.
Vt fiat: quid non illa dedisse uelit?
Sed neque diuersi ripa labuntur eadem
Frigidus eurotas: populiferque padus.
Nec: nisi tu: nostris cantabitur ulla libellis.
Ingenio causas tu dabis una meo:

Ad Macrum: quod de amoribus scribat.

Carmen ad iratum dum tu perducis achillem:
Primaque iuratis induis arma uiris:
Nos macer ignauæ ueneris cessamus in umbra:
Et tener ausuros grandia frangit amor.
Sæpe meæ dixi tandem discede puellæ:
In gremio sedit protinus illa meo.
Sæpe pudet dixi: lachrymis uix illa retentis
Me miseram: cur te dixit amare pudet.
Implicuitque suos circum mea colla lacertos:
Et quæ me perdunt: oscula mille dedit.
Vincor: & ingenium sumptis reuocatur ab armis:
Resque domi gestas: & mea bella cano.
Sceptra tamen sumpsi: curaque tragœdia nostra
Creuit: & huic operi quamlibet aptus eram.
Risit amor: pallamque meam: pictosque cothurnos:
Scæptraque priuata tam cito sumpta manu.
Hinc quoque me dominæ numen deduxit iniquæ:
Deque cothurnato uate triumphat amor.
Quod licet & partes teneri profitemur amoris:
Hei mihi præceptis urgeor ipse meis.
Et quod penelopes uerbis reddatur ulyxi:
Scribimus: & lachrymas phylli relicta tuas.
Quod paris: & macareus: & quod male gratus iason:
Hippolytique parens: hippolytusque legant:
Quodque tenens strictum dido miserabilis ensem
Dictat: & aoniæ lesbis amica lyræ:
Quam cito de toto rediit meus orbe sabinus?
Scriptaque diuersis rettulit ille locis.
Candida penelope signum cognouit ulyxis.
Legit ab hippolyto scripta nouerca suo.
Iam pius æneas miseræ rescripsit elisæ:
Quodque legat phyllis: si modo uiuit: habet.
Tristis ad hypsiphylen ab iasone littera uenit.
Dat uotam phœbo lesbis amica lyram.
Nec tibi quam tutum uati macer arma canenti
Aureus in medio marte tacetur amor:

Et paris est illic: & adultera nobile crimen:
Et comes extincto laodomia uiro.
Si bene te noui: non bella libentius istis
Dicis: & a uestris in mea castra redis.
Ad riualem: cui uxor curæ non erat.
Si tibi non opus est seruata stulte puella:
At mihi fac serues quo magis ipse uelim.
Quod licet: ingratum est: quod non licet: acrius urit.
Ferus est: si quis: quod sinit alter: amat.
Speremus pariter: pariter metuamus amantes.
Et facit uoto rara repulsa locum.
Quid fortuna mihi: quæ nunquam fallere possit:
Nil ego: quod nullo tempore læd at: amo.
Viderat hoc in me uitium uersuta corinna:
Quaque capi possem callida norat opem.
Ah quotiens sani capitis mentita dolorem:
Cunctantem tardo iussit abire pede.
Ah quotiens finxit culpam: quantumque licebat
Insontis speciem præbuit ipsa nocens:
Sic ubi uixerat: tepidosque refouerat ignes:
Rursus erat uotis comis & apta meis.
Quam mihi blanditias: quam dulcia uerba parabat?
Oscula dii magni qualia quotque dabat?
Tu quoque: quæ nostros rapuisti nuper ocellos:
Sæpe face insidias: sæpe rogata nega.
Et sine me ante tuos proiectum in limine postes
Longa pruinosa frigora nocte pati.
Sic mihi durat amor: longosque adolescit in annos:
Hoc iuuat: hæc animi sunt alimenta mei.
Pinguis amor nimiumque potens in tædia nobis
Vertitur: & stomacho dulcis ut esca nocet
Si nunquam danaen habuisset abenea turris:
Non esset danae de ioue facta parens.
Dum seruat iuno mutatam cornibus io.
Facta est: quam fuerat: gratior ipsa iouis
Quod licet & facile est quisquis cupit: arbore frondes
Carpat: & e medio flumine sumat aquam.
Si qua uolet regnare diu: deludat amantem.
Hei mihi de monitis torqueor ipse meis:
Quod libet: cueniat: nocet indulgentia nobis:
Quod sequitur. fugio quod fugit: ipse sequor.
At tu formosæ nimium secure puellæ
Incipe iam prima cludere nocte domum.
Incipe: quis furtim totiens tua lumina pulset:
Quærere: quid latrent nocte silente canes:
Quo ferat & referat solers ancilla tabellas:
Cur totiens uacuo secubet illa toro.
Mordeat ista tuas aliquando cura medullas:
Detque locum nostris: materiamque dolis.
Ille potest uacuo furari littori harenas:
Vxorem stulti si quis amare potest.
Iamque ego præmoneo: nisi tu seruare puellam
Incipis: incipiet desinere esse mea.
Multa diuque tuli: speraui sæpe futurum:
Cum bene seruasses: ut bene uerba darem:
Lentus es: & pateris nulli patienda marito.
At mihi concessi finis amoris erit:
Scilicet infœlix nunquam prohibebor adire?
Nox mihi sub nullo uindice semper erit?
Nil metuam: per nulla traham suspiria somnos.
Nil facies cur te iure perisse uelim.
Quid mihi cum facili quid cum lenone marito?
Corrumpis uitio gaudia nostra tuo.
Quin alium: quem tanta iuuet patientia quæras:
Me tibi riualem si iuuat esse: ueta.

P. Ouidii

P. Ouidii Naſonis amorum Liber Tertius.

STat uetus & multos incidua ſilua per annos:
Credibile eſt illi numen ineſſe loco.
Fons ſacer in medio: ſpelũcaque pumice pẽdẽs
Et latere ex omni dulce queruntur aues:
Hic ego dum ſpatior tectus nemoralibus undis:
Quod mea quærebam muſa: mouet opus.
Venit adoratos elegia nexa capillos:
Et puto pes illi longior alter erat.
Forma decens: ueſtis tenuiſſima: uultus amantis:
In pedibus uitium cauſa decoris erat.
Venit & ingenti uiolenta tragœdia paſſus
Fronte comæ torua: palla iacebat humi:
Leua manus ſcæptrum late regale tenebat:
Lydius alta pedum uincla cothurnus erat.
Et prior: equis erit dixit tibi finis amandi?
O argumenti lente poeta tui.
Nequitiam uinoſa tuam conuiuia narrant.
Narrant in multas compita ſecta uias.
Sæpe aliquis digito uatem deſignat euntem:
Atque ait hic: hic eſt quem ferus urit amor.
Fabula nec ſentis: tota iactaris in urbe:
Dum tua poſtpoſito facta pudore refers.
Tempus erat thyrſo populum grauiore moueri.
Ceſſatum ſatis eſt: incipe maius opus.
Materia premis ingenium: cane facta uirorum:
Hæc animo dices area digna meo eſt.
Quod teneræ cantent luſit tua muſa puellæ:
Primaque per numeros apta iuuenta ſuos.
Nunc habeat per te romana tragœdia nomen:
Implebit leges ſpiritus iſte meas.
Hactenus: & mouit pictis innixa cothurnis
Denſum cæſarie terque quaterque caput:
Altera nam memini: lunis ſubriſit ocellis.
Fallor? an in dextra myrtea uirga fuit?
Quid grauibus uerbis animoſa tragœdia dixit:
Me premis? an nunquam non grauis eſſe potes?
Imparibus tamen es numeris dignata moueri.
In me pugnaſti uerſibus uſa meis.
Non ego contulerim ſublimia carmina noſtris:
Obruit exiguas regia uaſta fores.
Sum leuis: & mecum leuis eſt mea cura cupido.
Non ſum materia fortior ipſa mea.
Ruſtica fit ſine me laſciui mater amoris:
Huic ego proueni læna comeſque deæ.
Quam tu non poteris duro referare cothurno:
Hæc eſt blanditiis ianua laxa meis.
Et tamen emerui plus quam tu poſſe: ferendo.
Multa ſupercilio non patienda tuo.
Per me decepto didicit cuſtode corinna:
Liminis obſtricti ſollicitare forem:
Delabique toro tunica uelata recincta:
Atque impercuſſos nocte mouere pedes.
Ah quotiens furibus duris incuſa pependi?
Non uerita a populo prætereunte legi.
Quin ego me memini dum cuſtos ſæuus abiret:
Ancille miſſam delituiſſe ſinu.
Quid cum me munus natali miſit: at illa
Rapuit: & appoſita barbara merſit aqua.
Prima tuæ mouit fœlicia ſemina mentis.
Munus habes quod te iam petit iſta meum.
Deſierant: cœpi: per uos utraſque rogamus:
In uacuas auras uerba timentis eant.
Altera me ſcæptro decoras: altoque cothurno:
Iam nunc contractor magnus in orbe ſonus.

Altera das nostro uicturum nomen amori:
Ergo ades: & longis uersibus adde breues.
Exiguum uati concede tragœdia tempus:
Tu labor æternus: quod petit illa: breue est.
Mota dedit ueniam: teneri properentur amores:
Dum uacat: a tergo grandius urget opus.

Ad amicam cursus equorum spectantem

NOn ego nobilium uenio spectator equorum.
Cui tamen ipsa faues: uincat ut ille: precor.
Vt loquerer tecum ueni: tecumque sederem:
Ne tibi non notus: quem facis: esset amor:
Tu cursum spectes: ego te: spectemus uterque:
Quod iuuat: atque oculos pascat uterque suos:
Quicunque faues fœlix agitator equorum:
Ergo illi curæ contigit esse tuæ.
Hoc mihi contingat sacro de carcere missis
Insistam forti mente uehendus equis.
Et modo lora dabo: modo uerbere terga notabo.
Nunc stringam metas interiore rota.
Si mihi currenti fueris conspecta: morabor:
Deque meis manibus lora remissa fluent:
Ah quam pene pelops pisæo concidit axe:
Dum spectat uultus hippodamia tuos:
Nempe fauore suæ uicit tamen ille puellæ:
Vincamus dominæ quisque fauore suæ.
Quid frustra refugis? cogit nos linea iungi:
Hæc ex lege loci commoda circus habet.
Tu tamen a dextra quicunque es parce puellæ:
Contractu lateris læditur ista tui.
Tu quo qui spectas post nos tua contrahe crura:
Si pudor est: rigido nec preme terga genu.
Sed nimium demissa iacent tibi pallia terræ.
Collige: uel digitis en ego tollo meis.
Inuidia uestis eras: quæ tam bona crura tegebas:
Quoque magis spectes inuida uestis eras:
Talia mimalion atalantis crura fugacis
Optauit manibus sustinuisse suis.
Talia pinguntur succinctæ crura dianæ:
Cum sequitur fortes fortior ipsa feras.
His ego non uisis: quid fiet ab istis?
In flammam flammas: in mare fundis aquas.
Suspicor ex istis & cætera posse placere:
Quæ bene subtenui condita ueste latent.
Vis tamen interea tenues accrescere uentos:
Quos faciant nostra mota flabella manu?
An magis hic meus est animi non aeris æstus:
Captaque fœmineus corpora torret amor?
Dum tamen alba nigro sparsa est tibi puluere uestis:
Sordide de niueo corpore puluis abi.
Sed iam pompa uenit: linguis animisque fauete:
Tempus adest plausus: aurea pompa uenit.
Prima loco fertur sparsis uictoria pennis:
Huc ades: & meus hic fac dea uincat amor.
Plaudite neptunno: nimium qui creditis undis.
Nil mihi cum pelago: me mea terra tenet.
Plaude tuo marti miles: nos odimus arma.
Pax iuuat: & media pace repertus amor.
Auguribus phœbus: phœbe uenantibus adsit:
Artifices in te uerte minerua manus.
Ruricolæ cereri: teneroque assurgite baccho:
Pollucem pugiles: castora placet eques.
Nos tibi blanda uenus puerique potentibus armis
Plaudimus: inceptis annue diua meis.
Daque nouam mentem dominæ: patiatur amari:
Annuit: & motu signa secunda dedit:

Quod dea

Quod dea promiſit: promittas ipſa rogamus.
Pace loquor ueneris tu dea maior eris.
Per tibi tot iuro teſtes pompamque deorum:
Te dominam nobis tempus in omne fore.
Sed pendent tibi crura: potes: ſi forte iuuabit:
Cancellis primos inſeruiſſe pedes:
Maxima iam uacuo præco ſpectacula circo:
Quadriuges æquo carcere miſit equos.
Cui faueas uideo: uincet cuicunque fauebis:
Quod cupias: ipſi ſcire uidentur equi.
Me miſerum metam ſpacioſo circuit orbe.
Quid facis? admoto proximus axe ſubit.
Quid facis infœlix? perdis bona uota puellæ.
Tende precor ualida lora ſiniſtra manu.
Fauimus ignauo: ſed enim reuocate quirites:
Et date iactatis undique ſigna togis.
En reuocant: at ne turbet toga mota capillos:
In noſtros abdas te licet uſque ſinus.
Iamque patent iterum reſerato carcere potes:
Et uolat admiſſis diſcolor agmen equis.
Nunc ſaltem ſupera: ſpatioque inſurge patenti:
Sint mea fac dominæ ſint rata uota meæ.
Sunt dominæ rata uota meæ: mea uota ſuperſunt:
Ille tenet palmam: palma petenda mea eſt.
Riſit: & argutis quiddam promiſit ocellis:
Hoc ſatis eſt: alio cætera redde loco.

De amica: quæ peierauerat.

Eſſe deos credam? fidam iurata fefellit:
Et facies illi: quæ fuit ante: manet.
Quam longos habuit nondum iurata capillos:
Tam longos poſtquam numina læſit: habet.
Candida candorem roſeo ſuffuſa rubore
Ante fuit: niueo lucet in ore rubor.
Pes erat exiguus: pedis eſt aptiſſima forma.
Longa deceſque fuit: longa deceſque manet.
Argutos habuit: radiant ut ſidus ocelli:
Per quos mentita eſt perfida ſæpe mihi.
Scilicet æterni falſum iurare puellis
Dii quoque concedunt: formaque numen habet.
Perque ſuos illam nuper iuraſſe recordor:
Perque meos oculos: & doluere mei.
Dicite dii: ſi uos impune fefellerit illa:
Alterius meriti cur ego damna tuli?
At non inuidiæ uobis cepheia uirgo eſt:
Pro male formoſa iuſſa parente mori.
Non ſatis eſt: quod uos habui ſine pondere teſtes?
Sed mecum læſos ridet inulta deos:
Vt ſua per noſtram redimat periuria pœnam:
Victima deceptus decipientis ero.
Aut ſine re deus eſt nomen: fruſtraque timetur:
Et ſtulta populos credulitate mouet:
Aut ſi quis deus eſt: teneras amat ille puellas:
Et nimium ſolas omnia poſſe iubet.
Nobis fatifero mauors accingitur enſe.
Nos petit inuicta palladis haſta manu.
Nobis flexibiles curuantur apollinis arcus:
In nos alta iouis dextera fulmen habet.
Formoſas ſuperi metuunt offendere læſi.
Atque ultro quæ ſe non timuere: timent:
Et quiſquam pia tura focis imponere curat?
Certe plus animi debet ineſſe uiris.
Iuppiter igne ſuo lucos iaculatur & arces:
Miſſaque periuras tela ferire uetat.
Tot meruere peti: ſemele miſerabilis arſit:
Officio eſt illi pœna reperta ſuo.

At ſi uenturo ſe ſubduxiſſet amanti:
Non pater in baccho matris haberet onus:
Quid queror:& toto facio conuicia cœlo?
Dii quoque habẽt oculos:dii quoque pectus habẽt.
Si deus ipſe forem:numen ſine fraude liceret
Fœmina mendaci falleret ore meum.
Ipſe ego iurarem uerum iuraſſe puellas:
Et non de tetricis dicerer eſſe deus.
Tu tamen illorum moderatius utere dono:
Aut oculis certe parce puella meis:

Ad uirum ſeruantem coniugem.

IVre uir impoſito teneræ cuſtode puellæ
Nil agis:ingenio quæque tuenda ſuo eſt.
Si qua metu dẽpto caſta eſt:ea denique caſta eſt.
Quæ quia non liceat:non facit:illa facit.
Vt iam ſeruaris bene corpus:adultera mens eſt.
Nec cuſtodiri:ni uelit:ulla poteſt.
Nec mentem ſeruare potes:licet omnia claudas:
Omnibus excluſis intus adulter erit.
Cui peccare licet:peccat minus:ipſa poteſtas
Semina nequitiæ languidiora facit.
Deſine:crede mihi:uitia irritare uetando:
Obſequio uinces aptius ipſe tuo.
Vidi ego nuper equum contra ſua frena tenacem
Ore reluctanti fulminis ire modo.
Conſtitit ut primum conceſſas ſenſit habenas:
Frenaque in effuſa laxa iacere iuba.
Nitimur in uetitum ſemper:cupimuſque negata:
Sic inter dictis imminet æger aquis.
Centum fronte oculos:centum ceruice gerebat
Argus:& hos unus ſæpe fefellit amor.
In thalamo danae ſaxo ferroque perenni:
Quæ fuerat uirgo tradita:mater erat.
Penelope manſit:quanuis cuſtode careret:
Inter tam multos intemerata procos:
Quicquid ſeruatur:cupimus magis:ipſaque furem
Præda uocat:pauci:quod ſinit alter amant.
Nec facie placet ipſa ſua:ſed amore mariti:
Neſcio quid quod te ceperit eſſe putant:
Non proba ſit:quam uir ſeruat:ſed adultera chara é.
Ipſe timor pretium corpore maius habet.
Indignere licet:iuuat:inconceſſa uoluptas
Sola placet:timeo dicere ſi qua poteſt.
Non tamen ingenuam ius eſt ſeruare puellam:
Hic metus externæ corpora gentis agat:
Scilicet ut poſſit cuſtos ego dicere:feci.
In laudem ſerui caſta ſit illa tui.
Ruſticus eſt nimium;quem lædit adultera coniunx:
Et notos mores non ſatis urbis habet:
In qua martigenæ non ſunt ſine crimine nati
Romulus iliades:iliadeſque remus.
Quid formoſa tibi?ſi non tibi caſta:placebit?
Non poſſunt ullis iſta coire modis.
Si ſapis:indulge dominæ:uultuſque ſeueros
Exue:nec rigidi iura tuere uiri.
Et cole quos dederit:multos dabit uxor:amicos.
Gratia ſic minimo magna labore uenit.
Sic poteris iuuenum conuiuia ſemper inire:
Et quæ non dederis multa uidere dare.

Ad annẽ:dum iter faceret ad amicam.

OMnis arundinibus limoſas obſite ripas
Ad dominam propero:ſiſte parumper aquas:
Nec tibi ſunt pontes:nec quæ ſine remigis ictu
Concaua traiecto cymba rudente uehat.
Paruus eras:memini:nec te tranſire refugi:

Summaque uix

Summaque uix talos contigit unda meos:
Nunc ruis appositis niuibus de monte solutis:
Et turpi crassas gurgite uoluis aquas.
Quid properasse iuuat? quid parua dedisse quieti.
Tempora? quid nocti conseruisse diem?
Si tamen hic standum est: si non datur artibus ullis
Vlterior nostro ripa premenda pede?
Nunc ego quas habuit pennas danæius heros:
Terribili densum cum tulit angue caput.
Nunc opto currum: de quo cerealia primum
Semina uenerunt in rude missa solum.
Prodigiosa loquor ueterum mendacia uatum:
Non tulit hæc unquam: nec feret ulla dies.
Tu potius ripis effuse capacibus amnis:
Sic æternus eas: labore fine tuo.
Non eris inuidiæ torrens: mihi crede: ferendæ:
Si dicar per te forte retentus amans.
Flumina deberent iuuenes in amore iuuare:
Flumina senserunt ipsa quid esset amor:
Inachus in media bithynide pallidus isse
Dicitur: & gelidis incaluisse uadis.
Nondum troia fuit lustris obsessa duobus:
Cum rapuit uultus xanthe neæra tuos.
Quid non alpheon diuersis currere terris
Virginis arcadiæ certus adegit amor?
Te quoque promissam xantho penee neæram
Phitiadum terris occuluisse ferunt:
Quid referam asopon? quem cœpit martia thebe:
Natarum thebe quinque futura parens?
Cornua si tua sunt: ubi nunc acheloe requiram?
Herculis irata fracta querere manu.
Nec tanti calydon: nec tota ætholia tanti.
Vna tamen tanti deianira fuit.
Ille flueus diues septena per hostia nilus:
Qui patriam tantæ non bene cælat aquæ:
Fertur in euanne collectam asopide flammam
Vincere gurgitibus non potuisse suis.
Siccus ut amplecti salmonida posset enipeus
Cædere iussit aquam: iussa recessit aqua.
Nec te prætereo: qui per caua saxa uolutans
Tyburis argæi spumifer arua rigas:
Ilia cui placuit: quanuis erat horrida uultu:
Vngue notata comas: ungue notata genas.
Illa gemens patruique nefas: delictaque martis:
Errabat nudo per loca sola pede.
Hanc amnis rapidis animosus uidit in undis:
Raucaque de mediis sustulit ora uadis.
Atque ita: quid nostras inquit teris anxia ripas
Ilia ad idæo laomedonte genus?
Quo cultus abiere tui? quid sola uagaris?
Vitta nec euinctas impedit alba comas?
Quid fles? & teneros lachrymis corrumpis ocellos:
Pectoraque insana plangis acerba manu?
Ille habet & silices; & durum in pectore ferrum:
Qui tenero lachrymas lætus in ore uidet.
Ilia pone metus: tibi regia nostra patebit:
Teque colent omnes: ilia pone metus.
Tu centum aut plures inter dominabere nymphas:
Nam centum aut plures flumina nostra tenent.
Nec me speme precor tantum romana propago:
Munera promissis uberiora feres.
Dixerat: illa oculos in humum deiecta modestos:
Spargebat tepido flebilis imbre sinus.
Ter molita fugam: ter ad altas restitit undas:
Currendi uires eripiente metu.

Serua tamen ſcindens inimico pollice crinem:
Edidit indignos ore tremente ſonos.
Outinam mea tecta forent: patriaque ſepulchro
Condida dum poterant uirginis oſſa tegi.
Cur modo ueſtalis tædas inuitor ad ullas
Turpis & iliacis inficianda focis?
Quid moror: & digitis deſignor adultera uulgi?
Deſit famoſus qui notet ora pudor.
Hactenus & ueſtem timidis prætendit ocellis:
Atque ita ſe in rapidas perdita miſit aquas.
Suppoſuiſſe manus ad pectora lubricus amnis
Dicitur: & ſocii iura dediſſe tori.
Te quoque credibile eſt aliqua caluiſſe puella:
Sed nemora: & ſiluæ crimina ueſtra tegunt:
Dum loquor: increuit uaſtis ſpatioſus in undis:
Nec capit admiſſas alueus altus aquas.
Quid mecum furioſe tibi? quid mutua differs
Gaudia? quid cœptum ruſtice rumpis iter?
Quid ſi legitimum flueres? ſi nobile flumen?
Si tibi per terras maxima fama foret?
Nomen habes nullum niuibus collecte caducis:
Nec tibi ſuht frontes: nec tibi certa domus.
Fontis habes inſtar pluuiamque niueſque ſolutas:
Quas tibi diuitias pigra miniſtrat hyems.
Aut lutulentus agis brumali tempore curſus:
Aut premis arentem puluerulentus humum.
Quis te unquam potuit ſitiens aurire uiator?
Quis dixit grata uoce: perennis eas?
Damnoſus pecori curris: damnoſior agris.
Forſitan hæc alios: me mea damna mouent:
Huic ego ueh demens narrabam fluminum amores:
Iactaſſe indigno nomina tanta pudet.
Neſcio quid ſpectans acheloon & inachon amnes:
Et potuit nomen nile referre tuum.
At tibi pro meritis opto nunc candide torrens
Sint rapidi ſoles: ſiccaque ſemper hyems.
Quod ab amica receptus: cū ea coire nō potuit cōqrif.

AVt non formoſa eſt? aut non bene culta puella:
Aut puto non uotis ſæpe petita meis.
Hanc tñ in nullos tenui male languidus uſus:
Sed iacui pigro crimen onuſque toro.
Nec potui cupiens pariter cupiente puella:
Inguinis effeti parte iuuante frui.
Illa quidem noſtro ſubiecit eburnea collo
Brachia ſythonia candidiora niue:
Oſculaque inſeruit cupida luctantia lingua:
Laſciuum femori ſuppoſuitque femur.
Et mihi blanditias dixit: dominumque uocauit:
Et quæ præterea publica uerba iuuant.
Tacta tamen gelida ueluti mea membra cicuta.
Segnia propoſitum deſtituere meum.
Truncus iners iacui ſpecies & inutile lignum:
Nec ſatis exactum eſt corpus an umbra forem.
Quæ mihi uentura eſt: ſi quidē eſt uentura ſenectus
Cum deſit numeris ipſa iuuenta ſuis.
Ah pudet annorum: quod me iuuenēque uirumque
Nec iuuenem: nec me ſenſit amica uirum.
Sic flammas aditura pias æterna ſacerdos
Surgit: & a charo fratre uerenda ſoror:
Aut nuper bis flaua chie: ter candida pitho:
Ter libas officio continuata meo eſt.
Exigere a nobis anguſta nocte corinnam:
Et memini numeros ſuſtinuiſſe nouem.
Num mea theſſalico languent deuota ueneno
Corpora: num miſero carmen & herba nocent.

Saga ue.

Saga ue punicea definxit nomina cæra:
Et medium tenues in iecur urget acus.
Carmine læsa ceres sterilem uanescit in herbam:
Deficiunt læsi carmine fontis aquæ.
Illicibus glandes:cantataque uitibus uua
Decidit:& nullo poma mouente fluunt.
Quis uetat & neruos magicas torpere per artes
Forsitan impatiens fit latus inde meum.
Huc pudor accessit facti pudor ipse nocebat:
Ille fuit uitii causa secunda mei.
At qualem uidi:qualem tetigique puellam
Sic etiam tunica tangitur illa sua.
Illius a tactu pilius iuuenescere posset:
Tithonusque annis fortior esse suis
Hæc mihi contingerat:sed non uir contigit illi:
Quas nunc concipiam per noua uota preces.
Credo etiam magnos: quo sum tam turpiter usus:
Muneris oblati pœnituisse deos.
Optabam recipi certe:sum nempe receptus:
Oscula ferre:tuli:proximus esse:fui.
Quid mihi fortunæ tantum?quid regna sine usu?
Quid nisi possedi diues auarus opes?
Si caret mediis taciti uulgator in undis:
Pomaque:quæ nullo tempore tangat habet.
A tenera quisquam sic surgit mane puella:
Protinus ut sanctos possit adire deos?
Sed puto non blanda:non optima perdidit in me
Oscula:non omni sollicitauit ope.
Illa graues potuit quercus adamantaque durum:
Surdaque blanditiis saxa mouere suis.
Digna mouere fuit certe diuosque uirosque.
Sed neque tunc uixi:nec uir ut ante fui.
Quid iuuat ad surdas si canter phemius aures?
Quid miserum thamyram picta tabella iuuat?
Atque non tacita formaui gaudia mente?
Quos ego non finxi:disposuique modos?
Nostra tamen iacuere uelut præmortua membra
Turpiter hesterna languidiora rosa.
Quæ nunc ecce uigent intempestiua ualentque
Nunc opus exposcunt militiamque suam.
Quin istic pudibunda iace pars pessima nostri.
Sic sum pollicitis captus ut ante tuis.
Tu dominum fallis:per te deprehensus inermis
Tristia cum magno damna pudore tuli.
Hanc etiam non est mea dedignata puella
Molliter admota sollicitare manu.
Sed postquam nullas consurgere posse per artes:
Immemoremque sui procubuisse uidet.
Quid me ludis ait?quis te:male sane iubebat
Inuitum nostro ponere membra toro?
Aut te traiectis æa uenefica rais
Deuouet:aut alio lassus amore uenis.
Nec mora:dissiluit tunica uelata recincta:
Et decuit nudos præripuisse pedes.
Neue suæ possent intactam scire ministræ:
Dedecus hoc sumpta dissimulauit aqua.

Quod ab amica non recipiatur dolet:

AN quisq̃ ingenuas etiam nunc suscipit artes?
Aut tenerum dotes carmen habere putat?
Ingenium quondam fuerat pretiosius auro:
Aut nunc barbaria est grandis:habere nihil.
Cum pulchre nostri dominæ placuere libelli:
Quo licuit libris:non licet ire mihi.
Cum bene laudauit:laudato ianua clausa est:
Turpiter huc illuc ingeniosus eo.

Ecce recens diues parto per uulnera censu
Præfertur nobis sanguine factus eques.
Hunc potes amplecti formosis stulta lacertis?
Huius in amplexu stulta iacere potes?
Si nescis: caput hoc galeam portare solebat:
Ense latus cinctum: quod tibi seruit: erat.
Cua manus: cui nunc ferum male conuenit aurum:
Scuta tulit: dextram tange: cruenta fuit.
Qua periit aliquis: potes hanc contingere dextram:
Heus ubi mollicies pectoris illa tui est?
Cerne cicatrices ueteris uestigia pugnæ.
Quæsitum est illi corpore quicquid habet.
Forsitan & quotiens hominem iugulauerit: ille
Indicet: hoc fassas tangis auara manus.
Ille ego musarum purus: phœbique sacerdos
Ad rigidas canto carmen inane fores.
Discite qui sapitis non hæc quæ scimus inertes:
Sed trepidas acies: & fera bella sequi.
Proque bono uersu primum deducite pilum.
Hoc tibi si uelles: posset homere dari.
Iuppiter admonitus nihil esse potentius auro:
Corruptæ pretium uirginis ipse fuit.
Dum merces aberat: durus pater: ipsa seuera:
Aerati postes: ferrea turris erat.
Sed postquam sapiens in munera uenit adulter:
Præbuit ipsa sinus: & dare iussa: dedit.
At cum regna senex cœli saturnus haberet:
Omne lucrum tenebris alta premebat humus
Aeraque & argentum cunque auro pondera ferri
Manibus admorat: nullaque massa fuit.
At meliora dabat curuo sine uomere fruges:
Pompaque: & in quercu mella reperta caua.
Nec ualido quisquam terram scindebat aratro:
Signabat nullo limite fossor humum.
Non freta demissi uerrebant eruta remi.
Vltima mortali tum uia littus erat.
Contra te solers hominum natura fuisti.
Et nimium damnis ingeniosa tuis.
Quid tibi turritis incingere mœnibus urbes?
Quid tibi discordes addere in arma uiros?
Quid tibi cum pelago? terra contenta fuisses.
Cur non & cœlum tertia regna petis?
Qua licet: affectas cœlum quoque: templa quirinus:
Liber: & alcides: & modo cæsar habent.
Ruimus terra solidum pro frugibus aurum.
Possidet inuentas sanguine miles opes.
Curia pauperibus clausa est: dat census honores:
Inde grauis iudex: inde seuerus eques.
Omnia possideant: illis campusque forumque
Seruiat: hi pacem sæuaque bella gerant:
Tantum ne nostros auidi lucrentur amores:
Et satis est: aliquid pauperis esse sinant.
At nunc exæquet tetricas licet illa sabinas
Imperat ut captæ: qui dare multa potest.
Me prohibet custos: in me timet illa maritum.
Si dederim: tota cædet uterque domo.
O si neglecti quisquam deus ultor amantis:
Tam male quæsitas puluere mutet opes.

Tibulli mortem deflet.

DEmnona si mater: mater plorauit achillem:
Et tangunt magnas tristia fata deas:
Flebilis indignos elegeia solue capillos
Ah nimis ex uero nunc tibi nomen erit.
Ille tui uates operis: tua fama tibullus
Ardet in extructo corpus inane rogo.

Ecce puer ueneris fert euersamque pharetram:
Et fractos arcus:& sine luce facem.
Aspice demissis ut eat miserabilis alis:
Pectoraque infesta tundat aperta manu.
Excipiunt lachrymas sparsi per colla capilli:
Oraque singultu concutiente sonant.
Fratris in æneæ sic illum funere dicunt
Egressum tectis pulcher iule tuis:
Nec minus est confusa uenus moriente tibulo
Quam iuuenis rupit cum ferus ingen aper.
At sacri uates:& diuum cura uocamur.
Sunt etiam qui nos numen habere putent.
Scilicet omne sacrum mors importuna prophanat.
Omnibus obscurat inicit illa manus.
Quid pater ismario:quid mater profuit orpheo?
Carmine quid uictas obstupuisse feras?
Et linon in siluis idem pater edidit altis
Dicitur inuicta concinuisse lyra.
Aspice mæoniden:a quo ceu fonte perenni
Vatum pieriis ora rigantur aquis.
Hunc quoque sũmã dies nigro summersit auerno:
Effugiunt auidos carmina sola rogos.
Durat opus uatum troiani fama laboris:
Tardaque nocturno tela retexta dolo.
Sic nemesis longum:sic delia nomen habebit.
Altera cura recens:altera primus amor.
Quid nos sacra iuuant?quid nunc ægyptia prosunt
Sistra?quid in uacuo secubuisse toro?
Cum rapiant mala fata bonos:ignoscite fasso.
Sollicitor nullos esse putare deos.
Viue tamen moriture pius:cole sacra:colentem
Mors grauis a templis in caua busta trahet.
Carminibus confide bonis;iacet ecce tibullus:
Vix manet ex toto parua quod urna capit.
Te ne sacer uates flammæ rapuere rogales?
Pectoribus pasci nec timuere tuis?
Aurea sanctorum potuissent templa deorum
Vrere:quæ tantum sustinuere nephas.
Auertit uultus erycis quæ possidet arces.
Sunt quoque qui lachrymas continuisse negant.
Sed tamen hoc melius:quam si phæacia tellus
Ignotum uili suppositus esset humo.
Hic certe manibus fugientis pressit ocellos
Mater:& in cineres ultima dona dedit.
Hic soror in partem misera cum matre doloris
Venit inornatas dilaniata comas.
Cumque tuis sua iunxerunt nemesisque priorque
Oscula:nec fratres destituere rogos.
Delia discedens fœlicius inquit amata
Sum tibi:uixisti dum tuus ignis eram.
Cui nemesis quid ait:tibi sunt mea damna dolori.
Me tenuit moriens deficiente manu.
Si tamen e nobis aliquid nisi nomen:& umbra
Restat in elysia ualle tibullus erit.
Huius huic uenies hedera iuuenilia cinctus
Tempora:cum caluo docte catulle tuo.
Tu quoque si falsum est:temerati crimen amici
Sanguinis atque animæ prodige galle tuæ:
His comes umbra tua est:si q̃ est mõ corpis umbra
Auxisti numeros culte tibulle pios.
Ossa quieta precor tuta requiescite in urna:
Et sit humus cineri non onerosa tuo.
Ad cererem:conquerens quod eius sacris cum amica concumbere non permittatur.

ANnua uenerunt cerealis tempora ſacri:
Secubat in uacuo ſola puella toro.
Flaua ceres tenues ſpicis redimita capillos:
Cur inhibes ſacris commoda noſtra tuis?
Te dea munificam gentes ubicunque loquuntur:
Nec minus humanis inuidet illa bonis:
Ante nec hirſuti torrebant farra coloni:
Nec notum terris area nomen erat.
Sed glandem quercus oracula prima ferebant:
Hæc cibus:& teneri ceſpitis herba torus.
Prima ceres docuit turgeſcere ſemen in agris:
Falce coloratas ſubſecuitque comas.
Prima iugis tauros ſupponere colla coegit:
Et ueterem curuo dente reuellit humum.
Hanc quiſquam lachrymis lætari ridet amantum:
Et bene tormentis:ſecubituque coli?
Nec tamen eſt:quanuis agros amet illa feraces:
Ruſtica:nec uiduum pectus amoris habet.
Cretes erunt teſtes:nec fingunt omnia cretes:
Cretes nutrito terra ſuperba ioue.
Ille ſideream mundi qui temperat arcem:
Exiguus tenero lac bibit ore puer.
Magna fides teſti:teſtis laudatur alumno.
Faſſuram cererem crimina nota puto.
Viderat iaſium cretæa diua ſub ida
Frigentem certa terga ferina manu.
Vidit & ut teneræ flammam rapuere medullæ:
Hinc pudor:ex illa parte trahebat amor.
Victus amore pudor:ſulcos arere uideres:
Et ſata cum minima parte redire ſui.
Cum bene iactati pulſarunt arua ligones:
Ruperat & duram uomer aduncus humum:
Seminaque in latos ierant æqualiter agros:
Irrita decepti uota colentis erant.
Diua potens frugum ſiluis errabat in altis:
Deciderant longe ſpicea ſerta comæ.
Sola fuit certe fœcundo fertilis anno:
Omnia qua tulerat ſe dea:meſſis erant.
Ipſe locus nemorum canebat frugibus idæ.
Et ferus in ſilua farra metebat aper.
Optauit minos ſimiles ſibi legifer annos.
Optauit cereris longus ut eſſet amor.
Qui tibi ſecubitus triſtes dea flaua fuiſſent:
Hos cogor ſacris nunc ego ferre tuis.
Cur ego ſum tuſtis?cum ſit tibi nata reperta:
Regnaque:quæ iuno forte minora regat.
Feſta dies ueneremque uocat cantuſque merumque
Hæc decet ad dominos munera ferre deos.
Ad amicam:a cuius amore diſcedere non poteſt.
MVlta diuque tuli uitiis patientia uicta eſt.
Cæde fatigato pectore turpis amor:
Scilicet aſſerui iam me:fugique catenas:
Et quæ non puduit ferre:tuliſſe pudet.
Vicimus:& domitum pedibus calcamus amorem:
Venerunt capiti cornua ſera meo.
Perfer:& obdura:dolor hic tibi proderit olim:
Sæpe tulit laſſis ſuccus amarus opem.
Ergo ego neſcio cui:quem tu complexa tenebas:
Ingenuum dura ponere corpus humo?
Ergo ego neſcio cui:quem tu complexa tenebas:
Excubui clauſam ſeruus ut ante domum.
Vidi cum foribus laſſus prodiret amator;
Inualidum referens e meritumque latus.
Hoc tamen eſt leuius;q̃ quod ſum uiſus ab illo:
Eueniat noſtris hoſtibus ille pudor.

Quando ego

Quando ego non fixus lateri ſpatiantis adhæſi:
Ipſe tuus cuſtos:ipſe uir:ipſe comes.
Scilicet & populo per me comitata placebas.
Cauſa fuit multis noſter amoris amor.
Turpia quid referam uanæ mendacia linguæ.
Et periuratos in mea damna deos?
Quid iuuenum tacitos inter conuiuia nutus?
Verbaque compoſitis diſſimulata notis?
Dicta erat ægra mihi:præceps amenſque cucurri?
Veni:& riuali non erat ægra meo:
His & quæ taceo duraui ſæpe ferendis:
Quære alium pro me qui queat iſta pati.
Iam mea uotiua puppis redimita corona
Læta tumeſcentes æquoris audit aquas.
Deſine blanditias & uerba potentia quondam
Perdere:non ego ſum ſtultus ut ante fui.
Luctantur:pectuſque leue in contraria ducunt:
Hac amor:hac odium:ſed puto uincet amor.
Odero:ſi potero:ſi non:inuitus amabo.
Nec iuga taurus amat:quæ tamen odit:habet.
Nequitiam fugio:fugientem forma reducit.
Aduerſor morum crimina:corpus amo.
Sic ego nec ſine te:nec tecum uiuere poſſum:
Et uideor uoti neſcius eſſe mei.
Aut formoſa fores minus:aut minus improba uellẽ.
Non facit ad mores tam bona forma malos.
Facta merent odium:facies exorat amorem.
Me miſerum uitiis plus ualet illa ſuis.
Parce per o lecti ſocialia iura:per omnes
Qui dant fallendos ſe tibi ſæpe deos.
Perque tuam faciem magni mihi numinis inſtar:
Perque tuos oculos:qui rapuere meos.
Quicquid eris:mea ſemper eris:tu ſelige tantum
Me quoque uelle uelis an ne coactus amem:
Lintea dem potius:uentiſque ferentibus utar:
Vt qui ſi nolim:cogar amare tamen.

Ad amicam.

QVis fuit ille dies?quo triſtia ſemper amanti
Omnia non albæ concinuiſtis aues?
Quoque putem ſidus noſtris occurrere uotis?
Quoſue deos in me bella mouere querar?
Quæ modo dicta mea eſt:quam cœpi ſolus amare:
Cum multis uereor ne ſit habenda mihi.
Fallimur?an noſtris innotuit illa libellis?
Sic eſt.ingenio proſtitit illa meo.
Et merito:quid enim formæ præconia feci?
Vendibilis culpa facta puella mea eſt.
Me lenone placet:duce me productus amator:
Ianua per noſtras eſt adaperta manus.
An proſint dubium eſt:nocuerunt carmina ſemper:
Inuidiæ noſtris illa fuere bonis.
Cum thebæ:cum troia foret:cum cæſaris acta:
Ingenium mouit ſola corinna meum.
Outinam aduerſis tetigiſſem carmina muſis:
Phœbus & inceptum deſtituiſſet opus.
Nec tamen ut teſtes mos eſt audire poetas
Malueram uerbis pondus abeſſe meis.
Per nos ſcylla patri canos furata capillos
Pube premit rabidos inguiniſque canes.
Nos pedibus dedimus pennas:nos crinibus angues:
Victor ab antiades alite fertur equo.
Idem per ſpatium tytion porreximus ingens:
Et tria uipereo fecimus ora cani.
Fecimus encheladum iaculantem mille lacertis

Ambiguæ captos uirginis ore uiros.
Aeolios ithacis incluſimus utribus euros,
Proditor in medio tantalus amne ſitit.
De niobe ſilicem: de uirgine fecimus urſam.
Concinit odryſium cecropis ales itym.
Iuppiter aut in aues; aut ſe tranſformat in aurum:
Aut ſecat impoſita uirgine taurus aquas.
Prothea quid referam: thebanaque ſemina dentes:
Qui uomerent flammas ore fuiſſe boues?
Flere genis auriga ſuis electra ſorores:
Quæque rates fuerint: nunc maris eſſe deas.
Auerſumque diem menſis furialibus atrei:
Duraque percuſſam ſaxa ſecuta lyram.
Exit in immenſum fœcunda licentia uatum:
Obligat hiſtorica nec ſua uerba fide:
Et mea debuerat falſo laudata uideri
Fœmina: credulitas nunc mihi noſtra nocet

De Iunonis feſto.

CVm mihi põiferis cõtũx foret orta phaleſcis
Mœnia contigimus uicta camille tibi.:
Caſta ſacerdotes iunoni feſta parabant
Et celebres ludos: indigenamque bouem.
Grande moræ pretium ritus cognoſcere; quanuis
Difficilis cliuis huc uia præbet iter.
Sit uetus: & denſa prænubilus arbore lucus:
Aſpice: concedes numinis eſſe locum.
Aſpicit ara preces: uotiuaque tura piorum:
Ara per antiquas facta ſine arte manus.
Hic ubi perſonuit ſolenni tibia cantu:
It per uelatas annua pompa uias.
Ducuntur niueæ populo plaudente iuuencæ.
Quas aluit campis herba phaliſca ſuis.
Et uituli nondum metuenda fronte minaces:
Et minor ex humili uictima porcus hara.
Duxque gregis cornu per tempora dura recuruo.
Inuiſa eſt dominæ ſola capella deæ.
Ilius indicio ſiluis inuenta ſub altis
Dicitur inceptam detinuiſſe fugam.
Nunc quoque per pueros iaculis inceſſitur index:
Et pretium auctori uulneris ipſa datur.
Qua uentura dea eſt iuuenes: timidæque puellæ
Præbuerant latas ueſte iacente uias.
Virginei crines auro gemmaque premuntur:
Et tegit auratos palla ſuperba pedes.
More patrum ſancte uelatæ ueſtibus albis
Tradita ſuppoſito uertice ſacra ferunt.
Ore fauent populi tunc: cum uenit aurea pompa
Ipſa ſacerdotes ſubſequiturque ſuos.
Argiua eſt pompæ facies agamemnone cæſo
Et ſcelus & patrias fugit haleſus opes.
Iamque pererratis profugus terraque marique
Menia felici condidit alta manu.
Ille ſuos docuit iunonia ſacra phaliſcos.
Sint mihi: ſint populo ſemper amica ſuo.

Ad amicam: ſi peccet: occulte id faciat.

NOn ego ne pecces: cum ſis formoſa recuſo:
Sed ne ſit miſero ſcire neceſſe mihi.
Nec te noſtra iubet fieri cenſura pudicam:
Sed tamen: ut tentes diſſimulare: rogo.
Non peccat quæcunque poteſt peccaſſe negare:
Solaque deformem culpa profeſſa facit.
Quis furor eſt: quæ nocte latent: in luce fateri?
Et quæ clam facias facta referre palam
Ignoto meretrix corpus iunctura quiritu:

Oppoſita

Oppoſita populum ſubmouet ante ſera.
Tu tua proſtitues fama peccata ſiniſtra?
Commiſſi perages indiciumque tui?
Sit tibi mens melior ſaltemque imitare pudicas:
Teque proba: quanuis non eris: eſſe putem.
Quæ facis: hæc facito: tantum feciſſe negato.
Nec pudeat coram uerba modeſta loqui.
Eſt qui nequitiam locus exigat: omnibus illum
Deliciis imple: ſit procul inde pudor.
Hic ſimul exieris: laſciuia protinus omnis
Abſit: & in lecto crimina pone tuo.
Illic nec tunicam tibi ſit poſuiſſe pudori:
Nec femori impoſitum ſuſtinuiſſe femur.
Illic purpureis condatur lingua labellis:
Inque modos uenerem mille figuret amor.
Illic nec uoces: nec uerba iuuantia ceſſent.
Spondaque laſciua mobilitate tremat.
Induc cum tunicis metuentem crimina uultum.
Et pudor obſcenum diffiteatur opus.
Da populo: da uerba mihi: ſine neſcius errem.
Et liceat ſtulta credulitate frui.
Cur totiens uideo mitti: recipique tabellas?
Cur preſſus prior eſt: interiorque torus?
Cur plus quam ſomno turbatos eſſe capillos?
Collaque conſpicio dentis habere notam?
Tantum non oculos crimen deducis ad ipſos:
Si dubitas famæ parcere parce mihi.
Mens abit: & morior quoties peccaſſe fateris:
Perque meos artus frigida gutta fluit.
Nunc amo: nunc odi fruſtra quod amare neceſſe eſt.
Nunc ego ſed tecum mortuus eſſe uelim.
Nil equidem inquiram: nec quæ cælare parabis:
Inſequar: & falſi criminis inſtar erit.
Si tamen in media deprehenſa tenebere culpa:
Et fuerint oculis probra uidenda meis:
Quæ bene uiſa mihi fuerint: bene uiſa negato:
Concedent uerbis lumina noſtra tuis:
Prona tibi uinci cupientem uincere palma eſt.
Sit modo non feci dicere lingua memor.
Cum bene contingat uerbis ſuperare duobus:
Et ſi non cauſa: iudice uince tuo.

Ad Venerem: quod elegis finem imponat.

QVære nouum uatem tenerorum mater amorum.
Traditur hæc elegis ultima charta meis
Quos ego compoſui peligni ruris alumnus:
Nec me deliciæ dedecuere meæ.
Si quid ideſt uſque a proauis uetus ordinis hæres:
Non modo militiæ turbine factus eques.
Mantua uergilio gaudet: uerona catullo.
Peligna dicar gloria gentis ego:
Quem ſua libertas ad honeſta coegerat arma:
Cum timuit ſocias anxia roma manus.
Atque aliquis ſpectans hoſpes ſulmonis aquoſi
Mœnia: quæ campi iugera pauca tenent:
Quæ tantum dicet potuiſtis ferre poetam.
Quantulacunque eſtis uos ego magna uoco:
Culte puer puerique parens mihi tempore longo
Aurea de campo uellite ſigna meo.
Corniger increpuit thyrſo grauiore lyæus.
Pulſanda eſt magnis area maior equis.
Imbelles elegi genialis muſa ualete:
Poſt mea manſurum fata ſuperſtes opus.

P.O.Naſonis Sulmonenſis Amorum Li. feliciter explicit

3 à 8.

DE ARTE AMANDI.

PV.O.NASONIS SVLMONENSIS DE ARTE AMANDI LIBER PRIMVS INCIPIT.

Si Quis In hoc

QVIS ihoc arte populo nō nouit amādi
Me legat & lecto carmine doctus amet.
Arte citæ ueloque rates:remoque reguntur
Arte leuis currus.arte regendus amor.
Curribus autumedon:lentisque erat aptus habenis
Tiphys in hemonia puppe magister erat.
Me uenus artificem tenero præfecit amori.
Tiphys & autumedon dicar amoris ego.
Ille quidem ferus est:& qui mihi sæpe repugnat
Sed puer est:ætas mollis & apta regi.
Phillyrides puerum cithara præfecit achillem.
Atque animos molli contudit arte feros.
Qui totiens socios;totiens exterruit hostes:
Creditur annosum pertimuisse senem.
Quas hector sensurus erat:poscente magistro:
Verberibus iussas præbuit ille manus.
Aeacidæ chiron:ego sum præceptor amoris:
Sæuus uterque puer:natus uterque dea.
Sed tamen & tauri ceruix oneratur aratro.
Frenaque magnanimi dente teruntur equi.
Et mihi cædet amor:quanuis mea uulneret arcu
Pectora:iactatas excutiatque faces.
Quo me fixit amor:quo me uiolentius ussit:
Hoc melior facti uulneris ultor ero.
Non ego phœbe datas a te mihi mentiar artes;
Nec nos aereæ uoce monemur auis.
Non mihi sunt uisæ clio:cliusque sorores
Seruanti pecudes uallibus asera tuis.
Vsus opes mouet hoc:uati parete perito.
Vera canam:cœptis mater amoris ades.
Este procul uittæ tenues:insigne pudoris.
Quæque tegis medios instita longa pedes.
Nos uenerem tutam:concessaque furta canemus.
Inque meo nullum carmine crimen erit.
Principio:quod amare uelis:reperire labora:
Qui noua nunc primum miles in arma uenis:
Proximus huic labor est:placidam exorare puellam
Tertius:ut longo tempore duret amor.
Hic modus:hæc nostro signabitur area curru.
Hæc erit admissa meta tenenda rota.
Dum licet:& loris passim potes ire solutis:
Elige:cui dicas.tu mihi sola places.
Hæc tibi non ueniet tenues delapsa per auras.
Quærenda est oculis apta puella tuis.
Scit bene uenator:ceruis ubi retia tendat.
Scit bene:qua frendens uallc moretur aper
Aucupibus noti frutices:qui sustinet hamos:
Nouit:quæ multo pisce natentur aquæ:
Tu quoque materiam longo qui quæris amori;
Ante frequens quo sit:disce:puella loco.
Non ego quærentem uentis dare uela iubebo.
Nec tibi:ut inuenias;longa terenda uia est.
Andromeden perseus nigris portauit ab indis.
Raptaque sic phrygio graia puella uiro.
Tot tibi nanque dabit formosas roma puellas:
Hæc habet:ut dicas;quicquid in orbe fuit:
Gargara quot segetes;quot hēt methymna racemos.
Aequora quot pisces;fronde teguntur aues.
Quot cælum stellas;tot habet tua roma puellas:
Mater & æneæ constat in urbe sua.
Seu caperis primis;& adhuc crescentibus annis.
Ante oculos ueuiet uera puella tuos.

Siue petis

329.
166

Si ue petis iuuenem:iuuenes tibi mille placebunt.
Cogeris uoti nescius esse tui.
Seu te forte iuuat sera:& sapientior ætas:
Hoc quoque crede mihi:crebrius agmen erit.
Tu modo pompeia lentus spatiare sub umbra:
Cum sol herculei terga leonis adit.
Aut ubi muneribus nati sua munera mater
Addidit:externo marmore diues opus.
Nec tibi uitetur:quæ priscis sparsa tabellis
Porticus:auctoris liuia nomen habet.
Quæque parare necem miseris patruelibus ausæ
Belides:& stricto barbarus ense pater.
Nec te prætereat ueneri ploratus adonis:
Cultaque iudæo septima sacra uiro.
Neu fuge niligenæ memphitica sacra iuuencæ:
Multas illa facit:quod fuit ipsa ioui.
Et fora conueniunt:quis credere posset:amori.
Flammaque in arguto sæpe reperta foro est.
Subdita quæ ueneris facto de marmore templo est
Appias expressis aera pulsat aquis.
Illo sæpe loco capitur consultus amore:
Quique aliis cauit:non cauet ille sibi.
Illo sæpe loco desunt sua uerba diserto.
Resque nouæ ueniunt:causaque agenda sua est.
Hunc uenus e templis:quæ sunt confinia:ridet.
Qui modo patronus:tam cupit esse cliens.
Sed tu præcipue curuis uenare theatris:
Hæc loca sunt uoto fertiliora tuo.
Illic inuenies:quod ames:quod:ludere possis:
Quodque semel tangas:quodque tenere uelis
Vt redit:itque frequens longum formica per agmen
Granifero solitum dum uehit ore cibum:
Aut:ut apes saltusque suos:& olentia nactæ
Pascua per flores:& thima summa uolant:
Sic ruit in celebres cultissima fœmina ludos:
Copia iudicium sæpe morata meum est.
Spectatum ueniunt.ueniunt:spectentur ut ipsæ.
Ille locus casti damna pudoris habet.
Primus sollicitos fecisti romule ludos:
Cum iuuit uiduos rapta sabina uiros.
Tunc neque marmoreo pendebant uela theatro.
Nec fuerant liquido pulpita rubra croco.
Illic:quas tulerant nemorosa palatia:frondes
Simpliciter positæ scæna sine arte fuit.
In gradibus sedit populus de cespite factis:
Qualibet hirsutas fronde tegente comas.
Respiciunt:oculisque notat sibi quisque puellam
Quam uelit.& tacito pectore multa mouet.
Dumque rudem præbente modum tibicine thusco
Lydius æquatam ter pede pulsat humum:
In medio plausu:plausus tunc arte carebat:
Rex populo præde signa petenda dedit.
Protinus exiliunt:animum clamore fatentes.
Virginibus cupidas iniiciuntque manus:
Vt fugiunt aquilas timidissima turba columbæ:
Vtque fugit uisos agna nouella lupos:
Sic ille timuere uiros sine lege ruentes:
Constitit in nulla:qui fuit ante color.
Nam timor unus erat:facies non una timoris.
Pars laniat crines.pars sine mente sedet.
Altera mœsta sedet:frustra uocat altera matrem.
Hæc quæritur:stupet hæc:hæc fugit:illa manet.
Ducuntur raptæ genialis præda puellæ:
Et potuit multas ipse decere pudor.
Si qua repugnabat nimium:commutemque negabat

Sublatam cupido uir tulit ipſe ſinu.
Atque ita:quid teneros lachrymis corrũpis ocellos?
Quod matripater eſt:hoc tibi dixit:ero.
Romule militibus ſciſti dare commoda ſolus:
Hæc mihi ſi dederis commoda:miles ero.
Scilicet ex illo ſolennia more theatra:
Nunc quoque formoſis inſidioſa manent:
Nec te nobilium fugiat certamen equorum:
Multa capax populi commoda circus habet.
Nil opus eſt digitis:per quos arcana loquaris.
Nec tibi per nutus accipienda nota eſt.
Proximus ad dominam nullo phibente ſedeto:
Iunge tuum lateri:quam potes:uſque latus.
Et bene:quod cogit:ſi nolis:linea:iunge:
Quia tibi tangenda eſt lege puella loci.
Hic tibi quæratur ſocii ſermonis origo.
Et moueant primos publica uerba ſonos.
Cuius equi ueniant:facito:ſtudioſe requiras.
Nec mora:quiſquis erit:cui fauet illa:faue.
At cum pompa frequens certantibus ibit ephebis:
Tu ueneri dominæ plaude fauente manu.
Vtque fit:in gremium puluis ſi forte puellæ
Deciderit:digitis excutiendus erit.
Et:ſi nullus erit puluis:tamen excute nullum:
Quælibet officio cauſa ſit apta tuo.
Pallia ſi terræ nimium demiſſa iacebunt:
Colligc:& immunda ſedulus effer humo.
Protinus officii precium patiente puella:
Contingent oculis crura uidenda tuis.
Reſpice præterea:poſt uos quicunque ſedebit:
Ne premat oppoſito mollia terga genu.
Parua leues capiunt animos:fuit utile multis
Puluinar facili compoſuiſſe manu.
Profuit & tenui uentos mouiſſe flabello:
Et caua ſub tenerum ſcanna dediſſe pedem:
Hos aditus circuſque nouo præbebit amori.
Sparſaque ſollicito triſtis harena foro.
Illa ſæpe puer ueneris pugnauit harena:
Et:qui ſpectauit uulnera:uulnus habet.
Dum loquitur tangitque manu:poſcitque libellum:
Et quærit poſito pignore:uincat uter:
Saucius ingemuit:telumque uolatile ſenſit:
Et pars ſpectati uulneris ipſe fuit.
Quid modo cum belli nauali imagine cæſar
Perſidas induxit:cecropidaſque rates?
Nempe ab utroque mari iuuenes:ab utroque puellæ
Vnere:atque ingens orbis in orbe fuit.
Quis non inuenit turba:quod amaret:in illa?
Heu heu quam multos aduena torſit amor.
Ecce parat cæſar:domito quod defuit orbi
Addere:nunc oriens ultime hoſter eris.
Parthe dabis pœnas:craſſi gaudete ſepulti:
Signaque barbaricas non bene paſſa manus.
Vltor adeſt:primiſque ducem profiterur in annis
Bellaque non puero tractat agenda puer.
Parcite natales timidi numerare deorum:
Cæſaribus uirtus contigit ante diem:
Ingenium cæleſtæ ſuis uelocius annis
Surgit:& ignauæ fert mala damna moræ.
Paruus erat:manibuſque ſuis tyrinthius angues
Preſſit:& in cunis iam ioue dignus erat.
Nunc quoque:qui puer es.tantus tum bacche fuiſti
Quum timuit thyrſos inda uicta tuos.
Auſpiciis animiſque patris puer arma mouebis.
Et uinces animis:auſpiciiſque patris.

Tale rudimentum

Tale rudimentum tanto sub nomine debes:
Nunc iuuenum princeps:deinde future senum.
Cum tibi sint fratres:fratres ulciscere læsos.
Cumque pater tibi sit:iura tuere patris.
Præbuit arma tibi genitor patriæque tuusque:
Hostis:ab inuito regna parente rapit.
Tu pia tela feres:sceleratas ille sagittas:
Stabit pro signis iusque piumque tuis:
Vincuntur parthi causa:uincantur & armis.
Eoas latio dux meus addat opes.
Marsque pater:cæsarque pater date numen cunti:
Est deus e nobis alter:& alter erit.
Auguror:en uinces uotiuaque carmina reddam:
Et magno nobis ore sonandus eris.
Consistes:aciemque meis hortabere uerbis.
O desint animis non mea uerba tuis.
Tergaque parthorum:romanaque pectora dicam:
Telaque:ab auerso quæ iacit hostis equo.
Quid fugis:ut uincas:quid uictos parthe relinquis?
Parthe malum iam nunc mars tuus omen habet.
Ergo erit illa dies:qua tu pulcherrime rerum
Quattuor in niueis aureus ibis equis.
Ibunt ante duces onerati colla catenis:
Ne possint tuti:qua prius:esse fuga.
Spectabunt iuuenes læti:mixtæque puellæ:
Diffundetque animos omnibus illa dies.
Atque aliqua ex illis:dum regum nomina quæret:
Quæ loca:qui montes:quæue ferantur aquæ:
Omnia responde:nec tantum si qua rogabit:
Et que nescieris:ut bene nota refer.
Hic est cuphrates precinctus arundine frontem:
Cui coma dependet cerula:tigris erit.
Hos fac armenios:hæc est danaeia persis:
Vrbs in achæmeniis uallibus ista fuit.
Ille:uel ille duces:& erunt quæ nomina dicas:
Si poteris:uere:si minus:apta tamen.
Dant etiam positis aditum conuiuia mensis:
Est aliquid præter uina:quod inde petas.
Sæpe illic positus teneris adducta lacertis
Purpureus bacchi cornua pressit amor.
Vinaque cum bibulas sparsere cupidinis alas:
Permanet:& capto stat grauis ille loco.
Ille quidem pennas uelociter excutit udas.
Sed tamen aspergi pectus amore nocet.
Vina parant animos:faciuntque caloribus aptos.
Cura fugit multo diluiturque mero.
Tunc uenium rusus:tum pauper cornua sumit.
Tunc dolor & curæ:rugaque frontis abit.
Tunc aperit mentes æuo rarissima nostro
Simplicitas:artes excutiente deo.
Illic sæpe animos iuuenum rapuere puellæ:
Et uenus in uenis:ignis in igne fuit.
Hic tu fallaci nimium ne crede lucernæ.
Iudicio formæ noxque:merumque nocet.
Luce deos:cœloque paris spectauit aperto:
Quum dixit ueneri:uincis utranque uenus.
Nocte latent mendæ:uitioque ignoscitur omni:
Horaque formosam quamlibet ista facit.
Consule de gemmis:detincta murice lana:
Consule de facie:corporibusque diem.
Quid tibi fœmineos cætus uenatibus aptos
Enumerem?numero cædet harena meo.
Quid referam baias?prætextaque littora uelis?
Et?quæ de calido sulphure fumat:aquam?
Hic aliquis uulnus referens in pectore dixit:

Non hæc ut fama eſt:unda ſalubris erat.
Ecce ſuburbanæ templum nemorale dianæ:
Partaque per gladios regna nocente manu:
Illa quod eſt uirgo:quod tela cupidinis odit.
Multa dedit populo uulnera:multa dabit.
HActenus unde legas:quod ames:ubi retia pẽa:
Præcipit imparibus uecta thalia modis.
Nunc tibi q̃ placuit:quas ſit capiẽda p artes:
Dicere præcipue molior artis opus.
Quiſquis ubique uiri faciles aduertite mentes.
Pollicituſque fauens uulgus adeſto meis.
Prima tuæ menti ueniat fiducia:cunctas
Poſſe capi:capies:tu modo tende plagas.
Vere prius uolucres taceant:æſtate cicadæ:
Menalius lepori det ſua terga canis.
Fœmina quam iuueni blande tentata repugnet:
Hæc quoque:quam poteris credere nolle:uolet.
Vtque uiro furtiua uenus:ſic grata puellæ:
Vir male diſſimulat:tectius illa cupit.
Conueniat maribus:ne quam nos ante rogemus.
Fœmina iam partes uicta rogantis aget.
Mollibus in pratis admugit fœmina tauro.
Fœmina cornipedi ſemper adhinnit equo.
Fortior in nobis:nec tam furioſa libido eſt.
Legitimum finem flamma uirilis habet.
Byblida quid referam?uetito quæ fratris amore
Arſit:& eſt laqueo fortiter ulta nephas.
Myrrha patrem:ſed non:ut filia debet:amauit.
Et nunc obducto cortice preſſa latet.
Ilius lachrymis:quas arbor fudit odora
Vngimur:& dominæ nomina gutta tenet.
Forte ſub umbroſis nemoroſæ uallibus idæ:
Candidus armenti gloria taurus erat:
Signatus tenui media inter cornua uirga:
Vna fuit labes:cætera lactis erant.
Illum gnoſiades ſidoniadeſque iuuencæ
Optarunt tergo ſuſtinuiſſe ſuo.
Paſiphae fieri gaudebat adultera tauri.
Inuida formoſas oderat illa boues.
Nota cano:non hoc:quæ centum ſuſtinet urbes:
Quanuix ſit mendax:creta negare poteſt.
Ipſa nouas frondes:& prata tenerrima lauro
Fertur inaſſueta ſubſecuiſſe manu.
It comes armentis:nec ituram cura moratur
Coniugis:& minos a boue uictus erat.
Quid tibi paſiphae prætioſas ſumere ueſtes?
Ille tuus nullas ſentit adulte opes.
Quid tibi cum ſpeculo montana armenta petenti?
Quid totiens poſitas fingis inepta comas?
Crede tamen ſpeculo:quod te negat eſſe iuuẽcam.
Quam cuperes fronti cornua nata tuæ.
Siue placet minos:nullus quæratur adulter:
Siue uirum mauis fallere:falle uiro.
In nemus & ſaltus thalamo regina relicto
Fertur:ut aonio concita baccha deo.
Ah quotiens uultu uaccam ſpectauit iniquo:
Et dixit:domino cur placet iſta meo?
Aſpice ut ante ipſum teneris exultat in herbis.
Nec dubito quin ſe ſtulta dicere putet.
Dixit & ingenti iam dudum de grege duci
Iuſſit & immeritam ſub iuga curua trahi:
Aut eadem ante aras:commentaque ſacra coegit:
Et tenuit læta pellicis exta manu.
Pellicibus quotiens placauit numina cæſis:
Atque ait exta tenens:ite placete meo:

Et modo

Et modo se fieri europam:modo postulatio:
Altera quod bos est:altera uecta boue.
Hanc tamen impleuit uacca deceptus acerna
Dux gregis:& partu proditus auctor erat:
Cressa thyestео si se abstinuisset amore:
Ah quantum est uni posse placere uiro:
Non medium rapuisset iter:curruque retorto
Auroram uersis phœbus adisset equis.
Filia purpureos niso furata capillos
Puppe cadens celsa secta refertur auis:
Altera scylla maris monstrum medicamine circes
Pube premit rabidos:inguinibusque canes.
Qui martem terra:neptunnum effugit in undis:
Coniugis atrides uictima dira fuit.
Cui nõn defleta est ephyrææ flamma creusæ?
Et nece natorum sanguinolenta parens?
Fleuit amynthorides per inania lumina phœnix.
Hippolytum rapidi diripuistis equi.
Quid fodis in meritis phineu sua lumina natis?
Pœna reuersura est in caput ista tuum.
Omnia fœminea sunt ista libidine mota:
Acrior est nostra:plusque furoris habet.
Ergo age ne dubita cunctas superare puellas:
Vix erit e multis quæ neget una tibi.
Quæ dant quæque negant:gaudẽt tamẽ esse rogatæ:
Vt iam fallaris:tuta repulsa tua est.
Sed cur fallaris?cum sit noua grata uoluptas:
Et capiant animos plus aliena suis.
Fertilior seges est alienis semper in agris
Vicinumque pecus grandius uber habet.
Sed prius ancillam captatæ nosse puellæ
Cura sit:accessus molliet ista tuos.
Proxima consiliis dominæ sit ut illa uideto:
Neue parum tacitis conscia fida iocis.
Hanc tu pollicitis:hanc tu corrumpe rogando:
Quod petis:ex facili:si uolet illa:feres.
Illa legit tempus:medici quoque tempora seruant:
Quo facilis dominæ mens sit:& apta capi.
Mens erit apta capi tunc:cum lætissima rerum:
Vt seges in pingui luxuriabit humo.
Pectore dum gaudent:nec sunt astricta dolore
Ipsa patent:blanda tum subit arte uenus.
Tunc cum tristis erat:defensa est ilios armis.
Militibus grauidum læta recepit equum.
Dum quoque tentanda est:quũ pellice læsa dolebit.
Tunc facies:opera ne sit multa tua.
Hanc matutinos pectens ancilla capillos
Incitet:& uelo remigis addat opem.
Et secum tenui suspirans murmure dicat:
Vt puto:non poteris ipsa referre uicem.
Tunc de te narret:tunc persuadentia uerba
Addat:& insano iuret amore mori:
Sed propera:ne uela cadant:iræque residant.
Vt flagilis glacies:interit ira mora.
Quæris:an hanc ipsam prosit uiolare ministram.
Talibus admissis alea grandis inest.
Hæc ad concubitum sit sedula:tardior illa.
Hæc dominæ munus temperat:illa sibi.
Casus in euentu est.licet hic indulgeat ausis.
Consilium tamen est abstinuisse meum.
Non ego per præceps:& acuta cacumina uadam:
Nec iuuenum quisquam me duce captus erit.
Si tamen illa tibi dum dat:recipitque tabellas:
Corpore non tantum:sedulitate placet.
Fac:domina potiare prius.comes illa sequetur.

Non tibi ab ancilla eſt incipienda uenus.
Hoc unum moneo:ſi quid modo creditur arti:
Ne mea dicta rapax per mare uentus agat.
Aut nunquam tentes:aui perfice:tollitur index:
Quum ſemel in partem criminis illa uenit.
Non auis utiliter uiſcatis effugit alis.
Non bene de laxis caſſibus exit aper.
Saucius arrepto piſcis retinetur ab hamo:
Opprime temptatam:nec:niſi uictor:abi.
Tunc neque te prodet:communi noxia culpa:
Factaque erunt dominæ dictaque nota tibi.
Sed bene cælatur:bene ſi cælabitur index:
Notitiæ ſuberit ſemper amica tuæ.
Tempora qui ſolis operoſa colentibus arua
Fallitur:& nautis aſpicienda putat.
Nec ſemper credenda ceres fallacibus aruis:
Nec ſemper uiridi concaua puppis aquæ.
Nec teneras tutum eſt ſemper captare puellas:
Sæpe dato melius tempore fiet idem.
Siue dies ſuberit natalis:ſiue calendæ:
Quas uenerem marti continuaſſe iuuat:
Siue erit ornatus non ut fuit ante:ſigillis:
Sed regum poſitas circus habebit opes:
Differt opus:tunc triſtis hyems:tunc pleiades iſtant:
Tunc & in æquorea mergitur hædus aqua.
Tunc bene deſinitur:tunc ſi quis creditur alto:
Vix tenuit laceræ naufraga membra ratis.
Tunc licet:incipias:qua flebilis alia luce
Vulneribus latiis ſanguinolenta fuit.
Quaque die redeunt rebus minus apta gerendis:
Culta palæſtino ſeptima feſta uiro.
Magna ſuperſtitio tibi ſit natalis amicæ.
Quaque aliquid dandum eſt:illa ſit atra dies.
Cum bene uitaris.tamen aufert.inuenit artem
Fœmina:qua cupidi carpat amantis opes:
Inſtitor ad dominam ueniet diſcinctus emacem:
Expediet merces teque ſedente ſuas.
Quas illa:inſpicias:ſapere ut uideare:rogabit.
Oſcula deinde dabit:deinde rogabit:emas.
Hoc fore contentam multos iurabit in annos:
Nunc opus eſſe ſibi:nunc bene dicet emi.
Si non eſſe domi:quos des cauſabere nummos:
Littera poſcetur:nec dediciſſe iuuat.
Quid?quaſi natali quum poſſit munera libo:
Et quotiens opus eſt:naſcitur illa ſibi.
Quid?cum mendaci damno mœſtiſſima plorat:
Elapſuſque caua fingitur aure lapis:
Multa rogant tradenda ſibi:data reddere uolunt:
Perdis:& in damno gratia nulla tuo eſt:
Non mihi ſacrilegas meretricum aut perſequar artes:
Cum totidem linguis ſint ſatis ora decem.
Cæra uadum tentet raſis infuſa tabellis:
Cæra tuæ primum conſcia mentis erit.
Blanditias ferat illa tuas:imitataque amantum
Verba:nec exiguas quiſquis es adde preces.
Hectora donauit priamo prece motus achilles.
Flectitur iratus uoce rogante deus.
Promittas facito:quid enim promittere lædit?
Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt.
Spes tenet in tempus:ſemel eſt ſi credita:longum.
Illa quidem fallax.ſed tamen apta dea eſt.
Si dederis quicquam:poteris ratione relinqui
Præteritum tulerit:perdideritque nihil.
Et:quod non dederis:ſemper uideare daturus:
Sic dominum ſterilis ſæpe fefellit ager.

Sic:ne

Sic:ne perdiderit:non ceſſat perdere luſor.
Et reuocat cupidas alea ſæpe manus:
Hic opus:hic labor eſt:primum ſine munere iungi
Si dederit gratis:quæ dedit:uſque dabit.
Ergo eat.& blandis peraretur littera uerbis:
Exploretque animos:primaque tenet iter.
Littera cydippen pomo perlata fefellit:
Inſciaque eſt uerbis capta puella ſuis.
Diſce bonas artes:moneo:romana iuuentus:
Non tantum trepidos ut tueare reos.
Quam populus:iudexque grauis:lectuſque ſenatus
Iam dabit eloquio uicta puella manus.
Sed lateant uires:nec ſis in fronte diſertus.
Effugiant uoces uerba moleſta tuæ.
Quis:niſi mentis inops teneræ declamat amicæ:
Sæpe ualens odii littera cauſa fuit.
Sit tibi credibilis ſermo:conſuetaque uerba:
Blanda tamen:præſens ut uideare loqui.
Si non accipiet ſcriptum:illectumque remittet:
Lecturam ſpera:propoſitumque tene.
Tempore difficiles ueniunt ad aratra iuuenci:
Tempore lenta pati freta docentur equi.
Ferreus aſſiduo conſumitur annulus uſu.
Interit aſſidua uomer aduncus humo.
Quid magis eſt durum ſaxo?quid mollius unda?
Dura tamen molli ſaxa cauantur aqua.
Penelopen ipſam:perſtes modo:tempore uinces:
Capta uides ſero pergama:capta tamen.
Legerit & nolit reſcribere:cogere noli.
Tu modo blanditias fac legat ipſa tuas.
Quæ uoluit legiſſe:uolet reſcribere lectis.
Per numeros ueniunt iſta:graduſque ſuos.
Forſitan & primo ueniet tibi littera triſtis:
Quæque roget:ne ſe ſollicitare uelis.
Quod rogat illa:timet:qđ non rogat:optat:uc iſtes:
Inſequere:& uoti poſtmodo compos eris.
Interea ſiue illa toro reſupina feratur:
Lecticam dominæ diſſimulanter adi.
Neue aliquis uerbis odioſas afferat aures:
Quam potes ambiguis callidus abde notis.
Seu pedibus uacuis illi ſpatioſa teretur
Porticus:hic ſocias tu quoque iunge moras.
Et modo præcedas:facito:modo terga ſequaris:
Et modo feſtines:& modo lentus eas.
Nec tibi de mediis aliquod tranſire columnas
Sit pudor:& lateri continuaſſe latus:
Nec ſine te curuo ſedeat ſpecioſa theatro:
Quod ſpectes:humeris afferet illa ſuis.
Illam reſpicias illam mirere licebit:
Multa ſupercilio:multa loquare notis.
Et plaudas aliquo mimo ſaltante:puellæ.
Et faueas illi:quiſquis agatur amans.
Quum ſurget ſurges:donec ſedet illa:ſedebis
Arbitrio dominæ tempora perde tuæ.
Sed tibi nec ferro placeat torquere capillos:
Nec tua mordaci pumice crura teras:
Iſta iube faciant:quorum cybeleia mater
Concinitur phrygiis exululata modis.
Forma uiros neglecta decet.minoida theſeus
Abſtulit a nulla tempora comptus acu.
Hippolytum phædra.nec erat bene cōptus:amauit.
Cura deæ ſiluis aptus adonis erat.
Munditiæ placeant:fuſcentur corpora campo.
Sit bene conueniens:& ſine labe toga:
Linguaque nec rigeat:careant rubigine dentes.

Nec uagus in laxa pes tibi pelle natet.
Nec male deformet rigidos tonsura capillos.
Sit coma:sit docta barba resecta manu.
Et nihile mineant:& sint sine sordibus ungues:
Inque cava nullus stet tibi nare pilus:
Nec male odorati sit tristis anhelitus oris:
Nec lædat nares uirque paterque gregis.
Cætera lasciuæ faciant concede puellæ.
Et si quis male uir quærit habere uirum.
Ecce suum uatem liber uocat:hic quoque amantes
Adiuuat:& flammæ:qua calet ipse:fauet
Gnosis in ignotis amens errabat harenis:
Qua breuis æquoreis dia feritur aquis:
Vtque erat e somno tunica uelata recincta
Nuda pedem:croceas irreligata comas:
Thesea crudelem surdas clamabat ad undas:
Indigno teneras imbre rigante genas:
Clamabat:flebatque simul:sed utrunque decebat
Nec facta est lachrymis turpior illa suis.
Iamque iterum tũdens mollissima pectora palmis:
Perfidus ille abiit:quid mihi fiet:ait.
Quid mihi fiet:ait sonuerunt cymbala toto
Littore.& attonita tympana pulsa manu.
Excidit illa metu:rupitque nouissima uerba:
Nullus in exanimi corpore sanguis erat.
Ecce mimallonides sparsis in terga capillis:
Ecce leues satyri præuia turba dei:
Ebreuis ecce senex pando silenus asello
Vix sedet:& pressas continet arte iubas.
Dũ sequitur bacchas:bacchæ fugiuntque petũtque:
Quadrupedem ferula dum malus urget eques:
In caput auriro cecidit delapsus asello:
Clamarunt satyri.surge age.surge pater.
Iam deus in curru:quem summum texerat uuis:
Tigribus adiunctis aurea lora dabat.
Et color:& theseus:& uox abiere puellæ.
Terque fugam petiit:terque retenta metu.
Horruit:ut steriles:agitat quas uentus:aristæ:
Vt leuis in madida canna palude tremit:
Cui deus.en adsum tibi cura fidelior inquit.
Pone metum:bacchi gnosias uxor eris:
Munus habe cœlum:cœli spectabere sidus:
Sæpe reges dubiam cressa puella ratem.
Dixit.& e curru ne tigres illa timeret:
Desilit:imposito cessit harena pede.
Implicitamque sinu:neque enim pugnare ualebat:
Abstulit:ut facile est omnia posse deo.
Pars hymenæa canunt.pars euchion euchio clamat:
Sic coeunt sacro nupta deusque toro.
Ergo:ubi contigerint positi tibi munera bacchi:
Atque erit in socii fœmina parte tori.
Nyctileumque patrem:nocturnaque sacra precare:
Ne iubeant capiti uina nocere tuo.
Hic tibi multa licet sermone latentia tecto
Dicere:quæ dici sentiat illa sibi.
Blanditiasque leues tenui perscribere uino:
Vt dominam in mensa se legat illa tuam.
Atque oculos oculis spectare fatentibus ignem.
Sæpe tacens uocem:uerbaque uultus habet.
Fac primum rapidas illius tacta labellis
Pocula.quaque bibit parte puella.bibas.
Et quencunque cibum digitis libauerit illa:
Tu pete:dumque petes:sit tibi tacta manus:
Sint etiam tua uota uiro placuisse puellæ.

Vtilior uotis

Vtilior uotis factus amicus erit.
Huic si forte bibes:sortem concede priorem.
Huic detur capiti missa corona tuo.
Siue sit inferior:seu par:prior omnia sumat.
Ne dubites illi uerba secunda loqui.
Tuta frequensque uia est per amici fallere nomen:
Tuta frequensque licet sit uia:crimen habet.
Inde propinator nimirum multa propinet:
Et sibi mandatis plura uidenda putet.
Certa tibi a nobis dabitur mensure bibendi.
Officium præstent mensque pedesque suum.
Iurgia præcipue uino stimulata caueto:
Et nimium faciles ad fera bella manus.
Occidit eurythion stulte data uina bibendo:
Aptior est dulci mensa:merumque ioco:
Si uox est:canta.si mollia brachia:salta.
Et quacunque potes dote placere:place:
Ebrietas ut uera nocet:sic ficta iuuabit.
Fac titubet blæso subdola lingua sono.
Et quicquid dices;facieque proteruius æquo:
Credatur nimium causa fuisse merum.
Et bene dic dominæ:bene cum quo dormiet illa.
Sed male sic tacita mente precare uiro.
At cum discedet mensa conuiua relicta:
Ipsa tibi accessus turba locumque dabit.
Insere te turbæ:leuiterque admotus eunti:
Velle latus digitis.& pede tange pedem.
Colloquii iam tempus adest:fuge rustice longe
Hinc pudor;audacem forsque uenusque iuuant.
Non tua sub nostras ueniet facundia leges:
Fac tantum cupias:sponte diserrus eris.
Est & agendus amans:imitandaque uulnera uerbis;
Hic tibi quæratur qualibet arte fides.
Non credi labor est:sibi quæque uidetur amanda:
Pessima sit:nulli non sua forma placet.
Sæpe tamen uere cœpit simulator amare.
Sæpe quod incipiens finxerat esse fuit.
Quo magis o faciles imitantibus este puellæ.
Fiet amor uerus:qui modo fictus erat.
Blanditiis animum furtim deprehendere fas est:
Vt pendens liquida ripa subitur aqua.
Nec faciem:nec te pigeat laudare capillos:
Et teretes digitos:exiguumque pedem.
Delectant etiam castæ præconia formæ.
Virginibus curæ:grataque forma suæ.
Nam cur in phrygiis iunonem:& pallada siluis:
Nunc quoque iudicium non tenuisse pudet?
Laudatas ostendit auis iunonia pennas.
Si tacitus spectes:illa reconder opes.
Quadrupedes inter rapidi certamina cursus:
Depexæque iubæ:plausaque colla iuuant.
Nec timide promitte:trahunt promissa puellas.
Pollicitis testes quosliber adde deos.
Iuppiter ex alto periuria ridet amantum:
Et iubet æolios irrita ferre notos.
Per styga iunoni falso iurare solebat,
Iuppiter:exemplo nunc faueat ille suo.
Expedit esse deos:&:ut expedit esse putemus:
Dentur in antiquos tura merumque focos.
Nec secura quies illos:similisque sopori
Detinet:innocui uiuite:numen adest.
Reddite depositum:pietas sua fœdera seruet.
Fraus absit:uacuas cædis habete manus.
Ludite si sapitis solas impune puellas.

Hac minus eſt una fraude pudenda fides.
Fallite fallentes ex magna parte prophanum
Sunt genus:in laqueos quos poſuere cadant.
Dicitur ægyptus caruiſſe iuuantibus arua
Imbribus:atque annos ſicca fuiſſe nouem:
Quum thraſius buſirim adit:monſtratque piari
Hoſpitis effuſo ſanguine poſſe iouem.
Illi buſiris fies iouis hoſtia primus
Inquit.& ægypto tu dabis hoſpes aquam.
Et phalaris tauro uiolenti membra perhilli
Torruit:infœlix imbuit auctor opus.
Iuſtus uterque fuit:neque enim lex iuſtior ulla eſt:
Quam necis artifices arte perire ſua.
Ergo ut periuras merito periuria fallant:
Exemplo doleat fœmina læſa ſuo.
Et lachrimæ ꝓſunt:lachrymis adamãta mouebis:
Fac madidas uideat ſi potes illa genas.
Si lachrymæ:neque enim ueniunt in tempore ſemp:
Deficiunt:uda lumina tange manu.
Quis ſapiens blandis non miſceat oſcula uerbis?
Illa licet non det:non data ſume tamen:
Pugnabit primo fortaſſis:& improbe dicet.
Pugnando uinci ſe tamen illa uolet.
Tantum ne noceant teneris male rapta labellis:
Neue queri poſſit:dura fuiſſe:caue:
Oſcula qui ſumpſit:ſi non & cætera ſumpſit:
Hæc quoque:quæ data ſunt:perdere dignis erat.
Quantum defuerat pleno poſt oſcula uoto?
Hei mihi ruſticitas:non pudor ille fuit.
Vim licet appellent:grata eſt uis iſta puellis.
Quod iuuat:inuitæ ſæpe dediſſe uolunt.
Quæcunque eſt ueneris ſubita uiolata rapina:
Gaudet:& improbitas muneris inſtar habet:
At:quæ cum poſſet cogi:non tacta receſſit.
Cum ſimulet uultu gaudia:triſtis erit.
Vim paſſa eſt phœbe:uis eſt illata ſorori.
Et gratus raptis raptor uterque fuit:
Fabula nota quidem:ſed non indigna referri
Scyrias æmonio uicta puella uiro.
Iam dea laudatæ dederat mala præmia formæ
Colle ſub idæo uincere digna uenus.
Iam nurus ad priamum diuerſo uenerat orbe:
Grataque in iliacis mœnibus uxor erat.
Iurabant omnes in læſi uerba mariti:
Nam dolor unius publica cauſa fuit.
Turpe:niſi hoc matris precibus tribuiſſet achilles:
Veſte uirum longa diſſimulatus erat:
Quid facis æacide?non ſunt tua munera lanæ.
Ah titulos alia palladis arte petes?
Quid tibi cum calathis?clypeo manus apta feredo?
Penſa quid in dextra:qua cadet hector:habes?
Reiice ſuccinctos operoſo ſtamine fuſos.
Quaſſanda eſt iſta pelias haſta manu.
Forte erat in thalamo uirgo regalis eodem.
Hæc illum ſtupro comperit eſſe uirum.
Viribus illa quidem uicta eſt:ita credere oportet.
Sed uoluit uinci uiribus illa tamen.
Sæpe mane dixit:cum iam properaret achilles.
Fortia iam poſita ſumpſerat arma colo:
Vis ubi nunc illa eſt?quid blanda uoce moraris
Auctorem ſtupri deidamia tui.
Scilicet ut pudor eſt:quondam cœpiſſe priorem
Sic alio gratum eſt incipiente pati.
Ah nimia eſt propriæ iuueni fiducia formæ
Expectet ſi quis:dum prior ille roget.

Vir prior accedat:uir uerba precantia dicat:
Excipiat blandas molliter ille preces.
Vt potiare:roga.tantum cupit illa rogari.
Da cauſam uoti principiumque tui.
Iuppiter ad ueteres ſupplex heroidas ibat.
Corripuit magnum nulla puella iouem.
Si tamen a precibus tumidos accedere faſtus
Senſeris:incœpto parce:referque pedem.
Quod refugit multæ cupiunt.odere:quod inſtat.
Lenius inſtando tedia tolle tui.
Nec ſpes eſt ueneris ſemper profitenda roganti.
Intret amicitiæ nomine tectus amor.
Hoc aditu uidi tetricæ data uerba puellæ.
Qui fuerat cultor:factus amator erat.
Candidus in nauta turpis color.æquoris unda
Debet:& a radiis ſideris eſſe niger.
Turpis & agricolæ:qui uomere ſemper adunco:
Et grauibus raſtris ſub ioue uerſat humum.
Et tu palladiæ petitur cui fama coronæ:
Candida ſi fuerint corpora:turpis eris.
Pallleat omnis amans:color eſt hic aptus amanti.
Hoc decet:hoc multi non ualuiſſe putant.
Pallidus in lyricen ſiluis errabat orion:
Pallidus in lenta naide daphnis erat.
Arguat & macies uultum:nec turpe putaris:
Pileolum nitidis impoſuiſſe comis.
Attenuant iuuenum uigilatæ corpora noctes:
Curaque:& immenſo qui fit amore dolor
Vt uoto potiare tuo:miſerabilis eſto.
Vt:qui te uideat:dicere poſſit:amas.
Conquerar:an moneam mixtũ fas eſſe:nephaſque:
Nomen amicitiæ:nomen inane fides.
Hei mihi non tutum eſt:quod ames laudare ſodali
Cum tibi laudanti credidit:ille ſubit.
At non actorides lectum temerauit achillis.
Quantum ad pirithoum phædra pudica fuit.
Hermionẽ pylades:quam pallada phœbus:amauit:
Quodque tibi geminus:tyndari caſtor erat.
Si quis idem ſperat:laturas poma myricas
Speret:& e medio flumine mella petat.
Nil:niſi turpe iuuat:curæ eſt ſua cuique uoluptas.
Hæc quoque ab alterius grata dolore uenit.
Heu facinus:non eſt hoſtis metuendus amanti.
Quos credis fidos:effuge:tutus eris.
Cognatum:fratremque caue:fidumque ſodalem.
Præbebit ueros hæc tibi turba metus.
Finiturus eram.ſed ſunt diuerſa puellis
Pectora.mille animos excipe mille modis.
Nec tellus eadem parit omnia.uitibus illa
Conuenit.hæc oleis:hic bene farra uirent.
Pectoribus mores tot ſunt:quot in orbe figuræ:
Qui ſapit:innumeris moribus aptus erit.
Vtque leuis proteus modo ſe tenuabat in undas
Nunc leo:nunc arbor:nunc erat hirtus aper.
Hic iaculo piſces:illic rapiuntur ab hamis:
Hos caua contento rætia fune trahunt.
Nec tibi conueniet cunctos modus unus ad annos
Longius inſidias curua uidebit anus.
Si doctus uideare rudi.petulanſue pudenti:
Diffidet miſeræ protinus illa ſibi.
Inde fit:ut:quæ ſe timuit committere honeſto:
Vilis ad amplexus inferioris eat.
Pars ſuperat cœpti:pars eſt exhauſta laboris.
Hic teneat noſtras anchora iacta rates.

DE ARTE AMANDI.

PV.OVI.NA.SVL.DE AR.AMAN.LIBER.II.

DIcite io pæan.& io bis dicite pæan.
Decidit in casses præda petita meos.
Lætus amás donea uiridi mea carmía palma
Præferor ascræo:mæonioque seni
Talis ab armiferis priameius hospes amyclis
Candida cum rapta coniuge uela dabat.
Talis erat:qui te curru uictore ferebat
Vecta peregrinis hippodamia rotis:
Quid properas iuuenis?mediis tua pinus in undis
Nauigat:& longe:quem peto:portus abest.
Non satis inuenisse tibi'est me uate puellam.
Ante mea capta est:arte tenenda mea est:
Nec minor est uirtus:quam quærere parta tueri.
Casus inest illic,hic erit artis opus.
Nunc mihi si quando:puer & cytherea fauete.
Nunc erato:nam tu nomen amoris habes.
Magna paro:quas possit amor remanere per artes:
Dicere:tam uasto peruagus orbe puer.
Et leuis est:& habet geminas:quibus euolet alas.
Difficile est illis imposuisse modum.
Hospitis effugio præcluserat omnia minos.
Audacem pennis repperit ille uiam.
Dædalus ut clausit conceptum crimine matris
Semibouemque uirum:semiuirumque bouem:
Sit modus exilio dixit iustissime minos.
Accipiet cineres terra paterna meos.
Et:quoniam in patria fatis agitatus iniquis
Viuere non potui:da mihi posse mori.
Da reditum puero.senis est si gratia uilis:
Si non uis puero parcere,parce seni.
Dixerat hæc.sed & hæc:& multo plura licebat
Dicere:at egressus non dabat ille uiro.
Quod simulac sensit,nunc:nunc o dædale dixit
Materiam:qua sis ingeniosus:habes.
Possidet & terras:& possidet æquora minos:
Nec tellus nostræ:nec patet unda fugæ.
Restat iter cæli:cælo tentabimus ire.
Da ueniam cœpto iuppiter alme meo.
Non ego sidereas affecto tangere sedes.
Qua fugiam dominum;nulla:nisi ista uia est.
Per styga detur iter:stygias transibimus undas:
Sunt mihi naturæ iura nouanda meæ.
Ingenium mala sæpe mouét.quis crederet unquam
Aereas hominem carpere posse uias?
Remigium uolucrum disponit in ordine pennas:
Et leue per lini uincula nectit opus.
Imaque pars cæris astringitur igne solutis.
Finitusque nouæ iam labor artis erat.
Tractabat cæramque puer:pennasque renidens
Nescius hæc humeris arma parata suis.
Cui pater his inquit patria est adeunda carinis
Hac nobis minos effugiendus ope.
Aera non potuit minos:alia omnia clausit.
Qua licet inuentis aera rumpe meis.
Sed tibi non uirgo tegeæa:comesque bootes.
Ensifer orion aspiciendus erit.
Me pennis sectare datis:ego præuius ibo.
Sit tibi cura sequi:me duce tutus eris.
Nam siue æthereas uicino sole per auras
Ibimus:impatiens cæra coloris erit.
Siue humiles propiore freto iactabimus alas:
Mobilis æquoreis penna madescet aquis:
Inter utrunque uola;uentos quoque nate caueto:

Quaque feren

Quaque ferent auræ:uela ſecunda dato.
Dum monet:aptat opus puero:monſtratque moueri
Erudit infirmas ut ſua mater aues.
Inde ſibi factas humeris accommodat alas:
Perque nouum timide corpora librat iter.
Iamque uolaturus paruo dedit oſcula nato.
Nec patriæ lachrymas continuere genæ.
Monte minor collis campis erat altior æquis.
Hinc data ſunt miſeræ corpora bina fugæ.
Et mouet ipſe ſuas:& nati reſpicit alas:
Dædalus & curſus ſuſtinet uſque ſuos.
Iamque nouum delectat iter:poſitoque timore
Icarus audaci fortius arte uolat.
Hos aliquis tremula dum captat arundine piſces
Vidit:& incœptum dextra reliquit opus.
Iam ſamos a leua fuerat:naxoſque relictæ:
Et paros:& clario delos amata deo.
Dextra lebynthos erat:ſiluiſque umbroſa calydne:
Cinctaque piſcoſis aſtypalæa uadis:
Quum puer incautis nimium temerarius annis
Altius egit iter:deſeruitque patrem.
Vincla iabant:& cæra deo propiore liqueſcit:
Nec tenues uenti brachia mota tenent.
Territus a ſummo deſpexit in æquora cælo:
Nox oculis pauido uenit oborta metu.
Tabuerant cæræ:nudos quatit ille lacertos:
Et trepidat:nec quo ſuſtineatur habet.
Decidit:atque cadens pater o pater auferor inquit:
Clauſerunt uirides ora loquentis aquæ.
At pater infœlix:non iam pater:icare clamat:
Icare clamat ubi es:quoue ſub axe uolas?
Icare clamabat:pennas aſpexit in undis.
Oſſa tegit tellus:æquora nomen habent:
Non potuit minos hominis compeſcere pennas:
Ipſe deum uolucrem detinuiſſe paro.
Fallitur:æmonias ſi quis decurrit ad artes:
Datque quod a teneri fronte reuellit equi:
Non facient ut uiuat amor medeides herbæ:
Mixtaque cum magicis marſa uenena ſonis.
Phaſias æſonidem:circe tenuiſſet ulyxem:
Si modo ſeruari carmine poſſet amor.
Nec data profuerint pallentia philtra puellis:
Philtra nocent animis:uimque furoris habent.
Sit procul omne nephas:ut ameris:amabilis eſto:
Quod tibi non facies ſolaue forma dabit.
Sit licet antiquo nereus adamatus homero:
Naiadumque tener crimine captus hylas:
Vt dominam teneas:nec te mirere relictum:
Ingenii dotes corporis adde bonis.
Forma bonū fragile eſt:quātūcūque accedit ad ānos
Fit minor.& ſpacio carpitur illa ſuo:
Nec ſemper uiolæ:nec ſemper lilia florent.
Et riget amiſſa ſpina relicta roſa.
Et tibi iam uenient cani formoſe capilli.
Iam uenient rugæ:quæ tibi corpus arent:
Iam moſire animum qui duret:& aſtrue formam.
Solus ad extremos permanet ille rogos.
Nec leuis ingenuas pectus coluiſſe per artes
Cura:ſit & linguas edidiciſſe duas.
Non formoſus erat:ſed erat facundus ulyxes:
Et tamen æquoreas torſit amore deas.
Ah quotiens illum doluit properaſſe calypſo:
Remigioque aptas eſſe negauit aquas.
Hæc troiæ caſus iterumque:iterumque rogabat.
Ille referre aliter ſæpe ſolebat idem.

Littore conſtiterant:illic quoque pulchra calypſo
Exigit odryſii facta cruenta ducis.
Ille leui uirga:uirgam nam forte tenebat:
Quod rogat:in ſpiſſo littore pingit opus.
Hic inquit troia eſt:muros in littore fecit.
Hic tibi ſit ſimois:hæc mea caſtra puta.
Campus erat campum fecit:quem cæde dolonis
Sparſimus:æmonios dum uigil optat equos.
Illic ſithonii fuerant tentoria rheſi.
Hac ego ſum captis nocte reuerſus equis.
Pluraque pingebat:ſubitus cum pergama fluctus
Abſtulit:& rheſi cum duce caſtra ſuo.
Tum dea quas inquit fidas tibi credis ituro?
Perdiderint undæ nomina quanta uides?
Ergo âge fallaci timidæ confide figuræ
Quiſquis es:atque aliquid corpore pluris habe.
Dextera præcipue capit indulgentia mentes.
Aſperitas odium:ſæuaque bella mouet.
Odimus accipitrem:quia uiuit ſemper in armis:
Et pauidum ſolitos in pecus ire lupos.
Aret caret inſidiis hominum:quia mitis hirundo eſt.
Quaſque colat turres chaonis ales habet.
Eſſe procul lites:& amaræ prælia linguæ.
Dulcibus eſt uerbis mollis alendus amor:
Lite fugant nuptæque uiros:nuptaſque mariti:
Inque uicem credunt rem ſibi ſemper agi.
Hoc decet uxores:dos eſt uxoria lites:
Audiat optatos ſemper amica ſonos.
Non legis iuſſu lectum ueniſtis in unum:
Fungitur in uobis munere legis amor.
Blanditias molles:aureſque iuuantia uerba
Affer:ut aduentu læta ſit ipſa tuo.
Non ego diuitibus uenio præceptor amandi.
Nil opus eſt illi:qui dabit:arte mea.
Secum habet ingenium:qui:cum libet:accipe:dicit:
Cædimus:inuentis plus habet ille meis.
Pauperibus uates ego ſum:quia pauper amaui.
Cum dare non poſſem munera:uerba dabam:
Pauper amet caute:timeat maledicere pauper.
Multaque diuitibus non patienda ferat.
Me iratum memini dominæ turbaſſe capillos.
Hæc mihi quam multos abſtulit ira dies:
Nec puto nec ſenſi tunicam laniaſſe:ſed illa
Dixerat:& pretio eſt ipſa redempta meo.
At uos:ſi ſapitis:ueſtri peccata magiſtri
Effugite:& culpæ damna timete meæ.
Prælia cum parthis:cum culta pax ſit amica:
Et iocus:& cauſas quicquid amoris habet.
Si nec blanda ſatis:nec erit tibi comis amica:
Perfer:& obdura:poſtmodo mitis erit.
Flectitur obſequio curuatus ab arbore ramus.
Franges:ſi uires experiere tuas.
Obſequio tranantur aquæ:nec uincere poſſis
Flumina ſi contra:quam rapit unda nates.
Obſequium tigreſque domat:tumidoſque leones:
Ruſtica paulatim taurus aratra ſubit.
Quid fuit aſperius nonacrina atalanta?
Succubuit meritis trux tamen illa uiri.
Sæpe ſuos caſus:nec mitia facta puellæ
Fleſſe ſub arboribus mimaliona ferunt.
Sæpe tulit iuſſo fallentia rætia collo.
Sæpe fera toruos cuſpide fixit apros.
Senſit & hylæi contentum ſaucius arcum:
Sed tamen hoc arcu notior alter erat.
Non te mænalias armatum ſcandere ſiluas:

Nec iubeo

Nec iubeo collo rætia ferre tuo.
Corpora nec missis iubeo præbere sagittis:
Artis erunt cautæ mollia iussa meæ.
Cæde repugnanti:cædendo uictor abibis.
Fac modo quas partes illa iubebit:agas.
Arguet.arguito:quicquid probat illa:probato.
Quod dicit.dicas.quod negat illa:neges.
Riserit:arride.si flerit:flere memento.
Imponat leges uultibus illa tuis.
Seu ludet:numerosque manu iactabit eburnos.
Tu male iactato:tu bene iacta dato:
Seu iacies talos:uictam ne pœna sequatur:
Damnosi facito stent tibi sæpe canes.
Siue latrocinii sub imagine calculus ibit:
Fac pereat uitreo miles ab hoste tuus.
Ipse tenet distincta tuis umbracula uirgis.
Ipse face in turba:qua uenit illa:locum.
Nec dubita tereti scamnum producere lecto.
Et tenero soleam deme:uel adde pedi.
Sæpe etiam dominæ quanuis horrebis & ipse
Algentis manus est calfacienda sinu.
Nec tibi turpe puta quanuis sit turpe:placebit
Ingenua speculum sustinuisse manu.
Ille:fatigatæ perdendo monstra nouercæ.
Qui meruit cælum:quod prior ipsa tulit:
Ionicas inter calathum tenuisse puellas
Creditur:& lanas excoluisse rudes:
Paruit imperio dominæ tirynthius heros.
I nunc & dubita ferre:quod ipse tulit.
Iussus adesse foro:iussa maturius hora
Fac semper uenias:nec nisi serus abi.
Occurras aliquo tibi dixerit.omnia differ.
Curre.nec inceptum turba moretur iter.
Nocte domum repetens epulis per functa redibit:
Tunc quoque pro seruo.si uocat illa:ueni.
Rure erit:& dicet uenias:amor odit inertes:
Si rota defuerit:tu pede carpe uiam.
Nec graue te tempus:sitiensue canicula tardet:
Nec uia per iactas candida facta niues.
Militiæ species amor est.discedite segnes.
Non sunt hæc timidis signa tuenda uiris.
Nox & hyems:longæque uiæ:fœtusque labores
Mollibus his castris & dolor omnis adest.
Sæpe feres imbrem cælesti nube solutum.
Frigidus in nuda sæpe iacebis humo:
Cynthius admeti uaccas pauisse per æstus
Fertur:& in parua delituisse casa.
Quod phœbum decuit: quem nō decet:exue fastus
Curam mansuri quisquis amoris habes.
Si tibi per tutum:placitumque negabitur ire:
Atque erit opposita ianua fulta sera:
At tu per præceps tecto delabere aperto.
Det quoque furtiuas alta fenestra uias.
Læta erit:ut causam tibi se sciet esse periclī.
Hoc dominæ certi pignus amoris erit.
Sæpe tua poteras læsam dīre carere puella.
Tranabas animum nosset ut illa tuum.
Nec pudor:ancillas:ut quæque erit ordine prima:
Nec tibi sit seruos demeruisse pudor.
Nomine quenque suo:nulla est iactura:saluta.
Iunge tuas humiles ambitiose preces.
Sed tamen & seruo:leuis est impensa:roganti:
Porrige fortunæ munera parua tuæ.
Porrige & ancillæ:quæ pœnas luce pependit:
Lusa maritali gallica ueste manu.

Fac plæbem:mihi crede:tuam:ſit ſemper in illa
Ianitor:& thalami qui iacet ante fores.
Nec dominam iubeo pretioſo munere dones:
Parua:ſed e paruis callidus apta dato.
Dum bene diues ager:dum rami pondere mutant:
Aſſerat in calatho ruſtica dona puer.
Rure ſuburbano poteris tibi dicere miſſa:
Illa uel in ſacra ſint licet empta uia.
Afferat aut uuas:aut:quas amaryllis amabat.
Et nunc caſtaneas.nunc amat illa nuces.
Quin etiam turdoque licet:miſſaque corona
Te memorem dominæ teſtificere tuæ.
Turpiter his emitur ſpes mortis:& orba ſenectus:
Ah pereant:per quos munera crimen habent.
Quid tibi præcipiá teneros quoque mittere uerſus?
Hei mihi non multum carmen honoris habet.
Carmina laudantur:ſed munera magna petuntur.
Dum modo ſit diues barbarus:ille placet.
Aurea ſunt uere nunc ſæcula:plurimus auro
Venit honos:auro conciliatur amor.
Ipſe licet uenias muſis comitatus homere:
Si nihil attuleris:ibis homere foras.
Sunt tamen:& doctæ rariſſima turba puellæ.
Altera non doctæ turba.ſed eſſe uolunt:
Vtraque laudetur per carmina:carmina lector
Commmendet dulci qualiacunque ſono.
His ergo:aut illis uigilantum carmen in ipſas
Forſitan exigui muneris inſtar erit.
At:quod eris per te facturus:& utile credis.
Id tua te facito ſemper amica roget.
Libertas alicui fuerit promiſſa tuorum.
Hanc tamen a domina fac petat ille tua.
Si pœnam ſeruo:ſi uincula ſæua remittis.
Quod facturus eras:debeat illa tibi.
Vtilitas tua ſit.titulus donetur amicæ
Perde nihil:partes illa potentis agat.
Sed te:cuicunque eſt retinendæ cura puellæ:
Attonitum forma fac putet eſſe ſua.
Siue erit in tyriis:tyrios laudabis amictus.
Siue erit in chois choa decere puta:
Aurata eſt:ipſo tibi ſit pretioſior auro.
Gauſapa ſi ſumit:gauſapa ſumpta proba.
Aſtiterit tunicata;moues incendia clama.
Sed timida caueat frigora uoce roga.
Compoſitum diſcrimen erit.diſcrimina lauda.
Torſerit igne comam:torte capille places.
Brachia ſaltantis.uocem mirare canentis:
Et cum deſierit;uerba quærentis habe.
Ipſos concubitus;ipſum uenerere licebit
Quod iuuat.& quædam gaudia uoce notes
Si fuerit torua uiolentior ipſa meduſa:
Fiet amatori lenis & æqua ſuo.
Tantum ne pateas uerbis ſimulator in illis
Effice:nec uultu deſtrue uerba tuo.
Si latet ars;prodeſt.affert deprehenſa pudorem:
Atque adimit merito tempus in omne fidem.
Sæpe ſub autumnum formoſiſſimus annus:
Plenaque purpureo ſubrubet uua mero:
Quum mõ frigoribus p̃mimur:mõ ſoluimur æſtu.
Aere non certo corpora langor habet:
Illa quidem ualeat.ſed ſi male firma cubabit:
Et uitium cœli ſenſerit ægra ſui.
Tunc amor & pietas tua ſit manifeſta puellæ:
Tunc fere:quæ plena poſtmodo falce metas.
Nec tibi moroſi ueniant faſtidia morbi.

Perque tuas

Perque tuas fiant:quæ ſinit illa:manus:
Et uideat flentem:nec tedeat oſcula ferre
Et ſicco lachrymas combibat ore tuas.
Multa noue:ſed cuncta palam:quotienſque licebit
Quæ referas illi ſomnia læta uide.
Et tueniat:quæ luſtret anus lectumque.locumque.
Præferat & tremula ſulphur & oua manu.
Omnia his inherent gratæ ueſtigia curæ.
In thalamos mullis hæc uia fecit iter.
Nec tamen officiis odium quæratur ab ægra:
Sic tuus in blanda ſedulitate modus.
Neue cibos præbe:nec amari pocula ſucci
Porrigæ.riualis miſceat illa tuis.
Sed non:quo dederas a littore carbaſa:uento
Vtendum:medio cum potiare freto.
Dum nouus errat amor:uires ſibi colligit uſu.
Si bene nutrieris:tempore firmus erit.
Quem taurum metuis:uitulum mulcere ſolebas.
Sub qua nunc recubas arbore:uirga fuit.
Naſcitur exiguus.ſed opes acquirit eundo:
Quaque uenit:multas accipit amnis aquas.
Fac tibi conſueſcat:nihil aſſuetudine maius:
Quam tu dum capias:tedia nulla fuge.
Te ſemper uideat:tibi ſemper præbeat aures:
Exhibeat uultus noxque dieſque tuos.
Cum tibi maior erit fiducia poſſe requiri:
Tunc procul abſenti cura futurus eris.
Da requiem:requietus ager bene credita reddit:
Terreque cæleſtes arida ſorbet aquas.
Phyllida.demaphoon præſens moderantius uſſit.
Exarſit uelis acrius illa datis:
Penelopen abſens ſolers torquebat ulyxes.
Philacides aberat laodomia tuus.
Sit mora tuta breuis:lenteſcunt tempore curæ:
Vaneſcitque abſens:& nouus intra amor:
Dum menelaus abeſt:helene ne ſola iaceret:
Hoſpitis eſt tepido nocte recepta ſinu.
Qui ſtupor hic menelae fuit:tu ſolus abibas.
Iiſdem ſub tectis hoſpes & uxor erant.
Accipitri timidas credis furioſa columbas.
Plenum montano credis ouile lupo.
Nil helene peccat:nil hic committit adulter.
Quod tu:quod faceret quilibet:ille facit.
Cogis adulterium dando tempuſque locumque.
Quo:niſi conſilio eſt uſa puella tuo.
Quid faciat:uir abeſt:& adeæ non ruſticus hoſpes:
Et timet in uacuo ſola cubare toro.
Viderit atrides helenen.ego crimine ſoluo.
Vſa eſt humani commoditate uiri.
Sed neque fuluus aper media tam ſæuus in ira eſt:
Fulmineo rabidos dum rorat ore canes.
Nec lea:cum catulis lactentibus ubera præbet:
Nec breuis ignaro uipera leſa pede:
Fœmina quam ſocii depreh enſa pellice lecti:
Ardet & in uultu pignora mentis habet.
In ferrum:flammaſque ruit:poſitoque decore
Fertur:ut aonii cornibus icta dei.
Coniugis admiſſum:uiolataque iura mariti
Barbara per natos phaſias ulta ſuos.
Altera dira parens hæc eſt:quam cernis:hirnndo.
Aſpice:ſignatum ſanguine pectus habet.
Hoc bene compoſitos:& firmos rumpit amores.
Crimina ſunt cautis iſta timenda uiris:
Nec mea uos uni donat cenſura puellæ.
Dii melius.uix hoc nupta tenere poteſt.

Ludite:ſed furto celetur culpa modeſto.
Gloria peccati nulla petenda tui eſt.
Nec dederis munus:cognoſſe quod altera poſſit:
Et ſint nequitiæ tempora certa tuæ:
Et ne te capiat latebris ſibi fœmina notis:
Non uno eſt omnis conuenienda loco.
Et:quotiens ſcribis:totas prius ipſe tabellas
Inſpice.plus multæ:quam ſibi miſſa legunt.
Læſa uenus iuſta arma mouet:telumque remittit:
Et modo quod queſta eſt.ipſe querare facit:
Dum fuit atrides una contentus:& illa
Caſta fuit:uitio eſt improba facta uiri.
Audierat laurumque manu:uittaſque ferentem
Pro nata chryſen non uoluiſſe ſua.
Audierat lymeſi tuos abducta dolores:
Bellaque per turpes longius iſſe moras.
Nec tantum audierat:priameida uiderat ipſa.
Victor erat prædæ præda pudenda ſuæ.
Inde thyeſtiaden animo thalamoque recepit.
Et male peccantem tyndaris ulta uirum eſt:
Quæ bene cælaris:ſi qua tamen acta patebunt:
Illa licet pateant:tu tamen uſque nega.
Tu neque ſubiectus:ſolito neque blandior eſto:
Hæc animi multum ſigna nocentis habent.
Sed lateri nec parce tuo:pax omnis in illo eſt.
Concubitu prior eſt inficianda uenus.
Sunt qui præcipiant herbas ſaturea nocentes
Sumere:iudicijs iſta uenena meis.
Aut piper urticæ mordacis ſemina miſcent:
Triaque in annoſo flaua pyretra mero.
Sed dea nec patitur ſic ad ſua gaudia cogi:
Colle ſub umbroſo quam tenet altus eryx.
Candidus alcathoe qui mittitur urbe pelaſga
Bulbus:& ex horto quæ uenit herba falax.
Quaque ſumantur:nec non humentia mella:
Quaſque tulit folio pinus acuta nuces.
Docta quid ad magicas erato diuerteris artes:
Interior curru meta tenenda meo eſt.
Qui modo celabas monitu tua crimina noſtro
Flecte iter:& monitu detege furta meo.
Nec leuitas culpanda mea eſt nec ſemper eodem
Impoſitos uento panda carina uehit.
Nam modo threitio borea modo currimus euro:
Sæpe tument zephyro lintea:ſæpe noto.
Aſpice:ut in curru modo det fluitantia rector
Lora:modo admiſſos:arte retentet equos.
Sunt:quibus ingrate timida indulgentia ſeruit.
Et:ſi nulla ſubeſt æmula:languet amor.
Luxuriant animi rebus plerunque ſecundis
Nec facile eſt æqua commoda mente pati.
Vt leuius aſſumptis paulatim uiribus ignis
Ipſe latet:ſummo candet in igne cinis.
Sed tamen extinctas admoto ſulphure flammas
Inuenit:& lumen quod fuit ante:redit.
Sic:ubi pigra ſitu:ſecuraque pectore torpent:
Acribus eſt ſtimulis eliciendus amor.
Fac timeat de te.tepidam recalface mentem.
Palleat indicio criminis illa tui.
O quãtum:& quotiẽs numero cõprehendere non eſt
Fœlicem:de quo læſa puella dolet.
Quæ:ſimul iniuitas crimen peruenit ad aures:
Excidit:& miſeræ uoxque colorque fugit:
Ille ego ſim cuius laniet furioſa capillos:
Ille ego ſim:teneras cui petat ungue genas.
Quem uideat lachrymans:quẽ toruis ſpectet ocellis:

Quo ſine

Quo ſine non poſſit uiuere poſſe uelit.
Si ſpacium quæras:breue ſit:quo læſa queratur.
Ne uires lenta colligat ira mora.
Candida iam dudum cingantur colla lacertis:
Inque tuo flens eſt accipienda ſinu.
Oſcula da flenti.ueneris da gaudia flenti.
Pax erit:hoc uno ſoluitur ira modo.
Cum bene ſæuierit:cum certa uidebitur hoſtis:
Tunc pete concubitus fœdera:mitis erit.
Illic depoſitis habitat concordia telis.
Illo:crede mihi:gratia nata loco eſt.
Quæ modo pugnarunt:iungunt ſua roſtra columbæ
Quarum blanditias:uerbaque murmur habet.
Prima fuit rerum confuſa ſine ordine moles.
Vnaque erat facies ſidera:terra:fretum.
Mox cœlū impoſitū ē terris:humus æquore cincta ē
Inque ſuas partes ceſſit inane chaos.
Silua feras:aer uolucres accepit habendas.
In liquida piſces delituiſtis aqua.
Tum genus humanum ſolis errabat in agris:
Idque mere uires:& rude corpus erat.
Silua domus fuerat:cibus herba:cubilia frondes.
Iamque diu nulli cognitus alter erat.
Blanda truces animos fertur moliſſe uoluptas.
Conſtiterant uno fœmina:uirque toro.
Quid facerent ipſi:nullo didicere magiſtro.
Arte uenus nulla dulce peregit opus:
Ales habet:quod amet:cum quo ſua gaudia iungat.
Inuenit in media fœmina piſcis aqua.
Cerua parem ſequitur.ſerpens ſerpente tenetur.
Hæret adulterio cum cane nexa canis.
Læta ſalitur ouis.tauro quoque læta iuuenca eſt.
Suſtinet immundum ſima capella marem.
In furias agitantur equæ:ſpatioque remoto
Per loca diuiduos amne ſequuntur equos
Ergo age:& iratæ medicamina fortia præbe.
Illa feri requiem ſola doloris habent.
Illa machaonios ſuperant medicamina ſuccos.
His.ubi peccaris:reſtituendus eris.
Hæc ego:cum canerem:ſubito manifeſtus apollo:
Mouit inauratæ pollice fila lyræ:
In manibus laurus:ſacris inducta capillis
Laurus erat:uates ille uidendus adeſt:
Is mihi laſciui dixit præceptor amoris:
Duc age diſcipulos ad mea templa tuos:
Eſt ibi diuerſum fama celebrata per orbem
Littera:cognoſci quæ ſibi quenque iubet.
Qui ſibi notus erit:ſolus ſapienter amabit.
Atque opus ad uires exiget omne ſuas.
Cui faciem natura dedit:ſpectetur ab illa.
Cui color eſt humero ſæpe patente cubet.
Qui ſermone placet:taciturna ſilentia uitet.
Qui canit:arte canat:qui bibit:arte bibat.
Sed neque declament medio ſermone diſerti:
Nec ſua ueſanus ſcripta poeta legat.
Sic monuit phœbus:phœbo parete monenti.
Certa dei ſacro eſt huius in ore fides.
Ad propiora uocor:quiſquis ſapienter amabit:
Vincet.& e noſtra.quod petet:arte feret.
Credita non ſemper ſulci cum fœnore reddunt.
Nec ſemper dubias adiuuat aura rates.
Quod iuuat exiguum eſt.plus ē:quod lædit amātes:
Proponant animo multa ferenda ſuo.
Quot lepores in atho:quot apes paſcūtur in hybla:
Cerula quot hacchas palladis arbor habet:

Littore quot conchæ:tot sunt in amore dolores.
Quæ patimur:multo spicula felle madent.
Dicta erit isse foras.quam tu fortasse uidebis
Isse foras:& tu falsa uidere puta.
Clausa tibi fuerit promissa ianua nocte:
Perfer:& in munda ponito corpus humo.
Forsitan & uultu mendax ancilla superbo
Dicet:quid nostras possidet iste fores?
Postibus & diræ precibus blandire puellæ:
Et capiti demptas in fore pone rosas.
Cum uolet:accedes.cum te uitabit:abibis:
Dedecet ingenuos tedia ferre sui.
Effugere hinc non est.quare tibi possit amica
Dicere:non omni tempore sensus obest.
Nec male dicta puta nec uerbera ferre puellæ
Turpe:nec ad teneros oscula ferre pedes.
Quid moror in paruis?animus maioribus instat:
Magna canam:toto pectore uulgus ades.
Ardua molimur.sed nulla:nisi ardua uincunt.
Difficilis nostra poscitur arte labor.
Rivalem patienter habe:uictoria tecum
Stabit:eris magni uictor in arce iouis.
Hæc tibi non hominem:sed quercus crede pelasgas
Dicere.nil istis ars mea maius habet.
Innuet illa.feras.scribet.ne tange tabellas.
Vnde uolet.ueniat:quaque libebit:eat.
Hæc in legitima præstant uxore mariti:
Quum tener ad partes tu quoque somne uenenis
Hac ego confiteor non sum perfectus in arte:
Quid faciam?monitis sum minor ipse meis.
Me ne palam nostræ det quisquam signa puellæ?
Et patiar ne me quolibet ira ferat?
Oscula uir dederat:memini:suus:oscula questus
Sum data:barbarie noster abundat amor?
Non semel hoc uitium nocuit mihi.doctior ille est
Quo ueniunt alii conciliante uiri.
Sed melius nescisse fuit.sine furta tegantur.
Nec fugiat uicto falsus ab ore pudor.
Quo magis o iuuenes deprehendere parcite uestras:
Peccent:peccantes uerba dedisse putent.
Crescit amor prehensis: ubi par fortuna duorum est:
In causam damni perstat uterque sui.
Fabula narratur toto notissima cælo.
Mulciberi capti marsque uenusque dolis:
Mars pater insano ueneris turbatus amore
De duce terribili factus amator erat:
Nec uenus oranti:nec enim dea mollior ulla est.
Rustica gradiuo:difficilisque fuit.
Ah quotiens lasciua pedes risisse mariti
Dicitur:& duras igne:uel arte manus.
Marte palam simul est uulcanum imitata:decebat.
Multaque cum forma gratia mixta fuit.
Sed bene concubitus primo cælare solebant.
Plena uerecundi culpa pudoris erat.
Indicio solis:quis solem fallere posset?
Cognita uulcano coniugis acta suæ.
Quam mala sol exẽpla moues:pete munus ab ipsa:
Et tibi si taceas:quod dare possit:habet.
Mulciber obscuros lectum circaque superquẽ
Disponit laqueos.lumina fallit opus.
Fingit iter lẽnon:ueniunt ad fœdus amantes:
Impliciti laqueis nudus uterque iacent.
Conuocat ille deos:præbent spectacula capti.
Vix lachrymas uenerem continuisse putant.
Non uultus texisse suos non denique possunt

Partibus obscœnis

Partibus obſcœnis oppoſuiſſe manus.
Hic aliquis ridens in me fortiſſime mauors:
Si tibi ſunt oneri:uincula tranſfer ait.
Vix precibus neptune tuis captiua reſoluit
Corpora.mars creten occupat.illa paphon.
Hoc tibi profecit uulcane:quod ante tegebant:
Liberius faciunt:& pudor omnis abeſt.
Sæpe tamen demens ſtulte feciſſe fateris.
Teque ferunt iræ pœnituiſſe tuæ.
Hæc uetui:uos ecce uetat deprehenſa dione
Inſidias illas:quas tulit ipſa dare.
Nec uos riuali laqueos diſponite:nec uos
Excipite arcana uerba notata manu.
Iſta uiri captent:ſi iam captanda probabunt:
Quos faciet iuſtos ignis & unda uiros.
En iterum teſtor:nihil hic:niſi lege remiſſum.
Luditur in noſtris inſtita nulla iocis:
Quis cereris ritus audet uulgare prophanus?
Magnaque threicia ſacra reperta ſamo?
Eximia eſt uirtus præſtare ſilentia rebus.
At contra grauis eſt culpa tacenda loqui.
Quam bene:quod fruſtra captatis arbore pomis
Tantalus in media garrulus aret aqua.
Præcipue citharea iubet:ſua ſacra taceri.
Admoneo:ueniat ne quis ad illa loquax.
Condita ſi non ſunt ueneris myſteria ciſtis:
Nec caua ueſanis ictibus æra ſonant:
At tamen inter nos medio uerſantur in uſu.
Sed ſic inter nos:ut latuiſſe uelint.
Ipſa uenus pubem:quotiens uelamina pomit:
Protegitur leua ſemireducta manu.
In medio:paſſimque coit pecus.hoc quoque uiſo
Auertit uultus ſæpe puella ſuos:
Conueniunt thalami furtis & ianua noſtris:
Parſque ſub iniecta ueſte pudenda latet.
Et ſi non tenebras:at quiddam nubis opacæ
Quærimus:atque aliquid luce patente minus.
Tum quoque cum ſolem nondū prohibebat:& ībrē
Tegula:ſed quercus tecta cibumque dabat:
In nemore:atque ātris:nō ſub ioue iūcta uoluptas.
Tanta rudi populo cura pudoris erat.
At nunc nocturnis titulos imponimus actis.
Atque emitur magno nil:niſi poſſe loqui:
Scilicet excuties omnes:ubi quæque puella eſt:
Cuilibet ut dicas:hæc quoque noſtra fuit.
Nec deſunt:quas tu digitis oſtendere poſſis:
Nec quanquam attigeris.fabula turpis erit.
Parua queror.fingunt quædam:quæ uera negarent:
Et nulli non ſe concubuiſſe ferunt.
Corpore ſi nequeunt:quod poſſunt:nomine tangūt:
Famaque non facto crimine crimen habet.
I nunc claude fores cuſtos odioſe puellæ:
Et centum duris poſtibus adde feras.
Quid tuti ſupereſt:ubi nominis extat adulter?
Et credi:quod non contigit:eſſe cupit.
Nos etiam ueros parce profitemur amores:
Tectaque ſint ſolida myſtica furta fide.
Parcite præterea uitia exprobrare puellis:
Vtile quæ multis diſſimulaſſe fuit.
Nec ſuus andromade color eſt obiectus ab illo:
Mobilis in gemino cui pede penna fuit.
Omnibus andromache uiſa eſt ſpetioſior æquo.
Vnus qui modicam diceret:hector erat.
Quod male fers.aſſueſce.feres.bene multa uetuſtas
Lenit.at incipiens omnia ſentit amor.

Dum nouus in uiridi coaleſcit cortice ramus:
Concutiat tenerum quælibet aura cadet.
Mox etiam uentis ſpatio durata reſiſtit:
Firmaque adoptiuas arbor habebit opes
Eximit ipſa dies omnis de corpore mendas.
Quodque fuit uitium:deſinit eſſe mora.
Ferre nouæ nares taurorum terga reculant.
Aſſiduo domitas tempore fallit odor.
Nominibus mollire licet mala.fuſca uocetur.
Nigrior illyrica cui pice ſanguis erit.
Si læta eſt:ueneri ſimilis:ſi flaua:mineruæ.
Sit gracilis:macie quæ male uiſa ſua eſt.
Dic agilem:quæcūque breuis:quæ turgida:plenam:
Et lateat uitium proximitate boni.
Nec quotus annus eat:nec quo ſit nata:require:
Conſule:quæ rigidus munera cenſor habet:
Præcipue ſi flore caret:meliuſque peractum eſt
Tempus:& albentes iam ligat illa comas.
Vtilis o iuuenes aut hæc:aut ſerior ætas.
Iſte feret ſegetes.iſte ſerendus ager.
Dum uires annique ſinunt:tolerate labores.
Iam ueniet tacito curua ſenecta pede.
Aut mare nauigiis:aut uomere ſcindite terram:
Aut fera belligeras addite in arma manus:
Aut latus & uires:operamque afferte puellis.
Hæc quoque militia eſt:hæc fecit opes.
Adde quod eſt illis operum prudentia maior:
Solus & artifices qui facit:uſus adeſt.
Ille mundiciis annorum damna rependunt.
Et faciunt cura:ne uideantur anus.
Vtque uelis uenerem iungunt per mille figuras.
Inuenit plures nulla tabella modos.
Illis ſentitur non irritata uoluptas.
Quod iuuat ex æquo fœmina uirque ferunt.
Odi concubitus:qui non utrinque reſoluunt:
Hoc eſt:cur pueri tangar amore minus:
Odi quæ præbet:quia ſic præbere neceſſe eſt.
Siccaque de lana cogitat illa ſua:
Quæ datur officio:non eſt mihi grata uoluptas.
Officium faciat nulla puella mihi.
Me uoces audire iuuat ſua gaudia faſſas.
Vtque morer:mee:ſuſtineamque roget:
Aſpiciam dominæ uictos amentis ocellos.
Langueat:& tangi ſe uetet illa diu.
Hæc bona non primæ tribuit natura iuuentæ.
Quæ cito poſt ſeptem luſtra uenire ſolent.
Qui apperāt:noua muſta bibant:mihi fundat auitū
Conſulibus priſcis condita teſta merum:
Nec platanus:niſi ſera poteſt obſiſtere uento.
Et lædunt nudos prata nouella pedes.
Scilicet hermionen helenæ præponere poſſes?
Et melior gorge:quam ſua mater erat?
Ad uenerem quicunque uoles attingere ſeram.
Si modo duraris:præmia digna feres.
Conſcius ecce duos accepit lectus amantes.
Ad thalami clauſas muſa reſiſte fores.
Sponte ſua ſine te celeberrima uerba loquentur.
Nec manus in lecto leua iacebit iners.
Inuenient digiti:quid agant in partibus illis:
In quibus occulte ſpicula tingit amor.
Fecit i andromachē prius hoc fortiſſimus hæctor
Non ſolum telis utilis ille fuit.
Fecit & in capta lymeſide magnus achilles:
Cum premeret mollem lapſus ab hoſte torum.
Illis te manibus tangi briſei ſinebas:

Imbutæ phrygia

Imbutæ phrygia quæ nece ſemper erant.
An fuit hoc ipſum: quod te laſciua iuuaret
Ad tua uictrices membra uenire manus?
Crede mihi ueneris non eſt properanda uoluptas:
Sed ſenſim tarda perficienda mora.
Cum loca reppereris: quæ tangi fœmina gaudet:
Non obſtet: tangas quo minus illa: pudor.
Aſpicies oculos tremulo fulgore micantes:
Vt ſol in liquida ſæpe refulget aqua.
Accedant queſtus: accedat amabile murmur.
Et dulces gemitus: aptaque uerba ioco.
Sed neque tu dominam uelis maioribus uſus
Deſere: nec curſus ante eat illa tuos.
Ad metam properate ſimul: tunc plena uoluptas:
Cum pariter uicti fœmina uirque iacent.
Hic tibi ſeruandus tenor: eſt quum libera dantur
Ocia furtiuum nec timor urget oues.
Cum mora non tuta eſt: totis incumbere remis
Vtile: & admiſſo ſubdere calcar equo.
Finis adeſt operi. palmam date grata iuuentus.
Sertaque odoratæ myrtea ferte comæ.
Quantus apud danaos podalirius arte medendi:
Aeacides dextra: pectore neſtor erat:
Quantus erat calchas extis: thelamonius armis:
Autumedon curru: tantus amator ego.
Me uatem celebrate uiri. mihi dicite laudes.
Cantetur toto nomen in orbe meum.
Arma dedi uobis: dederat uulcanus achilli:
Vincite muneribus: uicit ut ille: datis.
Sed quicunque meo ſuperarit amazona ferro:
Inſcribat ſpoliis: naſo magiſter erat.
Ecce rogant teneræ: ſibi dem præcepta puellæ:
Vos eritis chartæ proxima cura meæ.

P.O.Na. Sul. poetæ de arte amandi Liber tertius.

ARma dedi danais i amazones: arma ſupſũt
Quæ tibi dem: & turbæ penthefilea tuæ.
Ite i bella pares: uincãt: quibus alma dione
Fauerit: & toto qui uolat orbe puer:
Non erat armatis æquum concurrere nudas:
Sic etiam uobis uincere turpe uiri:
Dixerit e multis aliquis: cur uirus in angues
Adiicis? & rapidæ tradis ouile lupæ?
Parcite paucarum diffundere crimen in undis:
Spectetur meritis quæque puella ſuis.
Si minor atrides helenen: heleneſque ſororem
Quo premat atrides crimine maior habet.
Si ſcelere oiclides talaoniæ eriphyles
Viuus: & in uiuis ad ſtyga uenit equis:
Eſt pia penelope luſtris errante duobus:
Et totidem luſtris bella gerente uiro.
Reſpice phylacidem: & quæ comes iſſe marito
Fertur: & ante annos occubuiſſe ſuos.
Fata pheræacidæ coniunx pagaſæa redemit:
Proque uiri eſt uxor funere lata ſui.
Accipe me capaneu: cineres miſcebimus inquit
Iphias: in medios deſiluitque rogos.
Ipſa quoque & cultu eſt: & nomie fœmina uirtus.
Nec mirum: populo ſi placet illa ſuo.
Non tamen hæ mentes noſtra poſcuntur ab arte.
Conueniunt cymbæ uela minora meæ.
Nil niſi laſciui per me diſcuntur amoris:
Fœmina præcipio quo ſit amanda modo.
Fœmina nec flammas: nec ſæuos excutit arcus:
Parcius hæc uideo tela nocere uiris.
Sæpe uiri fallunt: teneræ non ſæpe puellæ:

Paucaque:si quæras:crimina fraudis habent.
Phasiadem matrem fallax dimisit iason.
Venit in æsonios altera nupta sinus.
Quantum ad te theseu uolucres ariadna marinas
Pauit in ignoto sola relicta loco.
Quære nouem cur isse uices dicatur:& audi
Depositis siluas phyllida flesse comis.
Et famam pietatis habet:tamen hospe' & ensem
Præbuit & causam mortis elisa tuæ.
Quid uos perdiderit:dicam nescitis amare.
Defuit ars uobis:arte perennat amor.
Nunc quoque nescirent:sed me cytherea docere
Iussit:& ante oculos constitit illa meos
Tu mihi quod miseræ dixit meruere puellæ?
Traditur armatis uulgus inerme uiris.
Illos artifices gemini fecere libelli.
Hæc quoque pars monitis erudienda tuis.
Probra teramnææ qui dixerat ante maritæ
Mox cecinit laudes prosperiore lyra.
Si bene te nosti:cultas ne læde puellas.
Gratia dum uiuis:ista petenda tibi est.
Diverat:& myrti:myrto nam uincta capillos
Constiterat:solium granaque pauca dedit.
Sensimus acceptum numen quoque:purior æther
Fulsit:& e toto pectore audit onus.
Dum fauet ingenium:perite hinc præcepta puellæ:
Quas pudor & leges & sua iura sinunt.
Venturæ memores iam nunc estote senectæ.
Sic nullum uobis tempus abibit iners.
Dum licet:& ueros etiam nunc editis annos:
Ludite:eunt anni more fluentis aquæ.
Nec quæ præteriit:cursu reuocabitur unda:
Nec quæ præteriit:hora redire potest.
Vtendum est ætate cito pede labitur ætas.
Nec bona tam sequitur:quam bona prima fuit.
Hos ego:qui canent frutices uiolaria uidi.
Hac mihi de spina grata corona data est.
Tempus erit:quo tu quæ nunc excludis amantes:
Frigida deserta nocte iacebis anus.
Nec tua frangetur nocturna ianua rixa:
Sparsa nec iuuenies limina mane rosa.
Quam cito:me miserum:laxantur corpora rugis.
Et perit in nitido qui fuit ore color.
Quasque fuisse tibi canas a uirgine iuras:
Spargentur subito per caput omne comæ:
Anguibus exuitur tenui cum pelle uetustas.
Nec faciunt ceruos cornua iacta senes.
Vestra sine auxilio fugiunt bona:carpite florem:
Qui nisi carptus erit:turpiter ipse cadet.
Adde quod & partus faciunt breuiora iuuentæ
Tempora.continua messe senescit ager.
Latmius endymion non est tibi luna rubori:
Nec cephalus roseæ præda pudenda deæ.
Vt taceam de te:quem nunc quoque luget adoni:
Vnde habet æneam:hermionenque uenus?
Ite per exemplum genus o mortale dearum:
Gaudia nec cupidis uestra negate uiris.
Vt iam decipiant:quid perditis?omnia constant
Mille licet sumant.deperit inde nihil.
Conteritur ferrum:silices tenuantur ab usu.
Sufficit:& damni pars caret illa metu.
Quis uetet apposito lumen de lumine sumi?
Quisue cauum uastas in mare seruat aquas?
Et tamen ulla uiro mulier non expedit inquit:
Quid nisi quam sumis die mihi perdis aquam?

Nec uo

Nec nos proſtituit mea uox:ſed uana timere
Damna uetat.damnis munera ueſtra carent:
Sed me flaminibus uenti maioris iturum
Dum ſomus in portu prouehat aura leuis.
Ordiar a cultu:cultis bene liber ab uuis
Prouenit:& culto ſtat ſeges alta ſolo.
Forma dei munus:forma quota quæque ſuperbit:
Pars ueſtrum tali munere magna caret.
Cura dabit faciem.facies neglecta peribit:
Idaliæ ſimilis fit licet illa deæ.
Corpora ſi ueteres non ſic coluere puellæ:
Nec ueteres cultus ſic habuere uiri.
Si fuit andromache tunicas induta ualentes:
Quid mirum?duri militis uxor erat.
Scilicet aiaci coniunx ornata ueniret?
Cui tegmen ſeptem terga fuere boum
Simplicitas rudis ante fuit:nunc aurea roma eſt:
Et magnas domiti poſſidet orbis opes:
Aſpice quæ nunc ſunt capitolia:quæque fuerunt.
Alterius dices illa fuiſſe iouis.
Curia conſilii nunc eſt digniſſima tanti.
De ſtipula:tatio regna tenente fuit.
Quæ nunc ſub phœbo:ducibuſque palatia fulgent:
Quid niſi araturis paſcua bobus erant?
Priſca iuuent alios:ego me nunc denique natum
Gratulor:hæc ætas moribus apta meis.
Non quia nunc terræ lentum ſubducitur aurum:
Lectaque diuerſo littore concha uenit.
Nec:quia decreſcunt effoſſo marmore montes:
Nec:quia ceruleæ mole fugantur aque.
Sed quia cultus adeſt:nec noſtros manſit in annos
Ruſticitas priſcis illa ſuperſtes auis.
Vos quoque non charis aures onerate lapillis:
Quos legit in uiridi decolor indus aqua.
Nec prodite graues inſuto ueſtibus auro:
Per quas non petitis ſæpe fugatis:opes.
Munditiis capimur:nec ſint ſine lege capilli.
Admotæ formam dantque negantque manus.
Nec genus ornatus unum eſt:quod quáque decebit:
Eligat:& ſpeculum conſulat ante ſuum.
Longa probat facies capitis diſcrimina puri.
Sic erat ornatis laodomia comis.
Exiguum ſumma nodum ſibi fronte relinqui:
Vt pateant aures ora rotunda uolunt:
Alterius crines humero iactentur utroque:
Talis es aſſumpta phœbe canore lyra.
Altera ſuccinctæ religetur more dianæ:
Vt ſoler:attonitas cum petit illa feras.
Hanc decet inflatos laxe iacuiſſe capillos:
Illa ſit aſtrictis impedienda comis.
Hanc decet ornari teſtitudine cyllenea:
Suſtineat ſimiles fluctibus illa ſinus.
Sed neque ramoſa numerabis in ilice frondes.
Nec quot ape: hyblæ:nec quot in alpe feræ:
Nec mihi tot cultus numero comprehendere fas é:
Adiicit ornatus proxima quæque dies.
At neglecta decet multas coma:ſæpe iacere
Heſternam credas:illa repexa modo eſt.
Ars caſum ſimuler:ſic capta uidit in urbe
Alcides iolen;hanc ego dixit:amo.
Talem te bacchus ſatyris clamantibus heuhoe:
Suſtulit in currus gnoſi relicta ſuos.
O quantum indulget ueſtro natura decori?
Quarum ſunt multis damna pianda modis.
Nos male detegimur:raptique ætate capilli:

Vt borea frondes excutiente:cadunt.
Fœmina canitiem germanis inficit herbis:
Et melior uero quæritur arte color.
Fœmina procedit denſiſſima crinibus emptis.
Proque ſuis alios efficit ære ſuos.
Nec pudor eſt emiſſe palam:uenisse uidemus.
Herculis ante oculos:uirgineumque chorum.
Quid de ueſte loquar?non iam ſegmenta requiro:
Nec quæ de tyrio murice lana rubet.
Cum tot prodierint pretio leuiore colores:
Quis pudor eſt cenſus corpore ferre ſuos?
Aeris ecce color:tum cum ſine nubibus aer:
Nec tepidus pluuias concitat auſter aquas.
Ecce tibi ſimilis:qui quondam phryxen & hellen
Diceris inonis eripuiſſe dolis.
Hic undas imitatur:habet quoque nomē ab undis:
Crediderim nymphas hac ego ueſte tegi.
Ille crocum ſimulat:croceo uelatur amictu:
Roſida luciferos cum dea iungit equus.
Hic paphyas myrtos:hic purpureos amethiſtos:
Albenteſue roſas:threiiciamue grauem.
Nec glandes amarylli tuæ:nec amygdala deſint.
Et ſua uelleribus nomina cæra dedit.
Quod noua terra parit flores:quum uere tepenti
Vitis agit gemmas:pigraque fugit hyems:
Lana tot:aut plures ſuccos bibit:elige certos.
Nam non conueniens omnibus unus erit.
Pulla decet niueas:briſeida pulla decebat.
Cum rapta eſt:pulla tum quoque ueſte fuit.
Alba decent fuſcas.albis cephei placebas.
Sic tibi ueſtitæ preſſa ſeriphos erat:
Quam ſæpe admonui:ne trux carper iret in alas:
Neue forent duris aſpera crura pilis.
Sed non caucaſea doceo de rupe puellas:
Quæque bibunt undas myſe caice tuas.
Quid:ſi præcipiam:ne fuſcet inertia dentes?
Oraque ſuſcepta mane lauentur aqua?
Scitis & inducta candorem quærere cæra:
Sanguine quæ uero non rubet:arte rubet.
Arte ſupercilii confinia nuda repletis:
Paruaque ſinceras uelat alutha genas.
Nec pudor eſt oculos tenui ſignare fauilla:
Vel prope te nato iudice cydne croco.
Eſt mihi:quo dixi ueſtræ medicamina formæ
Paruus:ſed cura grande libellus opus.
Hinc quoque præſidium læſe petitote puellæ.
Non eſt pro ueſtris ars mea rebus iners.
Non tamen expoſita menſa deprehendat amator
Pixidas ars faciem diſſimulata iuuet.
Quem non offendat toto ſex milia uultu:
Quum fluit in tepidos pondere lapſa ſinus?
Eſopa quid redolent:quanuis mittantur athenis:
Demptus ab immundæ uellere ſuccus ouis:
Nec coram mixtas ceruæ ſumpſiſſe medullas:
Nec coram dentes perfricuiſſe probem.
Iſta dabunt faciem.ſed erunt deformia uiſu.
Multaque cum fiunt turpia:facta placent.
Quæ nunc nomen habent operoſi ſigna myronis
Pondus ineris quondam:duraque maſſa fuit
Annulus ut fiat:primo colliditur aurum:
Quas geritis ueſtes:ſordida lana fuit.
Cum fieret:lapis aſper erat:nunc nobile ſignum:
Nuda uenus madidas exprimit imbre comas.
Tu faciem cura:dum te dormire putemus.
Aptius a ſumma conſpiciere manu.

Cur mihi

Cur mihi nota tui cauſa eſt ſplendoris in ore?
Claude fores thalami: quæ rude cogit opus:
Multa uiros neſcire decet. pars maxima rerum
Offendet: ſi non interiora tegas.
Aurea quæ pendent ornato ſigna theatro
Aſpice q̃ tenuis bracthea ligna tegat.
Sed neque ad illa licet populo: niſi facta uenire:
Nec niſi ſummotis forma paranda uiris.
At non pectendos coram præbere capillos:
Vt iaceant fuſi per tua colla ueto.
Illo precipue ne ſis moroſa caueto
Tempore: nec laxas ſæpe reſolue comas.
Tuta ſit ornatrix: odi: quæ ſauciat ora
Vnguibus: & rapta brachia fixit acu.
Deuouet: & tangit dominæ caput illa: ſimulque
Plorat ad inuiſas ſanguinolenta comas.
Quæ male crinita eſt: cuſtodem in limine ponat.
Orneturue bone ſemper in æde deæ.
Dictus eram ſubito cuidam ueniſſe puellæ.
Turbida peruerſas induit illa comas.
Hoſtibus eueniat tam fœdi cauſa pudoris.
Inque nurus parthas dedecus illud eat.
Turpe pecus mutilum: turpis ſine gramine campus.
Et ſine fronde fructex: & ſine crine caput.
Non mihi ueniſtis ſemele: ledeque docendæ.
Perque fretum falſo ſidoni uecta boue.
Aut helene: quam non ſtulte menelae repoſcis:
Tu quoque non ſtulte troice raptor habes.
Turba docenda uenit: turpes pulchræque puellæ.
Pluraque ſunt ſemper deteriora bonis.
Formoſæ minus artis opem: præceptaque quærunt
Et illis ſua dos forma ſine arte potens.
Cum mare compoſitum eſt: ſecurus nauita tranſit.
Cum tumet: auxiliis aſſidet ille ſuis.
Rara tamen menda facies caret: occule mendas:
Quaque potes uitium corporis abde tui.
Si breuis es: ſedeas. ne ſtans uideare ſedere.
Inque tuo iaceas quantulacunque toro.
Hic quoque ne poſſit fieri menſura cubantis:
Iniecta lateant fac tibi ueſte pedes.
Quæ nimis eſt gracilis plano uelamina filo
Sumat: & ex humeris laxus amictus eat.
Pallida purpureis tangat ſua corpora uirgis.
Nigrior ad pharii confuge piſcis opem.
Pes malus in niuea ſemper celetur alutha:
Arida nec uinclis crura reſolue tuis.
Conueniunt tenues ſcapulis ameletides altis.
Anguſtum circa faſcia pectus eat.
Exiguo ſignet geſtu: quodcunque loquatur.
Cui digiti pingues: & ſcaber ungis erit.
Cui grauis oris odor: nunquam ieiuna loquatur.
Et ſemper ſpatio diſtet ab ore uiri.
Si niger: aut ingens: aut non erit ordine natus
Dens tibi: ridendo maxima damna feres:
Quis credat? diſcunt etiam ridere puellæ.
Quæritur atque illis hac quoque parte decor.
Sint modici rictus: paruæque utrinque lacunæ:
Et ſummos dentes ima labella tegant.
Nec ſua perpetuo contendent ilia riſu.
Sed leue neſcio quid: fœmineumque ſonet.
Eſt: quæ peruerſo diſtorqueat ora cachino.
Quum riſit. læta eſt altera. flere putes.
Illa ſonat raucum quiddam atque ĩamabile ridet:
Vt rudit a ſcabra turpis aſella mola.
Quo non ars penetrat? diſcunt lachrymare decenter:

Quoque uolunt:plorat:tempore:quoque modo.
Quid:cum legitima fraudatur littera uoce?
Blesaque fit iusso lingua coacta sono?
In uitio decor est:quædam male reddere uerba
Discunt posse minus:quam potuere:loqui.
Omnibus his quando prosunt:impendite curam.
Discite fœmineo corpora ferre gradu.
Est & in incessu pars non temnenda decoris.
Alligat ignotos illa:fugatque uiros.
Hæc mouet arte latus:tunicisque fluentibus auras
Excipit:extensos fertque superba pedes.
Illa uelut coniunx umbri rubicunda mariti
Ambulat:ingentes uarica fertque gradus.
Sed fit ut in multis:modus hic quoq; rusticus alter
Notus in incessu:mollior alter erit.
Pars humeri tamen ima tui pars summa lacerti
Nuda sit:a leua conspicienda manu.
Hoc uos præcipue niueæ decet.hoc ubi uidi:
Oscula ferre humero qua patet usque libet.
Monstra maris sirenes erant:quæ uoce canora
Quslibet admissas detinuere rates.
His sua sisyphides auditis pene resoluit
Corpora:nam sociis illita cæra fuit.
Res est blanda canor:discant cantare puellæ.
Pro facie multis uox sua læna fuit.
Et modo marmoreis referant audita theatris:
Et modo niliacis carmina lusa modis.
Nec plectrum dextra:citharam tenuisse sinistra
Nesciat arbitrio fœmina docta meo.
Saxa ferasque lyra mouit rhodopeius orpheus:
Tartareosque lacus:tergeminumque canem.
Saxa tuo cantu uindex instissime matris
Fecerunt muros officiosa nouos.
Quamuis mutus erat:uoci fauisse putatur
Pisces arioneæ fabula nota lyræ.
Disce etiam duplici genialia nauplia palma
Vertere:conueniunt dulcibus illa iocis.
Sit tibi callimachi:sit coi nota poetæ:
Sit quoque uinosi teia musa senis.
Nota sit & sapho.quid enim lasciuius illa?
Cuiue pater uafri ludtiur arte getæ.
Et teneri possis carmen legisse properti:
Siue aliquid galli:siue tibulle tuum.
Dictaque uarroni fuluis insignia uillis
Vellera germanæ phryxe querenda tuæ:
Et profugum æneam:altæ primordia romæ:
Quo nullum latio clarius extat opus.
Forsitan & nostrum nomen miscebitur istis.
Nec mea letheis scripta dabuntur aquis.
Atque aliquis dicet:nostri lege culta magistri
Carmina:quis partes instruit ille duas.
Deue tribus libris:titulus quos signat amorum
Eligc:quos docili molliter ore legas.
Vel tibi composita cantetur epistola uoce:
Ignotum hoc aliis ille nouauit opus:
O ita phœbe uelis:ita uos pia numina uatum:
Insignis cornu bacche:nouemque deæ.
Quis dubitat:quin scire uelim saltare puellam:
Vt moueat posito brachia iussa mero.
Artifices lateris scænæ spectacula amantur.
Tantum mobilitas illa decoris habet.
Parua monere puder:talorum dicere iactus
Vt sciat:& uires tessera missa tuas.
Et modo tris iactet numero modo cogitet apte:
Quam subeat partem callida:quaque uocet.

Cautaque

Cantaque non ſtulte latronum prælia ludat:
Vnus cum gemino calculus hoſte perit.
Bellatorque ſuo prehenſus ſine compare bellet:
Aemulus incœptum ſæpe recurrat opus.
Reticuloque pilæ leues fundantur aperto.
Nec:niſi:quam tollas:ulla mouenda pila eſt.
Eſt genus in totidem tenui ratione redactum
Spicula:quot menſes lubricus annus habet.
Parua tabella capit ternos utrinque lapillos:
In qua uiciſſe eſt continuaſſe ſuos.
Mille fac eſſe iocos:turpe eſt neſcire puellam
Ludere:ludendo ſæpe paratur amor.
Sed minimus labor eſt ſapienter iactibus uti.
Maius opus:mores compoſuiſſe ſuos.
Tunc ſumus incauti:ſtudioque aperimur in ipſo:
Nudaque per luſus pectora noſtra patent.
Ira ſubit deforme malum:lucrique cupido:
Iurgiaque:& rixe:ſollicituſque dolor.
Crimina dicuntur:reſonat clamoribus æther.
Inuocat iratos:& ſibi quiſque deos.
Nulla fides tabulis:quæ non per uota petuntur.
Et lachrymis uidi ſæpe madere genas.
Iuppiter a uobis tam turpia crimina pellat:
In quibus eſt ulli cura placere uiro.
Hos ignaua iocos tribuit natura puellis.
Materia ludunt uberiore uiri.
Sunt illis celereſque pilæ:iaculumque:trochique:
Armaque:& in gyros ire coactus equus.
Nec uos campus habet:nec uos gelidiſſima uirgo:
Nec thuſcus placidis deuehit amnis aquis.
At licet & prodeſt pompeias ire per umbras:
Virginis æthereis quum caput ardet eqnis.
Viſcite laurifero ſacrata palatia phœbo.
Ille parethonias merſit in alta rates.
Quæque ſoror:coniunxq; ducis monumẽta pararũt
Naualique gener cinctus honore caput.
Viſite turricremas uaccæ memphitidos aras.
Viſite conſpicuis terna theatra locis.
Spectentur tepido maculatæ ſanguine harenæ:
Meraque feruenti circumeunda rota.
Quod latet:ignotum eſt.ignoti nulla cupido.
Fructus abeſt:facies quum bona teſte caret.
Tu licet & thamyram ſuperes:atque orphea cantus.
Non erit ignotæ gratia magna lyræ.
Si uenerem cous nunquam pinxiſſet apelles:
Merſa ſub æquoreis illa lateret aquis.
Quid petitur ſacris:niſi tantum fama poetis?
Hoc uotum noſtri ſumma laboris habet:
Cura ducum fuerant olim regumque poetæ.
Præmiaque antiqui magna tulere chori:
Sanctaque maieſtas:& erat uenerabile nomen
Vatibus:& largæ ſæpe dabantur opes.
Ennius emeruit calabris in montibus hortos:
Contiguos pene ſcipio magne tuis.
Nunc hederæ ſine honore iacent.opataq; doctis
Cura uigil muſis nomen inertis habet.
Sed famæ uigilare iuuat:quis noſſet homerum:
Illius æternum ſi latuiſſet opus?
Quis danaem noſſet:ſi ſemper clauſa fuiſſet?
Inque ſua turri ſi latuiſſet anus.
Vtilis eſt uobis formoſæ cura puellæ
Sæpe uagos extra limina ferre pedes:
Ad multas lupa tendit oues:prædetur ut unam:
Et iouis ad multas deuolat ales aues.
Se quoque det populo mulier ſpecioſa uidenda.

Quem trahat:e multis forſitan unus erit.
Omnibus illa locis maneat ſtudioſa placendi:
Et curam tota mente decoris agat.
Caſus ubique ualet ſemper tibi pendeat hamus.
Quo minime credis gurgite piſcis erit.
Sæpe canes fruſtra nemoroſis montibus errant:
Inque plagas nullo ceruus agente cadit.
Quid minus andromede potuit ſperare reuincta:
Quam lachrymas ulli poſſe placere ſuas?
Funere ſæpe uiri uir quæritur:ire ſolutis
Crinibus:& fletus non tenuiſſe decet.
Sed uitate uiros cultum:formamque profeſſos:
Quique ſuas ponunt in ſtatione comas.
Quæ uobis dicunt:dixerunt mille puellis.
Errat:& in nulla ſede moratur amor.
Fœmina quid faciet:cum uir ſit leuior ipſa?
Forſitan & plures poſſit habere uiros?
Vix mihi credetis:ſed credite:troia maneret
Præceptis priami ſi foret uſa fenis.
Sunt qui mendaci ſpecie graſſantur amoris:
Perque aditus tales lucra pudenda petunt.
Nec coma uos fallat liquida nitidiſſima nardo:
Nec breuis in rugas cingula preſſa ſuas.
Nec toga decipiat filo tenuiſſima:nec ſi
Annulus in digitis alter:& alter erit.
Forſitan ex horum numero cultiſſimus ille
Fur ſit:& utatur ueſtis amore tuæ.
Redde meum clamant ſpoliate ſæpe puellæ:
Redde meum toto uoce boante foro.
Has uenus e templis multo radiantibus auro
Læta uidet lites:appiadeſque deæ.
Sunt quoque non dubia quædã mala nomina fama
Deceptæ a multis crimen amantis habent.
Diſcite ab alterius ueſtris timuiſſe querelis:
Ianua fallaci ne ſit aperta uiro.
Parcite cecropides iuranti credere theſeo.
Quos faciet teſtes:fecit & ante deos.
Et tibi demophoon theſei criminis hæres
Phyllide decepta nulla relicta fides.
Si bene promittunt.totidem promittite uerbis.
Si dederint:& uos gaudia pacta date.
Illa poteſt uigiles flammas exinguere ueſtæ:
Et capere ex templis inachi ſacra tuis.
Et dare mixta uiro tritis aconita cicutis:
Accepto uenerem munere ſiqua negat.
Fert animus propius conſiſtere:ſupprime habenas
Muſa:nec admiſſis excutiare rotis.
Verba uadum tentent alienis ſcripta tabellis.
Accipiat miſſas apta miniſtra notas.
Inſpice:quodque leges:ex ipſis collige uerbis:
Fingat:an ex animo:ſollicituſque roget.
Poſtque breuem reſcribe morã: mora ſemp amãtes
Incitat:exiguum ſi modo tempus habet.
Sed neque te facilem iuueni promitte roganti.
Nec tamen edure:quod petit ille:nega.
Fac timeat:ſperetque ſimul:quotienſque remittes:
Spes magis hinc ueniat certa:minorque metus.
Munda ſed e medio conſuetaque uerba puellæ
Scribite.ſermonis publica uerba placent:
Ah quotiens dubiis ſcriptis exarſit amator:
Et nocuit formæ barbara lingua bonæ.
Sed quoniam quanuis uitæ careatis honore:
Eſt uobis ueſtros fallere cura uiros.
Ancillæ puerique manus ferat arte tabellas
Pignora:nec iuueni credite ueſtra nouo.

Vidi ego

Vidi ego pallentes isto terrore puellas
Seruitium miseras tempus in omne pati.
Perfidus ille quidem: qui talia pignora seruat:
Sed tameu ætnæi fulminis instar habet.
Iudice me fraus est concessa repellere fraudem:
Armaque in armatos sumere iura sinunt.
Ducere consuescat multas manus una figuras.
Ah pereant: per quos ista monenda mihi:
Nec nisi deletis tutum est: rescribere cæris.
Nec teneat geminas una tabella manus.
Fœmina dicatur scribentis semper amator.
Illa sit in uestris: qui fuit ille notis.
Sed licet a paruis animum ad maiora referre:
Plenaque curuato pandere uela sinu.
Pertinet ad faciem rapidos compescere mores.
Candida pax homines: trux decet ira feras.
Ora tument ira: nigrescunt sanguine uenæ.
Lumina gorgoneo sæuius anguæ micant.
Iprocul hinc dixit: non est mihi tibia tanti:
Vt uidit uultus pallas in amne suos.
Vos quoque si media speculum spectetis in ira:
Cognoscet faciem uix satis ulla suam.
Nec minus in uultu damnosa superbia uestro.
Cominus est oculis alliciendus amor.
Odimus immodicos: experto credite: fastus.
Sæpe tacens odii semina uultus habet.
Spectantem specta: ridenti mollia ride.
Innuet accepras tu quoque redde notas.
Sic ubi præluserit rudibus puer ille sagittis:
Spicula de pharetra promit acuta sua.
Odimus & mœstas: tecmessam diligat aiax:
Nos hilarem populum fœmina læta capit.
Nunq̃ ego te andromache: nec te tecmessa rogarē.
Vt mea de uobis altera amica foret.
Credere uix uideor: nisi cogat credere partus:
Vos ego cum uestris concubuisse uiris.
Scilicet aiaci mulier mœstissima dixit
Lux mea: quæque solent uerba iuuare uiros:
Quis uetat a magnis ad res exempla minores
Sumere: nec nomen pertimuisse ducis:
Dux bonus huic centum commissit iure regendos
Huic equites illi signa tuenda dedit.
Vos quoque de nobis quē quisq; erit aptus in usum
Incipit: & certo ponite quemque loco:
Munera det diues: uiis qui profitebitur: adsit:
Facundus causam sæpe clientis agat.
Carmina qui facimus: mittamus carmina tantum:
Nam chorus ante alios aptus amare sumus.
Nos facimus placidi lautæ præconia formæ.
Nomen habet nemesis: cynthia nomen habet:
Vesper: & eoæ nouere lycorida terræ.
Et multi: quæ sit nostra corinna rogant.
Adde: quod insidiæ sacris a uatibus absunt:
Et facit ad mores ars quoque nostra bonos.
Nec nos ambitio: nec nos amor urget habendi.
Contempto collitur lectus & umbra foro.
Sed facile hæremus: ualidoque perurimur æstu:
Et nimium certa scimus amare fide.
Scilicet ingenium placida mollitur ab arte.
Et studio mores conuenienter eunt.
Vatibus aoniis faciles estote puellæ:
Numen ineſt illis: pierideſque fauent.
Est deus in nobis: sunt & commertia cœli.
Sedibus æthereis spiritus ille uenit.
A doctis pretium scelus est sperare poetis:

Me miſerum ſcelus hoc nulla puella timet.
Diſſimulate tamen:nec prima fronte rapaces
Eſte.nouus uiſo caſſe reſiſtet amans.
Sed neque rector equum qui nuper ſenſit habenas:
Cum paribus frenis artificemque regit.
Nec ſtabiles animos annis:uiridemque iuuentam
Vt capias:idem limes agendus erit.
Hic rudis:& caſtris nunc primum notus amoris
Qui tetigit thalamos præda nouella tuos.
Te ſolam norit:tibi ſemper inhereat uni.
Cingenda eſt altis ſepibus iſta ſeges.
Effuge riualem:uinces:dum ſola tenebis.
Non bene cum ſociis regna uenuſque manent.
Ille uetus miles ſenſim & ſapienter amabit.
Multaque tyroni non patienda feret.
Nec franget poſtes:nec ſæuis ignibus uret:
Nec dominæ teneras appetet ungue genas.
Nec ſcindet tunicaſue ſuas:tunicaſue puellæ:
Nec raptus flendi cauſa capillus erit.
Iſta decent pueros ætate & amore calentes:
Hic fera compoſita uulnera mente feret:
Ignibus hic lentis uretur:ut humida tæda:
Vt modo montanis ſilua reciſa iugis.
Certior hiç amor eſt.breuis ac fœcundior ille.
Quæ fugiunt:celeri carpite poma manu.
Omnia tradentur.portas reſerabimus hoſti:
Vt ſit infida proditione fides.
Quod datur ex facili:longum male nutrit amorem
Miſcenda eſt lætis rara repulſa iocis.
Ante fores iaceant.crudelis ianua clament.
Multaque ſummiſſe.multa minanter agant.
Dulcia non ferimus:ſucco renouamur amaro.
Sæpe perit uentis obruta cymba ſuis.
Hoc eſt:uxores quod non patiantur amare:
Conueniunt illas:cum uoluere uiri.
Obde forem at dicat duro tibi ianitor ore:
Non potes:excluſum te quoque tanget amor.
Ponite iam gladios hebetes.pugnetur acutis.
Non dubito telis quin petar ipſe meis.
Dum cadat in laqueos captus quoque nuper amator
Solum ſe thalamos ſperet habere tuos.
Poſtmodo riualem:partitaque fœdera lecti
Sentiat has artes tolle:ſeneſcet amor.
Tunc bene fortis equus reſerato carcere currit:
Quum quos prætereat:quoſue ſequatur habet.
Quælibet extinctos iniuria ſuſcitat ignes.
En ego confiteor.non niſi læſus amo.
Cauſa tamen nimium ne ſit manifeſta doloris:
Pluraque ſollicitus:q̃ ſciat:eſſe putet.
Incitet & ficti triſtis cuſtodia ſerui.
Et nimium duri cura moleſta uiri.
Quæ uenit extuto:minus eſt accepta uoluptas:
Vt ſis liberior thaide:finge metus.
Cum melius foribus poſſis admitte feneſtra:
Inque tuo uultu uerba timentis habe.
Calida proſiliat:dicatque ancilla:perimus.
Tu iuuenem trepidum quodlibet abde loco.
Admiſcenda tamen uenus eſt ſecreta timori:
Ne tanti noctes non putat eſſe tuas.
Qua uafer eludi poſſit ratione maritus:
Quáque uigil cuſtos:præteriturus eram:
Nupta uirum timeat.rata ſit cuſtodia nuptæ.
Hoc decet:hoc leges:iuſque pudorque iubent.
Te quoque ſeruari modo quam uindicta redemit
Quis ferat:ut fallas ad mea ſacra ueni.

Tot licet

Tot licet obſeruent:modo ſit tibi grata uoluptas:
Quot fuerant argo lumina:uerba dabis.
Scilicet obſtabit cuſtos:ne ſcribere poſſis
Sumendæ deturtcum tibi tempus aquæ:
Conſcia cum poſcit ſcriptas portare tabellas:
Quas tegat in tepido faſcia lata ſinu:
Cum poſſit ſolea chartas celare ligatas:
Et uicto blandas ſub pede ferre notas.
Cauerit hoc cuſtos:pro charta conſcia tergum
Præbeat:inque ſuo corpore uerba ferat:
Tuta quoque eſt:fallitque oculos e lacte recenti
Littera:carbonis puluere tange:leges.
Fallet & humiduli quæ fiet acumine lini:
Et feret occultas pura tabella notas.
Adfuit acriſio ſeruandæ cura puellæ.
Hunc tamen illa ſuo crimine fecit auum.
Quid faciet cuſtos:cum ſint tot in urbe theatra:
Cum ſpectet iunctos illa libenter equos.
Cum ſedeat phariæ ſiſtris operoſa iuuencæ:
Quoque ſuæ comites ire iubentur:eat:
Cum fuget a templis oculos bona diua uirorum.
Præter quos:ſi quos illa uenire iubet.
Cum cuſtode foris tunicam ſeruante puellæ
Celent furtiuos balnea multa iocos:
Cum:quotiens opus eſt:fallax ægrotet amica:
Tollat & in lectum quemlibet illa ſuum.
Nomine cum doceat quid agatur adultera clauis:
Quaſque petes:non det ianua ſola uias.
Fallitur & multo cuſtodis cura lyæo:
Illa uel hiſpano lecta ſit una iugo.
Sunt quoque quæ faciunt altos medicamina ſomnos
Victaque lethea lumina nocte premant.
Nec male delitiis odioſum conſcia tardis
Detinet:& longa iungitur illa mora.
Quid iuuat ambages:præceptaque parua monere:
Cum minimo cuſtos munere poſſit emi?
Munera:crede mihi:placant homineſque deoſque.
Placatur donis iuppiter ipſe datis.
Quid faciet ſapiens?ſtultus quoque munere gaudet:
Ipſe quoque accepto munere mitis erit.
Sed ſemel eſt cuſtos longum redimendus in æuum
Sæpe dabit:dederit quas ſemel ille manus.
Queſtus eram:memini:metuendos eſſe ſodales.
Non tangit ſolos iſta querela uiros.
Credula ſi fueris:aliæ tua gaudia carpent.
Et lepus hic aliis exagitatus erit.
Hæc quoque quæ præbet lectum ſtudioſa locumq;:
Crede mihi:mecum non ſemel illa fuit.
Nec nimium uobis formoſa ancilla miniſtret.
Sæpe uicem dominæ præſtitit illa mihi.
Quo feror inſanus?quid aperto pectore in hoſtem
Mittor?& indicio prodor ab ipſe meo?
Non auis aucupibus monſtrat:qua parte petatur:
Non docet infeſtos currere cerua canes.
Viderit utilitas.ego cœpta fideliter edem.
Lemniadum gladios in mea damna dabo.
Efficite:& facile eſt:ut nos credamus amari.
Prona uenit cupidis in ſua uota fides.
Spectet amabilius iuuenem:& ſuſpiret ab imo
Fœmina.tam ſero cur ueniatque roget.
Accedant lachrymæ:dolor & de pellice fictus:
Et laniet digitis illius ora ſuis.
Iam dudum perſuaſus erit:miſerebitur ultro.
Et dicet:cura carpitur ipſa mei:
Præcipue ſi cultus erit:ſpeculoque placebit:

Posse suo tangi credat amore deas.
Sed te: quæcunque ex moderate iniuria turbet:
Nec sis audita pellice mentis inops.
Nec cito crediderís: quantum cito credere lædat:
Exemplum uobis non leue procis erit.
Est prope purpureos colles florentis hymeti
Fons sacer: & uiridi cespite mollis humus.
Silua nemus non alta facit: tegit arbutus herbam:
Rosmaris: & laurus: nigraque myrtus olent:
Nec densum foliis buxum: fragilesque myricæ
Nec tenues cytisi: cultaque pinus abest:
Lenibus impulsæ zephyris: auraque salubri:
Tot generum frondes: herbaque summa tremit:
Grata quies cephalo. famulis canibusque relictis
Lassus in hac iuuenis sæpe resedit humo.
Quæque meos releues æstus cantare solebat
Accipienda sinu mobilis aura ueni.
Coniugis ad timidas aliquis male sedulus aures
Auditos memori detulit aure sonos:
Procris ut accepit nomen: quasi pellicis: aure:
Excidit: & subito mota dolore fuit.
Palluit: ut sera lectus de uite racemus:
Palescunt frondes: quas noua læsit hyems.
Quæ qua suos curuant matura cydonia ramos:
Cornaque adhuc nostris non satis apta cibis.
Vtque animus rediit: tenues a pectore uestes
Rumpit: & indignas sauciat ungue genas.
Nec mora: per medias sparsis furibunda capillis
Euolat: ut tyrso concita baccha: uias.
Vt prope peruentum est comites in ualle reliquit.
Ipsa nemus tacito clam pede fortis init.
Quid tibi mentis erat: cum sic male sana lateres
Procri? quis attoniti pectoris ardor erat?
Iam iam uenturum quæcunque erat aura: putabas
Scilicet atque oculis probra uidenda tuis.
Nunc uenisse piget: neque enim deprehendere uelles:
Nunc iuuat. incertus pectora uersat amor.
Credere quæ iubeant: locus est: & nomen: & index
Et: quia mens semper: quod timet: esse putat.
Vidit ut oppressa uestigia corporis herba:
Pulsantur trepidi corde micante sinus.
Iamque dies medius tenues contraxerat umbras:
Inque pari spatio uesper & ortus erat.
Ecce redit cephalus proles cyllenia siluis:
Oraque fontana feruida pulsat aqua.
Anxia procri lates: solitas iacet ille per herbas.
Et zephyri molles: auraque dixit: ades.
Vt patuit miseræ iocundus nominis error
Et mens: & rediit uerus in ore color.
Surgit: & oppositas agitato corpore frondes
Mouit: in amplexus uxor itura uiri.
Ille feram sonuisse ratus iuuenaliter arcum
Corripit: in dextra tela fuere manu.
Quid facis infœlix: non est fera supprime tela:
Me miserum iaculo fixa puella tua est.
Hei mihi conclamat fixisti pectus amicum:
Hic locus a cephalo uulnera semper habet.
Ante diem morior: sed nulla pellice læsa:
Hoc faciet positam te mihi terra leuem.
Nomine suspectam mihi spiritus exit in auram.
Iam morior: chara lumina conde manu.
Ille sinu dominæ morientia pectora mæsto
Sustinet: & lachrymis uulnera sæua lauat.
Dixit: & in cauto paulatim pectore lapsus
Excipitur miseri spiritus ore uiri.

Sed repetamus

Sed repetamus iter:nudis mihi rebus agendum est:
Vt tangat portus fessa carina suos:
Scilicet expectas:ut te in conuiuia ducam.
Et qustris monitus hac quoque parte meos:
Sera ueni.positaque decens incede lucerna.
Grata mora uenies:maxima lena mora est:
Et:si turpis eris:formosa uidebere cunctis:
Et latebras uitiis nox dabit illa tuis.
Carpe cibos digitis:est quidam gestus edendi.
Ora nec immunda tota perunge manu.
Neue diu præsume dapis:sed desine citra
Quam cupias paulo:quam potes:esse minus:
Priamides helenen auide si specctet edentem:
Oderit:& dicet.stulta rapina mea est.
Aptius est:decet atque magis potare puellas.
Quum ueneris puero non male bacche facis:
Hoc quoque quam patiens caput est: aiusq;: pedesq;
Constant.nec:quæ sint singula:bina uide.
Turpe iacens mulier multo madefacta lyæo.
Digna est concubitus quoslibet illa pati.
Nec somno tutum est posita succumbere mensa.
Per somnos fieri multa pudenda solent.
Vlteriora pudet docuisse:sed alma diane
Præcipue nostrum est:quod pudet inquit opus
Nota sibi sit quæque:modos ad corpora certos
Sumite:non omnes una figura decet.
Quæ facie præsignis erit:resupina iaceto.
Spectetur tergo:cui sua terga placent.
Mimalion humeris atalantæ crura ferebat.
Si bona sunt hoc sunt aspicienda modo.
Parua uehatur equo quod erat longissima nunquã
Thebais hectoreo nupta resedit equo.
Strata premat genibus paulum ceruice reflexa
Fœmina per longum conspicienda latus.
Cui femur est iuuenile: carent quoq; cætera menda
Semper in obliquo fusa sit illa toro.
Nec tibi turpe puta crinem:ut phylleia mater
Soluere:& effusis colla reflecte comis.
Tu quoque:cui rugis uterum lucina notauit:
Vt celer euersis utere parthus equis.
Mille modi ueneris:simplex minimique laboris:
Cum iacet in dextrum semisupina latus.
Sed neque phœbei tripodes: nec corniger hammon
Vera magis uobis:quam mea musa canet.
Si qua fides arti:quam longo fecimus usu:
Credite præstabunt carmina nostra fidem.
Sentiat ex imis uenerem resoluta medullis
Fœmina:& ex æquo res iuuet ista duos.
Nec blandæ uoces:iucundaq; murmura cessent:
Nec taceant mediis improba uerba iocis.
Tu quoque cui ueneris sensum nacura negauit
Dulcia mendaci gaudia finge sono.
Infœlix cui torpet hebes locus ille:puella:
Quo pariter debent fœmina uirque frui:
Tantum:cum finges:ne sis manifesta caueto:
Effice per motum:luminaque ipsa fidem.
Quod iuuat:& uoces:& anhelitus arguat oris.
Ah pudet:arcanas pars habet illa notas.
Gaudia post ueneris quæ poscit munus amantem:
Illa suas nolit pondus habere preces.
Nec lucem in thalamos totis admitte fenestris.
Aptius in uestro corpore multa latent.
Lusus habet finem:cygnis discedere tempus.
Duxerunt collo qui iuga nostra suo.
Vt quondam iuuenes:ita nunc mea turba puellæ
Inscribant foliis.Naso magister erat. FINIS.

PVBLII OVIDII NASONIS DE REMEDIO AMORIS LIBER PRIMVS INCIPIT.

LEgerat huius amor titulum nomẽq; libelli:
Bella mihi uideo:bella parantur ait.
Parce tuum uatem sceleris dãnare cupido:
Tradita qui totiens te duce signa tuli.
Non ego titides:a quo tua sautia mater
In liquidum rediit æthera martis equis.
Sæpe tepent alii iuuenes:ego semper amaui.
Et si quid faciam nunc quoque quæris:amo.
Quin etiam docui:qua posses arte parari.
Et quod nunc ratio est:impetus ante fuit.
Nec te blande puer:nec nostras prodimus artes:
Nec noua præteritum musa retexit opus.
Si quis amat:quod amare iuuat:fœliciter ardet.
Gaudeat:& uento nauiget ille suo.
At:si quis male fert indignæ regna puellæ:
Ne pereat:nostræ sentiat artis opem:
Cur aliquis laqueo collum nodatus amator
A trabe sublimi triste pependit onus?
Cur aliquis rigido fodiat sua pectora ferro?
Inuidiam cædis pacis amator habes:
Qui nisi desierit:misero periturus amore
Desinat:& nulli funeris auctor eris.
Et puer es:nec te quicquam:nisi ludere:oportet.
Lude decent animos mollia regna tuos.
Nam poteras uti nudis ad bella sagittis.
Sed tua mortifero sanguine tela carent.
Victricus & gladiis & acuta dimicet hasta:
Et uictor multa cæde cruentus eat.
Tu colle maternas tuto quibus utimur:artes:
Et quarum uitio nulla fit orba parens.
Effice:nocturna frangatur ianua rixa:
Et tegat ornatas multa corona fores.
Fac coeant furtim iuuenes:timidæque puellæ:
Verbaque dent cauto qualibet arte uiro.
Et modo blanditias:rigido modo iurgia posti
Dicat:& excluſus flebile cantet amans.
His lachrymis contentus eris sine crimine mortis:
Nec tua fax auidos digna subire rogos.
Hæc ego:mouit amor gemmatas aureus alas
Et mihi propositum perfice dixit opus.
Ad mea decepti iuuenes præcepta uenite:
Quos suus ex omni parte fefellit amor.
Discite sanari:per quem didicistis amare.
Vna manus uobis uulnus:opemque feret.
Terra salutiferas herbas eademque nocentes
Nutrit:& urticæ proxima sæpe rosa est.
Vulnus achilleo quæ quondam fecerat hosti
Vulneris auxilium pelias hasta tulit.
Sed quæcunque uiris:uobis quoque dicta puellæ
Credite:diuersis partibus arma damus:
Ex quibus ad uestros si quid non pertinet usus:
Attamen exemplo multa docere potest.
Vtile propositum est sæuas extinguere flammas
Nec seruum uitiis pectus habere suum.
Vixisset phyllis:si me foret usa magistro:
Et per quod nouies:sæpius isset iter.
Nec moriens dido summa uidisset ab arce
Dardanias uentis uela dedisse rates:
Nec dolor armasset contra sua uiscera matrem:
Quæ socii damno sanguinis ulta uirum est.
Arte mea tereus:quamuis phylomena placeret
Per facinus fieri non meruisset auis.
Da mihi pasiphaen:iam tauri ponet amorem:

Da phædram:

Da phædram:phædræ turpis abibit amor.
Redde parim nobis:helenen menelaus habebit.
Nec manibus danaum pergama uicta forent.
Impia si nostros legisset scylla libellos:
Hæsisset capiti purpura nise tuo.
Me duce damnosas homines compescite curas.
Rectaque cum socius me duce nauis eat.
Naso legendus erat tunc:cum didicistis amare:
Idem nunc uobis naso legendus erit.
Publicus assertor uitiis suppressa leuabo
Pectora:uindictæ:quisque faueto suæ.
Te precor o uates adsit tua laurea nobis
Carminis:& medicæ plebe repertor opis.
Et pariter uati:pariter succurre medenti.
Vtraque tutelæ subdita cura tuæ est.
Dum licet:& modici tangunt præcordia motus:
Si piget:in primo limine siste pedem.
Opprime dum noua sunt subiti mala semina morbi
Et tuus incipiens ire resistat equus.
Nam mora dat uires:teneras mora peroquit uuas:
Et ualidas segetes quæ fuit herba facit.
Quæ præber latas arbor spatiantibus umbras:
Quo posita est primum tempore:uirga fuit.
Tunc poterat manibus summa tellure reuelli:
Nunc stat in immensum uiribus aucta suis.
Quale sit id:quod amas:celeri circumspice mente:
Et tua læsuro subtrahe colla iugo.
Principiis obsta.sero medicina paratur:
Cum mala per longas conualuere moras.
Sed propera:nec te ueneturas differ in horas:
Qui non est hodie:cras minus aptus erit.
Verba dat ois amans:repetitque alimenta morando.
Optima uindictæ proxima quæque dies.
Et lumina:magna uides paruis de fontibus orta:
Plurima collectis multiplicantur aquis.
Sicito sensisses quantum peccare parabas:
Non tegeres uultus cortice myrrha tuos.
Vidi ego:quod fuerat primo sanabile uulnus:
Dilatum longæ damna tulisse moræ:
Sed quia delectat ueneris decerpere fructus:
Dicimus assidue cras quoque fiet idem.
Interea tacitæ serpunt in uiscera flammæ:
Et mala radices altius arbor agit.
Si tamen auxilii perierunt tempora primi:
Et uetus in capto pectore sedit amor:
Maius opus superest:sed non:quia serior ægro
Aduocor:ille mihi destituendus erit.
Quia læsus fuerat partem pæantius heros
Debuerat celeri præsecuisse manu.
Post tamen hic multos sanatus creditur annos
Suprenam bellis imposuisse manum.
Qui modo nascentis properabam pellere morbos:
Admoueo tardam nunc quoque lentus opem.
Aut noua:si possis:sedare incendia tentes:
Aut:ubi per uires procubuere suas.
Dum furor in cursu est:currenti cede furori.
Difficiles aditus impetus omnis habet.
Stultus:ab obliquo qui cum discedere possit:
Pugnat in aduersas ire natator.aquas.
Impatiens animus:nec adhuc tractabilis arte
Respuit:atque odio uerba monentis habet.
Aggrediar melius tum:cum sua uulnera tangi
Iam sinet:& ueris uocibus aptus erit.
Quis matrem nisi mentis inops in funere nati
Flere uetat:non hoc illa monenda loco est.

Cum dederit lachrymas:aiumq; impleuerit ægrum:
Ille dolor uerbis emoderandus erit.
Temporibus medicina ualet:data tempore prosunt:
Et data non apto tempore uiua nocent.
Quin etiam accendas uitia:irritesque uetando
Temporibus si non aggrediare suis.
Ergo ubi uisus erit nostra medicabilis arte
Fac monitis fugias ocia prima meis.
Hæc ut ames:faciunt hæc quæ fecere:tuentur.
Hæc sunt iucundi causa cibusque mali.
Ocia si tollas:periere cupidinis arcus.
Contemptæque iacent:& sine luce faces.
Quam platanus riuo gaudet:quá populus unda:
Et quam limosa canna palustris humo.
Tam uenus ocia amat:finem qui quæris amori.
Credit amor rebus.res age.tutus eris.
Langor:& immodici sub nullo iudice somni:
Aleaque:& multo tempora cassa mero:
Eripiunt omnes animo sine uulnere uires.
Affluit incautis insidiosus amor.
Desidiam puer ille sequi solet:odit agentes.
Da uacuæ menti:quo teneatur opus:
Sunt fora:sunt leges:& quos tuearis amici:
Vade per urbanæ splendida castra togæ.
Vel tu sanguinei iuuenilia munera martis
Suscipe:delitiæ iam tibi terga dabunt.
Ecce fugas parthus:magni noua causa triumphi
Iam uidet in campis cæsaris arma sui.
Vince cupidineas pariter:parthasque sagittas:
Et refer ad patrios bina trophæa deos.
Vt semel ætola uenus est a cuspide læsa:
Mandat amatori bella gerenda suo.
Quæritur:ægisthus quare sit factus adulter.
Impromptu causa est:desidiosus erat.
Pugnabant alii tardis apud ilion armis:
Quo tulerat uires græcia tota suas.
Siue operam bellis uellet dare:nulla gerebat.
Siue foro:uacuum litibus argos erat.
Quod potuit:fecit.ne nil ageretur:amauit.
Sic uenit ille puer.sic puer ille manet.
Rura quoque oblectant animos studiumque colendi.
Quælibet huic curæ cædere cura potest.
Colla iube domitos oneri supponere tauros:
Sauciet ut duram uomer aduncus humum.
Obrue uersata cerealia semina terra.
Quæ tibi cum multo fœnore reddat ager.
Aspice curuatos pomorum pondera ramos:
Vt sua:quod peperit:uix ferat arbor onus:
Aspice labentes iucundo murmure riuos:
Aspice tondentes fertile gramen oues:
Ecce petunt rupes:præruptaque saxa capellæ:
Vt referant hædis ubera plena suis.
Pastor inæquali modulatur arundine carmen.
Nec desunt comites:sedula turba canes.
Parte sonant alia siluæ mugitibus altæ.
Et queritur uitulum mater abesse suum.
Quid cum suppositos fugiunt examina fumos:
Vt releuent dempti uimina curua faui?
Poma dat auctumnus:formosa est messibus æstas:
Ver præbet flores:igne leuatur hyems.
Temporibus certis maturam rusticus uuam
Colligit:& nudo sub pede musta fluunt.
Temporibus certis desectas alligat herbas:
Et tonsam raro pectine uertit humum.
Ipse potes riguis plantam defigere in hortis.

Ipſe potes riuos ducere lenis aquæ.
Venerit inſitio:fac ramum ramus adoptet:
Stetque peregrinis arbor operta comis.
Cum ſemel hæc animum cœpit mulcere uoluptas:
Debilibus pennis irritus exit amor.
Vel tu uenandi ſtudium cole:ſæpe receſſit
Turpiter a phœbi uicta ſorore uenus.
Nunc leporem pronum catulo ſectare ſagaci:
Nunc in frondoſis rætia tende iugis.
Aut pauidos tere uaria formidine ceruos:
Aut cadat aduerſa cuſpide foſſus aper.
Nocte fatigatum ſomnus:non cura puellæ
Excipit:& dulci membra quiete leuat.
Lenius & ſtudium:prodeſt tamen alite capta:
Aut lino:aut calamis præmia parua ſequi.
Vel quæ piſcis edax auido male deuouet ore.
Abdere ſupremis æra recurua cibis:
Aut his:aut aliis:donec dediſcis amare:
Ipſe tibi furtim decipiendus eris.
Tu tamen & quanuis firmis retinebere uinclis:
I procul:& longas carpere perge uias.
Flebis:& occurret deſertæ nomen amicæ:
Stabit & in media pes tibi ſæpe uia
Sed quanto minus ire uoles:magis ire memento
Perfer:& inuitos currere coge pedes.
Nec pluuias opta:nec te peregrina morentur
Sabbata:nec damnis alea nata tuis.
Nec quot tranſieris:ſed quot tibi quære ſuperſunt
Milia:nec maneas:nec prope finge moras
Tempora nec numera:nec crebro reſpice romam.
Sed fuge:tutus adhuc parthus ab hoſte fuga eſt.
Dura aliquis præcepta uocet mea:dura fatemur
Eſſe:ſed ut ualeas:multa dolenda feres.
Sæpe bibi ſuccos:quanuis inuitus:amaros
Aeger:& oranti menſa negata mihi eſt.
Vt corpus redimas:ferrum patieris & ignes.
Arida nec ſitiens ora leuabis aqua.
Vt ualeas animo:quicquam tolerare negabis.
At pretium pars hæc corpore maius habet.
Sed tamen eſt artis triſtiſſima ianua noſtræ.
Et labor eſt unus tempora prima pati.
Aſpicis ut prehenſos urant iuga prima iuuencos?
Vt noua uelocem cingula lædat equum?
Forſitan a laribus patriis exire pigebit:
Sed tamen exibis:deinde redire uoles.
Nec te lar patrius:ſed amor reuocabit amicæ:
Prætendens culpæ ſplendida uerba tuæ:
Cum ſemel exieris:centum ſolatia curæ:
Et reus & comites:& uia longa dabunt.
Nec ſatis eſſe putes diſcedere:lentus abeſto
Dum perdat uires:ſitque ſine igne cinis.
Qui niſi firmata properabis mente reuerti:
Inſeret arma tibi ſæua rebellis amor.
Quicquid eras fueris:ſitiens auiduſque redibis:
Et ſpacium damno ceſſerit omne tuo.
Viderit æmoniæ ſi quis mala pabula terræ:
Et magicas artes poſſe iuuare puta:
Iſta ueneficiis uetus eſt uia:noſter apollo
Innocuam ſacro carmine monſtrat opem.
Me duce non tumulo prodire iubebitur umbra.
Non anus inſani carmine rumpet humum.
Non ſeges ex aliis alios tranſibit in agros.
Nec dubito phœbi pallidus orbis erit.
Vt ſolet æquoreas ibit tyberinus in undas:
Vt ſolet:in niueis luna uehetur equis.

Nulla recantatas deponent pectora curas.
Nec fugiet uiuo ſulphure uictus amor.
Quid te phaſiacæ iuuerunt gramina terræ?
Cum cuperes patria colchi manere domo.
Quid tibi profuerunt circe preſeides herbæ:
Cum tibi naritias abſtulit aura rates?
Omnia feciſti:ne callidus hoſtis abiret.
Ille dedit certæ lintea plena fugæ.
Omnia feciſti:ne te ferus ureret ignis:
Longus at inuicto pectore ſedit amor:
Vertere quæ poteras homines in mille figuras.
Non poteras animi uertere iura tui.
Diceris his etiam:cum iam diſcedere uellet:
Vlyxem uerbis detinuiſſe ducem.
Non ego:quod primum memini ſperare ſolebam:
Iam precor:ut coniunx tu meus eſſe uelis.
Et tamen:ut coniunx eſſem tua:digna uidebar.
Quod dea quod magni filia ſolis eram.
Ne properes oro:ſpacium pro munere poſco.
Quid minus optari per mea uota prodeſt?
Et freta mota uides:& debes illa timere.
Vtilior uelis poſtmodo uentus erit.
Que tibi cauſa fugæ?non hic noua troia reſurgit.
Non aliquis ſocios rurſus ad arma uocat.
Hic amor:& pax eſt:in qua male uulneror una.
Totaque ſub regno terra futura tuo eſt.
Illa loquebatur.nauem ſoluebat ulyxes:
Irrita cum uelis uerba tulere noti.
Ardet:& aſſuetas circe tendebat ad artes.
Nec tamen eſt illis attenuatus amor.
Ergo quiſquis opem noſtra tibi poſcis ab arte:
Deme ueneficiis carminibuſque fidem.
Si te cauſa potens dominæ retinebit in urbe:
Accipe conſilium quod ſit in urbe meum.
Optimus ille fuit uindex:lædentia pectus
Vincula qui rupit:dedoleuitque ſemel.
Sed cui tantum animi eſt:illum mirabor & ipſe:
Et dicam monitis non eget iſte meis.
Tu modo:qui:quod amas:ægre dediſcis amare:
Et potes:& uelles poſſe:docendus eris.
Sæpe refer tecum ſceleratæ facta puellæ:
Et ponе ante oculos omnia damna tuos:
Illud & illud habet:nec ea contenta rapina eſt.
Sub titulum noſtros miſit auara lares.
Sic mihi iurauit:ſic me iurata fefellit:
Ante ſuas quotiens paſſa iacere fores.
Diligit ipſa alios:a me faſtidit amari.
Inſtitor heu noctes:quas mihi non dat:habet.
Hæc tibi per totos marceſcant omnia ſenſus.
Hæc refer:hinc odii ſemina quære tui.
Atque utinam poſſes etiam facundus in illis
Eſſe:dole tantum;ſponte diſertus eris.
Hæſerat in quadam nuper mea cura puella:
Conueniens animo non erat illa meo.
Curabar propriis æger podalirius herbis:
Et fateor:medicus turpiter æger eram.
Profuit aſſidue uitiis inſiſtere amicæ.
Idque mihi factum ſæpe ſalubre fuit.
Quam mala dicebam noſtræ ſunt crura puellæ:
Nec tamen:ut uerum confiteamur:erant.
Brachia q̃ non ſunt noſtræ formoſa puellæ.
Nec tamen:ut uerum confiteamur:erant.
Quam breuis eſt.nec erat:q̃ multum poſcit amantẽ:
Hinc odio uenit maxima cauſa meo.
Et mala ſunt uicina bonis:errore ſub illo

Pro uitio

Pro uitio uirtus crimina ſæpe tulit.
Quam potes in peius dotes deflecte puellæ:
Iudiciumque breui limite falle tuum.
Turgida:ſi plena eſt.ſi fuſca eſt:nigra uocetur.
In gracili macies crimen habere poteſt.
Et poterit dici petulans:quæ ruſtica non eſt.
Et poterit dici ruſtica:ſi qua proba eſt:
Quin etiam quacunque caret tua dote puella:
Hanc moueat:blandis uſque precare ſonis.
Exige quod cantet:ſi qua eſt ſine uoce puella:
Fac ſaltet:neſcit ſi qua mouere pedem.
Barbara ſermone eſt:fac tecum multa loquatur.
Non didicit chordas tangere:poſce lyram.
Durius incedit:fac ambulet:omne papillæ
Pectus habent tumidæ:faſcia nulla regat.
Si male dentata eſt:narra quod rideat illa:
Mollibus eſt oculis:quod fleat illa:refer.
Proderit & ſubito:cum ſe non finxerit ulli:
Ad dominam celeres mane tuliſſe gradus.
Auferimur cultu gemmis:auroque teguntur
Omnia:pars minima eſt ipſa puella ſui.
Sæpe ubi ſit:quod ames:inter tam multa requiras:
Decipit hac oculos ægide diues amor.
Improuiſus ades:deprehendas tutus inermen.
Infœlix uitiis excidet illa ſuis.
Non tamen huic nimium præcepto credere tutũ eſt
Fallit enim multos forma ſine arte decens.
Tu quoque compoſitis ſua cum linet ora uenenis:
Ad dominæ uultus:nec pudor obſtat eas.
Pyxidas inuenies:& rerum mille colores:
Et fluere in tepidos eſopa lapſa ſinus.
Illa tuas redolent phineu medicamina menſas:
Non ſemel eſt ſtomacho nauſea facta meo.
Nunc tibi quæ medio ueneris præſtemus in uſu:
Eloquar:eſt omni parte fugandus amor.
Multa quidem ex illis pudor eſt mihi dicere:ſed tu
Ingenio uerbis concipe plura meis.
Nuper enim noſtros quidam carpſcere libellos:
Quorum cenſura muſa proterua mea eſt.
Dummodo ſic placeam:dum toto canter in orbe:
Qui uolet impugnet unus & alter opus.
Ingenium magni liuor detrectat homeri:
Quiſquis es:ex illo zoile nomen habes.
Et tua ſacrilegæ laniarunt carmina linguæ:
Pertulit huc uictos quo duce troia deos.
Summa petit liuor:perflant altiſſima uenti.
Summa petunt dextra flumina miſſa iouis.
At tu quicunque es:quem noſtra licentia lædit:
Si ſapis:ad numeros exige quæque ſuos.
Fortia mæonio gaudent pede bella referri:
Delitiis illic quis locus eſſe poteſt?
Grande ſonant tragici:tragicos decet ira cothurnos:
Verſibus e mediis ſoccus habendus erit.
Liber in aduerſo hoſtes ſtringatur iambus:
Seu celer:extremum:ſeu trahat ille pedem.
Blanda pharetratos elegeia cantet amores.
Et leuis arbitrio ludat amica ſuo.
Callimachi numeris non eſt dicendus achilles:
Cydippe non eſt oris homere tui.
Quis feret andromaches peragentem thaida partes?
Peccat in andromache thaida ſi quis agat.
Thais in arte mea eſt laſciuia libera noſtra eſt.
Nil mihi cum nupta:thais in arte mea eſt.
Si mea materiæ reſpõdet.muſa iocoſæ:
Vicimus:& falſi criminis acta rea eſt.

Rumpere liuor edax:magnum iam nomen habemus
Maius erit:tantum:quo pede cœpit:eat.
Sed nimium properas:uiuam modo:plura dolebis:
Et capient anni carmina:multa mei.
Nam iuuat:& ſtudium famæ mihi creſcit honore:
Principio cliui noſter anhelat equus.
Tantum ſe nobis elegi debere fatentur:
Quantum uergilio nobile debet opus.

Pu. Oui. Naſonis De Remedio Amoris Liber Secũdus.

HActenus inuidiæ reſpondimus:at rahe lora.
Fortius:& gyro curre pocta tuo.
Ergo ubi cõcubitus:& opus iuuenile peteſ:
Et prope promiſſæ tempora noctis erunt:
Gaudia ne dominæ:pleno ſi corpore ſumes:
Te capiant:ineas quamlibet ante uelim.
Quamlibet inuenias:in qua tua prima uoluptas
Deſinat a prima proxima ſegnis erit.
Suſtentata uenus gratiſſima frigore ſoles:
Sole iuuant umbræ:grata fit unda ſiti.
Et pudet:& dicam:ueneris quoque iunge figuras:
Quas minime iungi:quaſue decere putes.
Nec labor efficere eſt:raræ tibi uera fatentur.
Et nihil eſt:quod ſe dedecuiſſe putent.
Tunc etiam iubeo totas aperire feneſtras:
Turpiaque admiſſo membra notare die.
At:ſimul ad metas uenit fmita uoluptas:
Laſſaque cum tota corpora mente iacent.
Dum piget:& nullam malles tetigiſſe puellam:
Facturuſque tibi non uideare diu:
Tunc animo ſigna quæcunque in corpore menda eſt
Luminaque in uitiis illius uſque tene:
Forſitã hæc aliquis:nam ſunt quoq;:parua uocabit:
Sed quæ non proſunt ſingula:multa iuuant:
Parua necat morſu ſpatioſum uipera taurum:
A cane non magno ſæpe tenetur aper.
Tu tantum numero pugna:præceptaque in unum
Contrahe:de multis grandis aceruus erit.
Sed quia ſunt totidem mores:totidemque figuræ:
Non ſunt iudiciis omnia danda meis.
Quo tua non poſſunt offendi pectora facto:
Forſitan hoc alio iudice crimen erit.
Ille quod obſcœnas in aperto corpore partes
Viderat:in curſu qui fuit:hæſit amor.
Ille quod a ueneris rebus ſurgente puella
Vidit in immundo ſigna pudenda toro.
Luditis o ſi quos potuerunt iſta iuuare:
Afflarunt tepidæ pectora ueſtra faces.
Attrahet ille puer contentos fortius arcus
Sautia maiorem turba petetis opem.
Quid:quod clam latuit reddente obſcœna puella:
Et uidit quæ mox ipſa uidere uetat.
Dii melius:q̃ nos moneamus talia quenquam.
Vt proſint:non ſunt experienda tamen:
Hortior & ut pariter binas habeatis amicas:
Fortior eſt:plures ſi quis habere poteſt.
Secta bipartito cum mens diſcurrit utroque:
Alterius uires ſubtrahit alter amor.
Grandia per multos tenuantur flumina riuos:
Magnaque ſubducto ſtipite flamma perit.
Non ſatis una tenet cæratas anchora puppes.
Non ſatis eſt liquidis unicus hamus aquis.
Qui ſibi iam pridem ſolatia bina parauit:
Iam pridem ſumma uictor in arte fuit.
At tibi qui fueras dominæ male creditus uni:
Nunc ſaltem nouus eſt inueniendus amor.

Paſiphaes minos

Pasiphaes minos in prognide perdidit ignes.
Cessit ab idæa coniuge uicta prior.
Amphilochi frater ne phyllida semper amaret:
Calliroe fecit parte recepta tori.
Et paris œnonen summos tenuisset in annos:
Si non œbalia pellice læsa foret.
Coniugis odrysio placuisset forma tyranno:
Sed melior clausæ forma sororis erat.
Quid moror exemplis:quorum me turba fatigat?
Successore nouo uincitur omnis amor.
Parcius e multis mater desiderat unum:
Quam:quæ flens clamat:tu mihi solus eras.
Et ne forte putes noua me tibi condere iura:
Atque utinam inuenti gloria nostra foret.
Vidit id atrides:quid enim non ille uideret?
Cuius in arbitrio græcia tota fuit.
Marte suo captam chrysceida uictor amabat.
At senior stulte flebat ubique pater.
Quid lachrymas odiose senex?bene contigit illi.
Officio natam lædis inepte tuo.
Quam postquam reddi calchas ope tutus achillis
Iusserat:& patria est illa recepta domo:
Atrides ait:est illius proxima forma.
Et:si prima sinat littera:nomen idem.
Hanc mihi si sapiat:per se concedat achilles.
Si minus:imperium sentiet ille meum:
Quod siquis uestrum factum hoc incusat achiui:
Est aliquid ualida scæptra tenere manu.
Nam:si rex ego sum:nec mecum dormiat illa:
In mea thersites regna licebit erat.
Dixit & hanc habuit solatio magna prioris:
Et prior est posita cura repulsa noua.
Ergo assume nouas auctore agamemnone flammas:
Et tuus in biuio detineatur amor.
Quæris ubi inuenias:artes tu perlege nostras:
Plena puellarum iam tibi nauis erit.
Quod:si quid præcepta ualent mea:si quid apollo
Vtile mortales edocet ore meo:
Quanuis infœlix media torreberis ætna:
Frigidior dominæ fac uideare tuæ.
Et sanum simula:ne si quid forte dolebis:
Sentiat:& ride cum tibi fiendus eris.
Non ego te iubeo medias abrumpere flammas:
Non sunt imperii tam fera iussa mei.
Quod non est simula:positos imitare furores.
Sic facies uere:quod meditatus eris.
Sæpe ego ne biberem:uolui dormire uideri:
Dum uideor:somno lumina uicta dedi.
Deceptum risi:qui se simularat amare.
In laqueos auceps decideratque suos.
Intrat amor mentes usu:dediscitur usu.
Qui poterit sanum fingere:tutus erit.
Dixerit ut uenias pacta tibi nocte:uenito.
Veneris:& fuerit ianua clausa:feres.
Nec dic blanditias:nec dic conuitia posti:
Nec latus in duro limine pone tuum.
Postea lux aderit:careant tua uerba querelis.
Et nulla in uultu signa dolentis habe.
Iam ponet fastus:cum te languere uidebit:
Hoc etiam nostra munus ab arte feres.
Te quoque fallet amor:dum sit tibi finis amandi:
Propositis frenis sæpe repugnet equus.
Vtilitas lateat:quod non profitebere fiet.
Quæ nimis apparent rætia uitat auis.
Nec tibi tam placeat:quod eam contemnere possis:

Sume animos:animis cædat ut illa tuis:
Ianua forte patet:quanuis reuocabere:tranſi:
Eſt data nox:dubita nocte uenire data.
Poſſe pati facile eſt:tibi ni patientia deſit:
Protinus ex facili gaudia ferre licet.
Nec præcepta poteſt quiſquam mea dura uocare:
En etiam partes conciliantis ago.
Nam quoniam uariat animi:uariabimus artes:
Mille mali ſpecies:mille ſalutis erunt.
Corpora uix ferro quædam ſanantur acuto:
Auxilium multis ſuccus & herba fuit.
Molior es: nec abire potes:uinctuſque teneris:
Et tua ſæuus amor ſub pede colla premit.
Deſine luctari:referant tua carbaſa uenti.
Quaque uocant fluctus:hac tibi remus eat:
Explenda eſt ſitis iſta tibi:qua perditus ardes.
Cædimus:e medio iam licet amne bibas.
Sed bibe plus etiam:q̃ quod præcordia poſcunt:
Gutture fac pleno ſumpta redundet aqua.
Et fruere uſque tua nullo prohibente puella:
Illa tibi noctes auferat:illa dies.
Tedia quære mali:faciunt & tedia finem:
Iam quoque:cum credas poſſe carere:mane.
Dum bene te cumulas:tibi copia tollit amorem:
Et faſtidita non libet eſſe domo.
Fit quoque longus amor: quem diffidentia nutrit:
Hunc ſi tu quæris ponere:pone metum.
Qui timet ut ſua ſit:ne quis ſibi ſubtrahat illam:
Ille machaonia uix ope ſanus erit.
Plus amat e natis mater plerunque duobus:
Pro cuius reditu:quod gerit arma;timet.
Eſt prope collinam templum uenerabile portam:
Impoſuit templo nomina celſus eryx.
Eſt illic lethæus amor:qui pectora ſanat:
Inque ſuas gelidam lampadas addit aquam.
Illic & iuuenes uotis obliuia poſcunt:
Et ſi qua eſt duro capta puella uiro.
Is mihi ſic dixit:dubito:uerus ne cupido:
An ſomnus fuerit:ſed puto ſomnus erat.
O qui ſollicitos modo das;modo demis amores.
Adiice præceptis hæc quoque naſo tuis.
Ad mala quiſq; animum referat ſua:ponet amorem
Omnibus ille deus pluſue minuſue dedit.
Qui puteal:ianumque timet;cereſque calendas.
Torqueat hunc aeris mutua ſumma ſui:
Cui durus pater eſt:ut uoto cætera cædant:
Huic pater ante oculos durus habendus erit.
Hic male dotata pauper cum coniuge uiuit.
Vxorem fato credat obeſſe ſuo.
Eſt tibi rure bono generoſæ fertilis uuæ
Vinea:ne naſcens uſta ſit uua time.
Ille habet in reditu nauem; mare ſemper iniquum
Cogitet:& damno littora ſæua ſuo.
Filius hunc miles:hunc filia nubilis angat.
Et quis non cauſas mille doloris habet?
Vt poſſes odiſſe tuam pari:funera fratrum
Debueras animo ſæpe referre tuo.
Plura loquebatur placide puerilis imago.
Deſtituit ſomnus:ſi modo ſomnus erat.
Quid faciam?media nauem palinurus in unda
Deſerit:ignotas cogor inire uias.
Quiſquis amas:loca ſola nocent:loca ſola caueto:
Quo fugis?in populo tutior eſſe potes:
Nam tibi ſecretos augent ſecreta furores.
Eſt opus auxilio:turba futura tibi eſt.

Triſtis eris:

Triſtis eris:ſi ſolus eris:dominæque relictæ
Ante oculos facies ſtabit & ipſa tuos.
Triſtior iccirco nox eſt:quam tempora phœbi.
Quæque leuet luctus turba ſodalis abeſt.
Nec fuge colloquiuum:nec ſit tua ianua clauſa:
Nec tenebris uultus flebilis abde tuos.
Semper habe pyladen aliquem:qui curet oreſtem:
Hic quoque amicitiæ non leuis uſus erit.
Quid niſi ſecretæ læſerunt phillida ſyluæ?
Certa necis cauſa eſt:incomitata fuit.
Ibat ut æmonio referens trieterica baccho
Ire ſolet fuſis barbara turba comis.
Et modo q̄ poterat latum ſpectabat in æquor:
Nunc in harenoſa laſſa iacebat humo.
Perfide demophoon ſurdas clamabat ad undas:
Ruptaque ſingultu uerba loquentis erant.
Limes erat tenuis longa ſubnubilus umbra:
Quo tulit illa ſuos ad mare ſæpe pedes.
Nona terebatur miſeræ uia:uiderit inquit.
Et ſpectat zonam pallida facta ſuam.
Aſpicite;& ramos:dubitat:refugitque:quod audet.
Et timet:& digitos ad ſua colla refert.
Sithoni tunc certe uellem ne ſola fuiſſes:
Non fleſſet poſitis phyllida ſilua comis:
Phyllidis exemplo nimium ſecreta cauete:
Læſe uir a domina:læſa pulla uiro.
Præſtiterat iuuenis quicquid mea muſa iubebat.
Inque ſuæ portu pene ſalutis erat.
Decidit:ut cupidos inter deuenit amantes:
Et:quæ deciderant tela:reſumpſit amor.
Si quis amas:nec uis:facias contagia uites.
Hæc etiam pecori ſæpe nocere ſolent.
Dum ſpectant læſos oculi:lædunturque & ipſi.
Multaque corporibus tranſitione nocent.
In loca non nunquam ſiccis arentia glebis
De prope currenti flumine manat aqua.
Manat amor tectus;ſi non ab amante recedas:
Turbaque in hoc omnes ingenioſa ſumus.
Alter item iam ſanus erat:uicinia læſit.
Occurſus dominæ non tulit ille ſuæ.
Vulnus in antiquum rediit male ſana cicatrix.
Succeſſuſque artes non habuere meæ:
Proximus a tectis ignis defenditur ægre
Vtile finitimis abſtinuiſſe locis.
Nec:quæ ferre ſolet ſpatiantem porticus illam:
Te ferat;officium neue colatur idem.
Quid iuuat admonitu tepidam recaleſcere mentem
Alter ſi poſſis orbis habendus erit.
Non facile eſuriens poſita retinebere menſa:
Et multam ſaliens incitat unda ſitim:
Non facile eſt taurum uiſa retinere iuuenca
Fortis equus uiſa ſemper adhinnit equa.
Hæc ubi præſtiteris:ut tandem littora tangas:
Non ipſam ſatis eſt deſeruiſſe tibi.
Et ſoror:& mater ualeant:& conſcia nutrix:
Et quiſquis dominæ pars erit ulla tuæ.
Nec ueniat ſeruus:nec flens ancillula fictum
Suppliciter dominæ nomine dicat aue.
Nec:ſi ſcire uoles:quid agat:tamen ipſe rogabis:
Perfer:erit lucro lingua retenta tuo.
Tu quoque:qui cauſam fugitiui quæris amoris:
Deque tua domina multa quærenda refers:
Parce queri:melius ſic te ulciſcere tacendo:
Dum deſideriis effluat illa tuis.
Et malim taceas:quam te deſiſſe loquaris.

Qui nimium multis:non amo:dicit:amat.
Sed meliore fide paulatim extinguitur ignis:
Quam subito:lente desine:tutus eris.
Flumine perpetuo torrens solet altius ire:
Sed tamen hæc breuis est:illa perennis aqua.
Fallat:& in tenues euanidus exeat auras.
Perque gradus molles emoriatur amor.
Sed modo dilectam scelus est odisse puellam:
Exitus ingeniis conuenit iste feris.
Nec curandus adest:odio qui finit amorem:
Aut amat:aut ægre desinit esse miser.
Turpe uir & mulier iuncti modo:protinus hostes
Non istas lites appias ipsa probat.
Sæpe reas faciunt:& amant:ubi nulla simultas
Incidit:a monitu liber aberrat amor.
Forte aderat iuuenis:dominam lectica tenebat:
Horrebant sæuis omnia uerba minis.
Iamque uadaturus lectica prodeat inquit:
Prodierat:uisa coniuge mutus erat.
Et manus & manibus duplices cecidere tabellæ.
Venit in amplexus:atque ita:uincis ait.
Tutius est:aptumque magis discedere pace:
Quam petere a thalamis litigiosa fora.
Munera quæ dederas habeat sine lite iubeto.
Esse solent magno damna minora bono.
Quid:si uos casus aliquis conducat in unum?
Mente memor tota quæ damus arma tene.
Hic opus est armis:hic o fortissime pugna:
Vincenda est telo.penthesilea tuo.
Nunc tibi riualis:nunc durum limen amicæ:
Nunc subeant mediis irrita uerba deis.
Nec compone comas:cum sis uenturus ad illam:
Nec toga sit laxo conspicienda sinu.
Nulla sit:ut placeas alienæ cura puellæ.
Iam face:ut e multis illa sit una tibi.
Sed quid præcipue uestris conatibus obstet:
Eloquar:exemplo quenque docente suo.
Desinimus tarde quia nos speramus amari:
Dum sibi quisque placet credula turba sumus.
At tu nec uoces:quid enim fallacius illis?
Crede:nec æternos pondus habere deos.
Neue puellarum lachrymis moueare cauero.
Vt flerent:oculos erudiere suos.
Artibus innumeris mens oppugnatur amantum:
Vt lapis æquoreis undique pulsus aquis.
Nec causas aperi:quare diuortia malis:
Nec dic quod doleas:clam tamen usque dole.
Nec peccata refer:ne diluuat ipsa caueto:
Vt melior causa causa sit illa tua.
Qui silet:est firmus:qui dicit multa puellæ
Probra:satis fieri postulat ille sibi.
Non ego dulychias furiali more sagittas:
Nec raptas ausim tingere in amne faces.
Nec nos purpureas pueri resecabimus alas:
Nec sacer arte mea laxior arcus erit.
Consilium est quodcunque cano:parete monenti.
Vt faueas cœptis phœbe saluber ades.
Phœbus adest:sonuere lyræ.sonuere pharetræ.
Signa deum nosco per sua.phœbus adest.
Confer amyclæis medicatum uellus ahenis
Murice cum tyrio turpius illud erit.
Vos quoque formosis uestras conferte puellas.
Incipiet dominæ quenque pudere suæ:
Vtraque formosæ paridi potuere uideri:
Sed tibi collatam uincis utranque uenus.

Nec solam

Nec ſolam faciem:mor es quoque confer & artes:
Tantum iudicio ne t uus obſtet amor.
Exiguum eſt quod de inde canam: ſed profuit illud
Exiguum multis:in quibus ipſe fui.
Scripta cae relegas blandæ ſeruata puellæ:
Conſtantes animos ſcripta relecta mouent.
Omnia pone feros:quanuis inuitus in ignes:
Et dic ardoris ſit rogus iſte mei.
Theſtias abſentem ſuccendit ſtipite natum.
Tu timide flammis perfida uerba dabis.
Si potes & cæras remoue.quid imagine muta
Carperis?hoc periit lacedomia modo.
Et loca ſæpe nocent fugito loca conſcia ueſtri
Concubitus:cauſas illa doloris habent.
Hic fuit.hic cubuit:thalamo dormiuimus illo.
Hic mihi laſciua gaudia nocte dedit.
Admonitu recreatur amor:uulnuſque nouatum
Scinditur:& firmis cauſa puſilla nocet.
Vt pene extinctum cinerem ſi ſulphure tangas:
Viuet & ex minimo maximus ignis erit
Sic:niſi uitaris:quicquid reuocauit amorem:
Flamma redardeſcet:quæ modo nulla fuit.
Argolicæ cuperent fugiſſe capharea puppes:
Teque ſenex luctus ignibus ulte tuos.
Præterita cautus niſeide nauita gaudet.
Tu loca quæ nimium grata fuere caue.
Hæc tibi ſint ſyrtes:hæc acroceraunia uita:
Hic uomit epotas dira charybdis aquas.
Sunt quæ non poſſunt aliquo cogente iuberi.
Sæpe tamen caſus facta leuare ſolent.
Perdat opes phædra:parces neptûne nepoti.
Nec faciet pauidos taurus auitus equos.
Gnoſcida feciſſes inopem :ſapienter amaſſet.
Diuitiis alitur luxurioſus amor.
Cur nemo eſt hecaten?nulla eſt quæ cœperit irum.
Nempe quod alter egens:altera pauper erat.
Non habet:unde ſuum paupertas paſcat amorem:
Non tamen hoc tanti eſt:pauper ut eſſe uelis.
Attanti tibi ſit non indulgere teatris:
Dum bene de uacuo pectore cædat amor.
Eneruant animos citharæ:cantuſque lyræque:
Et uox:& numeris brachia mota ſuis.
Illic aſſidue ficti cantantur amantes:
Quid caueas actor;quid iuuet:arte docet.
Eloquar inuitus:teneros ne tange poetas.
Summoueo dotes impius ipſe meas
Callimachum fugito:non eſt inimicus amori:
Et cum callimacho tu quoque coe noces.
Me certe ſapho meliorem fecit amicæ.
Nec rigidos mores teia muſa dedit.
Carmina quis potuit toto legiſſe tibulli?
Vel tua cuius opus cynthia ſola fuit?
Quis potuit lecto duru diſcedere gallo:
Et mea neſcio quid carmina tale ſonant:
Quod niſi dux operis uatem fruſtratur apollo:
Aemulus eſt noſtri maxima cauſa mali.
At tu riualem noli tibi fingere quenquam:
Inque ſuo ſolam crede iacere toro:
Acrius hermionen ideo dilexit oreſtes:
Eſſe quod alterius cœperat illa uiri.
Quid menelae doles?ibas ſine coniuge creten:
Et poteras nupta lætus abeſſe tua.
Vt paris hanc rapuit:tum demum uxore carere
Non potes:alterius creuit amore tuus.
Hoc &in abducta briſeide flebat achilles:

Illam plisthenio gaudia ferre uiro.
Nec frustra flebat.fecit mihi credite:atrides:
Quod si non faceret:turpiter esset iners.
Certe ego feciſſem:nec ſum ſapientior illo:
Inuidiæ fructus maximus ille fuit.
Nam:ſibi quod nunquam tactam briſeida iurat
Per ſceptrum:ſceptrum non putat esse deos.
Dii faciant poſſis dominæ tranſire relictæ
Lumina:propoſito ſufficiantque pedes.
Et poteris modo uelle tene;nunc fortiter ire:
Nunc opus est celeri ſubdere calcar equo.
Illo lothophagos:illo ſirenas in antro
Esse puta:remis adiice uela tuis.
Nunc quoque uel nimium quondam riuale dolebas
Vellem desineres hostis habere loco.
At certe quanuis odio remanente ſaluta:
Oſcula cum poteris iam dare:ſanus eris.
Ecce cibos etiam:medicinæ fungar ut omni
Munere:quos fugias:quos ue ſequare dabo.
Daunius:an libycis bulbus tibi miſſus ab oris:
An ueniat megaris:noxius omnis erit.
Nec minus erucas aptum est uitare ſalaces:
Et quicquid ueneri corpora noſtra parat:
Vtilius ſumas acuentes lumina rutas:
Et quicquid ueneri corpora noſtra negat.
Quid tibi præcipiam de bacchi munere:quæris?
Spe breuius monitus experiere meo.s
Vina parant animos ueneri:niſi plurima ſumas:
Et ſtupeant multo corda ſepulta mero.
Nutritur uento:uento reſtinguitur ignis.
Lenis alit flammas:grandior aura negat.
Aut nulla ebrietas:aut tanta ſit:ut tibi curas
Eripiat.ſi qua est inter utrunque:nocet.
Hoc opus exegi.feſſæ date ſerta carinæ.
Contigimus portum:quo mihi curſus erat.
Poſt modo reddetis ſacro pia uota poetæ:
Carmine ſanati fœmina uirque meo.
P.Oui.Naſonis.De remedio amoris Libri expliciunt.
Publii Ouidii Naſonis in Ibin Liber Vnicus incipit.

TEmpus ad hoc luſtris bis iã mihi qnq; pactis.
Omne fuit muſæ carmen inerme meæ.
Nullaq; q̃ poſſit tot ſcriptis militibus extat.
Littera naſonis ſanguinolenta legi.
Nec quenquam noſtri:niſi me læſere libelli:
Artificis perit cum caput arte ſua.
Vnus & hoc ipſum est iniuria magna perennem
Candoris titulum non ſinit esse mei.
Quiſquis is est:nam nomen adhuc utcunq;:tacebo:
Cogit in aſſuetas ſumere tela manus.
Ille relegatum gelidos aquilonis ad ortus
Non ſinit exilio delituiſſe meo.
Vulneraque immitis requiem quærentia uexat:
Iactat & in toto crimina noſtra foro.
Perpetuoque mihi ſociatam fœdere lecti
Non patitur miſeri funera flere uiri.
Et quid debuerant ſubitas extinguere flammas:
Is prædam medio raptor ab igne petit.
Cumque ego quaſſa meæ complectar mẽbra carinæ
Naufragii tabulas pugnat habere mei.
Nititur ut profugæ deſint alimenta ſenectæ:
Heu quanto est noſtris dignior;ille malis.
Dii melius quorum longe mihi maximus ille
Qui noſtras inopes noluit esse uias:
Huic igitur meritas:grates utcunque licebit
Pro tam manſueto pectore ſemper agam.

Audiet hoc

378.
190

Audiet hoc pontus: faciet quoque forsitan idem
Terra sit ut propior testificanda mihi
At tibi calcasti qui me uiolente iacentm:
Quam licet & misero debitus hostis ero:
Desinet esse prius contrarius ignibus humor:
Iunctaque cum luna lumina solis erunt:
Parsque eadem cœli zephyros emittet & euros:
Et tepidus gelido flabit ab axe notus:
Et noua fraterno ueniet concordia fumo:
Quam uetus accensa separat ira pyra:
Et uer auctunno: brumæ miscebitur æstas.
Atque eadem regio uesper & ortus erit:
Quam mihi sit tecũ positis quæ sumpsimus armis
Gratia: commissis improbe rupta tuis.
Quam dolor hic unquam spatio euanescere possit:
Leniat aut odium tempus & hora meum.
Pax erit hæc nobis: donec mihi uita manebit:
Cum pecore infirmo quæ solet esse lupis.
Prima quidem cœpto committam prælia uersu:
Non soleant quamuis hoc pede bella geri.
Vtque petit primo plenum flauentis harenæ
Nondum calfacti uelitis hasta solum:
Sic ego te nondum ferro iaculabor acuto:
Protinus inuisum nec petet hasta caput.
Et neque nomen in hoc: nec dicam facta libello:
Teque breui qui sis dissimulare sinam.
Postmodo si perges in te mihi liber iambus
Tincta lycambæo sanguine tela dabit.
Nunc quo battiades inimicum deuouet ibin:
Hoc ego deuoueo teque tuosque modo.
Vtque ille historiis inuoluam carmina cæcis:
Non soleam quanuis hoc genus ipse sequi
Illius ambages imitatus in ibide dicar:
Oblitus moris iudiciique mei.
Et quoniam qui sis nondum quærentibus ædo:
Ibidis interea tu quoque nomen habe:
Vtque mei uersus aliquantum noctis habebunt:
Sic uitæ series tota sit atra tuæ.
Hæc tibi natali facito: ianique calendis:
Non mentituro quilibet ore legat.
Dii maris & terræ: quique his meliora tenetis
Inter diuersos cum ioue regna polos.
Huc precor huc uestras omnes aduerute mentes:
Et sinite optatis pondus inesse meis.
Ipsaque tu tellus: ipsum cum fluctibus æquor.
Ipse meas æther accipe summe preces.
Sideraque: & radiis circundata solis imago:
Lunaque quæ nunquam quo prius orbe micas:
Noxque tenebrarum species reuerenda tuarum:
Quæque ratum triplici pollice netis opus:
Quæque per infernas horrendo murmure ualles:
Imperiuratæ laberis amnis aquæ:
Quasque ferunt torto uittatis angue capillis
Carceris obscuras ante sedere fores.
Vos quoque plæbs superum: fauni: satyrique: larescq;
Fluminaque: & nymphæ: semideumque genus:
Denique ab antiquo diui ueteresque: uouique
In nostrum cuncti tempus adeste chao.
Carmina dum capiti diro malefida canuntur
Et peragunt partes ira dolorque suas:
Annuite optatis omnes ex ordine nostris:
Et sit pars uoti nulla caduca mei.
Quæque precor: fiant: ut non mea dicta: sed ille
Pasiphaes generi uerba fuisse putet.
Quasque ego transiero pœnas patiatur & illas:

Pleniùs ingenio ſit miſer ille meo.
Neue minus noceant fictum execrantia nomen
Vota: minus magnos commoueantque deos.
Illum ego deuoueo: quem mens intelligit ibin:
Qui ſcit ſe factis has meruiſſe preces.
Nulla mora eſt in me: peragam rata uota ſacerdos:
Quiſquis ades ſacris ore fauete meis.
Quiſquis ades ſacris lugubria dicite uerba:
Et fletu madidis ib in adite genis:
Ominibuſque malis: pedibuſque occurrite læuis.
Et nigræ ueſtes corpora ueſtra tegant.
Tu quoque quid dubitas ferales ſumere uittas:
Iam ſtat: ut ipſe uides: funeris ara tui.
Pompa parata tibi eſt: uotis mora triſtibus abſit:
Da iugulum cultris hoſtia dira meis.
Terra tibi fruges: amnis tibi deneget undas:
Deneget afflatus uentus & aura ſuos.
Nec tibi ſol clarus: nec ſit tibi lucida phœbe:
Deſtituant oculos ſidera clara tuos.
Nec ſe uulcanus: nec ſe tibi præbeat aer:
Nec tibi det tellus: nec tibi pontus iter.
Exul: inops erres: alienaque limina luſtres:
Exiguumque petas ore tremente cibum.
Nec corpus querulo: nec mens uacet ægra dolore:
Noxque die grauior: ſit tibi nocte dies.
Siſque miſer ſemper: nec ſis miſerabilis ulli:
Gaudeat aduerſis fœmina uirque tuis.
Accedat lachrymis odium: dignuſque puteris:
Qui mala cum tuleris plurima: plura feras.
Sitque: quod eſt: rarum ſolito defecta fauore
Fortunæ facies inuidioſa tuæ.
Cauſaque non deſit: deſit tibi copia mortis:
Optatam fugiat uita coacta necem.
Luctatuſque diu cruciatos ſpiritus artus
Deſerat: & longa torqueat ante mora.
Euenient: dedit ipſe mihi modo ſigna futuri
Phœbus: & a læua mœſta uolauit auis.
Certe ego quæ uoueo ſuperos motura putabo.
Speque tuæ mortis perfide ſemper alar.
Finiet illa dies: quæ te mihi ſubtrahet olim:
Finiet illa dies: quæ mihi tarda uenit.
Et prius hanc animam nimium tibi ſæpe petitam
Auferat illa dies: quæ mihi ſera uenit.
Quam dolor hic unquam ſpatio euaneſcere poſſit:
Leniat aut odium tempus & hora meum.
Pugnabunt iaculis dum thraces: lapides arcu:
Dum tepidus ganges: frigidus hiſter erit.
Robora dum montes: dum pabula mollia campi:
Dum tyberis liquidas thuſcus habebit aquas:
Bella geram tecum: nec mors mihi finiet iras.
Sæua ſed iminanis manibus arma dabo.
Tunc quoque cum fuero uacuas dilapſus in auras:
Exanimis manes oderit umbra tuos.
Tunc quoq; factorum ueniam memor umbra tuorũ:
Inſequar & uultus oſſea forma tuos.
Siue ego quod nollem longis conſumptus ab annis:
Siue manu facta morte ſolutus ero:
Siue per immenſas iactabor naufragus undas:
Noſtraque longinquus uiſcera piſcis edet:
Siue peregrinæ carpent mea membra uolucres:
Inque meo tingent ſanguine roſtra lupi.
Siue aliquis dignatus erit ſupponere terræ:
Et dare plæbeo corpus inane rogo.
Quicquid ero: ſtygiis erumpere nitar ab oris:
Et tendam gelidas ultor in ora manus

Me uigilans

Me uigilans cernes:tacitis ego conditus umbris
Excutiam ſomnos uiſus adeſſe tuos.
Denique quicquid ages ante os oculoſq; uolabo:
Et querar:& nulla ſede quietus eris.
Verbera torta dabunt ſonitum:næxeq; colubris:
Conſcia fumabunt ſemper ad ora faces.
His uiuus furiis agitabere:mortuus iiſdem.
Et breuior pœna uita futura tua eſt.
Nec tibi continget funus:lachrymæque tuorum:
Indeploratum proiicere caput.
Carnificiſq; manu populo plaudente traheris.
Infixuſque tuis oſſibus uncus erit.
Ipſe te fugient quæ carpunt omnia flammæ:
Reſpuet inuiſum iuſta cadauer humus.
Vnguibus & roſtro tardus trahet ilia uultur.
Et ſcindent auidi perfida corda canes.
Deque tuo fiet:licet hac ſis laude ſuperbus:
Inſatiabilibus corpore rixa lupis.
In loca ab elyſiis diuerſa fugabere campis.
Quaſque tenet ſedes noxia turba:coles:
Syſiphus eſt illic ſaxum uoluenſque petenſque:
Quique agitur rapidæ uictus ab orbe rotæ.
Quæq; gerunt humeris perituras belides undas
Exulis ægypti turba cruenta nurus.
Poma pater pelopis præſentia quærit:& idem
Semper eget liquidis ſemper abundat aquis.
Tigeribuſq; nouem qui ſummus diſtat ab imo:
Viſceraq; aſſidue debita præbet aui.
Sic tibi de furiis ſcindat latus una flagello:
Vt ſceleris numeros confiteare tui.
Altera tartareis ſectos dabit unguibus artus:
Tertia fumantes incoquet igne genas.
Noxia mille modis lacerabitur umbra:tuaſque
Aeacus in pœnas ingenioſus erit.
In te tranſcribet ueterum tormenta uirorum:
Manibus antiquis cauſa quietis eris.
Syſiphe cui tradas reuolubile pondus habebis:
Verſabunt celeres nunc noua membra rotæ:
Hic erit & ramos fruſtra qui captet:& undas.
Hic inconſumpto uiſcere paſcet aues.
Nec mortis pœnas mors altera finiet huius:
Horaq; erit tantis ultima nulla malis:
Inde ego pauca canam:frondes ut ſi quis in ida:
Et ſummam lybico de mare carpet aquam.
Nam neque quot flores ſicula naſcuntur in hybla:
Quotue ferat dicam terra cyliſſa crocos.
Nec cum triſtis hyems aquilonis inhorruit alis:
Quam multa fiat grandine canus athos:
Nec mala uoce mea poterunt tua concta referri:
Ora licet tribuas multiplicata mihi.
Tot tibi ueh miſero ueniant taleſque ruinæ:
Vt cogi in lachrymas me quoque poſſe putem.
Illæ me lachrymæ facient ſine fine beatum:
Dulcior hic riſu tunc mihi fletus erit.
Natus es infœlix:ita dii uoluere:nec ulla
Commoda naſcenti ſtella leuiſue fuit.
Non uenus affulſit:non illa iuppiter hora:
Lunaque non apto ſolue fuere loco:
Nec ſatis utiliter poſitos tibi præbuit ignes:
Quem peperit magno lucida maia ioue.
Te fera nec quicquam placidum ſpondentia martis
Sidera preſſerunt:falciferique ſenis.
Lux quoque natalis nequid niſi triſte uideres:
Turpis & inductis nubibus atra fuit.
Hæc eſt in faſtis cui dat grauis hallia nomen:

Quæque dies ibin publica damna tulit.
Qui ſimul impuræ matris prolapſus ab aluo:
Cynipheam fœdo corpore preſſit humum:
Sedit in aduerſo nocturnus culmine bubo:
Funereoque graues edidit ore ſonos.
Protinus eumenides lauere paluſtribus undis:
Qua caua de ſtygiis fluxerat unda uadis.
Pectoraque unxerunt herebææ felle colubræ:
Terque cruentatas increpuere manus.
Gutturaque imbuerunt infantia lacte canino.
Hic primus pueri uenit in ora cibus.
Perbibit inde ſuæ rabiem nutricis alumnus:
Latrat & in toto uerba canina foro.
Membraque uinxerunt tinctis ferrugine pannis:
A male deſerto quos rapuere rogo.
Et ne non fultum nuda tellure iaceret:
Molle ſuper ſilices impoſuere caput.
Iamque receſſuræ uiridi de ſtipite factas
Admorunt oculis uſque ſub ora faces.
Flebat ut eſt infans fumis contactus amaris:
De tribus eſt cum ſic una locuta ſoror.
Tempus in imenſum lachrymas tibi mouimus iſtas.
Quæ ſemper cauſa ſufficiente cadent.
Dixerat:& clotho iuſſit promiſſa ualere:
Neuit & infeſta ſtamina pulla manu.
Et ne longa ſuæ præſagia diceret horæ:
Fata canet uates qui tua dixit:erit.
Ille ego ſum uates:ex me tua uulnera diſces:
Dent modo dii uires in mea uerba ſuas.
Carminibuſque meis accedent ponderа:rerum:
Quæ rata per luctus experiere tuos:
Neue ſine exemplis æui cruciere prioris:
Sint tua troianis non leuiora malis.
Quantaque clauigeri pæantius herculis hæres:
Tanta uenenato uulnera crure geras.
Nec leuis doleas q̃ qui bibit ubera ceruæ:
Armatuſque tulit uulnus inerme potens.
Quique ab equo preceps alienis decidit aruis:
Exitio facies cui ſua pene fuit:
Id quod amintorides uideas:trepiduſq; miniſter
Prætentes baculo luminis orbus iter.
Nec plus aſpitias q̃ quem ſua filia rexit:
Expertus ſcelus eſt cuius uterque parens:
Qualis erat poſtquam eſt iudex de lite iocoſa
Sumptus apollinea clarus in arte ſenex.
Qualis & ipſe fuit:quo præcipiente columba:
Et data palladiæ præuia duxque rati.
Quique oculis caruit:per quos male uiderat aurum
Inferias nato quos dedit orba parens.
Paſtor ut ætneus cui caſus ante futuros
Tolemus eurimides uaticinatus erat.
Vt duo phinidæ quibus idem lumen ademit:
Qui dedit:& thamyræ demophodique caput
Sic aliquis tua membra ſecet ſaturnus:ut illas
Subſecuit partes:unde creatus erat.
Nec tibi ſit tumidis melior neptunnus in undis:
Quam cui ſunt ſubitæ frater & uxor aues.
Solertique uiro laceræ:quem fracta tenentem
Membra ratis ſemeles eſt miſerata ſoror:
Vel tua ne pœne genus hoc cognouerit unus:
Viſcera diuerſis ſciſſa ferantur equis.
Vel quæ qui redimi romanos turpe putauit:
A duce puniceo pertulit:ipſe feras:
Nec tibi ſubſidio præſens ſit numen:ut illi
Cui nihil herchæi profuit ara iouis.

Vtque dedit

Vtque dedit ſaltus e ſummo theſſalus oſſa:
Tu quoque ſaxoſo præcipitere iugo.
Aut uelut eurialı;qui ſcæptrum cœpit ab illo
Sint artus auidis anguibus eſca tui.
Vel tua maturet ſicut minoia fata
Per caput infuſæ feruidus humor aquæ.
Vtque parum mitis;ſed non impune prometheus
Aerias uolucres ſanguine fixus alas
Aut ut erratides magno ter ab hercule quintus
Cæſus in immenſum proiiciare fretum.
Aut ut amantiaden turpi dilectus amore
Oderit & ſæuo uulneret enſe puer.
Nec tibi fida magis miſceri pocula poſſint:
Quam qui cornigero de ioue natus erat.
Morte uel intereas capti ſuſpenſus achæi:
Qui miſer aurifera triſte pependit aqua.
Aut ut achilliden cognato nomine clarum
Opprimat hoſtili tegula iacta manu.
Nec tua q̄ pyrrhi fœlicius oſſa quieſcant:
Sparſa per ambracias quæ iacuere uias.
Nataque ut æacidæ telis moriaris adactis:
Non licet hoc cereri diſſimulare ſcelus.
Vtque nepos dicti noſtro modo carmine regis
Cantaridum ſuccos dante parente bibas.
Aut pia te cæſo dicatur adultera ſicut
Qua cecidit leucon uindice dicta pia eſt.
Inque pyram tecum cariſſima corpora mittas:
Quem finem uitæ ſardanapalus habet.
Vtque iouis libyci templum uiolare parantes:
Acta noto uultus condat harena tuos:
Vtque necatorum daræi fraude ſecundi:
Sit tua ſuccendens deuoret ora cinis.
Aut ut oliuifera quondam ſycione profecto
Sic frigus mortis cauſa fameſque tuæ:
Aut ut acharnides inſutus pelle iuuenci
Turpiter ad dominum præda ferare tuum:
Inque tuo thalamo iuguleris more pheræi:
Qui datus eſt lecto coniugis enſe ſuæ.
Quoſque putas fidos ut lariſſæus alebes:
Vulnere non fidos experiare tuo.
Vtque milo;ſub quo crutiata eſt piſa tyranno
Viuus in occultas præcipiteris aquas.
Quæque in adimantum phileſia regna tenentem
A ioue uenerunt:te quoque tela petant.
Aut ut amaſtriacis quondam leneus ab oris
Nudus achillea deſtituaris humo.
Vtque uel eurydamas ter cicum buſta traſili:
Eſt lariſſæis raptus ab hoſte rotis.
Vel qui quæ fuerat tutatus mœnia ſæpe:
Corpore luſtrauit non diuturna ſuo.
Vtque nouum paſſa eſt genus hypponeneia pœnæ:
Tractus & actæa fertur adulter humo.
Sic ubi uita tuos inuiſa reliquerit artus:
Vltores rapiant turpe cadauer equi:
Viſcera ſic aliquis ſcopulus tua figat;ut olim
Fixa ſub euboico graia fuere ſinu.
Vtque ferox periit & fulmine & æquore raptor:
Sic te merſuras adiuuet ignis aquas.
Mens quoque ſic furiis uecors agitetur;ut illi
Vnum qui toto corpore uulnus habet.
Vtque dryantiadæ rhodopeia regna tenenti:
Ingenio diſpar cui pede cultus erat.
Vt fuit œtæo quondam generoq; draconum:
Theſſimanique patri:calligoneſque uiro.
Nec tibi contingat matrona pudicior illa:

Qua potuit tydeus erubuiſſe nuru.
Quæque ſui uenerem iunxit cum fratre mariti
Locris in ancillæ diſſimulata necem.
Tam quoque dii faciant poſſis gaudere fideli
Coniuge.q̃ thalai:tyndareique gener.
Quæque parare ſuis lethum patruellibus auſæ
Belllides aſſidue colla premuntur aqua.
Byblidos & canaces ſicut facis ardeat igne:
Nec niſi per crimen ſit tibi fida ſoror.
Filia ſi fuerit:ſit quod pelopea thyeſti:
Myrrha ſuo patri:nyctimeneque ſuo.
Filia neue magis capiti ſit fida parentis:
Quam tua uel pterela:uel tua niſe fuit.
Infamemque locum ſceleris quæ nomine fecit:
Preſſit & inductis membra paterna rotis.
Vt iuuenes pereas quorum faſtidia uultus
Olim piſææ ſuſtinuere fores.
Vt qui perfuſam miſerorum cæde procorum
Ipſe ſuo melius ſanguine tinxit humum.
Proditor ut ſæui periitque auriga tyranni
Qui noua myrtoæ nomina fecit aquæ.
Vt qui uelocem fruſtra petiere puellam:
Dum facta eſt pomis tardior illa tribus.
Vt qui tecta noui formam cælantia monſtri
Intrarunt cæcæ non redeunda domus.
Vt quorum æacides miſit uiolentus in altum
Corpora cum ſenis altera ſena rogum:
Vt quos obſcuris uictos ambagibus oris:
Legimus infandæ ſphynga dediſſe neci.
Vt qui biſtoniæ templo cecidere mineruæ:
Propter quod facies nunc quoque tecta deæ eſt.
Vt qui threicii quondam præſepia regis
Fecerunt dapibus ſanguinolenta ſuis.
Teurodomantheos ut qui ſenſere leones:
Quique thoanteæ taurica ſacra deæ.
Vt quos ſcylla uorax.ſcyllæque aduerſa charybdis:
Dulychiæ pauidos eripuere rati.
Vt quos demiſit uaſtam polyphemas in aluum:
Vt leſtrigonias qui ſubiere manus.
Vt quos dux pœnus merſit putealibus undis:
Et iacto canas puluere fecit aquas.
Et uelut icaridos famulæ periere:procique:
Inque caput domini qui dabat arma procis:
Vt iacet aonio luctator ab hoſpite fuſus:
Qui:mirum:uictor cum cecidiſſet erat.
Vt quos antæi fortes preſſere lacerti:
Quoſq; feræ morti lemnia turba dedit.
Vt qui poſt lungum ſacri monſtrator iniqui
Elicuit pluuias uictima cæſus aquas.
Frater ut antæi quo ſanguine debuit aras
Tinxit:& exemplis occidit ipſe ſuis.
Vt qui terribiles pro gramen habentibus herbis
Impius humano uiſcere pauit equos.
Vt duo diuerſis ſub eodem uindice cæſi
Temporibus neſus:diſſimaniq; gener.
Vt pronepos ſaturnæ tuus:quem reddere uitam
Ipſa coronides uidit ab urbe ſua.
Vt ſcyphis:& ſcyron:& cum polyphemone natus:
Quique homo parte ſui parte iuuencus erat.
Quique trabes preſſas ab humo mittebat in auras
Aequoris aſpectes huius & huius aquas.
Quæq; ceres uidit læto pereuntia uultu
Corpora theſea certionea manu.
Hæc tibi quæ precibus iuſtis mea deuouet ira
Euenient:aut his non leuiora malis.

Qualis

Aut. Neſſus Dexamenq. Vide Hygin vb. de Hercule agit, et ex eode Leopard 3.c.5.

Qualis achimenides ſicula deſertus in ora:
Troica cum uidit uela uenire fuit.
Qualis erat nec non fortuna binominis hyrſ:
Quique tenet pontem:qui tibi maior erit.
Filius ut cereris fruſtra tibi ſemper ametur:
Deſtituatque tuas uſque petitus opes.
Vtque per alternos unda labente recurſus
Subtrahitur preſſo mollis arena pede:
Sic tua neſcio quæ ſemper fortuna liqueſcat:
Lapſaque per medias affluat uſque manus.
Vtque pater ſolitæ uarias mutare figuras
Plenus in extincta conficiare fame:
Nec dapis humanæ tibi erunt faſtidia:quaque
Parte potes.tydeus temporis huius eris.
Atque aliquid facias a ueſpere ſolus in ortus:
Cur externati rurſus agantur equi.
Fœda lycaoniæ repetes conuiuia menſæ:
Tentabiſque iterum fallere fraude iouem.
Teque aliquis poſito tentet uim numinis opto:
Tantalides tu ſis:tu tereique puer.
Et tua ſic largos ſpargantur membra per agros
Tanquam quæ patrias detinuere uias.
Aere perillæo ueros imitere iuuencos
Ad formam tauri conueniente ſono.
Vtque ferox phalaris lingua prius enſe reſecta:
More bouis paphio clauſus in ære gemas:
Dumque redire uoles æui melioris in annos:
Vt uetus admeti decipiare ſocer.
Atque eques in medii mergare uoragine cœni:
Dum modo ſint facti nomina nulla tui.
Atque utinam pereas:ueluti de dentibus orti
Sidonia iactis grata per arua manu.
Et quæ pentides fecit:fraterque meduſæ:
Eueniant capiti uota ſiniſtra tuo.
Et quibus exiguo eſt uolucris deuota libello.
Corpora proiecta quæ ſua purgat aqua.
Vulnera totque feras:quod dicitur ille tuliſſe:
Cuius ab inferiis culter abeſſe ſolet.
Attonituſque ſeces:ut quos cybeleia mater.
Incitat ad phrygios uilia membra modos.
Deque uiro fias nec fœmina:nec uir ut atys.
Et quatias molli tympana rauca manu:
Inque pecus magnæ ſubito uertare parentis:
Victor ut eſt celeri uictaque uerſa pede.
Solaque limone pœnam ne ſenſerit illam:
Et tua dente fero uiſcera carpat equus.
Aut ut caſſandræ dominus:non mitior illo
Saucius ingeſta contumuleris humo.
Aut:ut abantiades:aut ut lirneſius heros:
Cæſus in æquoreas præcipiteris aquas.
Victima uel phœbo ſacras macteris ad aras:
Quam tulit a ſæuo teudotus hoſte necem.
Aut te deuoueat certis abdera diebus:
Saxaque deuotum grandine plura petant.
Aut iouis infeſto telo feriare triſulco:
Vt ſatus hippomoo:diſithoeſque pater.
Vt ſoror autonoes:ut cui matertera maia eſt:
Et temere optatos qui male rexit equos.
Vt ferus æolides:ut ſanguine natus eodem:
Quo genita eſt liquidis quæ caret arctos aquis.
Vt macedon:icta eſt rapidis cum coniuge flammis.
Sic precor ætherei uindicis igne cadas.
Prædaque ſis illis:quibus eſt latonia delos.
Ante diem rapto non adeunda thraſo:
Quique uerecundæ ſpeculantem membra dianæ:

Quique crotophiaden deripuere linum:
Neue uenenato leuius feriaris ab angue:
Quam ſenis oeagrii calliopeſque nurus:
Quam puer hypſiphyles.q̃ qui caua primus acuta
Cuſpide ſuſpecti robora fixit equi.
Neue gradus adeas elpenore cautius altos:
Vimque feras uiui quo tulit ille modo.
Tamq; cadas domitus q̃ quiſq; ad arma uocantem
Iuuit inhumanum theodamanta driops.
Quam ferus ipſe ſuo periit mactatus in antro
Proditus incluſæ caccus ab ore bouis:
Quam qui dona tulit neſſeo tincta ueneno:
Euboicaſque ſuo ſanguine tinxit aquas.
Vel de præcipiti uenias in tartara ſaxo:
Vt qui ſocraticum de nece legit opus.
Vt qui theſeæ fallacia uela carinæ
Vidit:& iliaca miſſus ab arte puer.
Vt teneri nutrix eadem matertera bacchi:
Vt cui cauſa necis ſerra reperta fuit
Lydia ſe ſcopulis ut uirgo miſit ab altis:
Dixerat inuito quæ mala uerba deo.
Fœta tibi occurrat patrio popularis in aruo:
Sitque paphagææ cauſa leæna necis:
Quique lycurgiden letauit in arbore natum:
Idmonaque audacem te quoque rumpat aper.
Iſque uel exanimus faciat tibi uulnus:ut illi
Ora ſuper fixi quem cecidere ſuis:
Atque idem ſimili pinus quem morte peremit
Phrygia uenator:ſiſque berecyades.
Situa contigerit minoas puppis harenas:
Te corcyræum creſſia turba petat.
Lapſuramque domum ſubeas:ut ſanguis alebæ
Stella lycoridæ cui fuit æqua uiro.
Vtque uel euenus torrenti flumine merſus:
Nomina des rapidæ uel tyberinus aquæ.
Hyrtacidæque modo de fixa cadauera trunco
Digna feras:hominis ſit caput eſca tuum.
Quodque ferunt brotean feciſſe cupidine mortis:
Des tua ſuccenſæ membra cremanda pyræ.
Incluſuſque necem cauea patiaris:ut ille
Non profecturæ conditor hiſtoriæ.
Vtque repertori nocuit pugnacis iambi:
Sic ſit in exitium lingua proterua tuum.
Vt ue parum ſtabili qui carmine læſit athenas:
Inuiſus pereas deficiente cibo.
Vtque lyræ uates fertur periiſſe ſeueræ:
Cauſa ſit excidii dextera læſa tui:
Vtque agamemnonio uulnus dedit anguis oreſti:
Tu quoque de morſu uirus habente cadas.
Si tibi coniugii non prima nouiſſima uitæ:
Eupolis hoc periit:& noua nupta modo.
Vtque cothurnatum periiſſe lycophrona narrant
Hæreat in fibris fixa ſagitta tuis.
Aut lacer in ſylua manibus ſpargare tuorum:
Sparſus ut eſt thebis angue creatus auo.
Perque feros montes tauro rapiente traharis:
Vt tracta eſt coniunx imperioſa lyci.
Quodque ſuæ paſſa eſt pellex inuiſa ſorori:
Excidat ante pedes lingua reſecta tuos.
Cognitor ut tarde læſus cognomine myrrhæ
Orbus in innumeris inueniare locis.
Inque tuis opifex nati quod fecit achæo:
Noxia luminibus ſpicula condat apis.
Fixus & in duris carparis uiſcera ſaxis:
Vt cui pyrrha ſui filia fratris erat:

Et puer

Et puer harpiagæ referas exempla thieſtæ:
Inque tui cæſus uiſcera patris eas.
Truncа geras ſcæuo mutilatis partibus enſe:
Qualia mimerni membra fuiſſe ferunt.
Vtue ſyracuſio præſtricta fauce poetæ:
Sic animæ laqueo ſit uia clauſa tuæ.
Nudaue direpta pateant tua uiſcera pelle:
Vt phrygii cuius nomina flumen habet.
Saxificæ nideas infœlix ora meduſæ:
Cephenum multos quæ dedit una neci.
Porniadum morſus ſubeas ut glaucus equarum:
Inque maris ſalias glaucus ut alter aquas.
Vtque duobus idem dictis modo nomen habenti
Præfocent animæ gnoſia mella uiam.
Sollicitoque bibas ueluti doctiſſimus olim
Imperturbato quod bibit ore reus.
Nec tibi ſi quid amas felicius hemone cedat:
Vt ſua machareus ſic potiare tua.
Vt uideas quod iam cum flammæ cuncta tenerent
Hectoreus patria uidit ab urbe puer.
Sanguine probra luas.ut auo genitore creatus:
Per facinus ſoror eſt cui ſua facta parens.
Oſſibus inque tuis teli genus hæreat illud:
Traditur icarii quo cecidiſſe gener.
Vtque loquax in equo eſt eliſus guttura agenor:
Sic tibi claudatur pollice uocis iter.
Aut ut anaxarchus pila minuaris in alta:
Iactaque pro ſolitis frugibus oſſa ſonent.
Vtque patrem ſalmacis condat te phœbus in ima
Tartara:quod natæ fecerat ipſe ſuæ.
Inque tuos ea peſtis erat:quam dextra corebi
Vicit:opem miſeris argoliciſque tulit.
Vtque nepos æthræ ueneris moribundus ob iram:
Exul ab attonitis excutiaris equis.
Propter opes nimias ut perdidit hoſpes alumnum
Perdat ob exiguas te tuus hoſpes opes.
Vtque ferunt fratres ſex cum damaſitone cæſos:
Intereat totum ſic genus omne tuum:
Addidit ut fidicen miſeris ſua funera natis:
Sic tibi ſint uitæ tedia iuſta tuæ.
Vtue ſoror pelopis ſaxo dureris oborto:
Et læſus lingua battus ab ipſe ſua.
Aera ſi miſſo uacuum iaculabere diſco:
Quo puer œbalides ictus ab orbe cadas.
Si qua per alternos pulſabitur unda lacertos:
Omnis abydena ſit tibi peior aqua.
Comicus ut liquidis periit dum nabat in undis:
Et tua ſic ſtygius ſtrangulet ora liquor.
Aut ubi uentoſum ſuperabis naufragus æquor
Contracta pereas ut palinurus humo.
Vtque cothurnatum uatem tutela dianæ:
Dilanier uigilum te quoque turba canum.
Aut ut trinacrius ſalias ſuper ora gigantis:
Plurima qua flammas ſicanis ætna uomit.
Diripiantque tuos inſanis unguibus artus
Strymoniæ matres orpheon eſſe ratæ.
Natus ut alteæ flammis abſentibus arſit:
Sic tuus ardeſcat ſtipitis igne rogus.
Vt noua phaſiaca compreſſa eſt nupta corona:
Vtque pater nuptæ:cumque parente domus:
Vt cruor herculeos abiit diffuſus in artus:
Corpora poſtiferum ſic tua uirus edat.
Qua ſua pentiden proles eſt ulta lycurgum:
Nec maneat teli te quoque plaga noui.
Vtque milo robur deducere fiſſile tentes:

Nec poſſis captas inde referre manus:
Muneribuſque tuis lædaris ut icarus in quem
Intulit armatas ebria turba manus.
Quodque dolore necis patriæ pia filia fecit:
Vincula per laquei fac quoque guttur eat.
Obſtructuſque famem patiaris limine tecti:
Vt legem pœnæ cui dedit ipſa parens.
Ilius exemplo uioles ſimulacra mineruæ:
Aulidis a portu qui leue uertit iter.
Naupliadæque modo ficto pro crimine pœnas
Morte luas:nec te non meruiſſe iuuet.
Ethalon ut uita ſpoliauit iſidius hoſpes:
Quem memor a ſacris nunc quoque pellit io.
Vtque melantheum tenebris a cæde latentem
Prodidit officio luminis ipſa parens:
Sic tua coniectis fodiantur corpora telis:
Sic precor auxiliis impediare tuis.
Qualis equis pactis quos fortis agebat achillesi
Acta phrygi timido nox tibi talis eat:
Nec tu q̄ rheſus ſomno meliore fruaris:
Quam comites rheſi tu necis ante diem:
Quam quos cum rutulo morti ramnete dederunt
Impiger hyrtacides:hyrtacidæque comes.
Cliniadæque modo circundatus ignibus atris
Membra feras ſtygiæ ſemicremata neci.
Vtque remo muros auſo tranſire recentes:
Noxia ſint capiti ruſtica tela tuo.
Denique ſarmathicas inter geticaſque ſagittas:
His precor ut uiuas:& moriare locis.
Hæc tibi tantiſper ſubito ſint miſſa libello:
Immemores ne nos eſſe querare tui.
Pauca quidem fateor:ſed dii dent plura rogatis:
Multiplicentque ſuo uota fauore mea.
Poſtmodo plura leges & nomen habentia uerum:
Et pede quo debent acria bella geri.

PV. OVIDII NASONIS IN IBIN LIBRI VNICI.

PV. OVI. NASONIS FASTORVM LI. PRIMVS.

TEmpora cū cauſis latiū digeſta p annum
Lapſaque ſub terras: ortaq; ſigna canam
Excipe pacato cæſ.germanice uultu
Hoc opus:& timidæ dirige nauis iter.
Officioq; leuē non aduerſatus honorem:
Huic tibi deuoto numine dexter ades.
Sacra recognoſces annalibus eruta priſcis:
Et quo ſit merito quæque notata die.
Inuenies illic & feſta domeſtica uobis:
Sæpe tibi pater eſt:ſæpe legendus auus.
Quæque ferunt illi pictos ſignantia faſtos:
Tu quoque cum druſo præmia fratre feres.
Cæſaris arma canant alii:nos cæſaris aras:
Et quoſcunque ſacris addidit ille dies.
Annue conanti per laudes ire tuorum:
Deque meo pauidos excute corde metus:
Da mihi te placidum:dederis in carmina uires:
Ingenium uultu ſtatque caditque tuo.
Pagina iudicium docti ſubitura mouetur
Principis:ut clario miſſa legenda deo.
Quæ ſit enim culti facundia ſenſimus oris:
Ciuica pro trepidis quum ſe tulit arma reis.
Scimus:& ad noſtras quum tulit impetus artes
Ingenii currant flumina quanta tui.
Si licet & fas eſt:uates rege uatis habenas:
Auſpicio fœlix totus ut annus eat:
Tempora digereret quum conditor urbis:in annum
Conſtituit menſes quinque bis eſſe ſuum.

Scilicet arma

Scilicet arma magis q̃ ſidera romule noras:
Curaque finitimos uincere maior erat.
Eſt tamen & ratio cæſar quæ mouerit illum:
Erroremque ſuum quo tueatur habet
Quod ſatis eſt utero matris:dum prodeat infans:
Hoc anno ſtatuit temporis eſſe ſatis.
Per totidem menſes a funere coniugis uxor
Suſtinet inuidua triſtia ſigna domo.
Hæc igitur uidit trabeati cura quirini:
Quum rudibus populis annua iura daret.
Martis erat primus menſis:ueneriſque ſecundus:
Hæc generis princeps:ipſius ille pater.
Tertius a ſenibus:iuuenum de nomine quartus.
Quæ ſequitur:numero turba notata fuit.
At numa nec ianum:nec auitas præterit umbras:
Menſibus antiquis præpoſuitque duos.
Ne tamen ignores uariorum iura dierum:
Non habet officium lucifer omnis idem.
Ille nefaſtus erit:per quem tria uerba ſilentur:
Faſtus erit:per quem lege licebit agi.
Nec toto perſtare die ſua iura putaris:
Qui iam faſtus erit:mane ne faſtus erat.
Nam ſimul exta deo data ſunt:licet omnia fari:
Verbaque honoratus libera prætor habet.
Eſt quoque quo populum ius eſt includere ſeptis:
Eſt quoque qui nouo ſemper ab orbe redit.
Vendicat auſonias iunonis cura calendas
Idibus alba ioui grandior agna cadit.
Nonarum tutela deo caret:omnibus iſtis
Ne fallare caue:proximus ater erit.
Omen ab euentu eſt:illis nam roma diebus
Marte ſub aduerſo triſtia damna tulit.
Hæc mihi dicta ſemel totis hærentia faſtis:
Ne ſeriem rerum ſcindere cogar:erunt.
Ecce tibi fauſtum germanice nunciat annum:
Inque meo primum carmine ianus adeſt.
Iane biceps anni tacite ſabentis origo:
Solus de ſuperis:qui tua terga uides:
Dexter ades ducibus:quorum ſecura labore
Ocia terra ferax:ocia pontus habet:
Dexter ades patribuſque tuis:populoque quirini:
Et reſera nutu candida templa tuo.
Proſpera lux oritur:linguis animiſq; fauete:
Nunc dicenda bono ſunt bona uerba die.
Lite uacent aures:infanaq; protinus abſint
Iurgia:differ opus liuida turba tuum.
Cernis odoratis ut luceat ignibus æther:
Et ſonet accenſis ſpica ciliſſa focis:
Flamma nitore ſuo templorum uerberat aurum:
Et tremulum ſumma ſpargit in æde iubar.
Veſtibus intactis tarpeias itur in arces.
Et populus feſto concolor ipſe ſuo eſt.
Iamque noui præeunt faſces:noua purpura fulget:
Et noua conſpicuum pondera ſentit ebur:
Colla rudes operum præbent ferienda iuuenci:
Quos aluit campis herba phaliſca ſuis.
Iuppiter arce ſua:totum cum ſpectet in orbem:
Nil niſi romanum:quod tueatur:habet.
Salue feſta dies:meliorq; reuertere ſemper:
A populo rerum digna potente coli:
Quem tamen eſſe deum dicam te iane biformis?
Nam tibi par nullum græcia numen habet.
Aede ſimul cauſam cur de cæleſtibus unus:
Sitque quod a tergo:ſitque quod ante uides.
Hæc ego cum ſumptis agitarem mente tabellis:

Lueidior uiſa eſt:quam fuit ante domus.
Tum ſacer ancipiti mirandus imagine ianus
Bina repente oculis obtulit ora meis:
Extimui:ſenſique metu riguiſſe capillos:
Et gelidum ſubito frigore pectus erat.
Ille tenens baculum dextra:clauemque ſiniſtra
Edidit hos nobis ore priore ſonos.
Diſce metu poſito uates operoſe dierum
Quod petis:& uoces percipe mente meas:
Me chaos antiqui:nam ſum res priſca:uocabant:
Aſpice quam longi temporis acta canam:
Lucidus hic aer:& quæ tria corpora reſtant:
Ignis:aqua:& tellus:unus aceruus erant.
Vt ſemel hæc rerum ſeceſſit lite ſuarum:
Inque nouas abiit maſſa ſoluta domos:
Altum flamma petit:propior locus aera cepit:
Sederunt medio terra fretumque loco.
Tunc ego qui fueram globus:& ſine imagine moles
In faciem redii:membraque digna deo:
Nunc quoq; confuſæ quoniã nota parua figuræ eſt:
Ante quod eſt:in me:poſtque uidetur idem.
Accipe quæſitæ cauſa ſit altera formæ:
Hanc ſimul ut noris officiumque meum:
Quicquid ubique uides cœlum:mare:nubila:terras:
Omnia ſunt noſtra clauſa patentque manu:
Me penes eſt unum uaſti cuſtodia mundi.
Et ius uertendi cardinis omne meum eſt.
Quum libuit pacem placidis immittere tectis:
Libera per tutas ambulat illa uias.
Sanguine lethifero totus miſcebitur orbis:
Ni teneant rigidæ condita bella ſeræ.
Præſideo foribus cœli cum mitibus horis:
Et redit officio iuppiter ipſe meo.
Inde uocor ianus:cui cum cereale ſacerdos
Imponit libum:farraque mixta ſale.
Nomina ridebis:modo namque patulcius idem:
Et modo ſacrifico cluſius ore uocor.
Scilicet alterno uoluit rudis illa uetuſtas
Nomine diuerſas ſignificare uices.
Vis mea narrata eſt:cauſam nunc diſce figuræ:
Iam tamen hanc aliqua tu quoque parte uides:
Omnis habet geminas hinc atq; hinc ianua frontes:
Et quibus hæc populum ſpectat:at illa larem.
Vtque ſedens ueſter primi prope limina tecti
Ianitor:egreſſus introituſque uidet:
Sic ego perſpicio cæleſtis ianitor aulæ
Eoas partes heſperiaſque ſimul.
Ora uides hecates in tres uertentia partes.
Seruet ut in ternas compita ſecta uias:
Et mihi:ne flexu ceruicis tempora perdam.
Cernere non moto corpore bina licet.
Dixerat & uultu:ſi plura requirere uellem:
Difficilem mihi ſe non fore pactus erat.
Sumpſi animum grateſque deo non territus egi:
Verbaque ſum ſpectans pauca locutus humum.
Dic age frigoribus quare nouus incipit annus:
Qui melius per uer incipiendus erat:
Omnia tunc florent:tunc eſt noua temporis ætas:
Et noua de grauido palmite gemma tumet.
Et modo formatis operitur frondibus arbos:
Prodit & in ſummum ſeminis herba ſolum:
Et tepidum uolucres concentibus aera mulcent:
Ludit & in pratis:luxuriatque pecus.
Tunc blandi ſoles:ignotaque prodit hirundo:
Et luteum celſa ſub trabe fugit opus.

Tunc patitur

Tunc patitur cultus ager & renouatur aratro.
Hæc anni nouitas iure uocanda fuit.
Quæsieram multis: non multis ille moratus.
Contulit in uersus sic sua uerba duos.
Bruma noui prima est ueterisque nouissima solis
Principium capiunt phœbus & annus idem.
Postea mirabar cur non sine litibus esset
Prima dies: causam percipe ianus ait.
Tempora commissi nascentia rebus agendis:
Totus ab auspicione foret annus iners.
Quisque suas artes ob idem delibat agendo:
Nec plusquam solitum testificatur opus.
Mox ego: cur: quamuis aliorum numina placem:
Iane tibi primum tura merumque fero?
Vt possis aditum per me: qui limina seruo.
At quoscunque uoles: inquit habere deos.
At cur læta tuis dicuntur uerba calendis?
Et damus alternas: accipimusque preces?
Tunc deus incumbens baculo: quem dextra gerebat:
Omnia principiis inquit inesse solent.
Ad primam uocem timidas aduertitis aures:
Et primum uisam consulit augur auem.
Templa patent: auresque deum: nec lingua caducas
Concipit ulla preces: dictaque pondus habent.
Desierat ianus: nec longa silentia feci:
Sed tetigi uerbis ultima uerba meis.
Quid uult palma sibi? rugosaque carica? dixi:
Et data sub niueo condita mella cado?
Omen ait causa est: ut res sapor ille sequatur:
Et peragat cœptum dulcis ut annus iter
Dulcia cur dentur uideo: stipis adiice causam:
Pars mihi de festo ne labet ulla tuo.
Risit: & o q̃ te fallunt tua sæcula dixit:
Qui stipe mel sumpta dulcius esse putas.
Vix ego saturno quenquam regnante uidebam:
Cuius non animo dulcia lucra forent.
Tempore creuit amor qui nunc est sũmus: habendi:
Vix ultra: quo iam progrediatur: habet.
Pluris opes nunc sunt: q̃ prisci temporis annis:
Dum populus pauper: dum noua roma fuit:
Dum casa martigenam capiebat parua quirinum:
Et dabat exiguum fluminis ulua torum:
Iuppiter angusta uix totus stabat in æde:
Inque iouis dextra fictile fulmen erat.
Frondibus ornabant: quæ nunc capitolia gemmis:
Pascebatque suas ipse senator oues.
Nec pudor in stipula placidam cepisse quietem:
Nec fœnum capiti suppositisse fuit.
Iura dabat populis posito modo prætor aratro.
Et leuis argenti lamina crimen erat.
At postquam fortuna loci caput extulit huius:
Et tetigit summos uertice roma deos:
Creuerunt & opes: & opum furiosa libido:
Et cum possideant plurima: plura petunt.
Quærere ut absumant: absumpta requirere certant:
Atque ipsæ uitiis sunt alimenta uices.
Sic quibus intumuit suffusa uenter ab unda:
Quo plus sunt potæ: plus sitiuntur aquæ.
In pretio pretium nunc est: dat census honores:
Census amicitias: pauper ubique iacet.
Tu tamen auspicium cur sit stipis utile quæris:
Curque iuuent nostras æra uetusta manus.
Aera dabant olim: melius nunc omen in auro est:
Victaque concessit prisca moneta nouæ.
Nos quoq; tẽpla iuuãt: quamuis antiqua probemus:

Aurea maiestas conuenit ipsa deo.
Laudamus uereres:sed nostris utimur annis.
Mos tamen est æquæ dignus uterque coli.
Finierat monitus:placidis ita rursus ut ante
Clauigerum uerbis alloquor ipse deum:
Multa quidem didici:sed cur naualis in ære
Altera signata est:altera forma biceps?
Noscere me duplici posses ut imagine dixit:
Ni uetus ipsa dies extenuasset opus.
Causa ratis superest:tuscum rate uenit in amnem
Ante pererrato falcifer orbe deus.
Hac ego saturnum memini tellure receptum:
Cælitibus regnis a ioue pulsus erat.
Inde diu genti mansit saturnia nomen:
Dicta fuit latium terra latente deo.
At bona posteritas puppim formauit in ære:
Hospitis aduentum testificata dei.
Ipse solum colui:cuius placidissima leuum
Radit harenosi tybridis unda latus.
Hic:ubi nunc roma est:tunc ardua silua uirebat.
Tantaque res paucis pascua bobus erat.
Ars mea collis erat:quam uulgus nomine nostro
Nuncupat:hæc ætas ianiculumque uocat.
Tunc ego regnabam:patiens cum terra deorum
Esset:& humanis numina mixta locis:
Nondum iusticiam facinus mortale fugarat:
Vltima de superis illa reliquit humum.
Proque metu populum sine ui pudor ipse gerebat.
Nullus erat iustis reddere iura labor.
Nil mihi cum bello:pacem posteque tuebar:
Et clauem ostendens hæc ait arma gero.
Presserat ora deus:tunc sic ego nostra resolui.
Voce mea uoces eliciente dei.
Cum tot sint iani:cur stas sacratus in uno?
Hic:ubi templa foris iuncta duobus habes.
Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam:
Protinus œbalii rettulit arma tati.
Vtque leuis custos armillis capta sabinos
Ad summæ tacitos duxerat arcis iter.
Inde:uelut nunc est per quem descenditis inquit:
Arduus in ualles per fora cliuus erat.
Et iam contigerant portam:saturnia cuius
Dempserat oppositas inuidiosa seras.
Cum tanto ueritus committere numine pugnam:
Ipse meæ moui callidus artis opem:
Oraque:qua pollens ope sum:fontana recusi:
Sumque repentinas eiaculatus aquas.
Ante tamen madidis subieci sulphura uenis:
Clauderet ut tatio feruidus humor iter.
Cuius ut utilitas pulsis percepta sabinis:
Quæ fuerat:tuto reddita forma loco est.
Ara mihi posita est paruo coniuncta sacello:
Hæc adolet flammis cum strue farra suis.
At cur pace lates:motisque recluderis armis?
Nec mora quæsiti reddita causa mihi est.
Vt pateant populo reditus ad bella profecto:
Tota patet dempta ianua nostra sera.
Pace fores obdo:nequa discedere possit:
Cæsareoque diu numine clausus ero.
Dixit:& attollens oculos diuersa tuentes:
Aspexit toto quicquid in orbe fuit:
Pax erat:& uestri germanice causa triumphi
Tradiderat famulas iam tibi rhenus aquas.
Iane face æternos pacem pacisque ministros:
Neue suum præsta deserat auctor opus.

Quod tamen

Quod tamen ex ipſis licuit mihi diſcere faſtis:
Sacrauere patres hac duo templa die.
Accepit phœbo nymphaque coronide natum
Inſula:diuidua quam premit amnis aqua.
Iuppiter in parte eſt:cœpit locus unus utrunque:
Iunctaque ſunt magno templa nepotis auo.
Quis uetat & ſtellas:ut quæq; oriturque:caditque:
Dicere:promiſſi pars fuit illa mei.
Fœlices aiæ:quibus hæc cognoſcere primum
Inque domos ſuperas ſcandere cura fuit
Credibile eſt illos pariter uitiiſq; iociſque
Altius humanis exeruiſſe caput.
Non uenus & uinum ſublimia pectora fregit:
Officiumq; fori militiæque labor.
Nec leuis ambitio:perfuſaque gloria fuco:
Magnarumue fames ſollicitauit opum.
Admouere oculis diſtantia ſydera noſtris:
Aetheraque ingenio ſuppoſuere ſuo.
Sic petitur cœlum:non ut ferat oſſan olympus
Summaque peliacus ſydera tangat apex:
Nos quoque ſub ducibus cœlum metabimur illis:
Ponemuſque ſuos ad uaga ſigna dies.
Ergo ubi nox aderit uenturæ tertia nonis:
Sparſaque cœleſti rore madebit humus:
Octipedis fruſtra quæruntur brachia cancri:
Præceſſ occiduas ille ſubibit aquas
Ni ſteterint imbres miſſi tibi nubibus atris:
Nonæ ſigna dabunt exoriente lyra.
Quattuor adde dies ductis ex ordine nonis.
Ianus agonali luce piandus erit:
Nominis eſſe poteſt ſuccinctus cauſa miniſter:
Hoſtia cælitibus quo feriente cadit.
Qui calido ſtrictos tincturus ſanguine cultros
Semper agat ne rogat:nec niſi iuſſus agit.
Pars quia non ueniant pecudes:ſed agantur ab actu
Nomen agonalem credit habere diem.
Pars putat hoc feſtum priſcis agnalia dictum:
Vna ſit ut proprio littera dempta loco
Aut:quia præuiſos in aqua timet hoſtia cultros:
A pecoris lux eſt ipſa notata metu.
Fas etiam fieri ſolitis ætate priorum
Nomina de ludis græca tuliſſe diem:
Et pecus antiquus dicebat agonia ſermo:
Veraque iudicio eſt ultima cauſa meo.
Vtque ea non certa eſt:ita rex placare ſacrorum
Numina lanigenæ coniuge debet ouis.
Victima quæ dextra cecidit uictrice uocatur:
Hoſtibus a domitis hoſtia nomen habet:
Ante:deos homini quod conciliare ualeret
Far erat:& puri lucida mica ſalis.
Nondum pertulerat lachrymatas cortice myrrhas
Acta per æquoreas hoſpita nauis aquas.
Tura nec euphrates:nec miſerat india coſtum:
Nec fuerant rubri cognita fila croci.
Ara dabat fumos herbis contenta ſabinis:
Et non exiguo laurus aduſta ſono.
Si quis erat:prati factis de flore coronis
Qui poſſet uiolas addere:diues erat.
Hic:qui nunc aperit percuſſi uiſcera tauri
In ſacris nullum culter habebat opus.
Prima ceres auidæ gauiſa eſt ſanguine porcæ
Vlta ſuas merita cæde nocentis opes.
Nam fata uere nouo teneris lactentia ſuccis
Eruta ſetigeræ comperit ore ſuis.
Sus dederat pœnas:exemplo territus huius

Palmite debueras abſtinuiſſe caper.
Quem ſpectans aliquis dentes in uite prementem
Talia non tacito dicta dolore dedit.
R ode caper uitem:tamen hinc cum ſtabis ad aram
In tua quod ſpargi cornua poſſit:erit.
V erba fides ſequitur:noxa tibi deditus hoſtis
Spargitur effuſo cornua bacche mero.
C ulpa ſui nocuit:nocuit quoque culpa capellæ:
Quid bos?quid placidæ commeruiſtis oues?
F lebat ariſteus:quod apes cum ſtirpe necatas
Viderat incœptos deſtituiſſe fauos.
C ærula quem genetrix ægre ſolata dolentem:
Addidit hæc dictis ultima uerba ſuis:
S iſte puer lachrymas:proteus tua damna leuabit.
Quoque modo repares quæ periere:dabit.
D ecipiat ne te uerſis tamen ille figuris.
Impediant geminas uincula firma manus.
P eruenit ad uatem iuuenis:reſolutaque ſomno
Alligat æquorei brachia capta ſenis.
I lle ſuam faciem trasformat:& alterat arte:
Mox domitus uinclis in ſua membra redit.
O raque cærulea tollens rorantia barba:
Qua dixit repares arte requiris apes.
O brue mactati corpus tellure iuuenci:
Quod petis a nobis obrutus ille dabit.
I uſſa facit paſtor:feruent examina putri
De boue:mille animas una necata dedit.
P auit ouis pratum uerbenas improba carpſit:
Quas pia diis ruris ferre ſolebat anus.
Quid tuti ſupereſt?animam cum ponat in aris
Lanigerumque pecus:ruricolæque boues.
P lacat equo perſis radiis hyperiona cinctum:
Ne detur celeri uictima tarda deo.
Quæ ſemel eſt triplici pro uirgine cæſa dianæ:
Nunc quoque pro nulla uirgine cerua cadit.
E xta canum triuiæ uidi libare ſabæos:
Et quicunque tuas accolit æme niues.
C æditur & rigido cuſtodi ruris aſellus:
Cauſa pudenda quidem:ſed tamen apta deo.
F eſta corimbiferi celebrabat græcia bacchi:
Tertia quæ ſolito tempore bruma refert:
D ii quoque cultores in idem uenere lycæi:
Et quicunque locis non alienus erat:
P anes:& in uenerem ſatyrorum prona iuuentus:
Quæque colunt amnes:ſolaque rura deæ:
V enerat & ſænior pando ſilenus aſello:
Quique rubro pauidas inguine terret aues:
D ulcia qui dignum nemus in conuiuia nacti
Gramine ueſtitis accubuere toris.
V ina dabat liber:tulerat ſibi quiſque coronam:
Miſcendas large riuus agebat aquas.
N aiades effuſis aliæ ſine pectinis uſu:
Pars aderant comptis arte manuque comis.
I lla ſuper ſuras tunicam collecta miniſtrat:
Altera diſſuto pectus aperta ſinu.
E xerit hæc humerum:ueſtes trahit illa per herbas
Impediunt teneros uincula nulla pedes.
H inc aliæ ſatiris incendia mitia præbent:
Pars tibi:quin pinu tempora nexa geris.
T e quoque inextinctæ ſilene libidinis urunt:
Nequitia eſt:quæ te non ſinit eſſe ſenem.
A t ruber hortorum deus & tutela priapus
O mnibus ex iſtis lothide captus erat.
H anc cupit hanc optat:ſola ſuſpirat in illa:
Signaque dat nutu:ſollicitatque notis.

Fastus ineſt pulchris:ſequiturq; ſuperbia formam
Irriſum uultu deſpicit illa ſuo.
Nox erat:& uino ſomnum facientе iacebant
Corpora diuerſis uicta ſopore locis.
Lothis in herboſa ſub acernis ultima ramis:
Sicut erat luſu laſſa:quieuit humo.
Surgit amans:animamque tenens ueſtigia furtim
Suſpenſo digitis fert taciturna gradu.
Vt tetigit niueæ ſecreta cubilia nymphæ:
Ipſe ſui flatus:ne ſonet aura cauet.
Et iam finitima corpus librabat in herba:
Illa tamen multi plena ſoporis erat:
Gaudet & a pedibus tracto uelamine:uota
Ad ſua fœlici cœperat ire uia.
Ecce rudens rauco ſileni uector aſellus
Intempeſtiuos edidit ore ſonos.
Territa conſurgit nymphæ:manibuſque priapum
Reiicit:& fugiens concitat omne nemus.
At deus obſcœna nimium quoque parte paratus
Omnibus ad lunæ lumina riſus erat:
Morte dedit pœnas auctor clamoris:& hæc eſt.
Helleſpontiaco uictima grata deo.
Intactæ fueratis aues ſolatia ruris:
Aſſuetum ſiluis:innocuumque genus.
Quæ facitis nidos:& plumis oua fouetis:
Et facili dulces editis ore ſonos:
Sed nihil iſta iuuant:quia linguæ crimen habetis:
Diique putant mentes uos operire ſuas.
Non tamē hoc falſum ēnā diis ut proxia quæq; eſt
Nunc penna ueras:nunc datis ore notas.
Tuta diu uolucrum proles tum denique cæſa eſt:
Iuueruntque deos indicis exta ſui.
Ergo ſæpe ſuo coniunx abducta marito
Vritur in calidis alba columba ſocis.
Nec defenſa iuuant capitolia:quo minus anſer
Det iecur in lances inache laute tuas.
Nocte deæ noctis criſtatus ceditur ales:
Quod tepidum uigili prouocat ore diem.
Interea delphin clarum ſuper æthera ſidus
Tollitur & patriis exerit ora uadis.
Poſtera lux hiemem medio diſcrimine ſignat:
Aequaque præteritæ quæ ſuperabit erit.
Proxima proſpiciet tithono aurora relicto:
Arcadiæ ſacrum pontificale deæ.
Te quoque lux eadem turni ſoror æde recepit:
Hic ubi uirginea campus obitur aqua.
Vnde petam cauſas horum moremque ſacrorum?
Diriget in medio quis mea uela freto?
Ipſa mone quæ nomen habes a carmine dictum:
Propoſitoque fauе:ne tuus erret honor.
Orta prior luna:deſe ſic creditur ipſi:
A magno tellus arcadæ nomen habet.
Hinc fuit euander:qui q̄q̄ clarus utroque:
Nobilior ſacre ſanguine matris erat.
Quæ ſimul æthereos animo conceperat ignes:
Ore dabat pleno carmina uerba dei.
Dixerat hæc nato motus inſtare ſibique
Multaque præterea tempora nacta fidem.
Nam iuuenis nimium uera cum matre:fugatus
Deſerit arcadiam:parrhaſiumque larem:
Cui genetrix flenti:fortuna uiriliter inquit
Siſte puer lachrymas:iſta ferenda tibi eſt.
Sic erat in fatis:nec te tua culpa fugauit:
Sed deus offenſo pulſus es urbe deo.
Nec meriti pœnam pateris ,ſed numinis iram:

Est aliquid magnis crimen abesse malis.
Conscia mens ut cuique sua est:ita concipit intra
Pectora pro facto spemque metumque suo:
Nec tamen ut primus:mœres malaitalia passus:
Obruit ingentes ista procella uiros.
Passus idem tyriis qui quondam pulsus ab oris:
Cadmus in aonia constitit exul humo.
Passus idem tydeus:& idem pagaseus iason:
Et quos præterea longa referre mora est.
Omne solum forti patria est:ut piscibus æquor:
Vt uolucri uacuo quicquid in orbe patet:
Nec fera tempestas toto tamen errat in anno.
Et tibi crede mihi:tempora ueris erunt:
Vocibus euander firmata mente parentis
Naue secat fluctus:hesperiamque tenet:
Iamque ratem doctæ monitus carmentis in amnem
Egerat & thuscis obuius ibat aquis.
Fluminis illa latus:cui sunt uada iuncta terenti:
Aspicit & sparsas per loca sola casas.
Vtque erat immissis puppim stetit ante capillis:
Continuitque manum torua regentis iter:
Et procul in dextram tendens sua brachia ripam:
Pinea non sano ter pede texta ferit.
Neue daret saltum properans insistere ripæ:
Vix est euandri uixque retenta manu:
Diiq; petitorum dixit saluete locorum:
Tuque nouos cœlo terra datura deos:
Fluminaque & frontes:quibus utitur hospita tellus
Et nemorum nymphæ nataduмque chori:
Este bonis auibus uisi natoque mihique:
Ripaque fœlici tacta sit ista pede:
Fallor:an hi fient ingentia mœnia colles?
Iuraque ab hac terra cætera terra petet?
Montibus his olim totus promittitur orbis
Quis tantum fati credat habere locum?
Et iam dardaniæ tangent hæc littora pinus:
Hic quoque causa noui fœmina martis erit.
Chare nepos palla funesta quid induis arma?
Indue:non humili uindice cæsus eris.
Victa tamen uinces:euersaque troia resurges.
Obruet hostiles ista ruina domos.
Vrite uictrices neptumnia pergama flammæ:
Non minor hic:toto est altior orbe cinis.
Iam pius æneas sacra & sacra altera patrem
Affert illiacos accipe uesta deos:
Tempus erit quum uos orbemque tuebitur idem:
Et fient ipso sacra colente deo.
Et penes augusto: patriæ tutela manebit.
Hanc fas imperii frena tenere domum.
Inde nepos natusque dei:licet ipse recuset:
Pondera cœlesti mente paterna feret.
Vtque ego perpetuis olim sacrabor in aris:
Sic augusta nouum liuia numen erit
Talibus ut dictis nostros descendit in agros:
Substitit in medio præscia lingua sono:
Puppibus egressus latia stetit exul in herba:
Fœlix exilium cui locus ille fuit.
Nec mora longa fuit;stabant noua tecta:nec alter
Montibus ausoniis arcade maior erat:
Ecce boues illuc erythreidas applicat heros
Emensus longi clauiger orbis iter.
Dumque huic hospitum domus est tegeæa:uagãtur
Incustoditæ lata per arua boues.
Mane erat excussus somno tirynthius heros:
De numero tauros sensit abesse duos.

Nulla uidet

Nulla uidet taciti querens uestigia furti.
Traxerat auersos cacus in antra boues:
Cacus auentine timor atque infamia siluæ
Non leue finitimis hospitibusque malum.
Dura uiro facies:uires pro corpore corpus:
Grandæ:pater monstri mulciber huius erat.
Proque domo: longis spelunca recessibus ingens
Abdita:uix ipsis inuenienda feris.
Ora super postes:affixaque brachia pendent:
Squallidaque humanis ossibus albet humus.
Seruata male parte boum:ioue natus abibat:
Mugitum rauco furta dedere sono.
Accipio reuocamen ait uocemque secutus
Impia per siluas uictor ad antra uenit.
Ille aditum fracti præstruxerat obice montis:
Vix iuga mouissent quinque bis illud onus.
Nititur hic humeris:cœlum quoque sederat illis:
Et uastum motu collabefactat onus.
Quod simul euulsum ē:fragor æthera terruit ipsū:
Ictaque subsedit pondere mollis humus.
Prima mouet cacus collata prœlia dextra
Remque ferox saxis:stipitibusque gerit:
Quis ubi nil agitur:patrias male fortis ad artes
Confugit & flammas ore sonante uomit.
Quas quotiens perflat spirare typhoea credas:
Et rapidum ætnæo fulgur ab igne iaci.
Occupat alcides.abductaque claua trinodis
Ter quater aduersi sedit in ora uiri:
Ille cadit:mixtasque uomit cum sanguine flāmas:
Et lato moriens pectore plangit humum.
Immolat ex illis taurum tibi iuppiter unum
Victor & euandrum ruricolasque uocat.
Constituitque sibi:quæ maxima dicitur:aram:
Hic ubi pars urbis de boue nomen habet.
Nec tacet euandri mater prope tempus adesse:
Herculæ quo tellus sit satis usa suo.
At fœlix uates:ut diis gratissima uixit:
Possidet hunc iam sic dea mense diem:
Idibus in magni castus iouis æde sacerdos
Semimaris flammis uiscera libat ouis
Redditaque est omnis populo prouincia nostro:
Et tuus augusto nomine dictus auus.
Perlege dispositas generosa per atria cæras
Contigerint nulli nomina tanta uiro.
Aphrica uictorem de se uocat:alter isaurum:
Aut cretum domitas testificatur opes.
Hunc numidæ faciunt:illum messana superbum.
Ille numantina traxit ab urbe notam.
Et mortem & nomen druso germania fecit:
Me miserum uirtus q̄ breuis illa fuit.
Si petat a uictis:tot sumet nomina cæsar:
Quod numero gentes maximus orbis habet.
Ex uno quidam celebres:aut torquis adempti:
Aut corui titulos auxiliaris habet.
Magne tuum nomen rerum est mensura tuarum.
Sed qui te uicit nomine maior,erat.
Nec gradus est fabios supra cognominis ullus
Illa domus meritis maxima dicta suis.
Sed tamen humanis celebrantur honoribus omnes
Hic socium summo cum ioue numen habet
Sacra uocant augusta patres:augusta uocantur
Templa sacerdotum rite dicata manu.
Huius & augurium dependet originis urbi.
Et quodcunque sua iuppiter auget ope.
Augeat imperium nostri ducis augeat annos:

Protegat & noſtras querna corona fores.
Auſpicibuſque deis tanti cognominis hæres
Omine ſuſcipiat: quo pater urbis: onus.
Reſpiciet titan actas ubi tertius idus:
Fient parrhaſiæ ſacra relata deæ.
Nam prius auſonias matres carpenta uehebant.
Hæc quoque ab euandri dicta parente reor.
Mox honor eripitur: matronaque deſtinat omnis
Ingratos nulla prole nouare uiros.
Neue daret partus: ictu temeraria cæco
Viſceribus creſcens excutiebat onus.
Corripuiſſe patres auſas immitia nuptas:
Ius tamen ereptum reſtituiſſe ferunt.
Binaque nunc pariter tegeæ ſacra parenti
Pro pueris fieri uirginibuſque iubent:
Scortea non illi fas eſt inferre ſacello:
Ne uiolent puros exanimata focos.
Siquis amas ueteres ritus aſſiſte precanti:
Nomina percipies non tibi nota prius:
Porrima placatur: poſtuentaque: ſiue ſorores
Siue fugæ comites mænali diua tuæ.
Altera quod porro fuerat cecinisſe putatur:
Altera uenturum poſtmodo quicquid erat.
Candida te niueo poſuit lux proxima templo:
Qua fert ſublimes alta moneta gradus.
Nunc bene proſpicies latiam concordia turbam:
Nunc te ſacratæ conſtituere manus.
Furius antiqui populi ſuperator ethruſci
Vouerat: & uoti ſoluerat ille fidem:
Cauſa quod a patribus ſumptis ſeceſſerat armis
Vulgus & ipſa ſuas roma timebat opes.
Cauſa recens melior ſparſos germania crines
Corrigis auſpiciis dux uenerandæ tuis.
Inde triumphatæ libaſti munera gentis:
Templaque feciſti: quam colis ipſe: deæ.
Hæc tua conſtituit genitrix: & rebus: & ara:
Sola toro magni diua reperta iouis:
Hæc ubi tranſieris: capricorno phœbe relicto
Per iuuenis curres ſigna regentis aquas.
Septimus hinc oriens quum ſe demiſerit undis:
Fulgebit toto iam lyra nullo polo.
Sidere ab hoc ignis uenienti nocte: Iconis
Qui micat in medio pectore merſus erit:
Ter quater euolui ſignantes tempora faſtos:
Nec ſementinæ eſt ulla reperta dies.
Tum mihi: ſenſit enim: lux hæc inducitur inquit
Muſa: quid a faſtis non ſtata ſacra petis?
Vtque dies incerta ſacris: ſic tempore certo
Seminibus iactis: eſt ubi fœtus ager:
State coronati plenum ad præſepe iuuenci
Cum tepido ueſtrum uere redibit opus.
Ruſticus emeritum palo ſuſpendit aratrum:
Omne reformidat frigore uulnus humus.
Villice da requiem terræ ſemente peracta:
Da requiem terram qui coluere uiris.
Pagus agat feſtum: pagum luſtrate coloni:
Et date paganis annua liba focis.
Placentur matres frugum telluſque cereſque
Farre ſuo: grauidæ uiſceribuſque ſuis:
Officium commune ceres & terra tuentur:
Hæc præbet cauſam frugibus illa locum.
Conſortes operum: per quas correcta uetuſtas
Quernaque glans uicta eſt utiliore cibo:
Fructibus immenſis auidos ſatiate colonos:
Vt capiant cultus præmia digna ſui.

Vos date

Vos date perpetuos teneris ſementibus auctus:
Nec noua per gelidas uſta ſit herba niues.
Cum ſerimus:cœlum uentis aperire ſerenis
Quum latet:ætherea ſpargite ſemen aqua:
Neue graues cultis cerealia dona cauete:
Agmine læſuro depopulentur aues.
Vos quoque ſubiectis formicæ parcite granis:
Poſt meſſem prædæ copia maior erit.
Interea creſcat ſcabræ rubiginis expers:
Nec uicio cœli palleat uſta ſeges.
Et neque deficiat macie:neque pinguior æquo
Diuitiis pereat luxurioſa ſuis.
Et careant loliis oculos uitiatibus agri:
Nec ſterilis culto ſurgat auena ſono
Triticeos fœtus:paſſuraque farra bis ignem
Ordeaque ingenti fœnore reddat ager:
Hoc ego pro uobis:hoc uos optate coloni.
Efficiatque ratas utraque diua præces.
Bella diu tenuere uiros erat aptior enſis:
Vomere cædebat taurus arator equo.
Sarcula ceſſabant uerſique in pila ligones
Fractaque de raſtri pondere caſſis erat.
Gratia diis domuique tuæ:religata catenis
Iam pridem ueſtro ſub pede bella iacent.
Sub iuga bos ueniat:ſub terras ſemen aratas:
Pax cererem nutrit:pacis alumna ceres.
At quæ uenturas præcedit ſexta calendas.
Hæc ſunt ledæis templa dicata deis.
Fratribus illa dies:fratres de gente deorum
Circa iuturnæ compoſuere lacus.
Ipſum nos carmen deducit pacis ad aras:
Hæc erit a menſis fine ſecunda dies.
Frondibus actiacis comptos redimita capillos
Pax ades:& toto mitis in orbe mane.
Dum deſunt hoſtes:deſit quoque cauſa triumphi:
Tu ducibus bello gloria maior eris.
Sola gerat miles:quibus arma coerceat arma:
Canteturque fera nil niſi pompa tuba.
Horreat æneadas & primus & ultimus orbis:
Si qua parum romam terra timebit:amet:
Tura ſacerdotes pacalibus addite flammis:
Albaque perfuſa uictima fronte cadat.
Vtque domus quæ præſtat eam cum pace perenet
Ad pia propenſos uota rogate deos.
Sed iam prima mei pars exhauſta laboris:
Cumque ſuo finem menſe libellus habet

P.Oui.Naſonis faſtorum Liber Secundus.

MAnus hẽt finẽ:cũ carmĩe creſcat & amnus
Alter ut it menſis:ſic liber alter eat.
Nunc primum uelis elegi maioribus itis:
Exiguum memini nuper eratis opus.
Ipſe ego uos hũi faciles i amore miſtros
Cum luſit numeris prima iuuenta ſuis:
Idem ſacra cano ſignataque tempora faſtis:
Et quis ad hæc illinc crederet eſſe uiam.
Hæc mea militia eſt:gerimus quæ poſſumus:arma:
Dextraque non omni munere noſtra uacat:
Si mihi non ualido torquentur pila lacerto:
Nec bellatoris terga præmuntur equi:
Nec galea tegimur:nec acuto cingimur enſe:
His habilis telis quilibet eſſe poteſt.
At tua proſequimur ſtudioſo pectore cæſar
Nomina per titulos ingredimurque tuos:
Ergo ades & placido paulum mea munera uultu
Reſpice:pacato ſi quid ab hoſte uacat.

Februa.

Februa romani dixere piamina patres:
Nunc quoque dant uerbo plurima ſigna fidem:
Pontifices ab rege petunt & flamine lanas:
Quis ueterum lingua februa nomen erat.
Quæque capit lictor domibus purgamina certis
Torrida cum mica farra uocantur idem.
Nomen idem ramo:qui cæſus ab arbore pura
Caſta ſacerdotum tempora fronde tegit.
Ipſe ego flaminiam poſcentem februa uidi:
Februa poſcenti pinea uirga data eſt.
Denique quodcunq; eſt quo corpora noſtra piãtur:
Hoc apud intonſos nomen habebat auos.
Menſis ab his dictus:ſecta quod pelle luperci
Omne ſolum luſtrant:idque piamen habent:
Aut quia placatis ſunt tempora pura ſepulchris:
Tunc cum ferales præterire dies.
Omne nefas:omnemque mali purgamine cauſam
Credebant noſtri tollere poſſe ſenes.
Græcia principium moris fuit:illa nocentes
Impia luſtratos ponere facta: putat.
Actoriden peleus:ipſum quoque pelea phoci
Cæde per æmonias lauit acaſtus aquas.
Vectam frenatis per inane draconibus ægeus
Credulus in merita phaſida fouit ope.
Amphiaraides naupactoo acheloo
Solue nephas dixit:ſoluit & ille nephas.
Ah nimium faciles qui triſtia crimina cædis
Fluminea tolli poſſe putatis aqua:
Sed tamen antiqui ne neſcius ordinis erres:
Primus:ut eſt:iani menſis & ante fuit:
Qui ſequitur ianum;ueteris fuit ultimus anni:
Tu quoque ſacrorum termine finis eras.
Primus enim iaſſi menſis:quia ianua prima eſt.
Qui ſacer eſt imis manibus:imus erat.
Poſtmodo creduntur ſpatio diſtantia longo
Tempora:biſquini continuaſſe uiri.
Principio menſis phrygiæ contermina matri
Soſpita delubris dicitur aucta nouis.
Nunc tibi ſunt:illis quæ ſunt ſacrata calendis
Templa deæ:longa procubuere die.
Cætera ne ſimili caderent labefacta ruina:
Cauit ſacrati prouida cura ducis.
Sub quo delubris ſentitur nulla ſenectus.
Nec ſatis eſt homines:obligat ille deos.
Templorum poſitor:templorum ſanctæ repertor:
Sit ſuperis:opto:mutua cura tui.
Dent tibi cæleſtes:quos tu,cæleſtibus annos:
Proque tua maneant in ſtatione domo.
Tunc quoque uicini lucus celebratur aſyli:
Qua petit æquoreas aduena tybris aquas.
Ad penetrale numæ:capitolinumque tonantem:
Inque iouis ſummi creditur arce bidens.
Sæpe graues pluuias adopertus nubibus æther
Concitat aut poſita ſub niue terra latet.
Proximus heſperias titan abiturus in undas
Gemmea purpureis cum iuga demet equis:
Illa nocte aliquis tollens ad ſidera uultus
Dicet ubi eſt hodie:quæ lyra fulſit hæri?
Dumque lyram quærit:medii quoque terga leonis
In liquidas ſubito merſa notabit aquas.
Quem modo cœlatum ſtellis delphina uidebas
Is fugiet uiſus nocte ſequente tuos.
Seu fuit occultis fœlix in amoribus index:
Leſbida cum domino ſeu tulit ipſe lyram.
Quod mare non nouit:quæ neſcit ariona tellus?

Carmine currentes ille tenebat aquas
Sæpe sequens agnam lupus est a uoce retentus
Sæpe auidum fugiens restitit agna lupum.
Sæpe canes leporesque una iacuere sub umbra:
Et stetit in saxo proxima cerua leæ.
Et sine lite loquax cum palladis alite cornix
Sedit & accipitri iuncta columba fuit.
Cynthia sæpe tuis fertur uocalis arion
Tanquam fraternis obstupuisse modis.
Nomen arionium siculas impleuerat urbes.
Captaq; erat lyricis ausonis ora sonis:
Inde domum repetens pupim conscendit arion:
Atque ita quæsitas arte ferebat opes.
Forsitan infœlix uentos undasq; timebas:
At tibi naue tua tutius æquor erat.
Namq; gubernator districto constitit ense.
Cæteraq; armata conscia turba manu:
Quid tibi cum gladio? dubiam rege nauita pupim.
Non sunt hæc digitis arma tenenda tuis.
Ille metu pauidus mortem non deprecor inquit:
Sed liceat sumpta pauca referre lyra.
Dant ueniam:ridentq; moram:capit ille coronam:
Quæ posset crines phœbe decere tuos.
Induit & tyrio bis tinctam murice pallam:
Reddidit icta suos pollice chorda sonos.
Flebilibus numeris ueluti canentia dura
Traiectus penna tempora:cantat olor.
Protinus in medias ornatus desilit undas.
Spargitur impulsa cerula puppis aqua.
Inde:fide maius:tergo delphina recuruo
Se memorant oneri supposuisse nouo.
Ille sedens cytaramq; tenens preciumq; uehendi
Cantat:& æquoreas carmine mulcet aquas.
Dii pia facta uident:astris delphina recepit
Iuppiter:& stellas iussit habere nouem.
Nunc mihi mille sonos:quoq; est moratus achilles
Vellem mœonide pectus habere tuum.
Dum canimus sacras alterno pectine nonas:
Maximus his fastis accumulatur honos.
Deficit ingenium:maioraque uiribus urgent.
Hæc mihi præcipuo est ore canenda dies.
Quid uolui demens elegis imponere tantum
Ponderis? heroici res erat ista pedis.
Sanctæ pater patriæ tibi plæbs:tibi curia nomen
Hoc dedit:hoc dedimus nos tibi nomen:eques:
Res tamen ante dedit:sero quoque uera tulisti
Nomina iam:pridem tu pater urbis eras.
Hoc tu per terras:quod in æthere iuppiter alto
Nomen habes:hominum tu pater:ille deum.
Romulæ concedas:facit hic tua magna tuendo
Mœnia:quæ dederas transilienda remo.
Te tatius:paruique cures:ceninaque sensit:
Hoc duce romanum est solis utrumque latus.
Tu breue nescio quid uictæ telluris habebas:
Quodcunque est alto sub ioue cæsar habet:
Tu rapis:hic castas duce se iubet esse maritas:
Tu recipis luco:reppulit ille nephas.
Vis tibi grata fuit.florent sub cæsare leges:
Tu domini nomen:principis ille tenet:
Te remus incusat:ueniam petit hostibus ille.
Cælestem fecit te pater ille patrem.
Iam puer idæus media tenus eminet aluo:
Et liquidas mixto nectare fundit aquas.
Quin etiam si quis boream horrere solebat:
Gaudeat a zephyris mitior aura uenit.

Quintus ab æquoreis nitidum iubar extulit undis
Lucifer: & primi tempora ueris erunt.
Ne fallare tamen: restant tibi frigora restant:
Magnaque discedens signa reliquit hyems.
Tertia nox ueniet: custodem protinus ursæ
Aspicies geminos exeruisse pedes.
Inter amadryadas: iaculatricemque dianam
Calisto sacri pars fuit una chori.
Illa deæ tangens arcus: quos tangimus arcus
Este meæ testes uirginitatis ait:
Cynthia laudauit: promissaque fœdera serua.
Et comitum princeps tu mihi dixit eris.
Fœdera seruasset: si non formosa fuisset:
Cauit mortales: de ioue crimen habet.
Mile feras siluis phœbe uenata redibat:
Aut plus aut medium sole tenente diem.
Vt tetigi lucum densa niger ilice lucus:
In medio gelidæ fons erat altus aquæ
Hic ait in silua uirgo tegeæa lauemur:
Erubuit falso uirginis illa sono.
Dixerat hoc nymphis: nymphæ uelamina ponunt:
Hanc pudet: & tardæ dat mala signa moræ.
Exuerat tunicas uteri manifesta tumore.
Proditur indicio ponderis ipsa sui.
Cui dea uirgineos periura lycaoni cœtus
Desere: nec castas pollue dixit aquas:
Luna nouum decies implerat cornibus orbem:
Quæ fuerat uirgo credita: mater erat:
Læsa furit iuno: formam mutatque puellæ:
Quid facis? inuito est pectore passa iouem.
Vtque feræ uidit turpes impellicæ uultus
Huius in amplexus iuppiter inquit eat.
Versa per incultos errabat squallida montes:
Quæ fuerat summo nuper amata ioui:
Iam tria lustra puer furto conceptus agebat:
Cum mater nato est obuia facta suo.
Illa quidem tanquam cognosceret: astitit amens:
Et gemuit gemitus uerba parentis erant:
Hanc puer ignarus iaculo fixisset acuto:
Ni foret ad superas raptus uterque domos.
Signa propinqua micat: prior est ut diximus arctos
Arctophylax formam terga sequentis habet.
Sæuit adhuc canamque petit saturnia tethin:
Mænaliam tactis ne lauet arcton aquis.
Idibus agrestis fumant altaria fauni:
Hic ubi discretas insula rumpit aquas:
Hæc fuit illa dies: in qua ueientibus armis
Ter centum fabii ter cecidere duo:
Vna domus uires: & onus susceperat urbis
Sumunt gentiles arma professa manus.
Egreditur castris miles generosus ab iisdem
Equis dux fieri quilibet aptus erat.
Carmentis portæ dextro est uia proxima iano.
Ire per hanc noli quisquis es: omen habet.
Illa fama refert fabios exisse trecentos:
Porta uacat culpa: sed tamen omen habet.
Vt celeri passu cremeram tenuere rapacem:
Turbidus hybernis ille flebat aquis:
Castra loca ponunt: districtis ensibus ipsi
Tyrrhenum ualido marte per agmen eunt.
Non aliter q̃ cum libyca de rupe leones
Inuadunt sparsos lata per arua greges:
Diffugiunt hostes inhonestaque uulnera tergo
Accipiunt: thusco sanguine terra rubet:
Sic iterum: sic sæpe cadunt: ubi uincere aperte

Non datur

Non datur:insidias armaque tecta parant.
Campus erat:campi claudebant ultima colles:
Siluaque montanas occulere apta feras.
In medio paucos:armentaque rara relinquunt
Cætera uirgultis abdita turba latet.
Ecce:uelut torrens undis pluuialibus auctus:
Aut niue:quæ zephyro uicta tepente fluit:
Per sata perque uias fertur:nec:ut ante solebat:
Riparum clausas margine finit aquas.
Sic fabii uallem latis discursibus implent:
Quodque uident sternunt:nec metus alter inest.
Quo ruitis generosa domus?male creditis hosti:
Simplex nobilitas perfida tela caue.
Fraude perit uirtus:impertos undique campos
Prosiliunt hostes:& latus omne tenent.
Quid faciant pauci:contra tot milia fortes?
Quidue quod in misero tempore restet:adest?
Sicut aper longe siluis latratibus actus
Fulmineo celeres dissipat ore canes.
Mox tamen ipse perit:sic non moriuntur inulti:
Vulneraque alterna danque:feruntque manu.
Vna dies fabios ad bellum miscerat omnes:
Ad bellum missos abstulit una dies.
Vt tamen herculeæ supereſſent semina gentis
Credibile est ipsos consuluisse deos:
Nam puer impubes:& adhuc non utilis armis
Vnus de fabia gente relictus erat.
Scilicet ut posses olim tu maxime nasci:
Cui res cunctando restituenda foret.
Continuata loco tria sidera:coruus:& anguis:
Et medius crater inter utrunque latet:
Idibus illa latent:oriuntur nocte sequenti:
Quæ tibi cur tria sint tam sociata:canam:
Forte ioui phœbus festum solenne parabat:
Non faciet longa fabulas nostra moras.
Imea dixit auis:nequid pia sacra moretur:
Et tenuem uiuis fontibus affer aquam.
Coruus inauratum pedibus cratera recuruis
Tollit & aerium peruolat altus iter.
Stabat adhuc ficus duris densissima pomis:
Tentat eam rostro:non erat apta legi.
Immemor imperii sedisse sub arbore fertur:
Dum fierent tarda dulcia poma mora.
Iamque satur nigris longum capit unguibus hydrum
Ad dominumque redit:fictaque uerba refert.
Hic mihi causa more uiuarum obsessor aquarum:
Hic tenuit fontes:officiumque meum.
Addis ait culpæ mendacia phœbus: & audes
Fatidicum uerbis fallere uelle deum.
Attibi dum lactens hæreburt in arbore ficus:
Oe nullo gelidæ fonte bibentur aquæ.
Dixit & antiqui monumenta perennia facti
Anguis:auis:crater:sidera iuncta micant.
Tertia post idus nudos aurora lupercos
Aspicit:& fauni sacra bicornis erunt.
Dicite pierides:sacrorum quæ sit origo:
Attigerint latias unde petita domos.
Pana deum pecoris ueteres coluisse feruntur
Arcades:arcadiis plurimus ille iugis.
Testis eris pholoe:testes stymphalides undæ:
Quique citis ladon in mare currit aquis.
Cinctaque pinetis nemoris iuga nonacrini:
Altaque troezenæ:parrhasiæque niues.
Pan erat armenti:pan illic numen aquarum:
Munus hoc incolumes ille ferebat oues.

Tranſtulit euander ſilueſtria numina ſecum:
Hic ubi nunc urbs eſt:tunc locus urbis erat.
Inde deum colimus:deuectaq; ſacra pelaſgis.
Flamen ad hæc priſco more dialis erat.
Cur igitur currant:& cur ſic currere mos eſt:
Nudaque ſint poſita corpora ueſte:rogas?
Ipſe deus uelox diſcurrere gaudet in altis
Montibus:& ſubitas concipit ipſe fugas.
Ipſe deus nudus nudos iubet eſſe miniſtros:
Nec ſatis ad curſus commoda ueſtis erat.
Ante iouem geuitum terras habuiſſe feruntur
Arcades:& luna gens prior illa fuit:
Vita feris ſimilis nullos agitata per uſus:
Artis adhuc expers:& rude uulgus erat.
Pro domibus frondes norant:pro frugibus herbas:
Nectar erat palmis hauſta duabus aqua.
Nullus anhelabat ſub adunco uomere taurus:
Nulla ſub imperio terra colentis erat:
Nullus adhuc erat uſus equi:ſe quique ferebat:
Ibat ouis lana corpus amicta ſua.
Sub ioue durabant:& corpora nuda gerebant
Docta graues imbres & tolerare notos.
Nunc quoq; detecti referunt monumenta uetuſti
Moris:& antiquas teſtificantur opes.
Sed cur præcipue fugiat uelamina faunus:
Traditur antiqui fabula plena ioci.
Forte comes dominæ iuuenis tirynthius ibat:
Vidit ab excelſo faunus utrumque loco.
Vidit & incaluit:montanaque numina dixit
Nil mihi uobiſcum eſt:hic meus ardor erit.
Ibat odoratis humeros perfuſa capillis
Mæonis:aurato conſpicienda ſinu.
Aurea pellebant tepidos umbracula ſoles:
Quæ tamen herculeæ ſuſtinuere manus.
Iam bacchi nemus:& tmoli uineta tenebant:
Heſperus:& fuſco roſidus ibat equo.
Antra ſubit tophis laqueata & pumice uiuo:
Garrulus in primo limine riuus erat.
Dumque parant epulas:potandaq; uina miniſtri
Cultibus alciden inſtruit illa ſuis.
Dat tenues tunicas getulo murice tinctas:
Dat teretem zonam:qua modo cincta fuit.
Ventre minor zona eſt:tunicarum uincla relaxat:
Vt poſſet magnas exeruiſſe manus.
Fregerat armillas non illa ad brachia factas:
Scindebat magni uincula parua pedes.
Illa capit clauamq; grauem:ſpoliumq; leonis:
Conditaque in pharetra tela minora ſua.
Sic epulis functi:ſic dant ſua corpora ſomno:
Et poſitis iuxta ſecubuere toris.
Cauſa repertori uitis quia ſacra parabant:
Quæ facerent pure:cum foret orta dies.
Noctis erat medium:quid non amor iprobus audet?
Roſida per tenebras faunus ad antra ueni.
Vt que uidet comites ſomno uinoque ſepultos:
Spem capit in dominis eſſe ſoporis idem.
Intrat & huc illuc temerarius errat adulter:
Et præfert cautas:ſubſequiturque manus.
Venerat ad ſtrati captata cubilia lecti:
Et fœlix prima ſorte futurus erat.
Vt tetegit fului ſetis hirſuta leonis
Vellera:pertimuit:ſubſtinuitque manus.
Attonituſque metu rediit:cæu ſæpe uiator
Turbatum uiſo rettulit angue pedem.
Inde tori:qui iunctus erat uelamina tangit
Mollia:mendaci

Mollia:mendaci decipiturque nota.
Ascendit:spondaque sibi propiore recumbit.
Et tumidum cornu durius inguen erat:
Interea tunicas ora subducit ab ima:
Horrebant densis aspera crura pilis.
Cætera tentantem cubito tyrinthius heros
Reppulit:& summo decidit ille toro.
Fit sonus & comites inclamat lumina poscit:
Meonis illaris ignibus acta patent.
Ille gemit lecto grauiter deiectus ab alto:
Membraque de dura uix sua tollit humo:
Ridet & alcides & qui uidere iacentem:
Ridet amatorem lyda puella suum.
Veste deus lusus.fallentes lumina uestes
Non amat:& nudos ad sua sacra uocat.
Adde peregrinis causas mea musa latinas.
Inque suo noster puluere currat equus:
Cornipedi fauno cæsa de more capella:
Venit ad exiguas turba uocata dapes.
Dumque sacerdotes uerubus transiecta salignis.
Exta parant medias sole tenente uias.
Romulus & frater:pastoralisque iuuentus.
Solibus & campo corpora nuda dabant.
Cestibus:& iaculis:& misso pondere saxi
Brachia per lusus experienda dabant.
Pastor ab excelso:per deuia rura iuuencos
Romulæ prædones:& reme dixit agunt.
Longum erat armari:diuersis exit uterque
Partibus occursu præda recepta remi est.
Vt rediit:uerubus stridentia detrahit exta:
Atque ait:hæc certe non nisi uictor edet.
Dicta facit fabiique simul uenit irritus illuc
Romulus:& mensas ossaque nuda uidet
Risit & indoluit fabios potuisse:remumque
Vincere quintilios non potuisse suos:
Fama manet facti:posito uelamine currunt:
Et memorem famam:qui bene gessit:habet:
Forsitan & quæres:cur sit locus ille lupercal:
Quæue locum tali nomine causa notet.
Siluia uestalis cælestia semina partu
Ediderat:patruo regna tenente suo.
Is iubet auferri paruos & in amne necari:
Quid facis:ex istis romulus alter erit.
Iussa recusantes peragunt lachrymosa ministri.
Flent tamen:& geminos ad loca iussa ferunt.
Albula:quem tyberim mersus tyberinus in undis.
Reddidit hybernis forte tumebat aquis.
Hic ubi nunc fora sunt:lintres errare uideres:
Quaque iacent ualles maxime circe tuæ.
Huc ubi uenerunt:nec enim procedere possunt
Longius ex illis unus & alter ait:
Ah q̃ sunt similes:ah q̃ formosus uterque:
Plus tamen ex istis:iste uigoris habet.
Si genus arguitur uultu:nisi fallit imago:
Nescio quem uobis suspicor esse deum.
At siquis uestræ deus esset originis auctor:
In tam præcipiti tempore ferret opem
Ferret opem certe.si non ope mater egeret.
Quæ facta ex uno mater & orba die.
Nata simul moritura simul:simul ite sub undas:
Corpora:desierat:deposuitque sinu.
Vagierant ambo:pariter sensisse putares:
Hi redunt udis in sua tecta genis.
Sustinet impositos summa cauus alueus unda:
Heu quantum fati parua tabella tulit.

Romulus & Remus
Sexti Aurelii Victoris libro primo de gradu primo.

Lupa cubat.

Syluia.

Tyberis antea Albula dictus.

A lueus in limo ſiluis appulſus opacis
Paulatim fluio deficiente ſedet.
Arbor erat remanent ueſtigia quæque uocatur
Romula nunc ficus: rumula ficus erat:
Venit ad expoſitos mirum lupa fœta gemellos.
Quis credat pueris non nocuiſſe feram?
Non nocuiſſe pauet eſt: pdeſt quoq; quos lupa nutrit
Perdere cognatæ ſubſtinuere manus.
Conſtitit: & cauda teneris blanditur alumnis:
Et lingit lingua corpora bina ſua.
Marte ſatos ſcires: timor abfuit: ubera fugunt.
Nec ſibi promiſſi lactis aluntur ope.
Illa loco nomen fecit: locus ille lupercal.
Magna dati nutrix præmia lactis habet
Quis uetat arcadio dictos a monte lupercos?
Faunus in arcadia templa lycæus habet:
Nupta quid expectas? non tu pallentibus herbis:
Nec prece: nec magico carmine mater eris.
Excipe fœcundæ patienter uerbera dextræ:
Iam ſocer optatum nomen habebit aui:
Nam fuit illa dies dura cum forte maritæ.
Reddebant uteri pignora rara ſui:
Quid mihi clamabat: prodeſt rapuiſſe ſabinas.
Romulus? hoc illo ſcæptra tenente fuit:
Si mea non uires: ſed bellum iniuria fecit:
Vtilius fuerat non rapuiſſe nurus.
Monte ſub exquilio multis incæduus annis:
Iunonis magnæ nomine lucus erat:
Huc ubi uenerunt pariter nuptæque uirique:
Suppliciter poſito procubuere genu.
Cum ſubito motæ tremuere cacumina ſiluæ:
Eſt dea per lucos mira locuta ſuos.
Italicas matres inquit: ſacer hircus inito
Obſtupuit dubio territa turba ſono.
Augur erat nomen longis intercidit annis:
Nuper ab ethruſca uenerat exul humo.
Ille caprum mactat iuſſæ ſua terga puellæ:
Pellibus exemptis percutienda dabant.
Luna reſumebat decimo noua cornua motu:
Virque pater ſubito: nuptaque mater erat.
Gratia lucinæ: dedit hæc tibi nomina lucus:
Aut quia principium tu dæa lucis habes.
Parce precor grauidis facinis lucina puellis:
Maturumque utero molliter aufert onus.
Orta dies fuerit: tu deſine credere uentis:
Perdidit illius temporis aura fidem.
Flamina non conſtant: & ſax reſerata diebus
Carceris æolii ianua lata patet:
Iam leuis obliqua ſubſedit aquarius urna:
Proximus æthereos excipe piſces equos.
Te memorant fratremque tuum: nã iuncta micatis:
Signa duos tergo ſubſtinuiſſe deos.
Terribilem quondam fugiens typhona dione:
Tunc cum pro cælo iuppiter arma tulit:
Venit ad euphratem comitata cupidine paruo:
Inque paleſtinæ margine ſedit aquæ.
Populus & cannæ. riparum ſumma tegebant
Spemque dabant ſalices hos quoque poſſe tegi:
Eum latet inſonuit uento nemus illa timore.
Pallet: & hoſtiles credit adeſſe manus.
Vtque ſinu tenuit natum: ſuccurrite nymphæ.
Et diis auxilium ferte duobus ait.
Nec mora proſiluit: piſces ſubiere gemelli:
Pro quo: quæ cernis: ſidera nomen habent.
Inde nephas dicunt genus hoc imponere menſis:

Ne uiolent

Ne uiolent timi piſcibus ora ſyri:
Proxima lux uacua eſt:at tertia dicta quirino:
Qui tenet hoc nomen romulus ante fuit.
Siue quod haſta quiris priſcis eſt dicta ſabinis:
Bellicus a telo uenit in aſtra deus.
Siue ſuo regi nomen poſuere quirites
Seu quia romanis iunxerat ille cures:
Nam pater armipotens poſtq̃ noua mœnia uidit:
Multaque romulea bella peracta manu.
Iuppiter inquit habet romana potentia uires:
Sanguinis officio non eget illa mei.
Redde patri natum:quanuis intercidit alter:
Pro ſe:proque remo:qui mihi reſtat erit:
Vnus erit quem tu tolles in ſidera cæli.
Tu mihi dixiſti:ſint rata dicta iouis.
Iuppiter annuerat:nutu tremefactus uterque
Eſt populus:& cœli pondera mouit atlas.
Eſt locus:antiqui capreæ dixere paludem:
Forte tuis illic romule iura dabas.
Sol fugit:& remouent ſubeuntia nubila cœlum:
Et grauis effuſis decidit imber aquis.
Hinc tona:hinc miſſis trabrumpitur ignibus æther:
Fit fuga rex patriis aſtra petebat aquis
Luctus erat:falſæque patres in crimine cædis:
Hæſiſſetque animis forſitan ipſa fides
Sed procul e longa ueniebat iulius alba:
Lunaque ſurgebat:nec facis uſus erat.
Quum ſubito motu ſpes tremuere ſiniſtræ.
Rettulit ille gradus:horruerantque comæ.
Pulcher & humano maior:trabeaque decorus
Romulus in media uiſus adeſſe uia.
Et dixiſſe ſimul:prohibe lugere quirites:
Ne uiolent lachrymis numina noſtra ſuis:
Tura ferant placentque nouũ pia turba quirinum:
Et patrias artes:militiamque colant.
Iuſſit & in tenues oculis euanuit auras.
Conuocat hic patres:iuſſaque uerba refert.
Templa deo fiunt:collis quoq; dictus ab illo eſt:
Et referunt certi ſacra paterna dies.
Lux quoque cur eadem ſtultorum feſta uocetur:
Accipe parua quidem cauſa:ſed apta ſubeſt.
Non habuit doctos tellus antiqua colonos:
Laſſabant agiles aſpera bella uiros.
Plus erat in gladio q̃ curuo laudis aratro:
Neglectus domino pauca ferebat ager.
Farra tamen ueteres iaciebant farra metebant:
Primitias certi farra reſecta dabant
Vſibus admoniti flammis torrenda dederunt:
Multaque peccato damna tulere ſuo.
Nam modo urrebant nigras pro farre fauillas:
Nunc ipſas ignes corripuere caſas.
Facta dea eſt fornax:læti fornace coloni
Orant:ut fruges temperet illa ſuas.
Curio legitimis tunc fornacalia uerbis
Maximus indixit:nec ſtata ſacra facit.
Inque foro multa circum pendente tabella
Signatur certa curia quæque nota:
Stultaque pars populi quæ ſit ſua curia neſcit:
Sed facit extrema ſacra relicta die.
Eſt honor & tumulis animas placare paternas:
Paruaque in extructas:munera ferre pyras.
Parua petunt manes:pietas pro diuite grata eſt
Munere non auidos ſtyx habet ima deos.
Tegula porrectis ſatis eſt uallata coronis:
Et ſparſæ fruges:paruaque mica ſalis.

Inque mero mollita ceres:uiolæque ſolutæ:
Hæc habeat midia teſta relicta uia.
Nec maiora ueto:ſed & his placabilis umbra eſt.
Adde preces poſitis & ſua uerba focis.
Hunc morem æneas pietatis idoneus auctor
Attulit in terras iuſte latine tuas.
Ille patris gennio ſolennia dona ferebat:
Hinc populi titus edidicere nouos.
At quondam dum longa gerunt pugnacibus armis:
Bella parentales deſeruere dies.
Non impune fuit:nam dicitur omine ab iſto.
Roma ſub urbanis incaluiſſe rogis.
Vix equidem credo.buſtis exiſſe feruntur:
Et tacite quæſti tempore noctis aui.
Perque uias urbis latoſque ululaſſe per agros.
Deformes animas uulgus inane ferunt.
Poſtea præteriti tumulis redduntur honores:
Prodigiiſque uenit funeribuſque modus
Dum tamen hæc fient:uiduæ ceſſate puellæ.
Expectet puros pinea tæda dies:
Nec tibi:quæ cupidæ matura uidebere matri:
Comat uirgineas haſta recurua comas.
Conde tuas hymenæe faces & ab ignibus atris
Aufer habent alias mœſta ſepulchra faces.
Dii quoque templorum foribus cælentur opertis:
Ture uacent aræ ſtentque ſine igne foci.
Nunc animæ tenues:& corpora functa ſepulchris
Errant nunc poſito paſcitur umbra cibo.
Non tamen hoc ultra:q̄ quot de menſe ſuperſunt
Luciferi:quot habent carmina noſtra pedes:
Hanc:quia iuſta ferunt:dixere feralia lucem:
Vltima placandis manibus illa dies.
Ecce anus in mediis reſidens annoſa puellis
Sacra facit tacite:non tamen ipſa tacet.
Et digitis tria tura tribus ſub limine ponit.
Qua breuis occultum mus ſibi fecit iter.
Tunc cantata tenet cum fuſco litia plumbo:
Et ſeptem nigras uerſat in ore fabas.
Quodque pice aſtrinxit:quod acu traiecit ahena:
Obſutum menta torret in igne caput:
Vina quoque inſtillat:uini quodcunq; relictum eſt:
Aut ipſa aut comites:plus tamen ipſa bibit.
Hoſtilis linguas:inimicaque iunximus ora:
Dicit deſcendens: ebriaque exit anus
Protinus a nobis:quæ ſit dea muta requires:
Diſce:per antiquos quæ mihi nota ſenes:
Iuppiter immodico iuturne uictus amore
Multa tulit:tanto non patienda deo
Illa modo in ſyluis inter coryleta iacebat:
Nunc incognatas diſſiliebat aquas.
Conuocat hic nymphas latium quæcunque tenebāt:
Et iacit in medio talia uerba choro.
Inuidet ipſa ſibi:uitatque:quod expedit illi.
Veſtra ſoror:ſummo concubuiſſe deo.
Conſulite ambobus nanque ē mea magna uoluptas:
Vtilitas ueſtræ magna ſororis erit.
Vos illi in prrma fugienti obſiſtite ripa.
Ne ſua fluminea corpora mergat aqua
Dixerat:annuerant nymphæ tyberinides omnes
Quæque colunt thalamos ilia diua tuos.
Forte fuit nais lara nomine prima ſed illi
Bis dicta antiquum ſyllaba:nomen erat:
Ex uitio poſitum:ſæpe illi dixerat almo:
Nata tene linguam:nec tamen illa tenet:
Quæ ac ſimul tetigit iuturnæ ſtagna ſororis:

Effuge ait

Effuge ait ripas:dicta refertque iouis.
Illa etiam iunonem adiit miserataque nymphas:
Naida iuturnam uir tuus inquit amat.
Iuppiter intumuit:quaque est non usa modeste
Eripit huic linguam:mercuriumque uocat.
Duc hanc ad manes:locus ille silentibus aptus:
Nympha:sed infernæ nympha paludis:erit.
Iussa iouis fiunt:accepit lucus euntes:
Dicitur illa duci tunc placuisse deo.
Vim parat hic:uultu pro uerbis illa precatur
Et frustra muto nititur ore loqui.
Fitque grauis:geminosque parit:qui cõpita seruãt:
Et uigilant nostra semper in urbe lares
Proxima cognati dixere charistia chari:
Et uenit ad socios turba propinqua deos:
Scilicet a tumulis:& qui periere propinquis:
Protinus ad uiuos ora referre iuuat.
Postque tot amissos quicquid de sanguine restat:
Aspicere & generis dinumerare gradus:
Innocui ueniant:procul hic procul impius esto
Frater & in partus mater acerba suos.
Cui pater est uiuax:qui matris digerit annos:
Quæ premit in uisam socrus iniqua nurum.
Tantalidæ fratres absint:& iasonis uxor:
Et quæ ruricolis semina tosta dedit.
Et soror:& progne:tereusque duabus iniquus:
Et quicunque suas per scelus auget opes
Diis generis date tura boni concordia fertur
Illo præcipue mitis adesse die.
Et libate dapes:ut grati pignus amoris
Nutriat intinctos missa patella cibos.
Iam tibi suadebit placidos nox humida somnos.
Larga precaturi sumite uina manu:
Et bene nos:bene tu patriæ pater optime cæsar
Dicite:suffuso per sacra uerba mero.
Nox ubi transierit solito celebretur honore:
Separat indicio qui deus arua suo:
Termine siue lapis:siue es defossus in agro
Stipes ab antiquis tu quoque numen habes.
Te duo diuersa domini de parte coronant:
Binaque serta tibi:binaque liba ferunt.
Ara fit hic:ignem curta fert rustica testa
Sumptum de tepidis ipsa colona focis:
Ligna senex minuit:concisaque construit alte:
Et solida ramos figere tentat humo.
Tunc sicco primas irritat cortice flammas:
Stat puer & manibus lata canistra tenet:
Inde ubi ter fruges medios immisit in ignes:
Porrigit incisos filia parua fauos.
Vina tenent alii:libantur singula flammis:
Spectant & linguis candida turba fauet.
Spargitur & cæso communis terminus agno:
Nec queritur:lactens cum sibi porca datur.
Conueniunt:cælebrantque dapes uicinia supplex:
Et cantant laudes termine sancte tuas.
Tu populos:urbesque:& regna ingentia finis:
Omnis erit sine te litigiosus ager.
Nulla tibi ambitio est nullo:corrumperis auro.
Legitima seruas credita rura fide.
Si tu signasses olim tyreida terram:
Corpora non læto missa trecenta forent.
Non foret othryades congestis tectus in armis:
O quantum patriæ sanguinis ille dedit.
Quid noua cum fierent?capitolia nempe deorum
Cuncta ioui cessit turba:locumque dedit.

Terminus ut ueteres memorant inuentus in æde
Restitit: & magno cum ioue templa tenet.
Nunc quoque: se supera nequid nisi sydera cernat:
Exiguum templi tecta foramen habent.
Termine post illud leuitas tibi libera non est.
Qua positus fueris in statione manes.
Nec tu uicino quicquam concede roganti:
Ne uideare hominem præposuisse ioui.
Et seu uomeribus: seu tu pulsabere rastris:
Clamato: tuus est hic ager: ille suus.
Est uia: quæ populum laurentes ducit in agros:
Quondam dardanio regna petita duci.
Illam lanigeri pecoris tibi termine fibris
Sacra uidet fieri sextus ab urbe lapis.
Gentibus est aliis data tellus limite certo:
Romanæ spacium est urbis & orbis idem.
Nunc mihi dicenda est regis fuga: traxit ab illa
Sextus ab extremo nomina mense dies.
Vltima tarquinius romanæ gentis habebat
Regna uir iniustus: fortis ad arma tamen.
Cœperat hic alias: alias euerterat urbes:
Et gabios turpi fecerat arte suos.
Nanque trium minimus proles manifesta superbi
In medios hostes nocte silente uenit.
Nudarunt gladios: occidite dixit inermem
Hoc cupiunt fratres: tarquiniusque pater:
Qui mea crudeli lacerauit uerbera terga
Dicere ut hoc posset uerbera passus erat.
Luna fuit: spectant iuuenem gladiosque recondunt:
Tergaque deducta ueste notata uident.
Flent quoque & ut secum tueatur bella precantur:
Callidus ignaris annuit ille uiris.
Iamque potens: misso genitorem appellat amico:
Pergendi gabios quod sibi monstret iter.
Hortus odoratis suberat cultissimus herbis
Septus humum riuo lene sonantis aquæ.
Illic tarquinius mandata latentia nati.
Accipit & uirga lilia suma metit:
Nuncius ut rediit: decussaque lilia dixit:
Filius agnosco iussa parentis ait.
Nec mora principibus cæsis ex urbe gabina:
Traduntur ducibus mœnia nuda suis:
Ecce nephas uisu: mediis altaribus anguis
Exit: & extinctis ignibus exta rapit.
Consulitur phœbus: sors est ita reddita: matri:
Qui dederit primus oscula: uictor erit.
Oscula quisque suæ matri properata tulerunt:
Non intellecto credula turba deo.
Brutus erat stulti sapiens imitator: ut esset.
Tutus ab insidiis dire superbe tuis.
Ille iacens pronus matri dedit oscula terræ:
Creditus offenso procubuisse pede.
Cingitur interea romanis ardea signis
Et patitur longas obsidione moras:
Dum uacat & metuunt hostes committere pugnam:
Luditur in castris: ocia miles agit.
Tarquinius iuuenis socios dapibusque meroque
Accipit: ex illis rege creatus: ait.
Dum nos sollicitos pigro tenet ardea bello:
Nec sinit ad patrios arma referre deos:
Ecquid in officio torus est socialis? & ecquid
Coniugibus nostris mutua cura sumus?
Quisque suam laudat: studiis certamina crescunt:
Et feruet multo linguaque corque mero:
Surgit cui dederat clarum collatia nomen.

Non opus

Non opus eſt uerbis:credite rebus ait.
Nox ſupereſt:tollamur equis:urbemque petamus.
Dicta placent frenis impediuntur equi.
Pertulerant dominos:regalia protinus illi
Tecta petunt.cuſtos in fore nullus erat.
Ecce nurum regis fuſis per colla coronis
Inueniunt poſito peruigilare mero.
Inde cito paſſu petitur lucrecia:cuius
Ante torum calathi:lanaque mollis erat.
Lumen ad exiguum famulæ data penſa trahebant:
Inter quas tenui ſic ait illa ſono.
Mittenda eſt domino nunc:nunc properare puellæ
Quam primum noſtra facta lacerna manu.
Quid tamen audiſtis:nam plura audire poteſtis
Quantum de bello dicitur eſſe ſuper:
Poſtmodo uicta cades:melioribus ardea reſtat
Improba:quæ noſtros cogis abeſſe uiros.
Sint tantum reduces:ſed enim temerarius ille
Eſt meus & ſtricto quolibet enſe ruit.
Mens abiit & morior quotiens pugnantis imago
Me ſubit:& gelidum frigora pectus habent.
Deſinit in lachrymis:incœptaque fila remiſit:
In gremio uultum depoſuitque ſuo.
Hoc ipſam decuit:lachrymæ decuere pudicam:
Et facies animo dignaque parque fuit.
Pone metum ueni coniunx ait illa reuixit:
Deque uiri collo dulce pependit onus.
Interea iuuenis furiales regius ignes
Concipit & cæco raptus amore furit.
Forma placet:niueuſque:color flauique capilli
Quique aderat nulla factus ab arte decor.
Verba placent & uox:& quem corrumpere non eſt:
Quoque minor ſpes eſt:hoc magis ille cupit.
Iam dederat cantus lucis prænuncius ales:
Quum referunt iuuenes in ſua caſtra pedes:
Carpitur attonitos abſentis imagine ſenſus:
Ille recordanti plura magiſque placent.
Sic ſedit:ſic culta fuit:ſic ſtamina neuit:
Iniectæ collo ſic iacuere comæ.
Hos habuit uultus:hæc illi uerba fuerunt:
Hic color:hæc facies:hic decor oris erat:
Vt ſolet a magno fluctus langueſcere flatu:
Sed tamen a uento:qui fuit:unda tumet.
Sic quanuis aberat placitæ præſentia formæ:
Quem dederat præſens forma:manebat amor.
Ardet:& iniuſti ſtimulis agitatus amoris:
Comparat indigno uimque metumque toro
Exitus in dubio eſt:audebimus ultima dixit:
Viderit audentes forſque uenuſque iuuat.
Cœpimus audendo gabios quoque:talia fatus
Enſe latus cinxit:tergaque præſſit equi.
Accipit ærata iuuenem collatia porta:
Condere iam uultus ſole parante ſuos.
Hoſtis ut hoſpes init penetralia collatini
Comiter excipitur:ſanguine iunctus erat.
Quantum animis erroris ineſt:parat inſcia rerum
Infœlix epulas hoſtibus illa ſuis.
Functus erat dapibus:poſcunt ſua tempora ſomnū:
Nox erat & tota lumina nulla domo.
Surgit & aurata uagina liberat enſem:
Et uenit inthalamos nupta pudica tuos.
Vtque torum preſſit:ferrum lucretia mecum eſt:
Natus ait regis:tarquiniuſque uocor.
Illa nihil:neque enim uocem uireſque loquendi:
Aut aliquid toto pectore mentis habet.

Sed tremit ut quondam ſtabulis deprehenſa relictis
Parua ſub infeſto cum iacet agna lupo.
Quid faciat? pugnet? uincetur fœmina pugnans.
Clamet? at in dextra: qui uetet: enſis erat:
Effugiat poſitis? urgentur pectora palmis:
Tunc primum externa pectora tacta manu.
Inſtat amans hoſtis: precio: precibuſque miniſque
Nec prece: nec precio: nec mouet ille minis.
Nil agis eripiam dixit per crimina uitam:
Falſus adulterii teſtis adulter ero.
Interimam famulum: cũ quo deprehenſa fereris:
Succubuit famæ uicta puella metu.
Quid uictor gaudes? hæc te uictoria perdet:
Heu quanto regnis nox ſtetit una tuis.
Iamque erat orta dies: ſparſis ſedet illa capillis:
Vt ſolet ad nati mater itura rogum.
Grandæuumque patrem fido cum coniuge caſtris
Euocat: & poſita uenit uterque mora.
Vtque uident habitum: quæ luctus cauſa requirunt
Cui paret exequias: quoue ſit icta modo.
Illa diu reticet: pudibundaque celat amictu
Ora: fluunt lachrymæ more perennis aquæ.
Hinc pater: hinc coniunx lachrymas ſolantur & orãt
Indicet: & cæco flentque pauentque metu.
Ter conata loqui: ter deſtitit: auſaque quarto
Non oculos ideo ſuſtulit illa ſuos.
Hoc quoque tarquinio debebimus: eloquar? inquit:
Eloquar infœlix dedecus ipſa meum?
Quæque poteſt narrat: reſtabant ultima fleuit.
Et matronales erubuere genæ.
Dant ueniam facto: genitor coniunxque coactæ:
Quam dixit ueniam uos datis: ipſa nego.
Nec mora cælato fixit ſua pectora ferro:
Et cadit in patrios ſanguinolenta pedes:
Tunc quoque iam moriens ne nõ procũbat honeſte:
Reſpicit hæc etiam cura cadentis erat.
Ecce ſuper corpus: communia damna gementes
Obliti decoris uirque paterque iacent.
Brutus adeſt: tandemque animo ſua nomina fallit:
Fixaque ſemianimi corpore tela rapit.
Stillantemque tenens generoſo ſanguine cultrum:
Edidit in pauidos ore minante ſonos.
Per tibi ego hunc iuro fortem: caſtumque cruorem
Perque tuos manes: qui mihi numen erunt:
Tarquinium profuga pœnas cum ſtirpe daturum:
Iam ſatis eſt uirtus diſſimulata diu:
Illa iacens ad uerba oculos ſine lumine mouit:
Viſaque concuſſa dicta probare coma.
Fertur in exequias animi matrona uirilis.
Et ſecum lachrymas: inuidiamque trahit.
Vulnus inane patet: brutus clamore quirites
Concitat & regis facta nefanda refert.
Tarquinius cum prole fugit: capit annua conſul
Iura dies regnis illa ſuprema fuit.
Fallimur? an ueris prænuncia uenit hirundo:
Et metuit ne qua uerſa recurrat hyems.
Sæpe tamen progne nimium properaſſe quæreris:
Virque tuo tereus frigore lætus erit.
Iamque duæ reſtant noctes de menſe ſecundo:
Marſque citos iunctis curribus urget equos:
Ex uero poſitum permanſit equiria nomen:
Quæ deus in campo perſpicit ipſe ſuo.
Iure uenis gradiue: locum tua tempora poſcunt:
Signatuſque nomine menſis adeſt.
Venimus in portum: libro cum menſe peracto:

Nauiget hinc

Nauiget hinc alia iam mihi linter aqua:

PVBLII OVI. NASONIS FASTORVM LIBER. III.

BEllice depositis clypeo paulisper & hasta
Mars adest & nitidas cassside solue comas
Forsitan ipse roges: qd sit cũ marte poetæ
A te qui canitur: nomina mensis habet:
Ipse uides mãibus pagi fera bella mineruæ
Non minus ingenuis artibus illa uacat.
Palladis exemplo ponendæ tempora sume
Cuspidis inuenies & quid inermis agas.
Tunc quoque inermis eras: cum te romana sacerdos
Cæpit: ut huic urbi semina magna dares:
Siluia uestalis: quid enim uitat inde moueri?
Sacra lauaturas mane petebat aquas.
Ventum erat ad molem decliui tramite ripam:
Ponitur e summa fictilis urna coma.
Fessa resedit humo: uentosque accepit aperto
Pectore turbatas restituitque comas:
Dum sedet umbrosæ salices uolucresque canoræ
Fecerunt somnos: & leue murmur aquæ.
Blanda quies furtim uictis surrepsit ocellis:
Et cadit a mento languida facta manus:
Mars uidet hanc: uisamque cupit: potiturque cupita
Et sua diuina furta fefellit ope.
Somnus abit. iacet ipsa grauis. iam scilicet intra
Viscere romanæ conditor urbis erat.
Languida quum surgit: nescit cur languida surgat:
Et peragit tales arbore nixa sonos.
Vtile sit faustumque precor: quod imagine somni
Vidimus: an somno clarius illud erat.
Ignibus iliacis aderam: cum lapsa capillis
Decidit ante sacros lanea uitta focos.
Inde duæ pariter: uisu mirabile: palmæ
Surgunt: ex illis altera maior erat.
Et grauibus ramis totum protexerat orbem:
Contigeratque sua sydera summa coma.
Ecce meus ferrum patruus mollitur in illas.
Terreor admonitu: corque timore micat
Martia picus auis gemino pro stipite pugnant:
Et lupa tuta per hos utraque palma fuit.
Dixerat & plenam non firmis uiribus urnam
Sustulit: implerat: dum sua uisa refert.
Interea crescente remo: crescente quirino:
Cælesti tumidus pondere uenter erat.
Quo minus e meritis exiret cursibus annus:
Restabant nitido iam duo signa deo.
Siluia fit mater: uestæ simulacra feruntur:
Virgineas oculis opposuisse manus.
Ara deæ certe tremuit pariente ministra:
Et subiit cineres territa flamma suos:
Hoc ubi cognouit contemptor amuliusæque:
Nam raptas fratris uictor habebat opes:
Amne iubet mergit geminos. scelus unda refugit:
In sicca pueri destituuntur humo.
Lacte quis infantes nescit creuisse ferino?
Et picum expositis sæpe tulisse cibos?
Non ego te tantæ nutrix laurentia gentis:
Nec taceam uestras faustule pauper opes.
Vester honor ueniet: quum laurentalia dicam:
Acceptus geniis illa december habet.
Martia ter senos proles adoleuerat annos:
Et suberat flaue iam noua barba comæ.
Omnibus agricolis: armentorumque ministris
Iliadæ fratres iura petita dabant.
Sæpe domum ueniunt prædonum sanguine læti:

Et redigunt actos in sua rura boues.
Vt genus audierant: animos pater editus auget:
Et pudet in paruis nomen habere casis.
Romuleoque cadit traiectus amulius ense:
Regnaque longeuo restituuntur auo.
Mœnia conduntur. quæ quamuis parua fuerunt.
Non tamen expediit transiluisse remo.
Iam modo quæ fuerant siluæ pecorumq; recessus:
Vrbs erat æternæ quum pater urbis ait:
Arbiter armorum de cuius sanguine credor:
Natus: & ut credar pignora multa dabo.
Ate principium romano dicimus anno.
Primus de patrio nomine mensis erit.
Vox rata fit: patrioque uocat de nomine mensem:
Dicitur hæc pietas grata fuisse deo.
Et tamen ante omnes martem coluere priores:
Hoc dederat studiis bellica turba suis.
Pallada cecropidæ: minoia creta dianam:
Vulcanum tellus hypsipilea colit.
Iunonem spartæ: pelo peiadesque mycenæ.
Pinigerum fauni mænalis ora caput.
Mars latio uenerandus erat: quia præsidet armis:
Arma feræ genti: remque decusque dabant.
Quod si forte uacat: peregrinos inspice fastos:
Mensis in his etiam nomine martis erit:
Tertius albanis: quintus fuit ille falisci:
Sextus apud populos hernica terra tuos:
Inter aricinos albanaque tempora constat:
Factaque telegoni mœnia celsa manu.
Quintum laurentes: bisquintum equiculus acer:
Atribus hunc primum turba forensis habet.
Et tibi cum proauis miles peligne sabinis
Conuenit huic genti quartus utrique deus:
Romulus hos omnes ut uinceret ordine saltem:
Sanguinis auctori tempora prima dedit.
Nec totidem ueteres: quod nunc habuere calendas:
Ille minor geminis mensibus annus erat.
Nondum tradiderat uictas uictoribus artes
Græcia facundum sed male forte genus.
Qui bene pugnabat: romanam nouerat artem:
Mittere qui poterat pila disertus erat.
Qui tunc aut hyades: aut pleiadas atlanteas
Senserat: aut geminos esse sub axa polos:
Esse duas arctos: quarum cynosura petatur
Sidoniis: elicen graia carina notet:
Signaque: quæ longo frater percenseat anno:
Ire per hæc uno mense sororis equos:
Libera currebant nec obseruata per annum
Sydera constabat sed tamen esse deos:
Non illi cœlo labentia signa tenebant:
Sed sua: quæ magnum perdere crimen erat.
Illa quidem fœno: sed erat reuerentia fœno:
Quantam nunc aquilas cernis habere tuas.
Pertica suspensos portabat longa maniplos:
Inde maniplaris nomina miles habet.
Ergo animi in dociles: & adhuc ratione carentes
Mensibus egerunt lustra minora decem.
Annus erat: decimum quum luna receperat orbem:
Hic numerus magno tunc in honore fuit.
Seu quia tot digiti: per quos numerare solemus:
Seu quia bisquino fœmina mense parit.
Seu quod aduscq; decem numero crescente uenitur:
Principium spatiis sumitur inde nouis.
Inde patres centum denos secreuit in orbes
Romulus: hastatos instituitque decem.

Et totidem

Et totidem princeps:totidem pilanus habebat
Corpora legitimo quique merebat equo.
Quin etiam partes totidem tatiensibus ille
Quosque uocant ramnes luceribusque dedit.
Assuetos igitur numeros seruauit in anno.
Hoc luget spatio fœmina mœsta uirum:
Neu dubites primæ fuerint quin ante calendæ
Martis ad hæc animum signa referre potes.
Laurea flaminibus quæ toto perstitit anno.
Tollitur:& frondes sunt in honore nouæ.
Ianua tunc regis posita uiret arbore phœbi
Ante tuas itidem cura prisca fores.
Vesta quoque ut folio niteat uelata recenti:
Cedit abiliacis aurea cana focis.
Adde quod arcana fieri nouus ignis in æde:
Dicitur:& uires flamma refecta capit.
Nec mihi parua fides hinc annos esse priores:
Anna quod hoc cœpta est mense perenna coli.
Hinc etiam ueteres initi memorantur honores
Ad spatium belli perfide pœne tui.
Deniq; quintus ab hoc fuerat quintilis:& inde
Incipit: a numero nomina quisquis habet.
Primus oliuiferis romam deductus ab aruis
Pompilius menses sensit abesse duos.
Siue erat a samio doctus:qui posse renasci
Nos putat:egeria siue monente sua:
Sed tamen errabant etiam tunc tempora:donec
Cæsaris in multis hæc quoque cura fuit.
Non hæc ille deus tantæque propaginis auctor
Credidit officiis esse minora suis.
Promissumpue sibi uoluit prænoscere cœlum
Nec deus ignotas hospes inire domos.
Ille moras solis:quibus in sua signa rediret:
Traditur exactis disposuisse notis.
Is decies senos tercentum & quinque diebus
Iunxit & epleno tempora quinta die.
Hinc anni modus est:in lustrum accedere debet:
Quæ consumatur partibus:una dies.
Scilicet occultos monitus audire deorum
Vatibus:ut certe fama licere putat.
Cum sis officiis gradiue & uiribus aptus:
Dic mihi matronæ cur tua festa colant.
Sic ego:sic posita dixit mihi cassidemauors:
Sed tamen in dextra missilis hasta fuit.
Nunc primum studiis pacis deus utilis armis
Aduocor:& gressus in noua castra fero.
Nec piget incœpti:iuuat hac quoque parte morari:
Hoc solam nesse posse minerua putet.
Discelatinorum uates operose dierum
Quod peris:& memori pectore dicta nota.
Parua fuit si prima uelis elementa referre:
Roma sed in parua spes tamen huius erat.
Mœnia iam stabant populis angusta futuris:
Credita sed turbæ tunc nimis ampla suæ.
Quæ fuerit nostri:si quæris:regia nati.
Aspice de canna straminibusque domum:
In stipula placidi capiebat munera somni:
Et tamen ex illo uenit in astra toro.
Iamque loco maius nomen romanus habebat:
Nec coniunx illi:nec socer ullus erat.
Spernebat generos inopes uicinia diues:
Et male credebar sanguinis auctor ego.
In stabulis habitasse:& oues pauisse nocebat:
Iugeraque inculti pauca tenere soli.
Quum pare quæque suo coeunt uolucresque feræq;

Atque aliquam de qua procreet anguis habet.
Externis dantur connubia gentibus:at quæ
Romano uellet nubere nulla fuit.
Indolui:patriamque dedi tibi romulæ mentem:
Tolle præces dixi:quod petis arma dabunt:
Festa para conso;consus tibi cætera dicet:
Illo festa die dum sua sacra facis.
Intumuere cures:& quos dolor attigit idem:
Tunc primum generis intulit arma socer.
Jamque fere raptæ matrum quoq; nomen habebãt
Tractaque erant longa bella propinqua mora.
Conueniunt nuptæ dictam iunonis in ædem:
Quas inter mea sic est nurus ausa loqui:
Opariter raptæ;quoniam hoc commune tenemus:
Non ultra lentæ possumus esse ptæ.
Stant acies:sed utraque dei pro parte rogandi:
Eligite:hinc coniunx:hinc pater arma tenet.
Quærendum est:uiduæ fieri malitis:an orbæ.
Consilium uobis forte:piumque dabo.
Consilium dederat:parent:crinesque resoluunt:
Mœstaque funerea corpora uestæ tegunt.
Iam steterant acies ferro mortique paratæ:
Iam lituus pugnæ signa daturus erat.
Quum raptæ ueniunt inter patresque uirosque:
Inque sinu natos pignoracara tenent.
Vt medium campi sciſſis tetigere capillis:
In terram posito procubuere genu.
Et quasi sentirent:blando clamore nepotes:
Tendebant ad auos brachia parua suos:
Qui poterat:clamabat auum tunc denique uisum:
Et qui non poterat:posse coactus erat.
Tela uiris animique cadunt:gladiisque remotis
Dant soceri generis;accipiuntque manus.
Laudatasque tenent natas:scutoque nepotem
Fert auus:hic scuti dulcior usus erat.
Inde diem:primasque meas celebrare calendas
Oebaliæ matres non leue numen habent.
Aut quia committi strictis mucronibus ausæ
Finierant lachrymis martia bella suis.
Vel quod erat de me fœliciter ilia mater:
Rite colunt matres sacra diemque meum.
Quid quod hyems adoperta gelu:tunc deniq; cædit
Et pereunt lapsæ sole tepente niues
Arboribus redeunt detonsæ frigore frondes:
Viuidaque in tenero palmite gemma tumet.
Quæque diu latuit:nunc qua se tollat in auras
Fertilis occultas inuenit herba uias.
Nunc fœcundus ager:pecoris nunc hora creandi:
Nunc auis in ramo tecta laremque parat.
Tempora iure colunt latiæ fœcundæ parentes
Quarum militiam uotaque partus habet.
Adde quod excubias ubi rex romanus agebat:
Qui nunc exquilias nomina collis habet.
Illica nuribus iunoni templa latinis
Hac sunt si memini:publica facta die.
Quid moror?& uariis onero tua pectora causis?
Eminet ante oculos quod petis ecce tuos.
Mater amat nuptas:matrum me turba frequentat
Hæc nos præcipue tam pia causa decet.
Ferte deæ flores:gaudet florentibus herbis
Hæc dæa de tenero cingite flore caput.
Dicite:tu nobis lucem lucina dedisti:
Dicite tu uoto parturientis ades.
Si qua tamen grauida est resoluto crine precetur:
Vt soluat partus molliter illa suos:

Quis mihi

Quis mihi nunc dicet quare cæleſtia martis
Arma ferant ſalii:marmuriumque canant.
Nympha mone nemori:ſtagnoque adoperta dianæ
Nympha numæ coniunx ad tua feſta ueni.
Vallis aricinæ ſylua præcinctus opaca
Eſt locus antiqua relligione ſacer:
Hic latet hippolytus loris direptus equorum:
Vnde nemus nullis illud aditur equis.
Litia dependent longas uelantia ſæpes:
Et poſita eſt meritæ multa tabella deæ
Sæpe potens uoti frontem redimita coronis
Fœmina lucentes portat ab urbe faces.
Regna tenens fortes manibus:pedibuſque fugaces:
Et perit exemplo poſtmodo quiſque ſuo.
Defluit incerto lapidoſus murmure riuus:
Sæpe ſed exiguis hauſtibus inde bibit.
Egeria eſt quæ præbet aquas dea grata camœnis:
Illa numæ coniunx:conſiliumque fuit.
Principio nimium promptos ad bella quirites
Molliri placuit iure deumque metu.
Inde datæ leges:ne fortior omnia poſſet:
Cœptaque ſunt pure tradita ſacra coli.
Exuitur feritas:armiſque potentius æquum eſt:
Et cum ciue pudet conſeruiſſe manus.
Atque aliquis modo trux uiſa iam uertitur ara:
Vinaque dat tepidis:farraque falſa focis.
Ecce deum genitor rutilas per nubila flammas
Spargit:& effuſis æthera ſiccat aquis.
Non alias miſſi cecidere frequentius ignes.
Rex pauet & uulgi pectora terror habet.
Cui dea:ne nimium terrere:piabile fulmen
Eſt ait:& ſæui flectitur ira iouis.
Sed poterunt ritum:picus faunuſque piandi
Tradere romani numen utrunque ſoli.
Nec ſine ui tradent:adhibe tu uincula captis:
Atque ita qua poſſunt edidit arte capi.
Lucus auentino ſuberat niger ilicis umbra:
Quo poſſis uiſo dicere numen ineſt.
In medio gramen:muſcoque adoperta uirenti
Manabat ſaxo uena perennis aquæ:
Inde fere ſoli faunus:picuſque bibebant.
Huc uenit.& fonti rex numa mactat oucm.
Plenaque odorati diſponit pocula bacchi:
Cumque ſuis antro conditus ipſe latet:
Ad ſolitum ueniunt ſylueſtria numina fontem:
Et releuant multo pectora ſicca mero.
Vina quies ſequitur:gelido numa prodit ab antro:
Vinclaq; ſopitas addit in arcta manus.
Somnus ut abſceſſit:pugnando uincula tentant
Rumpere:pugnantes fortius illa tenent.
Tunc numa:dii nemorum factis ignoſcite noſtris:
Si ſcelus ingenio ſcitis abeſſe meo:
Quoque modo poſſit fulmen monſtrate piari:
Sic numa:ſic quotiens cornua faunus ait.
Magna petis:nec quæ monitu tibi dicere noſtro
Fas ſit:habent fines numina noſtra ſuos.
Dii ſumus agreſtes:& qui dominemur in altis
Montibus:arbitrium eſt in ſua tecta ioui.
Hunc tu non poteris per te deducere cœlo:
At poteris noſtra forſitan uſus ope.
Dixerat hæc faunus:par eſt ſententia pici.
Deme tamen nobis uincula picus ait.
Iuppiter huc ueniet ſumma perductus ab arce:
Nubila promiſſi ſtyx mihi teſtis erit.
Emiſſi laqueis quid agant:quæ carmina dicant:

Quaque trahant ſuperis ſedibus arte iouem:
Scire nefas homini eſt:nobis conceſſa canentur:
Quæque pio dici uatis ab ore licet:
Eliciunt cœlo te iuppiter:unde minores
Nunc quoque te celebrant:eliciumq; uocant.
Conſtat auentinæ tremuiſſe cacumina ſyluæ:
Terraque ſubſedit pondere preſſa iouis.
Corda micant regis:totoque e corpore ſanguis
Fugit:& hirſutæ diriguere comæ.
Vt rediitque animus:da certa piamina dixit
Fulminis:altorum rexque paterque deum.
Si tua contigimus manibus donaria puris:
Hoc quoque quod petitur:ſi pia lingua rogat.
Annuit oranti:uerumque ambage remota
Abdidit:& dubio terruit ore uirum:
Cæde caput dixit:cui rex:parebimus inquit.
Cædenda eſt hortis eruta cæpa meis.
Addidit hic:hominis ſumes ait ille capillos:
Poſtulat hic animam:cui numa piſcis ait.
Riſit:& hic inquit facito mea tela procures
O uir colloquio non abigende deum.
Sed tibi protulerit:cum totum craſtinus orbem
Cynthius:imperii pignora certa dabo.
Dixit & ingenti tonitru ſuper æthera notum
Fertur:adorantem deſtituitque numam.
Ille redit lætus memoratque quiritibus acta:
Tarda uenit dictis:difficiliſque fides:
At certe credemus ait:ſi uerba ſequetur
Exitus:en audi craſtina quiſquis ades:
Protulerit totum cum terris cynthius orbem.
Iuppiter imperii pignora certa dabit.
Diſcedunt dubii:promiſſaque tarda uidentur.
Dependetque fides adueniente die.
Mollis erat tellus:roraraque mane pruina:
Ante ſui populus limina regis adeſt.
Prodit & in ſolio medius conſedit acerno:
Innumeri circa ſtantque ſilentque uiri.
Ortus erat ſummo tantummodo margine phœbus
Sollicitæ mentes ſpeque metuque pauent.
Conſtitit:atque caput niueo uelatus amictu
Iam bene diis notas ſuſtulit ille manus.
Atque ita:tempus adeſt promiſſi muneris inquit:
Pollicitam dictis iuppiter adde fidem.
Dum loquitur:totum iam ſol emouerat orbem:
Et grauis æthereo uenit ab axe fragor.
Ter tonuit ſine nube deus:tria fulmina miſit:
Credite dicenti:mira ſed acta loquar:
A media cœlum regione dehiſcere cœpit:
Summiſere oculos cum duce turba ſuo.
Ecce leui ſcutum uerſatum leniter aura
Decidit:a populo clamor ad aſtra uenit.
Tollit munus humo:cæſa prius ille iuuenca:
Quæ dederat nulli colla premenda iugo.
Atque ancyle uocat:quod ab omni parte reciſum eſt
Quemque notes oculis:angulus omnis abeſt.
Tunc memor imperii ſortem conſiſtere in illo
Conſilium multæ calliditatis init.
Plura jubet fieri ſimili cælata figura:
Error ut ante oculos inſidiantis eat.
Mamurius:morum fabre ne exactior artis
Difficile eſt ulli dicere:clauſit opus.
Cui numa munificus facti pete præmia dixit.
Si mea nota fides:irrita nulla petes.
Iam dederat ſaliis a ſaltu nomina dicta:
Armaque:& ad certos uerba canenda modos.

Cum ſic

Cum ſic mamurius:merces mihi gloria detur.
Nominaque extremo carmine noſtra ſonent:
Inde ſacerdotes operi promiſſa uetuſto
Præmia perſoluunt:mamuriumque uocant:
Nubere ſi qua uoles:quamuis properabitis ambo
Differ:habent ~~paruæ commoda magna moræ.~~
Arma mouent pugnam:pugna eſt aliena maritis:
Condita cum fuerint aptius omen erit.
His etiam coniunx capitis diſcincta dialis
Lucibus:impexas debet habere comas.
Tertia nox dimenſa ſuos ubi mouerit ortus:
Conditus e geminis piſcibus alter erit.
Nam duo ſunt:auſtris hic eſt:aquilonibus ille
Proximus:a uentis nomen uterque tenet.
Quem croceis rorare genis tithonia coniunx
Cœperit:& quintæ tempora lucis aget.
Siue eſt arctophylax:ſiue eſt piger ille boetes
Mergetur:uiſus effugietque tuos.
At non effugiet uindemitor.hoc quoque cauſam
Vnde trahat ſydus parua docere mora eſt.
Ampelon intonſum ſatyro nymphaque creatum
Fertur in iſmariis bacchus amaſſe iugis.
Tradidit huic uitem pendentem e frondibus ulmi
Quæ nunc de pueri nomine nomen habet.
Dum legit in ramo pictas temerarius uuas:
Decidit:amiſſum liber in aſtra tulit.
Sextus ubi e terra cliuoſum ſcandet olympum
Phœbus:& alatis æthera carpet equis.
Quiſquis ades caſtæque colis penetralia ueſtæ:
Gratare:iliacis turaque pone focis.
Cæſaris innumeris:quos maluit ipſe mereri:
Acceſſit titulis pontificalis honor:
Ignibus æternis æterni numina præſunt
Cæſaris:imperii pignora iuncta uidet.
Dii ueteris troiæ digniſſima præda ferenti:
Qua grauis æneas tutus ab hoſte fuit:
Ortus ab ænea tangit cognata ſacerdos
Numina:cognatum ueſta tuere caput.
Quos ſancta fouet ille manu:bene uiuitis ignes:
Viuite inextincti:flammaque duxque precor.
Vna nota eſt marti nonis ſacrata quod illis
Templa purant lucoſue iouis ante tuos.
Romulus ut ſaxo lucum circundedit alto:
Quilibet huc dixit confuge:tutus eris:
O q̄ detenui romanus origine creuit:
Turba uetus q̄ non inuidioſa fuit.
Nec tamen ignaro nouitas tibi nominis obſtet.
Diſce quis iſte deus:curque uocetur ita.
Iuppiter eſt iuuenis:iuueniles aſpice uultus:
Aſpice deinde manus:fulmina nulla tenent.
Fulmina poſt auſos cælum affectare gigantes
Sumpta ioui:primo tempore inermis erat.
Ignibus oſſa nouis & pelion altior oſſa
Arſit:& in ſolida fixus olympus humo:
Stat quoque capra ſimul:nymphæ pauiſſe feruntur
Cretides:infanti lac dedit illa ioui.
Nunc uocor ad nomenue grandia farra coloni:
Quæ male creuerunt:ueſcaque parua uocant.
Vis ea ſi uerbi eſt:cur non egoue iouis ædem
Aedem non magni ſuſpicer eſſe iouis?
Iamque ubi cæruleum uariabunt ſydera cœlum
Suſpice gorgonei colla uidebis equi.
Creditur hic cæſæ grauidæ ceruice meduſæ
Sanguine reſperſis proſiluiſſe comis.
Huic ſupra nubes:& ſubter ſydera lapſo

Cœlum pro terra:pro pede penna fuit.
Iamque indignanti noua frena receperat oræ:
Quum leuis aonias ungula fodit aquas.
Nunc fruitur cœlo:quod pennis ante petebat:
Et nitidus ſtellis quinque decemque micat.
Protinus aſpicies uenienti nocte coronam
Gnoſida:theſeo crimine facta dea eſt:
Iam bene periuro mutarat coniuge bacchum:
Quæ dedit ingrato fila regenda uiro.
Sorte tori gaudens:quid flebam ruſtica dixit?
Vtiliter nobis perfidus ille fuit.
Interea liber depexos crinibus indos
Vicit:& eoo diues ab orbe redit.
Inter captiuas facie præſtante puellas
Grata nimis baccho filia regis erat.
Flebat amans coniunx:ſpaciataque littore curuo
Edidit incultis talia uerba comis.
En iterum fluctus ſimiles audite querelas.
En iterum lachrymas accipe harena meas.
Dicebam:memini:periure & perfide theſeu.
Ille abiit:eadem crimina bacchus habet.
Nunc quoque nulla uiro clamabo fœmina credat:
Nomine mutato cauſa relata mea eſt.
Outinam mea ſors quo primum cœperat:iſſet:
Iamque ego præſenti tempore nulla forem.
Quid me in deſertis morituram liber harenis
Seruabas?potui dedoluiſſe ſemel.
Bacche leuis leuiorque tuis quæ tempora cingunt
Frondibus:in lachrymas cognite bacche meas.
Auſus es ante oculos adducta pellice noſtros
Tam bene compoſitum ſollicitare torum.
Heus ubi pacta fides?ubi quæ iurare ſolebas?
Me miſeram quotiens hæc ego uerba loquor.
Theſea culpabas:fallacemque ipſe uocabas.
Iudicio peccas turpius ipſe tuo.
Neſciat hoc quiſquam:tacitiſq; doloribus uarr:
Ne totiens falli digna fuiſſe puter:
Præcipue cupiam cælari theſea:nec te
Conſortem cūlpæ gaudeat eſſe ſuæ.
At puto præpoſita eſt fuſcæ mihi candida pellex.
Eueniat noſtris hoſtibus ille collor.
Quid tamen hoc refert?uitio tibi gratior ipſo eſt:
Quid facis?amplexus inquinat illa tuos.
Bacche fidem præſta:nec præfer amoribus ullam
Coniugis:aſſueui ſemper amare uirum.
Cœperunt matrem formoſi cornua tauri:
Me tua:ſed lædit ille pudendus amor.
Ne noceat quod amo:nec enim tibi bacche nocebat
Quod flammas nobis faſſus es ipſe tuas:
Nec quod nos uris:mirum facis:ortus in igne
Diceris:& patria raptus ab igne manu.
Illa ego ſum:cui tu ſolitus promittere cœlum:
Hei mihi pro cœlo qualia dona fero.
Dixerat:audierat iam dudum uerba querentis
Liber:ut a tergo forte ſecutus erat.
Occupat amplexu:lachrymaſq; per oſcula ſiccat:
Et pariter cœli ſumnia petamus ait.
Tu mihi iuncta toro:mihi iuncta uocabula ſumes:
Nam tibi mutatæ libera nomen erit.
Sintq; tuæ tecum faciam monumenta coronæ:
Vulcanus ueneri quam dedit:illa tibi:
Dicta facit:gemmaſq; nouem tranſformat in ignes:
Aurea per ſtellas nunc micat illa nouem.
Sex ubi ſuſtulerit:totidem quoque deſeret orbes:
Purpureum rapido qui uehit axe diem:

Altera gramineo

Altera gramineo ſpectabis equiria campo:
Quem tyberis curuis in latus urget aquis.
Qui tamen eiecta ſi forte tenebitur unda:
Cælius accipiet puluerulentus equos.
Idibus eſt annæ feſtum geniale perennæ:
Non procul a ripis aduena thybri tuis.
Plæbs uenit:ac uirides paſſim diſiecta per herbas
Potat:& accumbit cum pare quiſque ſua.
Sub ioue pars durat.pauci tentoria ponunt.
Sunt quibus e ramis frondea facta caſa eſt.
Pars ibi pro rigidis calamos ſtatuere columnis:
Deſuper extentas impoſuere togas.
Sole tamen uinoque calent:annoſque precantur.
Quod ſumant cyathos:ad numerumque bibunt.
Inuenies illic:qui neſtoris ebibat annos:
Quæ ſit per calices facta ſibylla ſuos.
Illic & cantant quicquid didicere theatris:
Et iactant faciles ad ſua uerba manus.
Et ducunt poſito duras cratere choreas:
Cultaque diffuſis ſaltat amica comis.
Quum redunt titubant:& ſunt ſpectacula uulgi:
Et fortunatos obuia turba uocat.
Occurrit:nuper uiſa eſt mihi digna relatu
Pompa:ſenem potum pota trahebat anus.
Quæ tamen hæc dea ſit:quoniam rumoribus errat
Fabula propoſito nulla tegenda meo.
Arſerat æneæ dido miſerabilis igne:
Arſerat extructis in ſua fata rogis.
Compoſituſque ignis:tumuliq; in marmore carmen
Hoc breue:quod moriens ipſa reliquit:erat.
Præbuit æneas:& cauſam mortis & enſem:
Ipſa ſua dido concidit uſa manu.
Protinus inuadunt numidæ ſine uindice regnum:
Et potitur capta maurus hiarba domo.
Seque memor ſpretum:thalamis tamen inquit eliſæ
En ego quem totiens reppulit illa:fruor.
Diffugiunt tyrii quo quenque agit error:ut olim
Amniſſo dubiæ rege uocantur apes.
Tertia nudatas acceperat area meſſes:
Inque cauos ierant tertia muſta lacus.
Pellitur anna domo lachrymanſque ſororia liquit
Mœnia:germanæ iuſta dat ante ſuæ.
Miſta bibunt molles lachrymis unguenta fauillæ:
Vertice libatas accipiuntque comas.
Terque uale dixit:cineres ter ad ora relatos
Preſſit:& eſt illis uiſa ſubeſſe ſoror.
Nacta ratem:comiteſque fugæ pede labitur æquo:
Mœnia reſpicies:dulce ſororis opus.
Fertilis eſt melite ſterili uicina cocyræ
Inſula:quam libyci uerberat unda freti:
Hanc petit hoſpitio regis confiſa uetuſto
Hoſpes:opum dives rex ibi battus erat.
Qui poſtquam didicit caſus utriuſque ſororis:
Hæc inquit tellus quantulacunque tua eſt.
Et tamen hoſpitii ſeruaſſet ad ultima munus.
Sed timuit magnas pigmalionis opes:
Signa recenſebat bis ſol ſua:tertius ibat
Annus:& exilio terra paranda noua eſt.
Frater adeſt:belloque petit rex arma perosus:
Nos ſumus imbelles:tu fuge ſoſpes ait.
Iuſſa fugit:uentoque ratem committit & undis:
Aſperior quouis æquore frater erat.
Eſt prope piſcoſos lapidoſi crathidis amnes
Paruus ager:cameren incola turba uocat.
Iluc curſus erat:nec longius abfuit inde:

Quam quantum nouies mittere funda poteſt.
Vela cadunt primo:& dubia librantur ab aura.
Findite remigio nauita dixit aquas.
Dumque parent torto ſubducere carbaſa lino:
Percutitur rapido puppis adunca noto.
Inque patens æquor fruſtra pugnante magiſtro
Fertur:& ex oculis uiſa refugit humus.
Aſſiliunt fluctus:imoque a gurgite pontus
Vertitur:& canas alueus haurit aquas.
Vincitur ars uento:nec iam moderator habenis
Vtitur:at uotis is quoque poſcit opem.
Iactatur tumidas exul phœniſſa per undas:
Humidaque oppoſita lumina ueſta tegit.
Tunc primum dido fœlix eſt dicta ſorori:
Et quicunque aliquam corpore preſſit humum.
Ducitur ad laurens ingenti flamine littus
Puppis:& expoſitis omnibus:hauſta perit.
Iam pius æneas regno:nataque latini
Auctus erat:populos miſcuerat duos.
Littore dotali ſolo comitatus achate.
Secretum nudo dum pede carpit iter:
Aſpicit errantem:nec credere ſuſtinet annam
Eſſe:quid in latios ipſa ueniret agros?
Dum ſecum æneas:anna eſt exclamat achates:
Ad nomen uultus ſuſtulit illa ſuos.
Heu fugiat? quid agat? quos terræ quærat hiatus?
Ante oculos miſeræ fata ſororis erant.
Senſit:& alloquitur trepidam cytherius heros:
Flet tamen admonitu mortis eliſa tuæ.
Anna per hanc iuro:quam quondam audire ſolebas
Tellurem fato proſperiore dari.
Perque deos comites hac nuper ſede locatos:
Sæpe meas illos increpuiſſe moras.
Nec timui de morte tamen:metus abfuit iſte:
Hei mihi credibili fortior illa fuit.
Ne refer:aſpexi non illo corpore digna
Vulnera:tartareas auſus adire domos.
At tu ſeu ratio te noſtris appulit oris:
Siue deus:regni commoda carpe mei.
Multa tibi memores:nil non debemus eliſæ:
Nomine grata tuo:grata ſororis eris.
Talia dicenti:nec enim ſpes altera reſtat:
Credidit:errores expoſuitque ſuos.
Vtque domum intrauit tyrios induta paratus:
Incipit æneas:cætera turba ſilet.
Hanc tibi cur tradam pia cauſa lauinia coniunx
Eſt mihi:conſumpſi naufragus huius opes.
Orta tyro eſt:regnum libyca poſſedit in ora:
Quam precor ut charæ more ſororis ames.
Omnia præmittit:falſumque lauinia uulnus
Mente premit tacita:diſſimulatque metus.
Donaque quum uideat præter ſua lumina ferri
Multa:tamen mitti clam quoque multa putat.
Non habet exactum quid agat:furialiter odit.
Et parat inſidias:& cupit ulta mori.
Nox erat:ante torum uiſa eſt aſtare ſororis
Squallenti dido ſanguinolenta coma.
Effuge:ne dubita:mœſtum fuge dicere tectum:
Sub uerbum querulas impulit aura fores.
Exilit:& uelox humili ſuper auſa feneſtra
Se iacet:audacem fecerat ipſe timor.
Cumque metu rapitur:tunica uelata recincta
Currit:ut auditis territa dama lupis.
Corniger hanc tumidis rapuiſſe numicius undis
Creditur:& ſtagnis occuluiſſe ſuis.

Sidonis interea

Sidonis interea magno clamore per agros
Quæritur:apparent ſigna notæque pedum.
Ventum erat ad ripas:inerant ueſtigia ripis:
Suſtinuit tacitas conſcius amnis aquas.
Ipſa loqui uiſa eſt:placidi ſum nympha numici:
Amne perenne latens anna perenna uocor.
Protinus erratis læti ueſcuntur in agris:
Et celebrant largo ſeque diemque mero.
Sunt qbus hæc luna ẽ:quia menſibus impleat annũ
Pars themin:inachiam pars putat eſſe bouem.
Inuenies qui nymphen athlandida dicant:
Teque ioui primos anna dediſſe cibos.
Hæc quoque quã referã noſtras peruenit ad aures
Fama:nec a ueri diſſidet illa fide.
Plebs uetus:& nullis etiam nunc tuta tribunis
Fugit:& in ſacri uertice montis erat.
Iam quoque quem ſecum tulerant:defecerat illis
Victus:& humanis uſibus apta ceres.
Orta ſuburbanis quædam fuit anna bouillis
Pauper:ſed multæ ſedulitatis anus:
Illa leui mitra canos incincta capillos
Fingebat trepida ruſtica liba manu.
Atque ita per populum fumantia mane ſolebat
Diuidere:hæc populo copia grata fuit.
Pace domi facta ſignum poſuere perenne:
Quod ſibi defectis illa ferebat opem.
Nunc mihi cur cantant ſupereſt obſcæna puellæ
Dicere:nam coeunt certaque probra canunt.
Nuper erat dea facta:uenit gradiuus ad annam:
Et cum ſeducta talia uerba refert:
Menſe meo coleris:iunxi mea tempora tecum:
Pendet ab offitio ſpes mihi magna tuo.
Armiger armigeræ correptus amore mineruæ
Vror:& hoc longo tempore uulnus alo.
Effice:dii ſtudio ſimiles coeamus in unum.
Conueniunt partes hæ tibi comis anus.
Dixerat:illa deum promiſſo ludit inani:
Et ſtultam dubia ſpem trahit uſque mora.
Sæpius inſtanti mandata peregimus inquit:
Euicta eſt:præcibus uix dedit illa manus.
Credit amans:thalamoſque parat:deducitur illuc
Anna tegens uultus ut noua nupta ſuos.
Oſcula ſumpturus ſubito mars aſpicit illam.
Nunc pudor eluſum:nunc ſubit ira deum.
Ludit amatorem charæ noua diua mineruæ.
Nec res hac ueneri gratior ulla fuit.
Inde ioci ueteres:obſcœnaque uerba canuntur:
Et iuuat hanc magno uerba dediſſe deo.
Præteriturus eram gladios in principe fixos:
Quum ſic a caſtiueſta locuta focis.
Ne dubita meminiſſe:meus fuit ille ſacerdos:
Sacrilegæ telis me periere manus.
Ipſa uirum rapui:ſimulacraque nuda reliqui:
Quæ cecidit ferro cæſaris umbra fuit.
Ille quidem cœlo poſitus ionis atria uidit:
Et tenet in magno templa dicata foro.
At quicunque nefas auſi prohibente deorum
Nomine polluerant pontificale caput:
Morte iacent merita:teſtes eſtote philippi:
Et quorum ſparſis oſſibus albet humus.
Hoc opus:hæc pietas:hæc prima elementa fuerunt
Cæſaris:ulciſi iuſta per arma patrem.
Poſtera cum teneras aurora refecerit herbas
Scorpius a prima parte uidendus erit.
Tertia poſt idus lux eſt celeberrima baccho:

Bacche faue uati dum tua festa cano.
Nec referam semelen:ad quam nisi fulmina secum
Iuppiter afferret:paruus inermis erat.
Nec puer ut posses maturo tempore nasci:
Exemplum patrio corpore matris onus.
Bistonas & scythicos longum est narrare triumphos:
Et domitas gentes turifer inde tuas.
Tu quoque thebanæ mala præda tacebere matris:
Inque tuum furiis acte lycurge genu.
Ecce libet subitos pisces tyrrhenaque monstra
Dicere:sed non est carminis huius opus.
Carminis huius opus causas exponere quare
Vilis anus populos ad sua liba uocet.
Ante tuos ortus aræ sine honore fuerunt
Liber:& in gelidis herba reperta focis.
Te memorant gange:totoque oriente subacto:
Primitias magno suppositisse ioui.
Cinnama tu primus:captiuaque tura dedisti:
Deque triumphato uiscera tosta boue.
Nomine ab auctoris ducunt libamina nomen.
Libaque:quod sanctis pars datur inde focis.
Liba deo fiunt:succis quia dulcibus idem
Gaudet:& a baccho mella reperta ferunt.
Ibat harenoso satyris comitatus ab hebro.
Non habet ingratos fabula nostra iocos.
Iamq; erat ad rhodopen:pangæaq; flumina uentū:
Aeriferæ comitum concrepuere manus.
Ecce nouæ uolucres cocunt tinnitibus actæ:
Quosque moueunt sonitus æra sequuntur apes.
Colligit errantes:& in arbore claudit inani
Liber:& inuenti præmia mellis habet.
Vt satyri:lenisque senex tetigere saporem:
Quærebant flauos per nemus omne fauos:
Audit in excelsa stridorem examinis ulmo:
Aspicit:& cælat dissimulatque senex.
Vtque piger pandi tergo residebat asselli:
Applicat hunc ulmo:corticibusque cauis.
Constitit ipse super ramoso stipite nixus:
Atque auide trunco condita mella petit.
Milia crabronum coeunt:& uertice nudo
Spicula defigunt oraque prima notant.
Ille cadit preceps:& calce feritur asselli:
Inclamatque suos:auxiliumque uocat.
Concurrunt satyri turgentiaque ora parentis
Rident:percusso claudicat ille genu.
Ridet & ipse deus:limumque inducere monstrat:
Hic paret monitis & linit ora luto.
Melle pater fruitur:liboque infusa calenti
Iure repertori splendida mella damus.
Fœmina cur præstet:non est rationis opertæ.
Fœmineos thyrso concitat illa choros.
Cur anus hoc faciat quæris?uinosior ætas
Hæc erat:& grauidæ munera uitis amat.
Cur hedra hæc cincta ē?hedera ē gratissima bacho:
Hoc quoque:cur ita sit:dicere nulla mora est.
Nysiades nymphas:puerum quærente nouerca:
Hanc frondem cunis opposuisse ferunt.
Restat ut inueniam:quare toga libera detur:
Luciferis pueris candide bacche tua.
Siue quod ipse puer semper iuuenisque uideris:
Et media est ætas inter utrunque tibi.
Seu quia tu pater es:patres sua pignora natos
Commendant curæ:numinibusque tuis.
Siue quod es liber:uestis quoque libera per te
Sumitur:& uitæ liberioris iter.

An quia:

An quia:quum colerent priſci ſtudioſius agros:
Et faceret patrio rure ſenator opus.
Et caperet faſces a curuo conſul aratro:
Nec crimen duras eſſet habere manus:
Ruſticus ad ludos populus ueniebat in urbem:
Sed diis non ſtudiis ille dabatur honor.
Luce ſua ludos uuæ commentor habebat:
Quos cum tædifera nunc habet ille dea.
Ergo ut tyronum celebrare frequentia poſſet:
Viſa dies dandæ non aliena togæ.
Mitte pater caput huc:placataque cornua uertas:
Et des ingenio uela ſecunda meo.
Itur ad argeos qui ſunt ſua pagina dicet
Hac:ſicut memini:præteritaque die.
Stella lycaoniam uergit decliuis ad arcton
Miluius:hæc illa nocte uidenda uenit.
Quid dederit uolucri:ſi uis cognoſcere cœlum.
Saturnus regnis a ioue pulſus erat:
Concitat iratus ualidos titanas in arma:
Quæque fuit fatis debita tentat opem.
Matre ſatus terra monſtrum mirabile taurus
Parte ſui ſerpens poſteriore fuit.
Hunc triplici muro lucis incluſerat atris
Parcarum monitu ſtyx uiolenta trium.
Viſcera qui tauri flammis adolenda dediſſet:
Sors erat æternos uincere poſſe deos.
Immolat hunc briareus: facta ex adamante ſecuri:
Et iam iam flammis exta daturus erat.
Iuppiter alitibus rapere imperat:attulit illi
Miluius:& meritis uenit in aſtra ſuis.
Vna dies media eſt:& fiunt ſacra mineruæ:
Nominaque adiunctis quinque diebus habet.
Sanguine prima uacat:nec fas concurrere ferro:
Cauſa:quod eſt illa nata minerua die.
Altera treſque ſuper ſtrata celebrantur harena:
Enſibus expertis bellica læta dea eſt.
Pallada nunc pueri:lætæque ornate puellæ:
Qui bene placarit pallada:doctus erit:
Pallade placata lanam mollire puellæ
Diſcant:& plenas exonerare colos.
Illa etiam ſtantes radio percurrere telas
Erudit:& rarum pectine denſet opus.
Hanc cole qui maculas læſis de ueſtibus aufers:
Hanc cole uelleribus quiſquis ahena paras.
Nec quiſquam inuita faciet bene uincula plantæ
Pallade:ſit titio doctior ille licet.
Et licet antiquo manibus collatus epheo
Sit prior:irata pallade:mancus erit.
Vos quoque phœbea morbos qui pellitis arte:
Munera de ueſtris pauca referre deæ.
Nec uos turba feri ſenſu fraudata magiſtri
Spernite:diſcipulos attrahit illa nouos.
Quique moues cœlum:tabulaſque coloribus uris:
Quique facis docta mollia ſaxa manu.
Mille dea eſt operum:certe dea carminis illa eſt:
Si mereor:ſtudiis adſit amica meis.
Cælius ex alto qua mons deſcendit in æquum:
Hic ubi non plana eſt:ſed prope plana uia eſt:
Parua licet uideas captæ delubra mineruæ:
Quæ dea natali cœpit habere ſuo.
Nominis in dubio cauſa eſt capitale uocamus
Ingenium ſolers:ingenioſa dea eſt:
An quia de capitis fertur:ſine matre:paterni
Vertice:cum clypeo proſiluiſſe ſuo.
An quia perdomitis ad nos captiua faliſcis

Venit & hoc ſignum littera prima docet.
An quod habet capitis legem:quæ pendere pœnas
Ex illo iubeat furta recepta loco.
A quacunque trahas ratione uocabula pallas:
Pro ducibus noſtris ægida ſemper habe.
Summa dies e quinque tuba luſtrare canora
Admonet & forti ſacrificare deæ.
Nunc potes ad ſolem ſublato dicere uultu:
Hic here phryxeæ uellera preſſit ouis:
Seminibus toſtis ſceleratæ fraude nouercæ
Sustulerat nullas;ut ſolet:herba comas.
Mittitur ad tripodas certa qui ſorte reportet:
Quam ſterili terræ delphicus edat opem.
Hic quoque corruptus cum ſemine:nunciat helles
Et iuuenis phryxi funera ſorte peti.
Vſque recuſantem ciues:& tempus & ino
Compulerant regem iuſſa nefanda pati.
Et ſoror:& phryxus uelati tempora uittis
Stant ſimul ante aras:iunctaque fata gemunt:
Aſpicit hos ut forte pependerat æthere mater:
Et ferit attonita pectora nuda manu.
Inque draconigenam nymbis comitantibus urbem
Deſilit:& natos eripit inde ſuos.
Vtque fugam capiant:aries nitidiſſimus auro
Traditur:ille uehit per freta longa duos.
Dicitur infirma cornu tenuiſſe ſiniſtra
Fœmina:cum de ſe nomina fecit aquæ.
Pene ſimul periit:quum uult ſuccurrere lapſæ
Frater:& extentas porrigit uſque manus.
Flebat:ut amiſſa gemini cum ſorte periclı:
Ceruleo iuuctam neſcius eſſe deo.
Lttoribus tactis aries fit ſydus:& huius
Peruenit in colchas aurea lana domos.
Tres ubi luciferos ueniens præmiſerit eos:
Tempora nocturnis æqua diurna feret.
Inde quater paſtor ſaturos ubi clauſerat hedos
Canuerint herbæ rore recente quater:
Ianus adorandus:cum quo concordia mitis:
Et romana ſalus:araque pacis erit.
Luna regit menſes:huius quoque tempora menſis
Finit:auentino luna colenda iugo.

P. O. NASONIS FASTORVM LI. Q VARTVS.

ALma faue dixi geminorum mater amorũ.
Ad uatem uultus rettulit illa ſuos.
Quid tibi ait mecũ?certe mõ feſta canebas;
Num uetus in molli pectore uulnus habes?
Scis dea reſpondi de uulnere:riſit:& aer
Protinus ex illa parte ſerenus erat:
Saucius aut ſanus:nunquam tua ſigna reliqui:
Tu mihi propoſitum:tu mihi ſemper onus:
Quæ decuit:primis ſine crimine luſimus annis:
Nunc teritur noſtris area maior equis.
Tempora cum cauſis annalibus eruta priſcis:
Lapſaque ſub terras ortaque ſigna cano.
Venimus ad quartum:quo tu celeberrima:menſem:
Et uatem & menſem ſcis uenus eſſe tuos.
Mota cytherea leuiter mea tempora myrto
Contigit:& cœptum perfice dixit opus.
Senſimus:& cauſæ ſubito patuere dierum:
Dum licet:& ſpirant flamina:nauis eat.
Si qua tamen pars te de faſtis tangere debet
Cæſar:in aprili quod tuearis habes.
Hic ad te magna deſcendit origine menſis:
Et fit adoptiua nobilitate tuus:
Hoc pater iliades cum longum ſcriberet annum

Vidit:&

Vidit:& auctores rettulit ille ſuos.
Vtque fero marti primam dedit ordine ſortem:
Quod ſibi naſcenti proxima cauſa fuit:
Sic uenerem gradibus multis in gente receptam
Alterius uoluit menſis habere locum.
Principiumque ſui generis:reuolutaque quærens
Sæcula:cognatos uenit aduſque deos.
Dardanon electra quis neſcit atlantide natum:
Scilicet electram concubuiſſe ioui.
Huius erichthonius:tros eſt generatus ab illo:
Aſſaracum creat hic:aſaracuſque capin
Proximus anchiſes:cum quo commune parentis
Non dedignata eſt nomen habere uenus.
Hinc ſatus æneas pietas ſpectata per ignes:
Sacra patremque humeris altera ſacra tulit.
Venimus ad fœlix aliquando nomen iuli:
Vnde domus teucros iulia tangit auos.
Poſthumus hinc:qui quod ſyluis fuit ortus in altis:
Syluius in latia gente uocatus erat:
Iſque latine tibi pater eſt:ſubit alba latinum:
Proximus & titulis epitus alba tuis.
Ille dedit captæ repetita uocabula troiæ:
Et tuus eſt idem capete factus auus.
Accipiens regnum poſt hunc tyberinus:ab illo
Dicitur in thuſcæ gurgite merſus aquæ.
Iam tamẽ agrippam natum:remulumque nepotem
Viderat:in remulum fulmina miſſa ferunt.
Venit auentinus poſt hos:locus unde uocatur
Mons quoque:poſt illum tradita regna procæ:
Quem ſequitur duri numitor germanus amuli:
Illia cum lauſo de numitore ſati:
Enſe cadit patrui luſus:placet ilia marti:
Teque parit gemino iuncte quirine remo.
Ille ſuos uenerem ſemper matremque parentes
Dixit:& emeruit uocis habere fidem.
Neue ſecuturi poſſent neſcire nepotes:
Tempora diis generis continuata dedit.
Sed ueneris menſem graio ſermone notatum
Auguror:a ſpumis eſt dea dicta maris.
Nec tibi ſit mirum græco rem nomine dici:
Itala nam tellus græcia maior erat.
Venerat euander cum plena claſſe ſuorum:
Venerat alcides:graius uterque genus.
Hoſpes auentinis armentum pauit in herbis
Clauiger:& tanto eſt albula pota deo.
Dux quoque naritius:teſtes leſtrygones extant:
Et quod adhuc circes nomina littus habet.
Et iam telegoni:iam mœnia tiburis udi
Stabant:argolicæ quæ poſuere manus.
Venerat atrides fatis agitatus haleſus:
A quo ſe dictam terra faliſca putat.
Adiice troianæ ſuaſorem antenora pacis
Et generum æniden appule daune tuum.
Serus ab iliacis:& poſt antenora flammis
Attulit æneas in loca noſtra deos.
Huius erat ſolemus phrygia comes unus ab ida:
A quo ſulmonis mœnia nomen habent:
Sulmonis gelidi patriæ germanice noſtræ:
Me miſerum ſcythico q̃ procul illa ſolo eſt.
Ergo age:tam longas ſed ſupprime muſa querelas:
Non tibi ſunt mœſta ſacra canenda lyra.
Quo non liuor adit? ſunt qui tibi menſis honorem
Eripuiſſe uelint:inuideantque uenus.
Nam:quia uer aperit tunc omnia:denſaque cædit
Frigoris aſperitas:fœtaque terra patet:

Aprilem memorant ab aperto tempore dictum:
Quem uenus iniecta uendicat alma manu.
Illa quidem totum digniſſima temperat annum:
Illa tenet nulla regna minora deo.
Iuraque dat cœlo:terræ & natalibus undis:
Perque ſuos ihitus continet omne genus:
Illa deos omnes:longum eſt numerare:creauit.
Illa ſatis cauſas:arboribuſque dedit.
Illa rudes aios hoium contraxit in unum:
Et docuit iungi cum pare quenque ſua.
Quid genus oẽ creat uolucrũ niſi blanda uoluptas
Nec coeant pecudes:ſi leuis abſit amor.
Cum mare trux aries cornu decertat:at idem
Frontem dilectæ lædere parcit ouis.
Depoſita ſequitur taurus feritate iuuencam:
Quem toti ſaltus:quem nemus omne tremit:
Vis eadem:lato quodcunq; ſub æquore uſuit:
Seruat:& in numeris piſcibus implet aquas.
Prima feros habitus homini detraxit:ab illa
Venerunt cultus mundaq; cura ſolo.
Primus amans carmen uigilatum nocte negata
Dicitur ad clauſas concinuiſſe fores.
Eloquiumque fuit duram exorare puellam:
Proque ſua cauſa quiſq; diſertus erat.
Mille per hanc artes notæ:ſtudioq; placendi
Quæ latuere prius multa reperta ferunt.
Hanc quiſquam titulo menſis ſpoliare ſecundi
Audeat:a nobis ſit furor iſte procul.
Quid quod ubiq; potens:tẽpliſq; frequẽtibus aucta:
Vrbe tamen noſtra ius dea maius habet.
Pro troia romane tua uenus arma ferebat:
Qiium gemuit teneram cuſpide læſa manum.
Cæleſteſque duas troiano iudice uicit:
Ah nolim uictas hoc meminiſſe deas.
Aſſaracique nurus dicta eſt:ut ſcilicet olim
Magnus iulæos cæſar haberet auos.
Nec ueneri tempus:q̃ uer erat aptius ullum:
Vere nitent terræ:uere remiſſus ager.
Nunc herbæ rupta tellure cacumina tollunt:
Nunc rumido gemmas cortice palmes agit.
Et formoſa uenus formoſo tempore digna eſt:
Vtque ſolet marti continuata ſuo eſt.
Vere monet curuas materna per æquora puppes
Ire:nec hybernas iam timuiſſe minas.
Rite deam colitis latiæ matreſque nuruſque:
Et uos quis uittæ:longaque ueſtis abeſt.
Aurea marmoreo redimicula demite collo
Nunc alii flores:nunc noua danda roſa eſt:
Vos quoque ſub uiridi myrto iubet illa lauari.
Cauſaque cur iubeant:diſcite:certa ſubeſt.
Littore ſiccabat rorantes rore capillos:
Viderunt ſatyri turba proterua deam.
Senſit:& appoſita texit ſua corpora myrto.
Tuta fuit facto:uoſque referre iubet.
Diſcite nunc quare fortunæ tura uirili
Detis:eo gelida qui locus humet aqua.
Accipit ille locus poſito uelamine cunctas:
Et uitium nudi corporis omne uidet:
Vt tegat hoc:cæletque uiros:fortuna uirilis
Præſtat:& hoc paruo ture rogata facit:
Ne pigeat tritum niueo cum lacte papauer
Sumere:& expreſſis mella liquata fauis.
Cum primum cupido uenus eſt deducta marito:
Hoc bibit:ex illo tempore nupta fuit.
Illam ſupplicibus uerbis placate:ſub illa

Et forma

Et forma:& mores:& bona fama manet.
Roma pudicitia proauorum tempore lapſa eſt:
Cumeam ueteres conſuluiſtis anum.
Templa iubet fieri ueneri:quibus ordine factis:
Inde uenus uerſo numine corda tenet.
Semper ad æneadas placido pulcherrima uultu
Reſpice:torque tuas diua tuere nurus.
Dum loquor elatæ metuendus acumine caudæ
Scorpius in uirides precipitatur aquas.
Nox ubi tranſierit:cœlumque rubeſcere primo
Cœperit:& tactæ rore queruntur aues.
Semuſtamque facem uigilata nocte uiator
Ponet:& ad ſolitum ruſticus ibit opus:
Pleiades incipient humeros releuare paternos:
Quæ ſeptem dici:ſex tamen eſſe ſolent.
Seu quod in amplexus ſex hinc uenere deorum:
Nam ſteropem marti concubuiſſe ferunt:
Neptunno alcynoen:& te formoſa celeno:
Maiam:& electram taigetamque ioui.
Septima mortali merope tibi ſiſyphe nupſit
Pœnitet:& facti ſola pudore latet.
Siue quod electra troiæ ſpectare ruinas
Non tulit:ante oculos oppoſuitque manum.
Ter ſine perpetuo cœlum uerſetur in axe:
Ter iungat titan:terque reſoluat equos.
Protinus inflexo berecynthia tibia cornu
Flabit:& idææ feſta parentis erunt
Ibunt ſemimares:& inania tympana tundent:
Aeraque tinnitus ære repulſa dabunt.
Ipſa ſedens molli comitum ceruice feretur
Vrbis per medias exululata uias.
Scæna ſonat:luqiq; uocant:ſpectate quirites:
Et fora marte ſuo litigioſa uacant.
Quærere multa libet:ſed me ſonus æris acuti
Terret:& horrendo lothos adunca ſono.
Da dea:quam ſcite doctas cybeleia neptes
Vidit:& has curæ iuſſit adeſſe meæ:
Pandite mandati memores heliconis alumnæ:
Gaudeat aſſiduo cur dea magna ſono.
Sic ego:ſic erato;menſis cithereius illi
Ceſſit:quod teneri nomen amoris habet.
Reddita ſaturno ſors hæc erat;optime regum
A nato ſcæptris excutiere tuis.
Ille ſuam metuens ut quæque erat edita prolem:
Deuorat:immerſam uiſceribuſque tenet.
Sæpe rhea queſta eſt totiens fœcunda;nec unquam
Mater:& indoluit fertilitate ſua.
Iuppiter ortus erat:pro magno teſte uetuſtas
Creditur:acceptam parce mouere fidem:
Veſte latens ſaxum cæleſti gutture ſedit:
Sic genitor fatis decipiendus erat.
Ardua iam dudum reſonat tinnitibus ida:
Tutus ut infanti uagiat ore puer.
Pars manibus clypeos:galeas pars tundit inanes:
Hoc curetes habent:hoc corybantes opus.
Res latuit patrem:priſcique imitantia facti:
Aera deæ comites:raucaque terga mouent.
Cymbala pro galeis:pro ſcutis tympana pulſant:
Tibia dat phrygios ut dedit ante modos.
Deſierat:cœpi cur huic genus acre leonum
Præbeat inſolitas ad iuga curua iubas?
Deſieram.cœpit.feritas:mollita per illam
Creditur:id curru teſtificata ſuo eſt.
At cur turrifera caput eſt onerata corona?
An primus turres urbibus illa dedit.

Annuit:unde uenit dixi ſua membra ſecandi
Impetus:ut tacui:pieris orſa loqui.
Phryx puer in ſyluis facie ſpectabilis altis
Turrigeram caſto iunxit amore deam.
Hunc ſibi ſeruari uoluit ſua templa tueri:
Et dixit:ſemper fac puer eſſe uelis:
Ille fidem iuſſis dedit:& ſi mentiar inquit:
Vltima qua fallam ſit uenus illa mihi.
Fallit:& in nympha ſagaritide deſinit eſſe
Quod fuit.hinc pœnas exigit ira deæ.
Naiada uulneribus ſuccidit in arbore factis:
Illa perit:fatum naiados arbor erat.
Hic furit.& credens thalami procumbere tectum:
Et fugit.& curſu dindyma ſumma petit.
Et modo tolle faces:remoue modo uerbera:clamat:
Sæpe palæſtinas iurat adeſſe deas.
Ille etiam ſaxo corpus laniauit acuto:
Longaque in immundo puluere tracta coma eſt.
Voxque fuit merui:meritas do ſanguine pœnas:
Ah pereant partes quæ nocuere mihi.
Ah pereant dicebat adhuc:onus inguinis aufert:
Nullaque ſunt ſubito ſigna relicta uiri.
Venit in exemplum furor hic:molleſque miniſtri
Cædunt iactatis uilia membra comis.
Talibus aoniæ facunda uoce camœnæ:
Reddita queſiti cauſa furoris erat.
Hoc quoque dux operis moneas precor:unde petita
Venerit:an noſtra ſemper in urbe fuit.
Dindymon:& cybelen:& amœnam fontibus idam
Semper & iliacas mater amauit opes.
Quum troiam æneas italos portaret in agros:
Eſt dea ſacriferas pene ſecuta rates.
Sed nondum fatis latio ſua numina poſci
Senſerat:aſſuetis conſtiteratque locis.
Poſt:ut roma potens opibus iam ſæcula quinque
Vidit:& e domito ſuſtulit orbe caput:
Carminis euboici fatalia uerba ſacerdos
Inſpicit:inſpectum tale fuiſſe ferunt.
Mater abeſt:matrem iubeo romane requiras.
Quum ueniet:caſta eſt accipienda manu.
Obſcuræ ſortis patres ambagibus errant.
Quæue parens abſit:quoue petenda loco:
Conſulitur pæan:diuumque accerſite matrem
Inquit:in idæo eſt inuenienda iugo.
Mittuntur proceres:phrygiæ tunc ſcæptra tenebat
Attalus:auſoniis rem negat ille uiris.
Mira canam:longo tremuit cum murmure tellus:
Et ſic eſt adytis diua locuta ſuis.
Ipſa peti uolui:nec ſit mora:mitte uolentem:
Dignus roma locus quo deus omnis eat.
Ille ſoni terrore pauens:proiiciſcere dixit:
Noſtra eris.in phrygios roma refertur auos.
Protinus innumeræ cædunt pineta ſecures:
Illa quibus fugiens phryx pius uſus erat.
Mille manus coeunt:& picta coloribus uſtis
Cæleſtum matrem concaua puppis habet.
Ilia ſui per aquas fertur tutiſſima nati:
Longaque phryxææ ſtagna ſororis adit.
Rhœteumque capax:ſygæiaque littora tranſit:
Et tenedon ueteres ecionis opes:
Cyclades excipiunt:leſbo poſt terga relicta:
Quaque caryſteis frangitur unda uadis.
Tranſit & icareum:lapſas ubi perdidit alas
Icarus:& uaſtæ nomina fecit aquæ.
Tunc læua creten:dextra:pelopeiadas undas
Deſerit:&

Deſerit:& ueneri ſacra cythera petit.
Hinc mare trinacrium candens ubi tingere ferrum
Brontes:& ſteropes:agmonideſque ſolent.
Aequoraque afra legit:ſardeaque regna ſiniſtris
Proſpicit aremis:auſoniamque tenet
Hoſtia contigerat:qua ſe tyberinus in altum
Diuidit:& campo liberiore natat.
Omnis eques:mixtaque grauis cum plebe ſenatus
Obuius ad thuſci fluminis ora uenit.
Procedunt pariter matres:natique uirique:
Quæque colunt ſanctos uirginitate focos.
Sedula fune uiri contento brachia laſſant:
Vix ſubit aduerſas hoſpita nauis aquas.
Sicca diu fuerat tellus:ſitis uſſerat herbas:
Sedit limoſo feſſa carina uado.
Quiſquis adeſt operi pluſquam pro parte laborat:
Adiuuat & fortes uoce ſonante manus.
Illa uelut medio ſtabilis ſedet inſula ponto:
Attoniti monſtro ſtantque pauentque uiri.
Claudia quinta genus clauſo referebat ab alto:
Nec facies impar nobilitate fuit.
Caſta quidem:ſed non eſt credita:rumor iniquus
Læſerat:& falſi criminis acta rea eſt.
Cultus & ornatos uarie fudiſſe capillos
Obfuit:ad rigidos linguaque prompta ſenes.
Conſcia mens recti famæ mendatia ridet:
Sed nos in uitium credula turba ſumus.
Hæc ubi caſtarum proceſſit ab agmine matrum:
Et manibus puram fluminis hauſit aquam
Ter caput irrorat:ter tollit ad æthera palmas:
Quicunque aſpiciunt mente carere putant.
Summiſſoque genu:uultus in imagine diuæ
Figit:& hos egit crine iacente ſonos.
Supplicis alma tuæ genitrix fœcunda deorum
Accipe ſub certa conditione preces.
Caſta negor:ſi tu damnas:meruiſſe fatebor:
Morte luam pœnas;iudice uicta dea.
Sed ſi crimen abeſt:tu noſtræ pignora uitæ
Re dabis:& caſtas caſta ſequere manus:
Dixit:& exiguo funem conamine traxit.
Mira ſed in ſcæna teſtificata loquar.
Mota dea eſt:ſequiturque ducem:laudatq; ſequẽdo:
Index læticiæ fertur ad aſtra ſonus.
Fluminis ad flexum ueniunt tyberina priores
Atria dixerunt:unde ſiniſter abit.
Nox erat:& querno religant in ſtipite funem.
Dantque leui ſomno corpora functa cibo:
Lux erat:& querno ſoluunt a ſtipite funem:
Ante tamen poſito tura dedere foco.
Ante coronarunt puppem:& ſine labe iuuencam
Mactarunt operum coniugiique rudem.
Eſt locus in tyberi quo lubricus influit almo:
Et nomen magno perdit in amne minor:
Illic purpurea canus cum ueſte ſacerdos
Almonis dominam:ſacraque lauit aquis.
Exululant comites:furioſaque tibia flatur:
Et feriunt molles taurea terga manus.
Claudia præcedit læto celeberrima uultu:
Credita uix tandem teſte pudica dea.
Ipſa ſedens plauſtro porta eſt inuecta capena:
Sparguntur iunctæ flore recente boues.
Naſica accepit templum:tẽplũ:non perſtitit auctor.
Auguſtus nunc eſt:ante metellus erat.
Subſtitit hic erato:mora fit:dum cætera quæro.
Dic inquam:parua cur ſtipe quærat opes?

Contulit æs populus:de quo delubra metellus
Fecit ait dandæ mos ſtipis inde manet.
Cur uicibus factis ineunt conuiuia quæro:
Tunc magis indictas concelebrantque dapes.
Quod bene mutarit ſedem berecynthia dixit:
Captant mutatis ſedibus omenidem.
Inſtiteram:quare primi megaleſia ludi
Vrbe forent noſtra:tum dea ſenſit enim.
Illa deos inquit peperit:ceſſere parenti:
Principiumque dati mater honoris habet
Cur igitur gallos:qui ſe excidere uocamus:
Quum tantum a phrygia gallica diſtat humus?
Inter ait uiridem cybelen:altaſque celænas
Amnis it inſana nomine gallus aqua.
Qui bibit inde furit:procul hinc diſcedite:quis eſt
Cura bone mentis qui bibit inde furit.
Non pudet herboſum dixi poſuiſſe moretum
In dominæ menſis:an ſua cauſa ſubeſt?
Lacte mero ueteres uſi narrantur & herbis:
Sponte ſua ſi quas terra ferebat:ait.
Candidus elixæ miſcetur caſeus herbæ:
Cognoſcat priſcos ut dea priſca cibos.
Poſtera cum cœlo motis pallantias aſtris
Fulſerit:& niueos luna leuarit equos.
Qui dicit:quondam ſacrata eſt colle quirini:
Hac fortuna die publica:uerus erit.
Tertia lux memini:ludis erit.ac mihi quidam
Spectanti ſenior contiguuſque loco.
Hæc ait:illa dies libycis qua cæſar in oris
Perfida magnanimi contudit arma iubæ.
Dux mihi cæſar erat:ſub quo meruiſſe tribunus
Glorior:officio præfuit ille meo:
Hanc ego militia ſedem:tu pace paraſti
Inter biſquinos uſus honore uiros.
Plura locuturi ſubito ſubducimur imbre:
Pendula cæleſtes libra mouebat aquas.
Ante tamen q̃ ſumma dies ſpectacula ſiſtat:
Enſifer orion æquore merſus erit.
Proxima uictricem quum romam inſpexerit eos:
Et dederit phœbo ſtella fugata locum:
Circus erit pompa celeber:numeroque deorum:
Primaque uentoſis palma petetur equis.
Huic cereris ludi:non eſt opus indice cauſa:
Sponte deæ munus:promeritumque pater.
Panis erant primis uirides mortalibus herbæ:
Quas tellus nullo ſollicitante dabat.
Et modo carpebant uiuax in ceſpite gramen:
Nunc epulæ tenera fronde cacumen erant.
Poſtmodo glans nata é:bene erat iam glande repta:
Duraque magnificas quercus habebat opes.
Prima ceres homine ad meliora alimenta uocato:
Mutauit glandes:utiliore cibo.
Illa iugo tauros collum præbere coegit:
Tunc primum ſoles eruta uidit humus.
Aes erat in pretio:chalybis iam maſſa placebat.
Heu heu perpetuo debuit illa tegi.
Pace ceres læta eſt.& uos orate coloni
Perpetuam pacem:pacificumque ducem.
Farra deæ:micæque licet ſalientis honorem
Detis:& in ueteres turea grana focos.
Et ſi tura aberunt:unctas accendite tædas.
Parua bonæ cereri:ſint modo caſta placent.
Aboue ſuccincti cultros remouete miniſtri.
Bos aret:ignauam ſacrificate ſuem.
Apta iugo ceruix:& non ferienda ſecuri

Viuat:&

Viuat:& in dura ſæpe laboret humo.
Exigit iſte locus raptus ut uirginis ædam:
Plura recognoſcens:pauca docendus eris.
Terra tribus ſcopulis uaſtum procurrit in æquor
Trinacris:a poſitu nomen adepta loci:
Grata domus cereri:multas ea poſſidet urbes:
In quibus eſt culto fertilis ætna ſolo.
Frigida cæleſtum matres aretuſa uocarat:
Venerat ad ſacras & dea flaua dapes.
Filia:conſuetis ut erat comitata puellis:
Errabat nudo per ſua prata pede.
Valle ſub umbroſa locus eſt aſpergine multa
Humidus ex alto deſilientis aquæ.
Tot fuerant illic:quot habet natura colores:
Pictaque diſſimili flore nitebat humus.
Quem ſimul aſpexit:comites accedite dixit:
Et mecum plenos flore referte ſinus.
Præda puellares animos delectat inanis:
Et non ſentitur ſedulitate labor.
Hæc implet lento calathos e uimine nexos:
Hæc gremium:laxos degrauat illa ſinus.
Illa legit calthas:huic ſunt uiolaria curæ:
Illa papaueas ſubſecat ungue comas:
Has hiacynthe tenes:illas amaranthe moraris:
Pars thima:pas rorem:pars meleloton amant.
Plurima lecta roſa eſt:ſunt & ſine nomine flores:
Ipſa crocos tenues:liliaque alba legit.
Carpendi ſtudio paulatim longius itur:
Et dominam caſu nulla ſecuta comes.
Hanc uidet:& uiſam patruus uelociter aufert:
Regnaque ceruleis in ſua portat equis.
Illa quidem clamabat:io clariſſima mater
Auferor:ipſa ſinus abſcideratque ſuos.
Panditur interea diti uia:nanque diurnum
Lumen inaſſueti uix patiuntur equi.
At chorus æqualis cumulatis flore caniſtris
Perſephone clamat ad tua dona ueni.
Vt clamata ſilet:montes ululatibus implent:
Et feriunt mœſta pectora nuda manu.
Attouita eſt plangore ceres:modo uenerat ætnam
Nec mora me miſeram filia dixit ubi es:
Mentis inops rapitur:ut quas audire ſolemus:
Threicias fuſis menadas ire comis.
Vt tuitulo mugit ſua mater ab ubere rapto:
Et quærit fœtus per nemus omne ſuos.
Sic dea non retinet gemitus:& concita curſu
Fertur:& e campis incipit ætna tuis.
Inde puellaris nacta eſt ueſtigia plantæ:
Et preſſam noto pondere uidit humum.
Forſitan illa dies erroris ſumma fuiſſet:
Si non turbaſſent ſigna reperta ſues.
Iamque leontinos:anienaque flumina curſu
Præterit & ripas herbifer aci tuas.
Præterit & cyanen & fontes lenis anapi:
Et te uorticibus non adeunde gela.
Liquerat ortygiam:magareaque:pantagiamque:
Quaque ſimethias accipit æquor aquas:
Antraque cyclopum poſitis exuſta caminis:
Quique locus curuæ nomina falcis habet.
Hieraque:& didimen:agrigentaque tauromenumq;:
Sacrorumque melam paſcua læta boum:
Hinc camerinam adiit:tapſonque & holoria tempe:
Quaque iacet zephyro ſemper apertus erix.
Iamque peloriadem lilybeia:iamque pachinon:
Luſtrauit terræ cornua prima ſuæ.

Quacunque ingreditur miseris loca cuncta querelis
Implet, ut amissum quum gemit ales ityn.
Perque uices modo persephone: modo filia mater:
Clamat: & alternis nomen utrumque ciet.
Sed neque persephone cererem: nec filia matrem
Audit: & alterius nomen utrunque perit.
Vnaque pastorem uidisset in arua colentem
Vox erat: hac gressus ecqua puella tulit.
Iam color unus inest rebus: tenebrisque teguntur
Omnia: iam uigiles conticuere canes:
Alta iacet uasti super ora typhœos ætnæ:
Cuius anhelatis ignibus ardet humus.
Illic accendi geminas pro lampade pinus:
Hic cereris sacris nunc quoque tæda datur.
Est specus exesi structura pumicis asper
Non homini regio: non adeunda feræ:
Quo simulac uenit: frenatos curribus angues
Iunxit: & æquoreas sicca pererrat aquas.
Effugit ad syrtis & te zanclæa charybdis:
Et uos nisæi naufraga monstra canes:
Adriacunque patens late bimaremque corinthon:
Sic uenit ad portus attica terra tuos.
Hic primum sedit gelido mœstissima saxo:
Illud cecropidæ nunc quoque triste uocant.
Sub ioue durauit multis immota diebus:
Et lunæ patiens & pluuialis aquæ.
Sors sua cuique loco est: qui nunc cerealis eleusis
Dicitur: hic celei rura fuere senis.
Ille domum glandes: excussaque mora rubetis
Portat: & arsuris arida ligna focis.
Filia parua duas ridigebat monte capellas:
Et tener in cunis filius æger erat.
Mater ait uirgo: mota est dea nomine matris:
Quid facis insolitis incomitata locis?
Perstitit & senior quanuis onus urget: & orat:
Vt subeat tecta quantulacunque casæ.
Illa negat: simularat anum: mitraque capillos
Presserat: instanti talia dicta refert.
Sospes eas semperque parens: mihi filia rapta est.
Heu melior quanto sors tua sorte mea est.
Dixit & ut lachrymæ: neq; enī lachrymare deos est:
Decidit in tepidos lucida gutta sinus.
Flent pariter molles animis uirgoque senexque:
Equibus hæc iusti uerba fuere senis:
Sit tibi: quam raptam quereris: sit filia sospes.
Surge: nec exiguæ despice tecta casæ.
Cui dea sit inquit: sciisti qua cogere posses:
Seque leuat saxo: subsequiturque senem.
Dux comiti narrat quod sit sibi filius æger.
Nec capiat somnos: inuigiletque malis.
Illa soporiferum paruos initura penates
Colligit agresti lene papauer humo.
Dum legit: oblito fertur gustasse palato.
Longamque imprudens exoluisse famem.
Quæ quia principio posuit ieiunia noctis:
Tempus habent cœnæ sydera uisa sibi.
Limen ut intrauit: luctus uidet omnia plena:
Iam spes in puero nulla salutis erat.
Matre salutata: mater menalina uocatur:
Iungere dignata est os puerile suo.
Pallor abit: subitasque uident in corpore uires:
Tantus cœlesti uenit ab ore uigor.
Tota domus læta est: hæc est materque paterque
Nataque: tres illi tota fuere domus.
Mox epulas ponunt: liquefacta coagula lacte
Pomaque: &

Pomaque:& in ceris aurea mella ſuis.
Abſtinet alma ceres:ſomnique papauera cauſam
Dat tibi cum tepido lacte bibenda puer.
Noctis erat medium:placidique ſilentia ſomni:
Triptolemum gremio ſuſtulit illa ſuo:
Terque manu permulſit eum:tria carmina dixit:
Carmina mortali non referenda ſono.
Inque foco corpus pueri uiuente fauilla
Obruit:humanum purget ut ignis onus.
Excutitur ſomno ſtulte pia mater:& amens
Quid facis exclamat?membraque ab igne rapit.
Cui dea:dum non es dixit ſcelerata:fuiſti
Irrita materno ſunt mea dona metu:
Iſte quidem mortalis erit:ſed primus arabit:
Et feret:& culta præmia tollet humo.
Dixit:& egrediens nubem trahit:inque dracones
Tranſit:& alifero tollitur axe ceres.
Sunion expoſitum:pyrrheaque tuta receſſu
Linquit:& in dextrum qua iacet ora latus:
Hinc init ægæum:quo cycladas aſpicit omnes:
Ioniumque capax:icariumque legit:
Perque urbes aſiæ longum petit helleſpontum:
Diuerſumque locis alta pererrat iter.
Nam modo turilegos arabas:modo deſpicit indos:
Hinc lybs:hinc meroe:ſiccaque terra ſubeſt:
Nunc adit heſperios:rhenũ:rhodanumq; padumq;:
Teque future parens thybri potentis aquæ.
Quo feror immenſum eſt erratas dicere terras:
Præteritus cereri nullus in orbe locus.
Errat & in cœlo:liquidique immunia ponti
Alloquitur gelido proxima ſigna polo.
Parrhaſides ſtelle:namque omnia noſſe poteſtis:
Aequoreas nunquam quum ſubeatis aquas:
Perſephonen natam miſeræ monſtrate parenti:
Dixerat:huic elice talia uerba refert.
Crimine nox uacua eſt:ſolem de uirgine rapta
Conſule:qui late facta diurna uidet.
Sol aditus:quam quærit ait:ne uana labores:
Nupta iouis fratri tertia regna tenet.
Queſta diu ſecum:ſic eſt affata tonantem:
Maximaque in uultu ſigna dolentis erant.
Si memores de quo mihi ſit proſerpina nata:
Dimidium curæ debet habere tuæ.
Orbe pererrato:ſola eſt iniuria facti
Cognita:comminiſſi præmia raptor habet.
Ac neque perſephone digna eſt prædone marito:
Nec gener hoc nobis more parandus erat.
Quid grauius uictore gyge captiua tuliſſem?
Quam nunc te cœli ſceptra tenere tuli.
Verum impune ferat:nos hæc patiemur inultæ.
Reddat & emendet facta priora nouis.
Iuppiter hanc lenit:factumque excuſat amore:
Nec gener eſt nobis ille pudendus ait.
Non ego nobilior:poſita eſt mihi regia cœlo.
Poſſidet alter aquas:alter inane chaos.
Sed ſi forte tibi non eſt mutabile pectus:
Statque ſimul iuncti rumpere uincla tori.
Hoc quoque tentemus:ſi quidem ieiuna remanſit.
Si minus inferni coniugis uxor erit.
Tartara iuſſus adit ſumptis caduciſer alis:
Speque redit citius:certaque iuſſa refert.
Rapta tribus dixit ſoluit ieiunia granis:
Punica quæ lento cortice poma tegunt.
Non ſecus indoluit:q̃ ſi modo rapta fuiſſet
Mœſta parens:longa uixque refecta mora eſt.

Atque ita:nec nobis cœlum eſt habitabile dixit:
Tartarea recipi me quoque ualle iube.
Et factura fuit:pactus niſi iuppiter eſſet:
Bis tribus ut cœlo menſibus illa foret.
Tunc demum uultumque ceres:animumq; recepit:
Impoſuitque ſuæ ſpicea ſerta comæ.
Largaque prouenit ceſſatis meſſis in aruis:
Et uix congeſtas area cœpit opes.
Alba decet cererem ueſtis:cerealibus albas
Sumite:nunc pulli uelleris uſus abeſt.
Occupat aprilis idus cognomine uictor
Iuppiter:hac illi ſunt data templa die.
Hac quoque:ni fallor:populo dignißima noſtro
Atria libertas cœpit habere ſua.
Luce ſecutura tutos pete nauita portus.
Ventus ob occaſu grandine mixtus erit.
Sic licet:& fuerit:tamen hac mutinenſia cæſar
Grandine militia contudit arma ſua.
Tertia poſt ueneris quum lux ſurrexerit idus:
Ponfices ſorda ſacra litate boue.
Forda ferens bos eſt:fœcundaque dicta ferendo:
Hic etiam fœtus nomen habere putant.
Nunc grauidũ pecus eſt:grauidæ quoq; ſemine terræ:
Telluri plenæ uictima plena datur.
Pars cadit arce iouis:terdenas curia uaccas
Accipit:& largo ſparſa cruore madet:
Aſt tibi uiſceribus uitulos:rapuere miniſtri:
Sectaque fumoſis exta dedere focis:
Igne cremat uitulos:quæ natu maxima uirgo eſt
Luce palis:populo:purget ut ille cinis.
Rege numa fructu non reſpondente labori:
Irrita decepti uota colentis erant.
Nam modo ſiccus erat gelidis aquilonibus annus:
Nunc ager aſſidua luxuriabat aqua.
Sæpe ceres primis hominum fallebat in herbis:
Et leuis obſeſſo ſtabat auena ſolo.
Et pecus ante diem parthus edebat acerbos
Agnaque naſcendo ſæpe necabat ouem.
Silua uetus nullaque die uiolata ſecuri
Stabat mænalio ſacra relicta deo.
Ille dabat tacitis animo reſponſa quieto
Noctibus:hic geminas rex numa mactat oues.
Prima cadit fauno:leni cadit altera ſomno:
Sternitur in duro uellus utrunque ſolo:
Bis caput intonſum fontana ſpargitur unda:
Bis ſua faginea tempora fronde tegi.
Vſus abeſt ueneris:nec fas animalia menſis
Ponere:nec digitis annulus ullus ineſt.
Veſper ubi eſt tectus:ſupra noua uellera corpus
Ponit adorato per ſua uerba deo.
Interea placidam redimita papauera frontem
Nox uenit:& ſecum ſomnia nigra trahit:
Faunus adeſt. ouiumq; premens pede uellera duro:
Edidit a dextro talia uerba toro.
Morte boum tibi rex tellus placanda duarum:
Detque ſacris animas una iuuenca duas.
Excutitur terrore quies:numa uiſa reſoluit:
Et ſecum ambages:excaque iuſſa refert:
Expedit errantem nemori gratiſſima coniunx:
Et dixit:grauidæ poſceris exta bouis:
Exta bouis grauidæ dantur:fœcundior annus
Prouenit:& fructum terra pecuſque ferunt.
Hanc quondam cytherea diem properantius ire
Iuſſit:& admiſſos præcipitauit equo.
Vt titulum imperii q̃ primum luce ſequenti
Auguſto iuueni

Auguſto iuueni proſpera ſigna darent.
Sed iam præteritas quartus tibi lucifer idus
Reſpicit:hac hyades dorida nocte tenent.
Tertia poſt hyadas cum lux erit orta remotas:
Carcere partitos circus habebit equos:
Cur igitur miſſæ iunctis ardentia tædis
Terga ferant uulpes:cauſa docenda mihi eſt.
Frigida caſeolis nec oliuis apta ferendis
Terra:ſed ad ſegetes ingenioſus ager.
Hac ego pelignos natalia rura petebam
Parua:ſed aſſiduis humida ſemper aquis.
Hoſpitis antiqui ſolitas intrauimus ædes:
Dempſerat emeritis iam iuga phœbus equis.
Is mihi multa quidem:ſed & hæc narrare ſolebat
Vnde meum præſens inſtrueretur opus:
Hoc ait in campo:campumque oſtendit:habebat
Rus breue cum duro parca colona uiro.
Ille ſuam peragebat humum:ſiue uſus aratri:
Seu curuæ falcis:ſiue bidentis erat:
Hæc modo uerrebat cum raro pectine pratum:
Nunc matris plumis oua fouenda dabat.
Aut uirides maluas:aut fungos colligit albos:
Aut humilem grato calfacit igne focum.
Et tamen aſſiduis exercet brachia telis:
Aduerſuſque minas frigoris arma parat.
Filius huius erat primo laſciuus in æuo:
Addideratque annos ad duo luſtra duos.
Is capit extremi uulpem in conualle ſalicti:
Abſtulerat multas illa cohortis aues.
Captiuam ſtipula fœnoque inuoluit:& ignes
Admouet:urentes effugit illa manus.
Qua fugit:incendit ueſtitos meſſibus agros:
Damnoſis uires ignibus aura dabat:
Factum abiit:monumenta manent:nã dicere certam
Nunc quoque lex uulpem carſeolana uetat.
Vtque luat pœnas genus hoc cerealibus ardet:
Quoque modo ſegetes perdidit:illa perit.
Proxima quum uenit terras uiſura patentes
Memnonis in roſeis luthea mater equis:
De duce lanigeri pecoris qui perdidit hellen
Sol abit:egreſſo uictima maior adeſt.
Vacca ſit an taurus non eſt cognoſcere promptum:
Pars prior apparet:poſteriora latent:
Seu tamen eſt taurus:ſiue hoc eſt fœmina ſignum:
Iunone inuita munus amoris habet.
Nox abiit:oriturque aurora:palilia poſcor.
Non poſcor fruſtra:ſi fauet alma pales.
Alma pales faueas paſtorum ſacra canenti:
Proſequor officio ſi tua facta meo.
Certe ego de uitulo cinerem ſtipulamque fabalem
Sæpe tuli plena fœbrua toſta manu.
Certe ego tranſilii poſitas ter in ordine flammas:
Virgaque rorales laurea miſit aquas.
Mota dea eſt:operique fauet:naualibus exit
Puppis:habent uentos iam mea uela ſuos.
Ipſe uirginea populus ſuffimen ab ara
Veſta dabit:ueſtæ munere purus eris.
Sanguis equi ſuffimen erit:uitulique fauilla:
Tertia res duræ culmen inane fabæ.
Paſtor oues ſaturas ad prima crepuſcula luſtret:
Vnda prius ſpargat:uirgaque uerrat humum.
Frondibus & fixis decorentur ouilia ramis:
Et tegat ornatas longa corona fores:
Cerulei fiant puro de ſulphure fumi:
Tectaque fumanti ſulphure balet ouis.

Vre mares oleas:tædamque:herbaſque ſabinas:
Et crepet in mediis laurus aduſta focis.
Libaque de milio mihi fiſcella ſequatur:
Ruſtica præcipue eſt hoc dea læta cibo.
Adde dapes mulctramq; ſuas:dapibuſque refectis
Syluicolam tepido lacte precare palem:
Conſule dic pariter pecori:pecoriſque magiſtris:
Effugiat ſtabulis noxia repulſa meis.
Siue ſacra paui:ſediue ſub arbore ſacra:
Pabulaque in buſtis inſcia carpſit ouis.
Seu nemus intrauit uetitum:noſtriſue fugatæ
Sunt oculis nymphæ:ſemicaperque deus.
Si mea falx ramo lucum ſpoliauit opaco:
Vnde data eſt ægræ fiſcina frondis oui:
Da ueniam culpæ:nec dum degrandinat:obſit
Agreſti fauno ſuppoſuiſſe pecus.
Nec noceat turbaſſe lacus ignoſcite nymphæ:
Mota quod obſcuras ungula fecit aquas.
Tu dea pro nobis fontes:fontanaque placas
Numina:tu ſparſos per nemus omne deos:
Nec dryades:nec nos uideamus labra dianæ:
Nec faunum medio cum premit arua die.
Pelle procul morbos:ualeant homineſque:gregeſq;:
Et ualeant uigiles prouida turba canes.
Neue minus multo redigam q̃ mare fuerunt.
Neue gemam referens uellera rapta lupo.
Abſit iniqua fames:herbæ:frondeſque ſuperſint:
Quæque lauent artus:quæque bibantur aquæ.
Verba plena premam:referat mihi caſeus æra:
Dentque uiam liquido uimina rara ſero.
Sitque fallax aries:conceptaque ſemina coniunx
Reddat:& in ſtabulis multa ſit agna meis.
Lanaque proueniat nullas læſura puellas:
Mollis & ad teneras quamlibet apta manus.
Quæ precor eueniant:& nos faciamus ad annum
Paſtorum dominæ grandia liba pali.
His dea placanda eſt:hæc tu conuerſus ad ortus
Dic quater:& uiuo perlue rore manus.
Dum licet appoſita ueluti cratere canella
Lac niueum potes:purpureamque ſapam:
Moxque per ardentes ſtipulæ crepitantis aceruos
Traiicias celeri ſtrennua membra pede.
Expoſitus mos eſt:moris mihi reſtat origo:
Turba facit dubium:cœptaque noſtra tenet.
Omnia purgat edax ignis:uitiumque metallis
Excoquit:iccirco cum duce purgat oues.
An quia cunctarum contraria ſemina rerum
Sunt duo:diſcordes ignis & unda dei:
Iunxerunt elementa patres:aptumque putarunt
Ignibus:& ſparſa tangere corpus aqua.
An quod in his uitæ cauſa eſt:hæc perdidit exul:
His noua fit coniunx:hæc duo magna putant.
Vis equidem credo:ſunt qui phaetonta referri
Credant:& nimias deucalionis aquas.
Pars quoque cum ſaxis paſtores ſaxa feribant:
Sintillam ſubito proſiluiſſe ferunt.
Prima quidem periit.ſtipulis excepta ſecunda eſt:
Hoc argumentum flamma palilis habet:
An magis hunc morem pietas æneia fecit:
Innocuum uicto cui dedit ignis iter?
Hoc tamen eſt uero propius:cum condita roma eſt:
Tranſferri iuſſos in noua tecta lares.
Mutanteſque domum tectis agreſtibus ignem:
Et ceſſaturæ ſuppoſuiſſe caſæ.
Per flammas ſaliiſſe pecus:ſaliiſſe colonos.

Quod fit

Quod fit natali nunc quoque roma tuo.
Ipſe locum caſus uati facit:urbis origo
Venit:ades factis magne quirine tuis.
Iam luerat pœnas frater numitoris:& omne
Paſtorum gemino ſub duce uulgus erat:
Contrahere agreſtes:& mœnia ponere utrique
Conuenit:ambigitur mœnia ponat uter:
Non opus eſt dixit certamine romulus ullo:
Magna fides auium eſt:periamur aues.
Res placet:alter init nemoroſi ſaxa palati:
Alter auentinum mane cacumen init.
Sex remus hic uolucres:bis ſex uidet ordine frater:
Statur:& arbitrium romulus urbis habet.
Apta dies legitur:qua mœnia ſignat aratro:
Sacra pales aderat:inde mouetur opus.
Foſſa fit ad ſolidum:fruges iaciuntur in ima:
Et de uicino terra petita ſolo.
Foſſa repletur humo:terræque imponitur ara.
Et nouus accenſo funditur igne rogus.
Inde premens ſtiuam ſignauit mœnia ſulco:
Alba iugum niueo cum boue uacca tulit.
Vox fuit hæc regis condentis iuppiter urbem:
Et genitor mauors:ueſtaque mater ades
Quoſque pium eſt adhibere deas:aduertite cuncti
Auſpicibus uobis hoc mihi ſurgat opus.
Longa ſit huicætas:dominæque potentia terræ:
Sitq; ſub hac oriens:occiduuſque dies.
Ille precabatur:tonitru dedit omina læuo
Iuppiter:& læuo fulmina miſſa polo.
Augurio læti iaciunt fundamina crues:
Et nouus exiguo tempore murus erat.
Hoc celer urget opus:quem romulus ipſe uocarat:
Sintque celer cure dixerat iſta tuæ.
Neue quis aut muros:aut factam uomere foſſam
Tranſeat:audentem talia dede neci:
Quod remus ignorans humiles contemnere muros
Cœpit:& his populus dicere tutus erit?
Nec mora tranſiliit:retro celer occupat auſum
Ille premit duram ſanguinolentus humum.
Hæc ubi res didicit:lachrymas introrſus abortas
Deuorat:& clauſum pectore uulnus habet.
Flere palam non uult:exemplaque fortia ſeruat:
Sicque meos muros tranſeat hoſtis ait.
Dat tamen exequias:nec iam ſuſpendere fletum
Suſtinet:& pietas diſſimulanda patet.
Oſcula queq; applicuit poſito ſuprema feretro:
Atque ait inuito frater adempte uale.
Arſuroſque artus unxit:fecere quod ille
Fauſtulus:& mœſtas acca ſoluta comas:
Tunc iuuenes nondum facti fleuere quirites:
Vltima plorato ſubdita flamma rogo eſt.
Vrbs oritur:quis tunc hoc illi credere poſſet:
Victorem terris impoſitura pedem.
Cum regas:& ſis ſub magno cæſare ſemper:
Sæpe etiam plures nominis huius habe.
Et quotiens ſteteris domito ſublimis in orbe:
Omnia ſint humeris igferiora tuis.
Dicta pales nobis:idem uinalia dicam:
Vna tamen media eſt inter utrunque die.
Numina uulgares ueneris celebrate puellæ:
Multa profeſſarum queſtibus apta uenus.
Poſcite ture dato formam:populique fauorem:
Poſcite blandicias dignaque uerba ioco.
Cumque ſua dominæ date grata ſiſimbria myrto:
Textaque compoſita iuncea uincla roſa.

Templa frequentari collinæ proxima portæ
Nunc decet:a ſiculo nomina colle tenet.
Vtque ſyracuſas arethuſidas abſtulit armis
Claudius:& bello te quoque cœpit erix:
Carmine uiuacis uenus eſt tranſlata ſybillæ:
Inque ſuæ ſtirpis maluit urbe coli.
Cur igitur feſtum ueneris uinalia dicant
Quæritis:& quare ſit iouis iſta dies:
Turnus an æneas latiæ gener eſſet amatæ
Bellum erat:ethruſcas turnus adorat opes.
Clarus erat ſumptiſque ferox mezentius armis:
Et uel equo magnus:uel pede maior erat.
Quem rutulus turnuſque ſuis aſciſcere tentant.
Partibus:hæc contra dux quoque thuſcus ait.
Stat mihi:non paruo uirtus mea uulnera teſtor.
Armaque quæ ſparſi ſanguine ſæpe meo.
Qui petis auxilium non grandia diuide mecum
Præmia de lacubus proxima muſta tuis.
Nulla mora eſt operi.ueſtæ eſt dare:uincere noſtrū:
Quam uelit æneas iſta negata mihi.
Annuerant rutuli:mezentius induit arma:
Induit æneas:alloquiturque iouem.
Hoſtica tyrrheno nota eſt uindemia regi:
Iuppiter e latio palmite muſta feres.
Vota ualent meliora:cadit mezentius ingens:
Atque indignanti pectore plangit humum.
Venerat auctunnus calcatis ſordibus uuis.
Redduntur merito debita uina ioui.
Dicta dies hinc eſt uinalia.iuppiter illa
Vendicat.& feſtis gaudet meſſe ſuis.
Sex ubi:quæ reſtant luces:aprilis habebit:
In medio curſu tempora ueris erunt.
Et fruſtra pecudem quæres athamantidos helles:
Signaque dant imbres:exoriturque canis.
Hac mihi nomento romam cum luce redirem:
Obſtitit in media candida turba uia.
Flamen in antiquæ lucum rubiginis ibat:
Exta canum flammis exta daturus ouis.
Protinus acceſſi:ritus ne neſcius eſſem:
Edidit hæc flamen uerba quirine tuus.
Aſpera rubigo parcas cerealibus herbis:
Et tremat in ſumma lene cacumen humo.
Tu ſata ſyderibus cœli nutrita ſecundi
Creſcere dum fiant falcibus apta ſinas.
Vis tua non leuis eſt:quæ tu frumenta notaſti:
Mœſtus in amiſſis illa colonus habet.
Nec uenti tantum cereri nocuere:nec imbres:
Nec ſic marmoreo pallet aduſta gelu.
Quantum ſi culmos titan incalfacit udos.
Tunc locus eſt iræ diua timenda tuæ.
Parce precor ſcabraſque manus a meſſibus aufer:
Neue noce cultis:poſſe nocere ſat eſt.
Nec teneras ſegetes:ſed durum amplectere ferrum:
Quodque poteſt alios perdere perde prior.
Vtilius gladios & tela nocentia carpes:
Nil opus eſt illis ocia mundus agat:
Sarcula nunc duruſque bidens:& uomer aduncus
Ruris opes niteant:inquinet arma ſitus.
Conatuſque aliquis uagina ducere ferrum:
Aſtrictum longa ſentiat eſſe mora.
At tu ne uiola cererem:ſemperque colonus:
Abſenti poſſit ſoluere uota tibi.
Dixerat a dextra uillis mantile ſolutis
Cumque meri patera turis acerra fuit.
Tura focis uinumque dedit:fibraſque bidentis.

Turpiaque

Turpiaque obſcenæ uidimus exta canis.
Tum mihi cur detur ſacris noua uictima quæris:
Quæſieram cauſam percipe flamen ait.
Eſt canis:icarium dicunt:quo ſidere moto
Toſta ſiti eſt tellus:præripiturque ſeges.
Procane ſidereo:canis hic imponitur aræ:
Et quare fiat nil niſi nomen habet.
Cum phrygis aſſaraci tithonia fratre relicto
Bis tulit immenſo ter iubar orbe ſuum.
Mille uenit uariis florum dea nexa coronis
Scæna ioci morem liberioris habet.
Exit & in maias feſtum florale calendas:
Tunc repetam:nunc me grandius urget opus.
Aufert ueſta diem cognati ueſta recepta eſt
Limine:ſic iuſti conſtituere patres.
Phœbus habet partem:ueſtæ pars altera ceſſit.
Quod ſupereſt illis tertius ipſe tenet.
State palatinæ laurus:præteſtaque quercus
Stet domus æternos tres habet una deos.

PV. OVI. NASONIS FASTORVM LIBER. V.

QVæritis unde putem maio data noia meſi
Non liquido ſatis eſt cognita cauſa mihi:
Vt ſtat:& incertus qua ſit ſibi neſcit eundũ
Cum uidet ex omni parte uiator iter.
Sic quia poſſe datur diuerſas reddere cãs
Quo ferar ignoro:copiaque ipſa nocet.
Dicite quæ fontes aganippidos hippocrenes
Grata meduſæi ſigna tenetis equi.
Diſſenſere deæ:quarum polymnia cœpit
Prima:ſilent aliæ:dictaque mente notant.
Poſt chaos ut primũ data ſunt tria corpora mũdo:
Inque nouas ſpecies omne receſſit opus:
Pondere terra ſuo ſubſedit:& equora traxit.
At cœlum leuitas in loca ſumma tulit.
Sol quoque cum ſtellis nulla grauitate retentus:
Et uos lunares exiluiſtis equi.
Sed neque terra diu cœlo neque cætera phœbo.
Sidera cedebant:par erat omnis honor.
Sæpe aliquis ſolio:quo tu ſaturnæ ſolebas:
Auſus de media plæbe ſedere deus.
Et latus occano quiſquam deus aduena iunxit
Et thetis extremo ſæpe recepta loco eſt:
Donec honor placidoque decens reuerentia uultu
Corpora legitimis impoſuere toris.
Hinc fata maieſtas:quæ mundum temperat omnem
Quaquẽ die partu eſt edita magna fuit.
Nec mora conſedit medio ſublimis olympo
Aurea purpureo conſpicienda ſinu.
Conſedere ſimul pudor & metus:omne uideres
Numen ad hanc multus oppoſuiſſe ſuos.
Protinus intrauit mentes ſuſpectus honorum.
Fit precium dignis:nec ſibi quiſque placet.
Hic ſtatus in cœlo multos permanſit in annos:
Dum ſenior fatis excidit arce deus.
Terra ferox partus immania monſtra gigantes
Edidit auſuros in iouis ire domum.
Mille manus illis dedit:& pro cruribus angues:
Atque ait in magnos arma mouete deos:
Extruere hi montes ad ſidera ſumma parabant:
Et magnum bello ſollicitare iouem.
Fulmina de cæli iaculatus iuppiter arce
Vertit auctores pondera uaſta ſuos.
His bene maieſtas armis defenſa deorum
Reſtat & ex illo tempore culta manet.
Aſſidet inde ioui:iouis eſt fidiſſima cuſtos.

Et præstat sine ui scæptra tenenda ioui.
Venit & in terras: coluerunt romulus illam
Et numa: mox alii tempore quisque suo.
Illa patres in honore pio: matresque tuetur.
Illa comes pueris: uirginibusque uenit:
Illa datos fasces commendat: eburque curule:
Illa coronatis alta triumphat equis.
Finierat uoces polymnia: dicta probarunt
Clioque: & curuæ scita thalia lyræ:
Excipit uraniæ: fecere silentia cunctæ:
Et uox audiri nulla nisi illa potest.
Magna fuit capitis quondam reuerentia cani:
Inque suo pretio ruga senilis erat.
Martis opus iuuenes: animosaque bella gerebant:
Et pro diis aderant in statione suis.
Viribus illa minor nec habendis utilis armis
Consilio patriæ sæpe ferebat opem:
Necnisi post annos patuit tunc curia seros:
Nomen & ætatis mite senatus habet.
Iura dabat populo senior: finitaque certis
Legibus est ætas: unde petatur honos.
Et medius iuuenum non indignantibus ipsis
Ibat: & interior si comes unus erat.
Verba quis auderet coram sene digna rubore
Dicere? censuram longa senecta dabat:
Romulus hoc uidit: selectaque corpora patres
Dixit: ad hos urbis summa relata nouæ est.
Hinc sua maiores tribuisse uocabula maio
Tangor & ætati consuluisse suæ.
Et numitor dixisse potest: da romule mensem
Hunc senibus: nec auum sustinuisse nepos.
Nec leue propositum pignus successit honoris:
Iunius a iuuenum nomine dictus adest
Tunc sic neglectos hedera redimita capillo:
Prima sui cœpit calliopea chori.
Duxerat oceanus quondam titanida tethin:
Qui terram liquidis qua patet ambit aquis.
Hinc sata pleione cum cœlifero atlante
Iungitur: ut fama est: pleiadasque parit:
Quarum maia suas forma superasse sorores
Traditur & summo concubuisse ioui.
Hæc enixa iugo cupræssifere cyllenes
Pethereum uolucri qui pede carpit iter.
Arcades hunc ladonque rapax: & mænalus ingens
Rite colunt: luna credita terra prior.
Exul ab arcadia latios euander in agros
Venerat impositos: attuleratque deos:
Hic ubi nunc roma est orbis caput: arbor: & herbæ:
Et paucæ pecudes: & casa rara fuit.
Quo postquam uentum est: consistite præscia mater
Nam locus imperii rus erit istud: ait.
Et matri & uati paret monacrius heros:
Inque peregrina constitit hospes humo.
Saeraque multa quidem: sed fauni prima bicornis
Has docuit gentes alipedisque dei.
Semicaper coleris succinctis faune lupercis:
Collustrant celeres uerbera secta uias.
At tu materno donasti nomine mensem
Intuentor curuæ furibus apte fidis.
Nec pietas hæc prima tua est septena putaris;
Pleiadum numero fila dedisse lyræ.
Hæc quoque desierat laudata est uoce sororum.
Quid faciam: turbæ pars habet omnis idem.
Gratia pieriedum uobis æqualiter adsit:
Nullaque laudetur pluſue minusue mihi.

A ioue surgat

A ioue ſurgat opus:prima mihi nocte uidenda
Sella eſt in cunis officioſa iouis.
N aſcitur oleniæ ſignum pluuiale capellæ.
Illa dati cœlum præmia lactis habet.
N ais amalthea cretæa nobilis ida
Dicitur in ſyluis occuluiſſe iouem.
H uic fuit hædorum mater formoſa duorum
Inter dicteos conſpicienda greges:
C ornibus aeriis atque in ſua terga recuruis
Vbere quod nutrix poſſet habere iouis.
L ac dabat illa deo:ſed fregit in arbore cornu:
Truncaque dimidia parte decoris erat.
S uſtulit hoc nymphe:cinxitque decentibus herbis:
Et planum pomis ad iouis ora tulit.
I lle ubi res cæli tenuit ſolioque paterno
Sedit:& inuicto nil ioue maius erat.
S idera nutricem nutricis fertile cornu:
Fecit quod dominæ nunc quoque nomen habet.
P ræſtitibus maiæ laribus uidere calendæ
Aram conſtitui:paruaque ſigna deum.
A ra erat illa quidem curibus:ſed longa uetuſtas
D eſtruit & ſaxo longa ſenecta nocet.
C auſa tamen poſitis fuerat cognominis illis
Quod præſtant oculis omnia tuta ſuis.
S tant quoque pro nobis:& præſunt mœnibus urbis
Et ſunt præſentes auxiliumque ferunt.
Ft canis ante pedes ſaxo fabricatus eodem
Stabat quæ ſtandi cum lare cauſa fuit.
S eruat uterque domum:domino quoq; fidus uterq;
Compita grata deo:compita grata cani.
E xagitant & lar & turba diania fures:
Peruigilantque lares:peruigilantque canes
B ina gemellorum quærebam ſigna deorum
Vſibus annoſe facta caduca moræ:
Mille lares geniumque ducis qui tradidit illos
Vrbs habet:& uici numina trina colunt.
Quo feror?auguſtus menſis mihi carminis huius
Ius habet:interea diua canenda bona eſt.
E ſt moles natiua loco:res nomina fecit:
Appellant ſaxum:pars bona montis ea eſt.
Hic remus inſtiterat fruſtra quo tempore fratri
Regna palatinæ prima dediſtis aues.
T empla patres illic oculos exoſa uiriles
Leniter acliuo conſtituere iugo.
D edicat hoc ueteris craſſorum nominis hæres
Virgineo nullum corpore paſſa uirum.
Liuia reſtituit:nenon imitata maritum
Eſſet:& ex omni parte ſecuta uirum.
P oſtera cum roſeam pulſis hyperionis aſtris
In matutinis lampada tollet equis:
F rigidus agreſtis ſummas mulcebit ariſtas:
Candidaque a capreis uela dabuntur aquis:
A t ſimul inducent nocturna crepuſcula noctem:
Pars hyadum toto de grege nulla latet:
O ra micant tauri:ſeptem radiantia flammis:
Nauita quas hyadas graius ab himbre uocat
P ars bacchum nutriſſe putat:pars credidit eſſe
Tethyos has neptes oceanique ſenis.
N ondum ſtabat atlas humeros oneratus olympo:
Quum ſatus eſt forma conſpiciendus hyas.
H unc ſtirps oceani maturis nixibus æthra
Edidit:& nymphas:ſed prior ortus hyas:
D um noua lanugo pauidos formidine ceruos
Terret & eſt illi præda benigna lepus.
A t poſtquam uirtus annis adoleuit in apros

Audet:& hirſutas cominus ire feras.
Dumque petit latebras fœtæ catuloſque leænæ
Ipſe fuit libycæ preda cruenta leæ.
Mater hyan:& hyam mœſtæ fleuere ſorores:
Ceruicemque polo ſuppoſiturus atlas:
Victus uterque parens tamen eſt pietate ſororum.
Illa dedit cœlum:nomina fecit hyas.
Mater ades florum ludis celebrata iocoſis:
Diſtuleram partes menſe priore tuas.
Incipis aprili:tranſis in tempora maii:
Alter te fugiens quum uenit alter habet.
Quum tua ſint cedantque tibi confinia menſum:
Conuenit in laudes ille uel ille tuas.
Circus in hunc exit clamataque palma theatris:
Hoc quoque cum circi munere carmen eat:
Ipſa doce quæ ſcis:hominum ſententia fallax:
Optima tu proprii nominis auctor eris:
Sic ego:ſic noſtris reſpondit diua rogatis:
Dum loquitur uernas efflat ab ore roſas:
Chloris eram:quæ flora uocor:corrupta latino
Nominis eſt noſtri littera græca ſono:
Chloris eram nymphe campi felicis:ubi audis
Rem fortunatis ante fuiſſe uiris:
Quæ fuerat mihi forma graue eſt narrare modeſte
Sed generum matri reperit illa deum
Ver erat errabam:zephyrus conſpexit:abibam
Inſequitur fugio fortior ille fuit.
Et dederat fratri boreas ius omne rapinæ:
Auſus erichthea præmia fere domo
Vim tamen emendat dando mihi nomina nuptæ.
Inque meo non eſt ulla querela toro:
Vere fruor ſemper:ſemper nitidiſſimus annus:
Arbor habet frondes:pabula ſemper humus.
Eſt mihi fœcundus dotalibus hortus in agris.
Aura fouet liquidæ fonte rigantur aquæ.
Hunc meus impleuit generoſo flore maritus:
Atque ait arbitrium tu dea floris habe.
Sæpe ego digeſtos uolui numerare colores.
Non potui numero copia maior erat:
Roſida cum primum foliis excuſſa pruina eſt:
Et uariæ radiis intepuere comæ
Tunc ueniunt pictis incinctæ ueſtibus horæ:
Inque leues calathos munera noſtra legunt:
Protinus accedunt charites:nectuntque coronas:
Sertaque cæleſtes implicitura comas
Prima per immenſas ſparſi noua ſemina terras:
Huius egens tellus ante coloris erat.
Prima teramnæo feci de ſanguine florem
Et manet in folio ſcripta querela ſuo.
Tu quoque nomen habes cultos narciſe per agros
Infœlix quod non alter & alter eras:
Quid crocon:aut acin referam cynaraque creatum?
De quorum per me ſanguine ſurgit honor
Mars quoque ſi neſcis:per noſtras editus artes:
Iuppiter hoc ut adhuc neſciat uſque precor.
Sancta iouem iuno:nata ſine matre minerua:
Officio doluit non eguiſſe ſuo:
Ibat ut oceano quereretur facta mariti:
Reſtitit ad noſtras feſſa labore fores:
Quam ſimul aſpexi:quid te ſaturnia dixi
Attulit exponit quem petit illa locum.
Addidit & cauſam:uerbis ſolabar amicis
Non inquit uerbis cura leuanda mea eſt.
Si pater eſt factus neglecto coniugis uſu
Iuppiter & ſolus nomen utrunque tenet:

Cur ego

Cur ego desperem fieri sine coniuge mater?
Et parere intacto: dummodo casta uiro?
Omnia tentabo latis medicamina terris:
Et freta: tartareos excutiamque sinus:
Vox erat in cursu: uultum dubitantis habebam.
Nescio quid nymphe sci re uideris ait.
Ter uolui promittere opem: ter lingua retenta est.
Ira iouis magni causa timoris erat.
Fer precor auxilium dixit cælabitur auctor
Et strygie nomen testificabor aquæ.
Quod peris olenis inquam tibi missus ab aruis
Flos dabit: est ortis unicus ille meis.
Qui dabat hoc dixit: & sterilẽ quoq; tange iuuencã:
Mater erit tetigi. nec mora mater erat.
Protinus hærentem decerpsit pollice florem.
Tangit & e tacto concipit illa sinu:
Iamque grauis thracen: & læua propontidos intrat:
Fitque potens uoti: marsque creatus erat.
Qui memor accepti per me: natalis habeto
Tu quoque romulea dixit in urbe locum.
Forsitan in teneris tantum mea regna coronis
Esse putas tangit numen & arua meum.
Si bene floruerint segetes: erit area diues.
Si bene floruerit uinea bacchus erit:
Si bene floruerint oleæ nitidissimus annus:
Poma quoque euentum temporis huius habent.
Flore simul læso pereunt uiciæque fabæque.
Et pereunt lentes aduena nilc tuæ:
Vina quoque in magnis operose condita cellis
Florent & nebulæ dolia summa tegunt.
Mella meum munus: uolucres ego mella daturas
Ad uiolam & cytisos & thima cana uoco.
Nos quoq; idem facimus: tunc cum iuuenilibus annis
Luxuriant animi: corporaque ipsa uigent.
Talia dicentem tacitus mirabar: at illa
Ius tibi dicendi est: si qua requiris: ait:
Dic dea respondi: ludorum quæ sit origo.
Vix bene desieram: rettulit illa mihi:
Cætera luxuriæ non dum instrumenta uigebant:
Aut pecus: aut latam diues habebat humum
Hinc etiam locuples: hinc ipsa pecunia dicta est.
Sed iam de uetito quisque parabat opes.
Venerat in morem populi de pascere saltus.
Idque diu licuit: pœnaque nulla fuit.
Vindice seruabat nullo sua publica uulgus:
Iamque in priuato pascere inertis erat.
Plæbis ad ædiles perducta licentia talis
Publicos: animus defuit ante uiris.
Rem populus recipit: mulctam subiere nocentes:
Vindicibus laudi publica cura fuit.
Mulcta data est ex parte mihi: magnoque fauore
Victores ludos instituere nouos.
Parte locant cliui: qui tunc erat ardua rupes.
Vtile nunc iter est publicumque uocant.
Annua crediderat spectacula facta negauit:
Addidit & dictis altera uerba suis:
Nos quoque tangit honos festis gaudemus & aris:
Turbaque cælestes ambitiosa sumus.
Sæpe deos aliquis peccando fecit iniquos:
Et pro delictis hostia blanda fuit.
Sæpe iouem uidi: quum iam sua mittere uellet
Fulmina: ture dato sustinuisse manum.
At si negligimur: magnis iniuria pœnis
Soluitur & iustum præterit ira modum:
Respice testiaden: flammis absentibus ardet.

Cauſa eſt quod phœbes ara ſine igne fuit.
Reſpice tantaliden: eadem dea uela tenebat
Virgo eſt: & ſpretos bis tamen ulta focos.
Hippolite infœlix uelles coluiſſe dionen:
Quum coſternatis dirripereris equis.
Longa referre mora eſt collecta obliuia damnis
Me quoque romani præteriere patres.
Quid facerem? per quod fierem manifeſta doloris:
Exigerent noſtræ qualia damna notæ?
Excidit officium triſti mihi: nulla tuebar
Rura nec in precio fertilis hoſtis erat.
Lilia deciderant: uiolas arere uideres:
Filaque punicei languida facta croci.
Sæpe mihi zephyrus dotes corrumpere noli
Ipſa tuas dixit dos mihi uilis erat.
Florebant oleæ: uenti nocuere proterui:
Florebant ſegetes: grandinæ læſa ſeges.
In ſpe uitis erat: cœlum nigreſcit ab auſtris.
Et ſubita frondes decutiuntur aqua.
Nec uolui fieri nec ſum crudelis in ira:
Cura repellendi ſed mihi nulla fuit.
Couuenere patres: & ſi bene floreat annus:
Numinibus noſtris annua feſta uouent.
Annuimus uotis: conſul cum conſule ludos
Poſtumio lenas perſoluere mihi.
Quærere conabar: quare laſciuia maior
His foret in ludis: liberiorque iocus
Sed mihi ſuccurrit numen non eſſe ſeuerum:
Aptaque delitiis munera ferre deam.
Tempora ſuttilibus pinguntur tecta coronis:
Et latet iniecta ſplendida menſa roſa.
Ebrius incinctis philtra conuiua capillis
Saltat & imprudens uertitur arte meri.
Ebrius ad durum formoſæ limen amicæ.
Cantat habent unſtæ mollia ſerta comæ.
Nulla coronata peraguntur ſeria fronte:
Nec liquidæ iuncto flore bibuntur aquæ.
Donec eras mixtus nullis acheloe racemis:
Gratia ſummendæ non erat ulla roſæ.
Bacchus amat flores: baccho placuiſſe coronam
Ex ariadneæo ſidere noſſe potes:
Scæna leuis decet hanc non eſt mihi credite non eſt
Illa cothurnatas inter habenda deas:
Turba quidem cur hos celebret meretricia ludos:
Non ex difficili cognita cauſa fuit.
Non eſt de tetricis: non eſt de magna profeſſis:
Vult ſua plæbeio ſacra patere choro.
Et mouet ætatis ſpeciæ dum floreat uti.
Contemnunt ſpinam quum cecidere roſæ.
Cur tamen ut dantur ueſtes cerealibus albæ:
Sic eſt ſed cultu uerſicolore decens.
An quia maturis albeſcit menſis ariſtis.
Et color & ſpecies floribus omnis ineſt?
Annuit & motis flores cecidere capillis:
Decidere immenſas ut roſa miſſa ſolet.
Lumina reſtabant quorum me cauſa latebat:
Quum ſic errores abſtulit illa meos
Vel quia purpureis collucent floribus agri
Lumina ſunt noſtros uiſa decere dies.
Vel quia nec flos eſt hebeti nec flamma colore:
Atque oculos in ſe ſplendor uterque trahit.
Vel quia delitiis nocturna licentia noſtris
Conuenit: a uero tertia cauſa uenit.
Eſt breue præterea de quo mihi quærere reſtat:
Si liceat dixi: dixit & illa licet:

Cur tibi pro libycis clauduntur rete leænis
Imbelles capreæ ſollicituſque lepus.
Non ſibi reſpondit ſiluas ceſſiſſe ſed hortos:
Aruaque pugnaci non adeunda feræ.
Omnia finierat:tenues ſeceſſit in auras:
Manſit odor:poſſes ſcire fuiſſe deam.
Floreat ut toto carmen naſonis in æuo:
Sparge precor donis pectora noſtra tuis.
Nocte minus quarta promet ſua ſydera chiron
Semiuir:& flaui corpore mixtus equi.
Pelion æmoniæ mons eſt obuerſus in auſtros.
Summa uirent pinu:cætera quercus habet.
Phyllirides tenuit:ſaxo ſtant antra uetuſto:
Quæ iuſtum memorant incoluiſſe ſenem.
Ille manus olim miſſuras hectora leto
Creditur in lyricis detinuiſſe modis:
Venerat alcides exhauſta parte laborum:
Iuſſaque reſtabant ultima pene uiro.
Stare ſimul caſu troiæ duo fata uideres.
Hinc puer æacides:hinc ioue natus erat:
Excipit hoſpicio iuuenem phyllirius heros:
Et cauſam aduentus quærit & ille docet.
Reſpicit interea clauam ſpoliumque leonis.
Virque ait hic armis:armaque digna uiro.
Nec ſe quin horrens auderent tangere ſetis
Vellus achilleæ continuere manus.
Dumque ſenex tractat ſquallentia tela uenenis:
Excidit & leuo fixa ſagitta pede eſt.
Ingemuit chiron:traxitque a corpore ferrum.
Et gemit alcides:æmoniuſque puer:
Ipſe tamen lectas pagaſæis collibus herbas
Temperat & uana uulnera mulcet ope.
Virus edax ſuperabat opem penituſque recepta
Oſſibus & toto corpore peſtis erat:
Sanguine centauri lerneæ ſanguis echidnæ
Mixtus ad auxilium tempora nulla dabat:
Stabat ut ante patrem lachrymis perfuſus achilles:
Sic flendus peleus ſi moreretur erat:
Sæpe manus ægras manibus mulcebat amicis:
Morum quos fecit præmia doctor habet.
Oſcula ſæpe dedit:dixit quoque ſæpe iacenti:
Viue precor:nec me chare relinque pater:
Nona dies aderat:quum tu iuſtiſſime chiron
Bis ſeptem ſtellis corpora cinctus eras.
Hunc lyra curua ſequi cuperet:ſed idonea nondum
Eſt uia nos aptum tertia tempus erit.
Tunc ubi protulerit formoſa ter heſperus ora:
Ter dederint phœbo ſidera uicta locum.
Ritus erit ueteris noctuma lemuria ſacri:
Inferias tacitis manibus illa dabunt.
Annus erat breuior:nec adhuc pia februa norant:
Nec tu dux menſum iane biformis eras.
Iam tamen extinctos cineri ſua dona ferebant:
Compoſitique nepos buſta piabat aui.
Menſis erat maius:maiorum nomine dictus
Qui partem priſci nunc quoque moris habet.
Nox ubi iam media eſt:ſomnumq; ſilentia præbent
Et canis & uariæ conticuiſtis aues:
Ille memor ritus ueteris timiduſque deorum
Surgit habent gemini uincula nulla pedes
Signaque dat digitis medio cum pollice iunctis
Occurrat tacito ne leuis umbra ſibi.
Quumque manus puras fontana perluit unda:
Vertitur:& nigras accipit ore fabas.
Auerſuſque iacit:ſed dum iacit:hæc ego mitto:

His inquit: relino: meque meosque fabis.
Hæc nouies dicit: nec respicit umbra putatur
Colligere & nullo terga uidente sequi.
Rursus aquam tangit: themesæaque concrepat æra.
Et rogat: ut tectis exeat umbra suis.
Quum dixit nouies: manes exite paterni:
Respicit & pure sacra peracta putat
Dicta sit unda dies: quæ nominis extet origo
Me fugit: ex aliquo est inuenienda deo.
Pleide nate mone uirga uenerande potenti:
Sæpe tibi est stygii regia uisa iouis.
Venit adoratus caduciser: accipe causam
Nominis ex ipso est cognita causa deo.
Romulus ut tumulo fraternas abdidit umbras:
Et male ueloci iussa soluta remo:
Faustulus infœlix: & passis acca capillis
Spargebant lachrymis ossa perusta suis.
Inde domum redeunt sub prima crepuscula mœsti
Vtque erat in duro procubuere toro.
Vmbra cruenta remi uisa est assistere lecto.
Atque hæc exiguo murmure uerba loqui:
En ego dimidium uoti parsque altera uestri:
Cernite sim qualis: qui modo talis eram.
Qui modo si uolucres habuissem regna iubentes:
In populo potui maximus esse meo.
Nunc elapsa rogis flammis: & inanis imago:
Hæc est ex illo forma relicta remo.
Hæus ubi mars pater est: si uos modo uera locuti
Vberaque expositis: illa ferina dedit.
Quem lupa seruauit: manus hunc temeraria ciuis
Perdidit: o quanto mitior illa fuit.
Se celer: crudelem animam per uulnera reddas.
Vtque ego sub terra sanguinolentus eas.
Noluit hoc frater: pietas æqualis in illo est.
Quod potuit lachrymas manibus ille dedit.
Hunc uos per lachrymas: per uestra alimenta rogate
Vt celebrem nostro signet honore diem.
Mandentem amplecti cupiunt & brachia tendunt:
Lubrica prehensantes effugit umbra manus.
Visaque confugiens somnos abduxit imago:
Ad regem uoces fratris uterque ferunt.
Romulus obsequitur: lucemque remutia dixit
Illam qua positis iusta feruntur auis.
Aspera mutata est in lenem tempore longo
Littera quæ toto nomine prima fuit.
Mox etiam lemures animas dixere silentum.
Hic sensus uerbi: uis ea uocis erat.
Phana tamen lemures illis clausere diebus:
Vt nunc ferali tempore operta uides:
Nec uiduæ tedis eadem nec uirginis apta
Tempora: quæ nupsit nec diuturna fuit.
Hac quoque de causa: si te prouerbia tangunt:
Mense malas maio nubere uulgus ait.
Sed tamen hæc tria sunt sub eodem tempore festa
Inter se nulla continuata die.
Quorum si mediis boetum oriona quæres:
Falsus eris. signi causa sonanda mihi est.
Iuppiter & lato qui regnat in æquore frater:
Carpebant socias: mercuriusque uias.
Tempus erat quo uersa iugo referuntur aratra:
Et pronus saturæ lac bibit agnus ouis:
Forte senex hyreus angusti cultor agelli
Hos uidet exiguam stabat ut ante casam.
Atque ita. longa uia est: nec tempora longa supersunt
Dixit: & hospitibus ianua nostra patet.

Addidit &

Addidit & uultum uerbis:iterumque rogauit.
Parent promiſſis:diſſimulantque deos.
Tecta ſenis ſubeunt nigro deformia fumo.
Ignis in extremo ſtipite paruus erat.
Ipſe genu:nixus flammas excuſſit ab aura:
Et promit quaſſas:comminuitque faces.
Stant calices:minor inde fabas:ſolus ater habebat:
Et ſpumat teſta preſſus uterque ſua.
Dumq; mora eſt tremula dant uina rubentia dextra
Accipit æquoreus pocula prima deus
Quæ ſimul exhauſit:da nunc bibat ordine dixit
Iuppiter audito palluit ille ioue.
Vt rediit animus cultorem pauperis agri
Imolat & magno torret in igne bouem.
Quæque puer quondam primis diffuderat annis:
Promit fumoſo condita uina cado.
Nec mora flumineam lino cælantibus uluam.
Sic quoquenon altis incubuere toris
Nunc dape nunc poſito menſe nituere lyæo.
Terra rubens crater:pocula fagus erant.
Verba fuere iouis:ſiquid fert impetus ora:
Omne feres placidi uerba fuere ſenis.
Chara fuit coniuox prima mihi chara iuuenta
Cognita:nunc ubi ſit:quæritis?urna tegit.
Huic ego iuratus uobis in uerba uocatis:
Coniugio dixi ſola fruere meo.
Et dixi:& ſeruo:ſed enim diuerſa uoluntas
Eſt mihi:nec coniunx:ſed pater eſſe uolo.
Annuerant omnes:omnes ad terga iuuenci
Conſtiterant pudor eſt ulteriora loqui:
Tunc ſuper iniecta texere madentia terra.
Iamque decem menſes:& puer ortus erat:
Tunc hyreus:quia ſic genitus:uocat uriona.
Perdidit antiquum littera prima ſonum.
Creuerat immenſum comitem ſibi deleia ſumpſit:
Ille deæ cuſtos:ille ſatelles erat:
Verba mouent iras non circunſpecta deorum.
Quam nequeam dixit uincere nulla fera eſt.
Scorpion immiſit tellus fuit impetus illi
Curua gemelliparæ ſpicula ferre deæs
Obſtitit orion latona nitentibus aſtris
Addidit & meriti præmia dixit habe.
Quid:quod & orion:& cætera ſidera mundo
Cædere feſtinant:noxque coarctat iter.
Quid ſolito citius liquido iubar æquore tollit
Candida lucifero præueniente dies?
Fallor?an arma ſonant?non fallimur:arma ſonabãt
Mars uenit:& ueniens bellica ſigna dedit
Vltor ad ipſe ſuos cœlo deſcendit honores
Templaque in auguſto conſpicienda foro.
Et deus eſt ingens & opus debebat in urbe
Non aliter nati mars habitare ſui:
Digna giganteis hæc ſunt delubra trophæis:
Hinc fera grandiuum bella mouere decet.
Seu quis ab eoo nos impius orbe laceſſet:
Seu quisab occiduo ſole domandus erit.
Perſpicit armipotens operis faſtigia ſummi:
Et probat inuictos illa tenere deos.
Perſpicit in foribus diuerſæ tela figuræ:
Armaque terrarum milite uicta ſuo:
Hinc uidet æneam oneratum pondere charo:
Et tot iulææ nobilitatis auos.
Hinc uidet iliaden humeris ducis arma ferentem:
Claraque diſpoſitis acta ſubeſſe uiris.
Spectat & auguſto prætextum nomine templum:

Et uiſum lecto cæſare maius opus.
Vouerat hoc iuuenis tunc cum pia ſuſtulit arma:
A tantis princeps incipiendus erat.
Ille manus tendens inſtanti milite iuſto:
In coniuratos talia dicta dedit:
Si mihi bellandi pater eſt:ueſtæque ſacerdos
Auctor & ulciſci numen utrunque paro:
Mars ades:& ſatia ſcelerato ſanguine ferrum:
Stetque fauor cauſa pro meliore tuus.
Templa feres & me uictore uocaberis ultor.
Vouerat & fuſo lætus ab hoſte redit
Nec ſatis eſt meruiſſe ſibi cognomina martis.
Perſequitur parthi ſigna retenta mauu.
Gens fuit & campis & equis & tuta ſagittis:
Et circunfuſis inuia fluminibus
Adiderant animos craſſorum funera genti:
Quum periit miles ſignaque duxque ſimul.
Signa ducis bello parthus romana tenebat:
Romanæque aquilæ ſigniſer hoſtis erat:
Iſque pudor manſiſſet adhuc:niſi fortibus armis
Cæſaris auſoniæ protegerentur opes
Ille notas ueteres & longi dedecus æui
Suſtulit agnorunt ſigna recepta ſuos.
Quid tibi nunc ſolitæ mitti poſt terga ſagittæ?
Quid loca?quid rapidi profuit uſus equi?
Parthe refers aquilas:uictos quoque porrigis arcus:
Pignora iam noſtri nulla pudoris habes.
Rite deo templumq; datum:nomenque biſultor
Emeritus uoti debita ſoluit honor.
Solennes ludos circi cælebrate quirites:
Non uiſa eſt fortem ſcæna decere deum.
Pleiadas aſpicias omnes totumque ſororum
Agmen:ubi ante idus nox erit una ſuper.
Tunc mihi non dubiis auctoribus incipit æſtas:
Et tepidi finem tempora ueris habent.
Idibus ora prior ſtellantia tollere taurum
Indicat:huic ſigno fabula nota ſubeſt.
Præbuit ut taurus tyriæ ſua terga puellæ
Iuppiter & falſa cornua fronte tulit:
Illa iubam dextra leuaque tenebat amictus:
Et timor ipſe noui cauſa decoris erat.
Aura ſinus implet:flauos mouet aura capillos.
Sidoni ſic fueras aſpicienda ioui.
Sæpe puellares ſubduxit ab æquore plantas:
Et meruit tactus aſſilientis aquæ
Sæpe deus prudens tergum dimittit in undas:
Hæreat ut collo fortius illa ſuo.
Littoribus tactis ſtabat ſine cornibus ullis
Iuppiter:inque deum de boue uerſus erat.
Taurus init cœlum:te ſidoni iuppiter implet.
Parſque tuum terræ tertia nomen habet:
Et cœli ſignum phariam dixere iuuencam:
Quæ bos ex homine eſt ex boue facta dea:
Tunc quoque priſcorum uirgo ſimulacra uirorum
Mittere roboreo ſcirpea ponte ſolet.
Corpora poſt decies ſenos qui credidit annos
Miſſa neci:ſceleris crimine damnat auo.
Fama uetus tunc quum ſaturnia terra uocata eſt:
Talia fatidici dicta fuere ſenis.
Falcifero libate ſeni:duo corpora gentis
Mittite:quæ thuſcis excipiantur aquis.
Donec in hæc uenit tirynthius aura quotannis
Triſtiſtia leucadio ſacra peracta deo:
Illum ſtramineos in aquam miſiſſe qnirites.
Herculis exemplo corpora falſa iaci.

pars putat

Pars putat ut ferrent iuuenes suffragia soli:
Pontibus infirmos præcipitasse senes.
Thybri doce uerum tua ripa uetustior urbe est:
Principium ritus tu bene nosse potes:
Thybris arundiferum medio caput extulit alueo:
Rauchaque dimouit talibus ora sonis.
Hæc loca desertas uidi sine mœnibus herbas.
Pascebat paucos utraque ripa boues.
Et quem nunc gentes tyberim noruntque timentque
Tunc etiam pecori despiciendus eram.
Arcadis euandri nomen tibi sæpe refertur
Ille meas remis aduena torsit aquas
Venit & alcides turba comitatus achiua:
Albula si memini:tunc mihi nomen erat.
Excipit hospitio iuuenem palantius heros:
Et tandem caco debita pœna fuit:
Victor abiit secumque boues erytreida prædam
Abstrait at comites longius ire negant.
Magnaque pars horum desertis mansit in agris
Montibus his ponunt spemque laremque suum.
Sæpe tamen patriæ dulci tanguntur amore.
Atque aliis moriens hoc bræue mandat opus.
Mittite me in tyberim:tyberinis uectus in undis
Littus ad inachium puluis inanis eam.
Displicet hæredi mandati cura sepulchri:
Mortuus ausonia conditur hospes humo.
Cirpea pro domino tyberi iactatur imago:
Vt repetat graias per freta longa domos:
Hactenus:ut subiit uiuo rorantia saxo
Antra:leues cursum sustinuistis aquæ.
Clare nepos atlantis ades:quem montibus olim
Edidit arcadiis pleias una ioui:
Pacis & armorum superis:inimisque deorum
Arbiter alato qui pede carpsiter:
Læte lyræ pulsu:nitida quoque læte palæstra:
Quo didicit culte lingua docente loqui.
Templa tibi posuere patres spectantia circum
Idibus: ex illo hæc est tibi sacra dies.
Te quicunque suas profitentur uendere merces:
Ture dato tribuas ut sibi lucra rogant:
Est aqua mercurii portæ uicina capenæ:
Si iuuat expertis credere: numen habet
Huc uenit incinctus tunica mercator:& urna
Purus suffusa:quam ferat:haurit aquam.
Vda fit hinc laurus:lauro sparguntur ab uda
Omnia:quæ dominos sunt habitura nouos.
Spargit & ipse suos lauro rorante capillos.
Et peragit solita fallere uoce preces.
Ablue præteriti periuria temporis inquit:
Ablue præteriti perfida uerba die.
Sine ego te feci testem falsoue citaui
Non audituri numina uana iouis.
Sine deum prudens alium diuamue fefelli:
Abstulerint celeres improba uerba noti.
Et pereant ueniente die periuria nobis:
Nec curent superi si qua locutus ero.
Damodo lucra mihi:da facto gaudia lucro:
Et face ut emptori uerba dedisse iuuet.
Talia mercurius postentes ridet ab alto
Se memor orthygias surrupuisse boues.
At mihi parce precor:tanto meliora petenti:
In geminos ex quo tempore phœbus eat:
Quum totidem de mense dies supereresse uidebis
Quot sunt herculei facta laboris ait.
Dic ego respondi causa mihi syderis huius:

Cauſam facundo reddidit ore deus.
Abſtulerant raptas phœben:phœbeſque ſororem
Tyndaridæ fratres hic eques:ille pugil.
Bella parant:repetuntque ſuas & frater & idas
Leucippo fieri pactus uterque gener.
His amor ut repetant:illis ut reddere nolint
Suadet:& ex cauſa pugnat uterque pari.
Effugere œbalidæ curſu potuere ſequentes:
Sed uiſum celeri uincere turpe fuga eſt.
Liber ab arboribus locus eſt:apta area pugnæ.
Conſtiterant illo nomina fida loco.
Pectora tranſiectus lyncæo caſtor ab enſe
Non expectato uulnere preſſit humum.
Vltor adeſt pollux:& lyncæa perforat haſta:
Qua ceruix humeros continuata tegit.
Ibat in hunc idas:uixque eſt iouis igne repulſus
Tela tamen dextra fulmine rapta negant
Iamque tibi pollux cœlum ſublime petebat:
Cum mea dixiſti percipe uerba pater.
Quod mihi das uni:cœlum partire duobus:
Dimidium tuto munere maius erit.
Dixit:& alterna fratrem ſtatione redemit.
Vtile ſollicitæ ſydus utrunque rati.
Ad ianum redeat:qui quærit agonia quid ſint:
Quæ tamen in faſtis hoc quoque tempus habent:
Nocte ſequente diem canis erigoneus exit:
Eſt alio ſigni reddita cauſa loco.
Proxima uulcani lux eſt quam luſtria dicunt.
Luſtrantur puræ quas facit ille tubæ.
Quattuor inde notis lucus eſt:quibus ordine lectis:
Vel mos ſacrorum:uel fuga regis ineſt.
Nec te prætereo populi fortuna potentis
Publica:cui templum luce ſequente datum eſt.
Hancubi diues aquis acceperit amphitrite:
Grata ioui fuluæ roſtra uidebis auis.
Auferet ex oculis ueniens aurora booten:
Continuaque die fidus hiantis erit.

PV. OVI. NASONIS FASTORVM LIBER. VI.

SIc quoq; mẽſis habet dubias in nomine cãs
Quæ placeant poſitis omnibus ipſe leges:
Facta caná ſed erũt q me finxiſſe loquẽtur
Nullaque mortali numina uiſa putent.
Eſt deus in nobis:agitante caleſcimus illo.
Impetus hic ſacræ ſemina mentis habet.
Fas mihi præcipue uultus uidiſſe deorum.
Vel quia ſum uates:uel quia ſacra cano.
Eſt nemus arboribus denſum:ſecretus ab omni
Voce locus:ſi non obſtreperetur aquis:
Hinc ego quærebam cœpti quæ menſis origo
Eſſet:& in cura nominis huius eram.
Ecce deas uidi non quas præceptor arandi
Viderat aſcræas quum ſequeretur oues:
Nec quas priamides in aquoſæ uallibus idæ
Contulit:ex illis ſed tamen una fuit.
Exillis fuit una ſui germana mariti.
Hæc erat agnoui quæ ſtat in arce iouis.
Horrueram tacitoque animum pallore fatebar:
Tunc dea:quos fecit:ſuſtulit illa metus
Namque ait o uates romani conditor anni:
Auſe per exiguos magna referre modos
Ius tibi feciſti numen cæleſte uidendi:
Quum placuit numeris condere feſta tuis.
Ne tamen ignores:uulgique errore traharis:
Iunius a noſtro numine nomen habet:
Eſt aliquid nupſiſſe ioui:iouis eſſe ſororem.
Fratre magis

Fratre magis dubito glorier:an ne uiro.
Sigenus aſpicitur:ſaturnum prima parentem
Feci ſaturni ſors ego prima fui:
Apatre dicta meo quondam ſaturnia roma eſt
Hæc illi e cælo proxima terra fuit.
Si torus in precio eſt:dicor matrona tonantis:
Iunctaque tarpeio ſunt mea templa ioui.
An potuit maio pellex dare nomina menſi:
Hic honor in nobis inuidioſus erit?
Cur igitur regina uocor princepſque dearum?
Aurea cur dextræ ſcæptra dederæ meæ?
An faciunt menſem luces lucinaque ab illis
Dicar:& a nullo nomina menſe traham.
Tum me pœniteat poſuiſſe fideliter iras
In genus electræ:dardaniamque domum.
Cauſa duplex iræ rapto ganymede dolebam.
Forma quoque idæo iudice uicta mea eſt.
Pœniteat quod non foui carthaginis arces:
Quum mea ſint illo currus & arma loco.
Pœniteat ſparten:argoſque:meaſque mycenas:
Et ueterem latio ſuppoſuiſſe ſamon.
Adde ſenem tatium iunonicolaſque faliſcos:
Quos ego romanis ſuccubuiſſe tuli:
Sed neque pœniteat:nec gens mihi charior ulla eſt
Hic color:hic teneo cum ioue templa meo.
Ipſe mihi mauors commendo mœnia dixit
Hæc tibi:tu pollens urbe nepotis eris.
Dicta fides ſequitur:centum celebramur in aris:
Nec leuior quouis eſt mihi menſis honor:
Nec tamen hunc nobis tantūmodo præſtat honorē
Roma ſuburbani dant mihi munus idem.
Inſpice quos habeat nemoralis aricia faſtos:
Et populus laurens lauiniumque meum.
Eſt illic menſis iunonius aſpice tybur:
Et præneſtine mœnia ſacra deæ.
Iunonale leges tempus nec romulus illas
Condidit:at noſtri roma nepotis erat.
Fnierat iuno reſpeximus herculis uxor
Stabat & in uultu ſigna dolentis erant.
Non ego ſi toto mater me cedere cœlo
Iuſſerit:inuita matre morabor ait.
Nunc quoque non luctor de nomine temporis huius
Blandior & partes pene rogantis ago.
Remque mei iuris malim tenuiſſe præcando:
Et faueas cauſæ forſitan ipſe meæ.
Aurea poſſedit poſito capitolia templo
Mater:& ut debet cum ioue ſumma tenet.
At decus omne mihi contingit origine menſis.
Vnicus eſt de quo ſollicitamur honor.
Quid graue ſi titulum menſis romane dediſti
Herculis uxori:poſteritaſque memor?
Hæc quoq; terra aliquid debet mihi nomine magni
Coniugis huc captas appulit ille boues.
Hic male defenſus flammis & dote paterna
Cacus auentinam ſanguine tinxit humum:
Ad propiora uocor populum digeſſit ab annis
Romulus:in partes diſtribuitque duas
Hæc dare conſilium:pugnare paratior illa eſt:
Hæc ætas bellum ſuadet at illa gerit.
Sic ſtatuit menſeſque nota ſecreuit eadem:
Iunius eſt iuuenum:qui fuit ante ſenum.
Dixit & inlitem ſtudio certaminis iſſent:
Atque ire pietas diſſimulata foret.
Venit apollinea longas concordia lauro
Nexa coma placidi numen opuſque ducis.

Hæc ubi narrauit tatium fortemque quirinum:
Binaque cum populis regna coiſſe ſuis
Et lare communi ſoceros generoſque receptos:
His nomen iunctis iunius inquit habet.
Dicta triplex cauſa eſt:at uos ignoſcite diuæ:
Res eſt arbitrio non dirimenda meo.
Ite pares a me perierunt iudice formæ
Pergama plus lædunt:q̃ iuuat una duæ:
Prima dies tibi carna datur dea cardinis hæc eſt:
Numine clauſa aperit:claudit aperta ſuo:
Vnde datas habeat uires obſcurior æuo.
Fama ſed e noſtro carmine certus eris.
Adiacet antiquus tyberino lucus elerni.
Pontifices illuc nunc quoque ſacra ferunt.
Inde fata eſt nymphe:granen dixere priores:
Nec quicquam multis ſæpe petita procis
Rura ſequi iaculiſque feras agitare ſolebat:
Nodoſaſque caua tendere ualle plagas.
Non habuit pharetram:phœbi tamen eſſe ſororem
Credebant:nec erat phœbe pudenda tibi
Huic aliquis iuuenum dixiſſet amantia uerba:
Reddebat tales protinus illa ſonos.
Hæc loca lucis habent nimis & cum luce pudoris.
Si ſecreta magis ducis in antra ſequar.
Credulus ante ſubit:frutices:hæc nacta reſiſtit.
Et latet & nullo eſt inuenienda loco.
Viderat hanc ianus uiſæque cupidine captus:
Ad duram uerbis mollibus uſus erat
Nympha iubet quæri de more remotius antrum:
Vtque comes ſequitur:deſtituitque ducem:
Stulta uidet ianus quæ poſt ſua terga gerantur:
Nil agis:& latebras reſpicit ille tuas.
Nil agis en dixit:nam te ſub rupe latentem
Occupat amplexu:teque potitus ait.
Ius pro concubitu noſtro tibi cardinis eſto:
Hoc precium poſitæ uirginitatis habe.
Sic fatus ſpinam:qua triſtes pellere poſſet
A foribus noxas:hæc erat alba:dedit.
Sunt auidæ uolucres:non quæ phineia menſis
Guttura fraudabant:ſed genus inde trahunt.
Grande caput ſtantes oculi:roſtra apta rapinæ:
Canicies pennis.unguibus hamus ineſt.
Nocte uolant pueroſque petunt nutricis egentes:
Et uitiant cunis corpora rapta ſuis.
Carpere dicuntur lactentia uiſcera roſtris:
Et plenum poto ſanguine guttur habent.
Eſt illis ſtrigibus nomen ſed nominis huius
Cauſa quot horrenda ſtridere nocte ſolent.
Siue igitur naſcuntur aues:ſeu carmine fiunt
Nenia quæ in uolucresfalſa figurat anus:
In thalamos uenere procæ:proca natus in illis
Præda recens auium quinque diebus erat.
Pectoraque exorbent auidis infantia linguis:
Et puer infœlix uagit opemque petit.
Territa uoce ſui nutrix accurrit alumni.
Et rigido ſectas inuenit ungue genas.
Quid faceret? color oris erat qui frondibus olim
Eſſe ſolet ſeris:quas noua læſit hyems.
Peruenit ad granen:& rem docet illa timorem
Pone tuus ſoſpes dixit alumnus erit.
Venerat ad cunas:flebant materque paterque.
Siſtite uos lachrymas:ipſa medebor ait.
Protinus arbutea poſtes ter in ordine tangit:
Fronde ter arbutea limina fronde notat.
Spargit aquis aditus:& aquæ medicamen habebant.

Extaq; de

Extaque de porca cruda bimestre tenet.
Atque ita noctis aues extis puerilibus inquit
Parcite pro paruo uictima parua cadit.
Cor pro corde precor pro fibris sumite fibras.
Hanc animam uobis pro meliore damus.
Sic ubi libauit pro secta sub æthera ponit:
Quique adsint sacris respicere illa uetat.
Virgaque ianalis de spina sumitur alba:
Qua lumen thalamis parua fenestra dabat.
Post illud neque aues cunas uiolasse feruntur.
Et rediit puero:qui fuit ante:color.
Pinguia cur illis gustantur larda calendis:
Mixtaque cum calido sit faba farre:rogas?
Prisca dea est:aliturque cibis quibus ante solebat:
Nec petit ascitas luxuriosa dapes.
Piscis adhuc illis populis sine fraude natabat:
Ostreaque in conchis tuta fuere suis.
Nec latium norat quam præbet ionia diues.
Nec quæ pygmæo sanguine gaudet auis.
Et præter pennas nihil in pauone placebat:
Nec tellus captas miserat ante feras.
Sus erat in precio:cæsa sue festa colebant.
Terra fabas tantum duraque farra dabat.
Quæ duo mixta simul festis quicunque calendis
Ederit:huic lædi uiscera posse negant.
Arce quoque in summa iunoni templa monetæ
Ex uoto memorant facta camille tuo.
Ante domus manli fuerat.qui gallica quondam
A capitolino reppulit arma ioue.
Quam bene dii magni pugna cecidisset in illa.
Defensor solii iuppiter alte tui.
Vixit ut occideret damnatus crimine regni:
Hunc tibi titulum longa senecta dabat.
Lux eadem marti festa est quæ prospicit exta
Appositum rectæ porta capena uiæ
Te quoque tempestas meritam delubra fatemur:
Quum pene est corsis obruta classis aquis.
Hæc hominũ monumẽta patent:sed quærimus astra
Tunc oritur magni præpes adunca iouis.
Postera lux hyadas taurinæ cornua frontis
Euocat & multa terra madescit aqua.
Mane ubi bis fuerit:phœbusque iterauerit ortus:
Factaque erit posito rore bis uda seges:
Hac sacrata die tusco bellona duello
Dicitur & latio prospera semper adest.
Appius est auctor:pyrrho qui pace negata
Multum animo uidit.lumine captus erat.
Prospicit a tergo summum breuis area circum:
Est ubi non paruæ parua columna notæ.
Hinc solet hasta manu belli prænuntia mitti:
In regem & gentes cum placet arma capi.
Altera pars circi custode sub hercule tuta est:
Qui deus euboico carmine munus habet.
Muneris est tempus:qui nonas lucifer ante est.
Si titulos quæris sylla probabit opus.
Quærebam nonas:sancto:fidio ne referrem:
An tibi semipater:tunc mihi sanctus ait.
Cuicunque est illis dederis:ego munus habebo.
Nomina terna fero:sic uoluere cures.
Hunc igitur ueteres donarunt æde sabini:
Inque quirinali constituere iugo.
Est mihi:sitque precor nostris diuturnior annis
Filia:qua felix sospite semper ero.
Hanc ego cum uellem genero dare:tempora tædis
Apta requirebam:quæque cauenda forent.

Tunc mihi post sacras monstratur iunius idus
Vtilis & nuptis utilis esse uiris.
Prima quæ pars huius thalamis aliena reperta est.
Nam mihi sic coniunx sancta dialis ait.
Donec ab iliaca placidus purgamina uesta
Detuleris flauis in mare thybris aquis.
Non mihi detonsæ crines depectere buxo:
Non ungues ferro subsecuisse licet:
Non tetigisse uirum:quamuis iouis illa sacerdos:
Quamuis perpetua sit mihi lege datus.
Tu quoque me propera:melius tua filia nubet
Ignea quum pura uestæ nitebit humus.
Tertia post nonas remouere lycaonia phœbe
Fertur & a tergo non habet ursa metum
Tunc ego me memini ludos in gramine campi
Aspicere & dici lubrice tybri tuos:
Festa dies illis:qui lina madentia ducunt:
Quique tegunt paruis æra recurua cibis
Mens quoque numen habet menti delubra uidemus
Vota metu belli perfide pœne tui.
Pœne rebellabas:& lætho consulis omnes
Attoni mauras pertimuere manus.
Spem metus abstulerat:cum uenti uota senatus
Suscipit & melior protinus illa uenit.
Aspicit instantes mediis sex lucibus idus
Illa dies:qua sunt uota soluta deæ.
Vesta fauc:tibi:nunc operata resoluimus ora:
Ad tua si nobis sacra uenire licet:
In prece totus eram.cælestia numina sensi:
Lætaque purpura luce refulsit humus.
Non equidem uidi ualeant mendatia uatum:
Tu dea non fueras aspicienda uiro.
Sed quæ nescieram:quorumque errore tenebar:
Cognita sunt nullo præcipiente michi.
Dena quater memorant habuisse parilia romam:
Cum flammæ custos æde recepta dea est.
Regis opus placidi quo non metuentius ullum
Numinis ingenium terra sabina tulit.
Quæ nunc ære nitent stipula tunc tecta uirebant.
Et paries lento uimine textus erat:
Hic locus exiguus qui sustinet atria uestæ
Tunc erat intonsi regia magna numæ.
Forma tamen templi quæ nunc manet ante fuisse
Dicitur & formæ causa probanda subest.
Vesta eadem est & terra subest: uigil ignis utrique:
Significant sedem terra focusque suam
Terra pilæ similis nullo fulcimine nixa
Aere subiecto tam graue pendet onus.
Arte syracusia suspensus in aere clauso
Stat globus immensi parua figura poli:
Et quantum a summis:tantum recessit ab imis
Terra quod ut fiat forma rotunda facit.
Par facies templi nullus procurrit in illo
Angulus a pluuio uendicat imbre tholus.
Cur sit uirginibus quæris dea culta ministris?
Inueniam causas hac quoque parte suas.
Ex ope iunonem memorant cereremque creatas:
Semine saturni tertia uesta fuit.
Vtraque nupserunt:ambæ peperisse feruntur:
De tribus impatiens restitit una uiri
Quid mirum uirgo si uirgine læta ministra
Admittit castas in sua sacra manus?
Nec tu aliud uestam q̃ uiuam intellige flammam.
Nataque de flamma corpora nulla uides.
Iure igitur uirgo est:quæ semina nulla remittit:

Nec capit:

Nec capit & comites uirginitatis amat.
Esse diu stultus uestæ simulachra putaui:
Mox didici curuo nulla subesse tholo.
Ignis inextinctus templo celatur in illo:
Effigiem nullam uesta nec ignis habent
Stat ui terra sua.ui stando uesta uocatur:
Causaque par graii nominis esse potest:
At focus a flammis & quod fouet omnia dictus:
Qui tamen in primis ædibus ante fuit.
Hinc quoque uestibulum dici reor:unde præcamur
Quæ famur uestam quæ loca prima tenet.
Ante focos olim scamnis considere longis
Mox erat & mensæ credere adesse deos.
Nunc quoque cum fiunt antiquæ sacra uacunæ
Ante uacunales stantque sedentque focos.
Venit in hos annos aliquo de more uetustas.
Fert missos uestæ pura patella cibos.
Ecce coronatis panis dependet asellis:
Et uelant scabras florida serta molas.
Sola prius furnis torrebant farra coloni:
Et fornacali sunt stata sacra deæ.
Suppositum cineri panem focus ipse parabat:
Strataque erat tepido tegula quassa solo.
Inde focum seruat pistor dominamque focorum:
Et quæ puniceas uersat asella molas.
Præterea referam ne tuum rubicunde priape
Dedecus:est multi fabula plena ioci.
Turrigeram frontem cybele redimita coronis
Conuocat æternos ad sua festa deos.
Conuocat & satyros:& rustica numina nymphas.
Silenus quamuis nemo uocarat adest.
Nec licet & longum est epulas narrare deorum.
In multo nox est peruigilata mero.
Dii temere errabant:in opacæ uallibus idæ.
Pars iacet & molli gramine membra leuant
Hi ludunt:hos somnus habet.pars brachia nectunt:
Pars uiridem celeri ter pede pulsat humum.
Vesta iacet;placidamque capit secura quietem:
Sicut erat positum cespite fulta caput.
At ruber hortorum custos:nymphasque deasque
Captat & errantes fertque refertque pedes
Aspicit & uestam:dubium est nympham ne putarit
An scierit uestam:scire sed ipse negat.
Spem capit obscœnam:furtimque accedere tentat
Et fert suspensos corde micante gradus.
Forte senex:quo uectus erat:silenus asellum
Liquærat ad ripas lene sonantis aquæ
Ibat ut inciperet longi deus hellespontí:
Intempestiuo cum rudit ille sono.
Territa uoce graui surgit dea conuolat omnis
Turba per infestas effugit ille manus
Lampsacos hunc soli solita est mactare priapo:
Apta asini flammis indicis exta damus.
Quem tu diua memor de pane monilibus ornas.
Cessat opus uacuæ conticuere molæ.
Nomine quam precio celebracior arce tonantis:
Discant pistoris quid uelit ara iouis.
Cincta premebantur trucibus capitolia gallis:
Fecerat obsidio iam diuturna famem.
Iuppiter ad solium superis regale uocatis
Incipe ait marti protinus ille refert.
Scilicet ignotum est quæ sit fortuna malorum:
Et dolor hic animi uoce querentis æget.
Si tamen ut referam breuiter mala iuncta pudoris
Exigis alpino roma sub hoste iacet.

Hæc eſt cui fuerat promiſſa potentia rerum
Iuppiter hanc terris impoſiturus eras:
Iamque ſuburbanos hetruſcaque contudit arma
Spes erat in curſu: nunc lare pulſa ſuo eſt.
Vidimus ornatos ærata per atria picta
Veſte triumphales ſuccubuiſſe ſenes
Vidimus iliacæ tranſferri pignora ueſtæ:
Sæpe putant aliquos ſcilicet eſſe deos.
At ſi reſpicerent qua uos habitatis in arce:
Totque domos ueſtras obſidione premi:
Nil opus in cura ſcirent ſupereſſe deorum:
Et data ſolicita thura perire manu.
Atque utinam pugnæ pateat locus arma capeſſant.
Et ſi non poterunt exuperare cadant.
Nunc inopes uictus: ignauaque fata timentes
Monte ſuo clauſos barbara turba premit.
Tunc uenus & lituo pulcher thrabeaque quirinus.
Veſtaque pro latio multa locuta ſuo eſt.
Publica reſpondit cura eſt pro mœnibus iſtis.
Iuppiter & pœnas gallia uicta dabit.
Tu modo quæ deſunt fruges ſupereſſe putentur.
Effice nec ſedes deſere ueſta tuas.
Quodcunque eſt ſolidæ cereris caua machina frágat
Mollitamque manu duret in igne focus.
Iuſſerat & fratris uirgo ſaturnia iuſſis
Annuit & mediæ tempore noctis erant.
Iam ducibus ſomnum dederat labor increpat illos
Iuppiter & ſacro quid uelit ore docet.
Surgite & in medios de ſummis arcibus hoſtes
Mittite quam minime tradere uultis opem.
Somnus abit quæruntque nouis ambagibus acti
Tradere quam nolint: & iubeantur opem.
Eſſe ceres uiſa eſt: iaciunt cerealia dona:
Iacta ſuper galeas: longaque ſcuta ſonant:
Poſſe fame uinci ſpes excidit hoſte repulſo
Candida piſtori ponitur ara ioui.
Forte reuertebar feſtis ueſtalibus illa:
Qua uia romano nunc noua iuncta foro eſt.
Huc pede matronam nudo deſcendere uidi.
Obſtupui tacitus: ſuſtinuique gradum.
Senſit anus uicina loco iuſſumque ſedere
Alloquitur quatiens uoce tremente caput.
Hæc ubi nunc fora ſunt: unde tenuere paludes:
Amne redundatis foſſa madebat aquis.
Curtius ille locus: ſiccas qui ſuſtinet aras:
Nunc ſolida eſt tellus: ſed lacus ante fuit.
Sæpe ſuburbanas rediens conuiua per undas
Cantat: & ad nautas ebria uerba iacit:
Quaue labra ſolent in circum ducere pompas.
Nil præter ſalices: craſſaque canna fuit.
Nondum conueniens diuerſis ille figuris:
Nomen ab aduerſo cœperat amne deus:
Hic quoque lucus erat iuncis & arundine denſus:
Et pede uelato non adeunda palus.
Stagna receſſerunt: & aquas ſua ripa coercet.
Siccaque nunc tellus mos tamen ille manet.
Reddiderat cauſam: ualeas anus optima dixi.
Quod ſupereſt æui molle ſit omne tui.
Cæteraiam pridem didici puerilibus annis:
Non tamen iccirco pretereunda mihi.
Mœnia dardanides nuper noua fecerat ilus:
Ilus adhuc aſiæ diues habebat opes.
Creditur armiferæ ſignum cæleſtæ mineruæ
Vrbis in iliacæ deſiluiſſe iugo.
Cura uidere fuit uidi templumque locumque.

Hoc ſuper

Hoc ſuper eſt illic pallada roma tenet.
Conſulitur ſmyntheus: lucoque obſcurus opaco
Hos non mentito reddidit ore ſonos.
Aetheream ſeruate deam ſeruabitis urbem:
Imperium ſecum transferret illa loci:
Seruat & incluſam ſumma tenet ilus in arce
Curaque ad hæredem laomedonta uenit.
Sub priamo ſeruata parum: ſic ipſa uolebas:
Ex quo iudicio forma reuicta tua eſt.
Seu gener adraſti: ſeu furtis aptus ulyxes:
Seu pius æneas: eripuiſſe ferunt.
Auctor in incerto eſt: res eſt romana tuetur
Veſta quod aſſiduo lumine cuncta uidet.
Heu quantum timuere patres: quo tempore ueſta
Arſit: & eſt tectis obruta pene ſuis.
Flagrabant ſancti ſceleratis ignibus ignes
Mixtaque erat flammæ flamma prophana piæ
Attonitæ flebant demiſſo crine miniſtræ.
Abſtulerat uires corporis ipſe timor.
Prouolat in medium: & magna ſuccurrite uoce
Non eſt officium flere metellus ait.
Pignora uirgineis fatalia tollite flammis:
Non ea ſunt uoto: ſed rapienda manu.
Me miſerum dubitatis ait dubitare uidebat:
Et pauidas poſito procubuiſſe genu.
Haurit aquas tollenſque manus ignoſcite dixit.
Sacra uir intrabo non adeunda uiro.
Si ſcelus eſt: in me commiſſi pœna redundet:
Sit capitis damno roma ſoluta mei.
Dixit & irrupit: factum dea rapta probauit.
Pontificiſque ſui munere tuta fuit.
Nunc bene lucetis ſacro ſub cæſare flammæ.
Ignis in iliacis nunc erit eſtque focis.
Nullaque dicetur uictas temerare ſacerdos
Hoc duce nec uiua: defodietur humo.
Sic inceſta perit: quia quam uiolauit in illa
Condit ur & tellus: ueſtaque numen idem eſt.
Tum ſibi callaico brutus cognomen ab hoſte
Fecit & hiſpanam ſanguine tinxit humum.
Scilicet interdum miſcentur triſtia lætis.
Nec populum toto pectore feſta iuuant.
Craſſus ad euphraten aquilas natumque ſuoſque
Perdidit & lætho eſt ultimus ipſe datus:
Parthe quid exultas? dixit dea ſigna remittes.
Quique necem craſſi uindicet ultor erit.
At ſimul auritis molæ dementur aſellis:
Et cereris fruges aſpera ſaxa terent.
Nauita puppe ſedens delphina uidebimus inquit:
Humida cum pulſo nox erit orta die.
Iam phryx a nupta quereris tithone relinqui:
Et uigil eois lucifer exit aquis.
Ite bonæ matres: ueſtrum matralia feſtum:
Flauaque thebanæ reddite liba deæ.
Pontibus & magno iuncta eſt celeberrima circo
Area: quæ poſito de boue nomen habet.
Hac ubi luce ferunt maturæ ſacra parenti
Scæptriferas ſerui templa dediſſe manus
Quæ dea ſit: qua re famulas a limine templi
Arceat: arcet enim: libaque toſta petit.
Bacche racemiferos hedera redimite capillos:
Si domus illa tua eſt: dirige uatis opus.
Arſerat obſequio ſemele iouis: accipit ino.
Te puer & ſumma ſedula nutrit ope.
Intumuit iuno: raptum quod pellice natum
Educet; at ſanguis ille ſororis erat.

Hinc agitur furiis athamas sub imagine falsa:
Tuque cadis patria parue learche manu.
Mœsta learchæas mater tumulauerat umbras:
Et dederat miseris omnia iusta rogis.
Hæc quoque funestos ut erat laniata capillos
Prosilit & cunis te melicerta rapit.
Est spatio contracta breui freta bina repellit:
Vnaque pulsatur terra duabus aquis.
Hoc uenit insanis natum complexa lacertis:
Et secum e summo mittit in alta iugo:
Excipit illæsos panope centumque sorores
Et placido lapsu per sua regna ferunt.
Nondum leucothoe:nondum puer ille palemon
Vorticibus densis tybridis ora tenent.
Lucus erat dubium semele stimelene uocetur:
Menadas ausonias incoluisse ferunt.
Quærit ab his ino quæ gens foret arcadas esse
Audit & euandrum scæptra tenere loci.
Dissimulata deam latias saturnia bacchas
Instimulat factis insidiosa sonis
O nimium faciles o toto pectore captæ:
Non uenit hæc uestris hospes amica choris:
Fraude petit sacrique parat cognoscere ritum:
Quo possit pœnas pendere pignus habet.
Vix bene desierat:complent ululatibus auras
Tyades infusis per sua colla comis
Iniiciuntque manus:puerumque auellere tentant
Quos ignorat adhuc:inuocat illa deos.
Diique uirique loci miscære succurrite matri:
Clamor auentini saxa propinqua ferit.
Appulerat ripæ uaccas œtæus hiberas
Audit & ad uocem concitus urget iter.
Herculis aduentu:quæ uim modo ferre parabant:
Turpia fœmineæ terga dedere fugæ.
Quid petis hinc:cognorat enim matertera bacchi
An numen quod me:te quoque uexat:ait.
Illa docet partim:partim præsentia nati
Continet & furiis in scœlus isse pudet.
Rumor ut est uelox agitatis peruolat alis.
Estque frequens in nomen in ore suum.
Hospita carmentis fidos intrasse penates
Diceris & longam deposuisse famem.
Liba sua properata manu tegeæa sacerdos
Traditur:& subito cocta dedisse foco.
Nunc quoque liba iuuant festis matralibus illa
Rustica sedulitas gratior arte fuit.
Nunc ait o uates uenientia fata resigna
Qua licet hospitiis hæc præcor adde meis.
Parua mora est cœlum uates ac numina sumit:
Fitque sui toto pectore plena dei.
Vix illam subito posses cognoscere tanto
Sanctior & tanto q̃ modo maior erat.
Læta canam:gaude defuncta laboribus ino:
Dixit & huic populo prospera semper ades.
Numen eris pelagi:natum quoque pontus habebit:
In nostris aliud sumite nomen aquis:
Leucothoe graiis:matura uocabere nostris:
In portus nato ius erit omne tuo.
Quem nos portũnum:sua lingua palæmona dicet.
Este precor nostris æquus uterque locis.
Annuerat promissa fides posuere labores.
Nomina mutarunt hic deus illa dea est:
Cur uetet ancillas accedere quæritis? odit.
Principiumque odii:si sinat ipsa:canam.
Vna ministrarum solita est cadmea tuarum

sæpe sub

Sæpe ſub amplexus coniugis ire tui.
Improbus hanc athamas furtim dilexit ab illa
Comperit agricolis ſemina toſta dari
Ipſa quidem feciſſe negat:ſed fama recepit:
Hoc eſt cur odio ſit tibi ſerua manus
Non tamen hanc pro ſtirpe ſua pia mater adoret
Ipſa parum fœlix uiſa fuiſſe parent.
Alterius prolem melius mandabitis illi:
Vtilior bacco q̃ fuit illa ſuis:
Hanc tibi quo properas memorant dixiſſe rutuli
Luce mea marſo conſul ab hoſte cades.
Exitus acceſſit uerbis flumenque theloni
Purpureum mixtis ſanguine fluxit aquis:
Proximus annus erat pallantide uictus eadem
Didius hoſtiles ingeminauit opes.
Lux eadem fortuna tua eſt auctorque locuſque
Sed ſuper iniectis quis latet iſte togis.
Seruius eſt:& conſtat eum:ſed cauſa latendi
Diſcrepat:& dubium me quoque mentis habent.
Tum de furtiuos timide profitetur amores:
Cæleſtemque homini concubuiſſe pudet.
Arſit enim magna correpta cupidine regis:
Cæcáque in hoc uno non fuit illa uiro:
Nocte domum parua ſolita eſt intrare feneſtra:
Vnde feneſtralis nomina porta tenet.
Nunc pudet & uultus uelamine celat amatos:
Oraque ſunt multa regia tecta toga
An magis eſt uerum:poſt tulli funera plæbem
Confuſam placidi morte fuiſſe ducis.
Nec modus ullus erat:creſcebat imagine luctus
Donec eum poſitis occuluere togis.
Tertia cauſa mihi ſpatio maiore canenda eſt.
Nos tamen abductos intus agemus equos.
Tullia coniugio ſceleris.mercede parato:
His ſolita eſt dictis extimulare uirum.
Quid iuuat eſſe pares te noſtræ cæde ſororis
Meque tui fratris:ſi pia iura placent?
Viuere debuerant & uir meus & tua coniunx:
Si nullum auſuri maius eramus opus:
Et caput & regnum factum eſt dotale parentis.
Si uir es in dictas erige dotis opes.
Regia res ſcelus eſt:ſocero cape regna necato:
Et noſtras patrio ſanguine tinge manus.
Talibus inſtructus ſolio priuatus in alto
Sederat attonitum uulgus ad arma ruit.
Hunc cruor:& cædes infirmaque uincitur ætas
Sceptra gener ſocero rapta ſuperbus habet.
Ipſe ſub exquiliis ubi erat ſua regia cæſus:
Concidit in dura ſanguinolentus humo.
Filia carpendo patrios initura penates
Ibat per medias alta feroxque uias.
Corpus ut aſpexit lachrymis auriga profuſis
Reſtitit hunc tali corripit illa ſono.
Vadis an expectas precium pietatis amarum?
Duc inquam inuitas ipſa per ora rotas.
Certa fides facti eſt dictus ſceleratus ab illa
Vicus & æterna res ea preſſa nota eſt.
Poſt tamen hæc cauſa é tẽplum monumenta parẽtis
Tangere mira quidem:ſed tamen apta loquor:
Signum erat in ſolio reſidens ſub imagine tulli
Dicitur hoc oculis oppoſuiſſe manum.
Et uox audita eſt uultus abſcondite noſtros
Ne natæ uideant ora nefanda meæ.
Veſte data tegitur:uetat hanc fortuna moueri.
Et ſic e templo eſt illa locuta ſuo:

O re releuato cum primum luce patebit
Seruius hæc positi prima pudoris erit:
P arcite matronæ uetitas attingere uestes.
Solennes satis est uoce mouere preces.
S itque caput semper romano tectus amictu:
Qui rex romana sextus in urbe fuit.
A rserat hoc templum:signo tamen ille pepercit
Ignis opem nato mulciber ipse tulit.
N amque pater tulli uulcanus:crescia mater
Presignis facie corniculana fuit.
H anc secum tanaquil sacris de more peractis
Iussit in ornatum fundere uina focum.
H ic inter cineres obscœni forma uirilis
Aut fuit aut uisa est:sed fuit illa magis.
I ussa foco captiua sedet conceptus ab illa
Seruius a cœlo semina gentis habet
S igna dedit genitor tunc cum caput igne corusco
Contigit inque comis flammeus arserit apex.
T e quoque magnifica concordia dedicat æde
Liuia:quam caro præstitit illa uiro.
D isce tamen ueniens ætas:ubi liuia nunc est
Porticus:immensæ tecta fuere domus.
V rbis opus domus una fuit spaciumque tenebat
Quo breuius muris oppida multa tenent.
H æc æquata solo est nullo sub crimine regni:
Sed quia luxuria uisa nocere sua est.
S ustinuit tantas operum subuertere moles.
Totque suus hæres perdere cæsar opes.
S ic agitur censura:& sic exempla parantur.
Quum iudex alios quod monet:ipse facit.
N ulla mora est ueniente die quin dicere possis
Idibus inuicto sunt data templa ioui.
E t iam quinquatres iubeor narrare minores.
Nunc ades o cœptis flaua minerua meis.
C ur uagus incedit tota tibicen in urbe:
Quid sibi personæ:quid toga longa uolunt?
S ic ego:sic posita tritonia cuspide dixit:
Possem utinam doctæ uerba referre deæ.
T emporibus ueterum tibicinis usus auorum
Magnus & in magno semper honore fuit.
C antabat phanis:cantabat tibia ludis:
Cantabat mœstis tibia funeribus.
D ulcis erat mercede labor tempusque secutum est:
Quod subito gratæ frangeret artis opes.
A dde quod ædilis:pompa qui funeris irent
Artifices solos iusserat esse decem.
E xilio mutant urbem:tyburque recedunt:
Exilium quodam tempore tybur erat.
Quæritur in scæna caua tibia queritur aris:
Ducit supremos nenia nulla choros.
S eruus erat quidam quanto libet ordine dignus
Tybure:sed longo tempore liber erat.
R ure dapes parat ille suo:turbamque canoram
Conuocat:ad festas conuenit illa dapes.
N ox erat:& uinis oculique animique natabant:
Quum præcomposito nuncius ore uenit.
A tque ita:quid cessas conuiuas soluere dixit?
Victor uindictæ iam uenit ecce suæ.
N ec mora conuiuæ ualido titubantia uino
Membra mouent.dubii stantq; labantque pedes.
A t dominus discedite ait:plaustroque morantes
Sustulit.in plaustro scirpea lata fuit.
A lliciunt somnos tempus:motusque:merumque.
Potaque se tybur turba redire putat.
I amque per esquilias romanam intrauerat urbem:

Et mane

Et mane in medio plauſtra fuere foro.
Callidus ut poſſet ſpecie:numeroque ſenatum
Fallere perſonis imperat ora tegi.
Admiſcetque alios:& ut hæc tibicina cœtum
Augeat:in longis ueſtibus eſſe iubet.
Sic reduces bene poſſe tegi ne forte notentur
Contra collegæ iuſſa rediſſe ſui.
Res placuit cultuque nouo licet idibus uti:
Et canere ad ueteres uerba iocoſa modos.
Hæc ubi perdocuit;ſuper eſt mihi diſcere dixi:
Cur ſit quinquatrus illa uocata dies;
Mattius inquit habet tali mea nomine feſta.
Eſtque ſub inuentis hæc quoque turba meis.
Prima terebrato per rara foramina buxo:
Vt daret effeci tibia longa ſonos
Vox placuit faciem liquidis referentibus undis
Vidi & uirgineas intumuiſſe genas.
Ars mihi non tanti eſt:ualeas mea tibia dixi.
Excipit abiectam ceſpite ripa ſuo:
Inuentam ſatyrus primum miratur:& uſum
Neſcit & afflatam ſenſit habere ſonum.
Et modo dimittit digitos:modo concipit auras:
Iamque inter nymphas arte ſuperbus erat.
Prouocat & phœbum phœbo ſuperante pependit:
Cæſa receſſerunt a cute membra ſua.
Sum tamen inuentrix:auctorque ego carminis huius
Hoc eſt cur noſtros ars colit iſta dies.
Tertia lux ueniet:qua tu dodona dione
Stabis agenoreæ fronte uidenda bouis
Hæc eſt illa dies:qua tu purgamina ueſtæ
Thybri per etruſcas in mare mittis aquas.
Si qua fides uentis zephyro date carbaſa nautæ.
Cras ueniet ueſtris ille ſecundus aquis.
At pater heliadum radios ubi tinxerit undis:
Et cinget geminos ſtella ſerena polos:
Nam duo ſunt auſtris hic eſt aquilonibus ille
Proximus a uento nomen uterque tenet.
Tollet humo ualidos proles hylæa lacertos
Continua delphyn nocte uidendus erit.
Scilicet hic olim uolſcos æquoſque fugatos
Viderat in campis algida terra tuis.
Vnde ſuburbano clarus tyburte triumpho:
Vectus es in niueis poſthume uictor equis
Iam ſex & totidem luces de menſe ſuperſunt:
Huic unum numero tu tamen adde diem:
Sol abit e geminis:& cancri ſigna rubeſcunt:
Cœpit auentina pallas in arce coli
Iam tua laomedon oritur nurus ortaque noctem
Pellit:& e pratis cana pruina fugit:
Reddita; quiſquis is eſt ſummano templa feruntur
Tunc cum romanis pyrrhe timendus eras:
Hanc quoque cum patriis galathea receperit undis:
Plenaque ſecuræ terra quietis erit:
Surgit humo iuuenis telis afflatus auitis:
Et gemino nexas porrigit angue manus.
Notus amor phædræ:nota eſt iniuria theſei.
Deuouit natum credulus ille ſuum.
Solliciti terrentur equi:fruſtraque reſtenti
Per ſcopulos dominum duraque ſaxa trahunt.
Excideratque curru:loriſque morantibus artus
Hippolytus lacero corpore raptus erat.
Reddideratque animam multum indignante diana
Nulla coronides cauſa doloris ait.
Namque pio iuueni uitam ſine uulnere reddam:
Et cedent arti triſtia fata meæ.

Gramina continuo loculis depromit eburnis:
Profuerant glauci manibus illa prius:
Tunc obseruatas augur descendit in herbas.
Vsus & auxilio est anguis ab angue dato.
Pectora ter tetigit:ter uerba salubria dixit:
Depositum terra sustulit ille caput:
Lucus eum:nemorisque sui dictynna recessu
Celat aricino uirbius ille lacu:
At lachesis clothoque dolent.hic fila teneri
Hic fieri regni iura minora sui:
Iuppiter exemplum ueritus direpsit in ipsum
Fulmina:qui nimiæ nouerat artis opem.
Phœbe querebaris:deus est:placare parenti
Propter te fieri quod uetat:ipse facit.
Non ego te quamuis properabis uincere cæsar
Si uetat auspicium:signa mouere uelim.
Sunt tibi flaminius thrasimenaque littora testes
Per uolucres æquos multa monere deos:
Tempora si ueteris quæris temeraria damni:
Quartus ab extremo mense bis esse dies.
Postera lux melior superat masanissa syphacem:
Et cecidit telis hasdrubal ipse suis.
Tempora labuntur tacitisque senescimus annis.
Et fugiunt freno non remorante dies
Quam cito uenerunt fortunæ fortis honores.
Post septem luces iunius actus erit.
Ite deam læti fortem celebrate quirites:
In tyberis ripa munera regis habet.
Pars pede:pars etiam celeri decurrite cymba:
Ne pudeat potos inde redire domum.
Ferte coronatæ iuuenum conuiuia lintres:
Multaque per medias uina bibantur aquas.
Plæbs colit hanc quia qui posuit de plæbe fuisse
Fertur & ex humili scæptra tulisse loco.
Conuenit & seruis:serua quia tullius ortus
Constituit dubiæ templa propinqua deæ.
Ecce suburbana rediens male sobrius æde:
Ad stellas aliquis talia uerba iacit.
Zona latet tua nunc & cras fortasse latebit:
De hinc erit orion aspicienda mihi.
At si non esset potus:dixisset eadem
Venturum tempus solstitiale die.
Lucifero subeunt:lares delubra tulerunt:
Hic ubi fit docta multa corona manu.
Tempus idem statoris erit quod romulus olim
Ante palatini condidit ora iugi.
Tot restant de mense dies quot nomina parcis:
Cum data sunt trabeæ templa quirine tuæ.
Tempus iuleis cras est natale calendis:
Pylerides cœptis addite summa meis:
Dicite pyerides quis uos adduxerit illuc:
Cui dedit inuitas uicta nouerca manus.
Sic ego:sic clio.clari monumenta philippi
Aspicis:unde trahit martia casta genus
Martia sacrifico deductum nomen ab anco:
In qua par facies nobilitate sua:
Par animo quoque forma suo respondet in illa
Et genus:& facies ingeniumque simul.
Nec quod laudamus formam tam turpe putaris
Laudamus magnas hac quoque parte deas.
Nupta fuit quondam matertera cæsaris illi.
O decus:o sacra fœmina digna domo.
Sic cecinit clio:doctæ assensere sorores:
Annuit alcides:increpuitque lyra.

P.O.Na.sulmonẽ. poetæ clarissimi Fastorũ Libri.vi. & ultimi finis.

P.O.NA.DE TRISTIBVS LI.I. LIBRVM AL/
loquit:ut Romã uadat:& qd ei faciẽdũ sit admonet.

PArue:nec iuideo: sine me liber ibis i urbẽ.
Hei mihi quod dño non licet ire tuo:
Vade sed icultus qualẽ decet exulis esse
Infœlix habitum temporis huius habe.
Nec te purpureo uelent uacinia succo.
Non est conueniens luctibus ille color.
Nec titulus minio:nec cædro charta notetur:
Candida nec nigra cornua fronte geras.
Nec fragili geminæ poliantur pumice frontes:
Hirsutus passis ut uideare comis.
Felices ornent hæc instrumenta libellos
Fortunæ memorem te decet esse meæ.
Neue liturarum pudeat qui uiderit illas:
De lachrymis factas sentiat esse meis.
Vade liber:uerbisq; meis loca grata saluta.
Contingam certe quo libet illa pede.
Si quis ut in populo nostri non immemor:illi
Si quis qui quid agam forte requiret erit:
Viuere me dicas:saluum tamen esse negabis.
Id quoque quod uiuam munus habere dei.
Atque ita tu tacitus quærenti plura legendum
Ne quod opus non est forte loquare:caue:
Protinus admonitus repetet mea crimina lector:
Et peragar populi publicus ore reus.
Tu caue defendas:quanuis mordebere dictis:
Causa patrocinio non bona maior erit.
Inuenies aliquem qui me suspiret ademptum:
Carmina nec siccis perleget ista genis.
Et tacitus secum ne quis malus audiat optet:
Sit meo lenito cæsare pœna leuis.
Nos quoq; quisquis erit:ne sit miser ipse precamur
Placatos miseris qui uolet esse deos:
Quæque uolet rata sint ablata principis ira
Sedibus in patriis det mihi posse mori.
Vt peragas mandata liber culpabere forsitan:
Ingeniique minor laude ferere mei.
Iudicis officium est ut res:ita tempora rerum
Quærere:quæsito tempore tutus eris.
Carmina proueniunt animo deducta sereno.
Nubila sunt subitis tempora nostra malis
Carmina secessum scribentis & ocia quærunt:
Me mare me uenti me fera iactat hyems.
Carminibus metus omnis abest.ego perditus ensem
Hæsurum iugulo iam puto iamque meo.
Hæc quoque quæ facio:iudex mirabitur æquus.
Scriptaque cum uenia qualiacunque leget
Tam mihi meoniden & tot circunspice casus.
Ingenium tantis excidet omne malis.
Denique securus famæ libet ire memento.
Nec tibi sit lecto displicuisse pudor.
Non ita se nobis præbet fortuna secundam:
Vt tibi sit ratio laudis habenda tuæ.
Donec eram sospes:tituli tangebar amore:
Quærendique mihi nominis ardor erat.
Carmina nunc simulo:studiumq; quod obfuit:odi
Sit satis ingenio sit fuga parta meo.
Iam tamen & pro me tu:cui licet aspice roman:
Dii facerent posses non meus esse liber.
Nec te quod uenias magnam peregrinus in urbem
Ignotum populo posse uenire puta:
Vt titulo careas ipso noscere colore:
Dissimulare uelis te licet esse meum.
Clam tamen intrato:ne te mea carmina lædant

Non sunt ut quondam plena fauoris erant.
Si quis erit qui te quod sis meus: esse legendum
Non putet: e gremio reiiciatque suo:
Inspice dic titulum: non sum præceptor amoris:
Quas meruit pœnas: iam dedit illud opus:
Forsitan expectes an in alta palatia missum
Scandere te iubeam cæsareamque domum:
Ignoscat augusta mihi loca diique locorum.
Venit in hoc illa fulmen ab arce caput.
Esse quidem memini mitissima sedibus illis
Numina sed timeo qui nocuere deos.
Terretur minimo pennæ stridore columba
Vnguibus accipiter saucia facta tuis:
Non procul a stabulis audet discedere: si qua
Excussa est auidi dentibus agna lupi.
Vitaret cœlum phaeton si uiueret: & quos
Optauit stulte tangere nollet equos:
Me quoque quæ sensi fateor iouis arte timere:
Me reor infecto quum tonat igne peti.
Quicunque argolica de classe capharea fugit:
Semper ab euboicis uela retorquet aquis
Et mea cymba semel uasta percussa procella
Illum quo læsa est horret adire locum.
Ergo chare liber: timida circumspicie mente:
Vt satis e media sit tibi plebe legi.
Dum petit infirmis nimium sublima pennis
Icarus: icareas nomine fecit aquas. sublimia
Difficile est tamen hic remis utaris: an aura
Dicere consilium resque locusque dabunt.
Si poteris tradi uacuo: si cuncta uidebis
Mitia: si uires fregerit ira suas:
Si quis erit qui te dubitantem: & adire timentem
Tradat: & ante tamen pauca loquatur: adi:
Luce bona dominoque tuo felicior ipso
Peruenias illuc: & mala nostra leues.
Namque ea uel nemo: uel qui mihi uulnera fecit
Solus achillæo tollere more potest.
Tantum ne noceas: dum uis prodesse uideto:
Nam spes est animi nostra timore minor
Quæque quiescebat ne mota resæuiat ira:
Et pœnę tu sis altera causa: caue.
Cum tamen in nostrum fueris penetrale receptus:
Contigerisque tuam scrinia nostra domum:
Aspicies illic positos ex ordine fratres:
Quos studium cunctos euigilauit idem.
Cætera turba palam titulos ostendit apertos:
Et sua detecta nomina fronte gerit.
Tres procul obscura latitantes parte uidebis:
Hi quoque: quod nemo nescit amore docent.
Hos tu uel fugias: uel si satis oris habebis
Oedipodas facito: telegonasque uoces.
Deque tribus moneo: si qua est tibi cura parentis:
Ne quenquam: quamuis ipse docebit: ames:
Sunt quoque mutatæ ter quinq; uolumina formæ
Nupe ab exequiis carmina rapta meis:
His mando dicas: inter mutata referri
Fortunæ uultum corpora posse meæ.
Namque ea dissimills subito est effecta priori:
Flendique nunc aliquo tempore læta fuit.
Plura quidem mandare tibi: si quæris: habebam:
Sed uereor tardæ causa fuisse moræ.
Sed: si quæ subeunt tecum liber omnia ferres
Sarcina laturo magna futurus eras.
Longa uia est: propera. nobis habitabitur orbis
Vltimus: a terra terra remota mea.

Supplicatio ad

Supplicatio ad deos: ut ad imminenti naufragio eum incolumen seruent.

Di maris & cœli: quid.n. nisi uota supersunt
Soluere quassatæ parcite membra ratis
Neue precor magnæ subscribite cæsaris iræ.
Sæpe premente deo fert deus alter opem.
Mulciber in troiam. pro troia stabat apollo:
Aequa uenus teucris: pallas iniqua fuit.
Oderat æneam propior saturnia turno:
Ille tamen ueneris numine tutus erat
Sæpe ferox cautum petiit neptunnus ulyxem:
Eripuit patruo sæpe minerua suo.
Et nobis aliquis: quamuis distamus ab illis
Quis uetat irato numen adesse deo?
Verba miser frustra non proficientia perdo.
Ipsa graues spargunt ora loquentis aquæ.
Terribilisque notus iactat mea uerba: precesque
Ad quos mittuntur non sinit ire deos.
Ergo iidem uenti: ne causa lædar in una.
Velaque nescio: quo uotaque nostra ferunt.
Me miserum: quanti montes uoluuntur aquarum:
Iam iam tacturos sydera summa putes.
Quantæ diducto subsidunt æquore ualles
Iamiam tacturas tartara nigra putes.
Quodcunque aspicio nihil est nisi pontus & aer:
Fluctibus hic tumidus nubibus ille minax.
Inter utrunque fremunt immani murmure uenti:
Nescit cui domino pareat unda maris.
Nam modo purpureo uires capit eurus ab ortu:
Nunc zephyrus sero uespere missus adest:
Nunc gelidus sicca boreas bacchatur ab arcto:
Nunc notus aduersa prælia fronte gerit.
Rector in incerto est: nec quid fugiatue petatue
Inuenit. ambiguis ars stupet ipsa malis.
Scilicet occidimus: nec spes est ulla salutis.
Dumque loquor: uultus obruit unda meos.
Opprimet hanc aiam flictus: frustraque precantes
Ore necaturas accipiemus aquas.
At pia nil aliud quam me dolet exule coniunx:
Hoc unum nostri scitque gemitque mali.
Nescit in immenso iactari corpora ponto:
Nescit agi uentis: nescit adesse necem.
O bene quod non sum mecum conscendere passus:
Ne mihi mors misero bis patienda foret.
At nunc ut peream: quoniam caret illa periclo:
Dimidia certe parte superstes ero.
Hei mihi quam celeri micuerunt nubila flamma:
Quantus ab æthereo personat axe fragor.
Nec leuius laterum tabule feriuntur ab undis:
Quam graue balistæ mœnia pulsat onus.
Qui uenit hinc fluctus: fluctus supereminet omnes
Posterior nono est: undecimoque prior:
Nec lethum timeo: genus est miserabile lethi.
Demite naufragium: mors mihi munus erit.
Est aliquid fatoque ferroque cadentem
Insolita moriens ponere corpus humo:
Et mandare suis aliqua: & sperare sepulchrum:
Et non æquoreis piscibus esse cibum.
Fingite me dignum tali nece: non ego solus
Huc uehor: immeritos cur mea pœna trahit?
Proh superi: uiridesque dei: quibus æquora curæ.
Vtraque iam uestras sistite turba minas.
Quamque dedit uitam mitissima cæsaris ira:
Hanc sinite infœlix in loca iussa feram.
Si quam promerui pœnam me pendere uultis:

Culpa mea eſt ipſo iudice morte minor.
Mittere me ſtygias ſi iam uoluiſſet ad undas
Cæſar in hoc ueſtra non eguiſſet ope.
Eſt illi noſtri non inuidioſa cruoris
Copia:quodque dedit cum uolet ipſe feret.
Vos modo quos certe nullo pro crimine læſi:
Contenti noſtris iam precor eſte malis.
Nec tamen ut cuncti miſerum ſeruare ueliti s:
Quod periit:ſaluum iam caput eſſe poteſt.
Vt marc ſubſidat:uentiſque ferentibus utar:
Et mihi parcatis:non minus exul ero.
Non ego diuitias auidus ſine fine parandi
Latum mutandis mercibus æquor aro.
Nec peto:quas quondam petii ſtudioſus athenas:
Oppida non aſiæ:non mihi uiſa prius:
Non ut alexandri claram delatus in urbem:
Delitias uideam nile iocoſe tuas.
Quod facile eſt opto uentos:quis credere poſſet?
Sarmatis eſt tellus:quam mea uela petunt.
Obligor ut tangam læui fera littora ponti:
Quodque ſit a patria iam fuga tarda queror.
Neſcio quos uideam poſitos ut in orbe tomitas
Exilii facio per mea uota uiam.
Si me diligitis:tantos compeſcite fluctus.
Pronaque ſint noſtræ numina ueſtra rati.
Seu magis odiſtis iuſſæ me aduertite terræ.
Supplicii pars eſt in regione mori.
Ferte quid hic facio:rapidi mea corpora uenti:
Auſonios fines cur mea uela uident?
Noluit hoc cæſar:quid quem fugiat ille tenetis?
Aſpiciat uultus pontica terra meos.
Et iubet & merui:nec quæ damnauerit ille
Crimina defendi faſue piumue puto.
Si tamen acta deos nunquam mortalia fallunt:
A culpa facinus ſcitus abeſſe mea.
Immo ita ſi ſcitis:& me meus abſtulit error:
Stultaque mens nobis:non ſcelerata fuit.
Quod licet e minimis domui ſi fauimus illi:
Sint ſatis auguſti publica iuſſa mihi.
Hoc duce ſi dixi fœlicia ſæcula:pro quo
Cæſare tura pia cæſaribuſque dedi.
Si fuit hic animus nobis:ita parcite diui:
Si minus:alta cadens obruat unda caput.
Fallor?an incipiunt grauidæ euaneſcere nubes?
Victaque murati frangitur unda maris?
Non caſu;uos ſed ſub conditione uocati:
Fallere quos non eſt hanc mihi fertis opem.
Qualiter ex urbe roma diſceſſerit:nec non coniugis
& ſuorum lachrymas memorat.

EVum ſubit illius triſtiſſima noctis imago
Quæ mihi ſupremum tempus in urbe fuit:
Cum repeto nocte qua tot mihi chara reliq:
Labitur ex oculis tunc quoque gutta meis.
Iam prope lux aderat:qua me diſcedere cæſar
Finibis extremæ iuſſerat auſoniæ.
Nec ſpacium nec mens fuerat ſatis apta parandi:
Torpuerant longa pectora noſtra mora.
Non mihi ſeruorum:comites non cura legendi:
Non apte profugo ueſtis opiſue fuit.
Non aliter ſtupui:q̃ qui iouis ignibus ictus
Viuit:& eſt uitæ neſcius ipſe ſuæ:
Vt tamen hanc animi nubem dolor ipſe remouit
Et tandem ſenſus conualuere mei
Alloquor extremum mœſtos abiturus amicos:
Qui modo de multis unus & alter erat.

Vxor amans

Vxor amans flentem flens acrius ipſa tenebat:
Imbre per indignas uſque cadente genas.
Nata procul libycis aberat diuerſa ſub oris:
Nec poterat fati certior eſſe mei.
Quodcunq; aſpiceres:luctus gemituſque ſonabant
Formaque non taciti funeris intus erat:
Fœmina uirque meo pueri quoq; funere mœrent.
Inque domo lachrymas angulus omnis habet.
Si licet exemplis in paruis grandibus uti:
Hæc facies troiæ:cum caperetur:erat.
Iamque quieſcebant uoces hominumq; canumq;
Lunaque nocturnos alta regebat equos:
Hanc ego ſuſpiciens:& ad hæc capitolia cernens:
Quæ noſtro fruſtra iuncta fuere lari:
Numina uicinis habitantia ſedibus inquam:
Iamque oculis nunquam templa uidenda meis:
Diique relinquendi quos urbis habet alta quirini:
Eſte ſalutati tempus in omne mihi.
Et quamquam ſero clypeum poſt uulnera ſummo
Attamen hanc odiis exonerare fugam.
Cæleſtique uiro quis me deceperit error:
Dicite pro culpa ne ſcelus eſſe putet.
Vt quod ſentitis pœnæ quoque ſentiat auctor:
Placato poſſim non miſer eſſe deo
Hac prece adoraui ſuperos ego:pluribus uxor:
Singultu medios impediente ſonos.
Illa etiam ante lares ſparſis proſtrata capillis
Contigit extructos ore tremente focos:
Multaque in aduerſos effudit uerba penates
Pro deplorato non ualitura uiro.
Iamque moræ ſpacium nox præcipitata negabat.
Verſaque ab axe ſuo parrhaſis arctos erat.
Quid facerem:blando patriæ retinebar amore:
Vltima ſed iuſſæ nox erat illa fugæ.
Ah quotiens aliquo dixi properante:quid urges?
Vel quo feſtinas ire:uel unde uide?
Ah quotiens certam me ſum mentitus habere
Horam:præpoſitæ quæ foret apta uiæ
Ter limen tetigi:ter ſum reuocatus:& ipſe
Indulgens animo pes mihi tardus erat.
Sæpe uale dicto rurſus ſum multa locutus:
Et quaſi diſcedens oſcula ſumma dedi.
Sæpe eadem mandata dedi:meque ipſe fefelli
Reſpiciens oculis pignora chara meis.
Denique quid ,ppero?ſcythia eſt quo mittimur inq̃:
Roma relinquenda eſt:utraque iuſta mora eſt.
Vxor in æternum uiuo mihi uiua negatur:
Et domus:& fidæ dulcia membra domus.
Quoſque ego dilexi fraterno more ſodales:
O mihi theſea pectora iuncta fide
Dum licet amplectar:nunquam fortaſſe licebit
Amplius:in lucro eſt quæ datur hora mihi.
Nec mora:ſermonis uerba imperfecta relinquo:
Amplectens animo proxima quæque meo.
Dum loquor:& flemus:cœlo nitidiſſimus alto
Stella grauis nobis lucifer ortus erat.
Diuidor haud aliter: q̃ ſi mea membra relinquam:
Et pars abrumpi corpore uiſa meo:eſt.
Sic doluit priamus tunc cum in contraria uerſus
Vltores habuit proditionis equus:
Tunc uero exoritur clamor gemit uſque meorum
Et feriunt mœſtæ pectora nuda manus.
Tunc uero coniunx humeris habeuntis inhærens
Miſcuit hæc lachrymis triſtia dicta meis.
Non potes auelli:ſimul hinc ſimul ibimus inquit:

Te ſequar:& coniunx exulis exul ero.
Et mihi facta uia eſt:& me capit ultima tellus.
Accedam profugæ ſarcina parua rati.
Te iubet a patria diſcedere cæſaris ira:
Me pietas:pietas hæc mihi cæſar erit.
Talia tentabat:ſicut tentauerat ante:
Vixque dedit uictas utilitate manus.
Egredior ſiue illud erat ſine funere ferri
Squallidus immiſſis hirta per ora comis:
Illa dolore amens tenebris narratur abortis
Semianimis media procubuiſſe domo.
Vtque reſurrexit fœdatis puluere turpi
Crinibus:& gelida membra leuauit humo:
Se modo deſertos modo deploraſſe penates:
Nomen & adempti ſæpe uocaſſe uiri.
Nec gemuiſſe minus:q̃ ſi nateue meumue
Vidiſſet ſtructos corpus habere rogos.
Et uoluiſſe mori moriendo ponere ſenſus:
Reſpectuque tamen non periiſſe mei.
Viuat:& abſentem quoniam ſic fata tulerunt:
Viuat:& auxilio ſubleuet uſque ſuo.
Tingitur oceano cuſtos crimanthidos urſæ:
Aequoreaſque ſuo ſidere turbat aquas.
Nos tamen ionium noſtra non findimus æquor
Sponte:ſed audaces cogimur eſſe metu.
Me miſerum:quantis nigreſcunt æquora uentis:
Erutaque ex imis feruet harena fretis.
Monte nec inferior proræ puppique recuruæ
Inſilit:& pictos uerberat unda deos.
Pinea texta ſonant:pulſi ſtridore rudentes:
Aggemit & noſtris ipſa carina malis.
Nauita confeſſus gelidum pallore timorem
Iam ſequitur uictus:non regit arte ratem.
Vtque parum ualidus non proficientia rector
Ceruicis rigidæ frena remittit equo:
Sic non quo uoluit:ſed quo rapit impetus undæ
Aurigam uideo uela dediſſe rati.
Quod niſi mutatas emiſerit æolus auras:
In loca iam nobis non adeunda ferar.
Nam procul illyricis leua de parte relictis
Interdicta mihi cernitur italia.
Deſinat in uetitas quæſo contendere terras
Et mecum magno pareat unda deo.
Dum loquor:& cupio pariter timeoque repelli:
Increpuit quantis uiribus unda latus.
Parcite cærulei uos ſaltem numina ponti:
Infeſtumque mihi ſit ſatis eſſe iouem.
Vos animam ſæue feſſam ſubducite morti:
Si modo qui periit non periiſſe poteſt.
Ad amicã̄:qui etiã in aduerſis fidus permanſerat.

O Mihi poſt ullos nunq̃ memorande ſodales:
Et cui præcipue ſors mea uiſa ſua eſt:
Attonitum qui me memini cariſſime primus
Auſus es alloquio ſuſtinuiſſe tuo:
Qui mihi conſilium uiuendi mite dediſti:
Cum foret in miſero pectore mortis amor:
Scis bene cui dicam poſitis pro nomine ſignis:
Officium nec te fallit amice tuum.
Hæc mihi ſemper erunt imis infixa medullis
Perpetuuſque animæ debitor huius ero.
Spiritus hic uacuas prius extenuandus in auras:
ſbit:& in tepido deſeret oſſa rogo:
Quam ſubeant animo meritorum obliuia noſtro:
Et longa pietas excidat iſta die.
Dii tibi ſint faciles:& opis nullius egentem

Fortunam

Fortunam præſtent diſſimilemque meæ.
Si tamen hæc nauis uento ferretur amico:
Ignoraretur forſitan iſta fides.
Theſea prithous non tam ſenſiſſet amicum:
Si non infernas uiuus adiſſet aquas.
Vt foret exemplum ueri phocæus amoris:
Fecerunt furiæ triſtis oreſte tuæ:
Si non euryalus rutulos cecidiſſet in hoſtes.
Hyrtacidæ niſi gloria nulla foret.
Scilicet ut fuluum ſpectatur in ignibus aurum:
Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides.
Dum iuuat & uultu ridet fortuna ſereno:
Indelibatas cuncta ſequuntur opes.
At ſimul intonuit:fugiunt:nec noſcitur ulli:
Agminibus comitum qui modo cinctus erat.
Atque hæc exemplis quondam collecta priorum:
Nunc mihi ſunt propriis cognita uera malis.
Vix duo treſue mihi de tot ſupereſtis amici.
Cætera fortunæ non mea turba fuit.
Quo magis o pauci rebus ſuccurrite læſis:
Et date naufragio littora tuta meo.
Neue metu falſo nimium trepidate timentes:
Hac offendatur ne pietate deus.
Sæpe fidem aduerſis etiam laudauit in armis.
Inque ſuis amat hanc cæſar:in hoſte probat.
Cauſa mea eſt melior:quia non contraria foui.
Arma:ſed hanc merui ſimplicitate fugem.
I nuigiles igitur uoſtris pro caſibus oro:
Diminui ſi qua numinis ira poteſt:
Scire meos caſus ſi quis deſiderat omnes:
Pluſquam quod fieri res ſinit:ille petit.
Tot mala ſum paſſus:quot in æthere ſidera lucent:
Paruaque quot ſiccus corpora puluis habet.
Multaque credibili tulimus maiora:ratamque
Quamuis acciderint non habitura fidem.
Pars etiam quædam mecum moriatur oportet:
Mæque uelim poſſint diſſimulante tegi.
Si uox infragilis:pectus mihi firmius eſſet:
Pluraque cum linguis pluribus ora forent:
Non tamen iccirco complecterer omnia uerbis:
Materia uires exuperante meas.
Pro duce naricio docti mala noſtra poetæ
Scribite:naricio nam mala plura tuli.
Ille breui ſpacio multis errauit in annis
Inter dulichias iliacaſque domos.
Nos freta ſideribus totis diſtantia menſos
Sors tulit in geticos ſarmaticoſque ſinus.
Ille habuit fidamque manum ſocioſque fideles:
Me profugum comites deſeruere mei.
Ille ſuam lætus patriam uictorque petebat.
A patria fugio uictus & exul ego.
Nec mihi dulcichium domus eſt:ithaceue ſameue:
Pœna quibus non eſt grandis abeſſe locis:
Sed quæ de ſeptem totum circunſpicit orbem
Montibus imperii roma deumque locus.
Illi corpus erat durum patienſque laborum:
Inualidæ uires ingeniumque mihi.
Ille erat aſſidue ſæuis agitatus in armis:
Aſſuetus ſtudiis mollibus ipſe fui.
Me deus oppreſſit nullo mala noſtra leuante:
Bellatrix illi diua ferebat opem.
Cumque minor ioue ſit tumidis qui regnat in undis
Illum neptunni:me iouis ira premit.
Adde quod illius pars maxima ficta laborum:
Ponitur in noſtris fabula nulla malis.

Denique quæſitos:tetigit tamen ille penates:
Quæque diu petiit:contigit arua tamen.
At mihi perpetuo patria tellure carendum eſt:
Ni fuerit læſi mollior ira dei.

Ad Vxorem.

ET tantum clario lyde eſt dilecta poetæ:
Nec tantum choo battis amata ſuo:
Pectoribus q̃tum tu noſtris uxor inhæres
Digna minus miſero non meliore uiro.
Te mea ſuppoſita eſt ueluti trabe fulta ruina:
Si quid adhuc ego ſum muneris omne tui eſt.
Tu facis ut ſpolium non ſim:nec nuder ab illis
Naufragii tabulas qui petiere mei.
Vtque rapax ſtimulante fame cupiduſque cruoris
Incuſtoditum captat ouile lupus:
Aut ut edax uultur corpus circumſpicit:& quod
Sub nulla poſitum cernere poſſit humo.
Sic mea neſcio quis male fidus rebus acerbis
In bona uenturus ſi paterere:fuit.
Hunc tua per fortes uirtus ſummouit amicos:
Nulla quibus reddi gratia digna poteſt
Ergo q̃ miſero tam uero teſte probaris:
Hic aliquod pondus ſi modo teſtis habet.
Nec probitate tua prior eſt aut hectoris uxor:
Aut comes extincto laodomia uiro:
Tu ſi mæonium uatem ſortita fuiſſes:
Penelopes eſſet fama ſecunda tuæ:
Siue tibi hoc debes nullo pia facta magiſtro
Cumque noua mores ſunt tibi luce dati.
Fœmina ſeu princeps omnes tibi culta per annos
Te docet exemplum coniugis eſſe bonæ:
Aſſimilemque ſui longa aſſuetudine fecit:
Grandia ſi paruis aſſimilare licet.
Hei mihi non magnas qd habent mea carmina uires
Noſtraque ſunt meritis ora minora tuis.
Si quid & in nobis uiui fuit ante uigoris
Extinctum longis excidit omne malis.
Prima locum ſanctas heroidas inter haberes:
Prima bonis animi conſpicerere tui.
Quantumcunque tamen præconia noſtra ualebunt:
Carminibus uiues tempus in omne meis.

Ad amicos:qui eius imaginem auro inſculptã habẽt

SI qs habes noſtri ſimiles in imagine uultus:
Deme meis hederas bacchica ſerta comis.
Iſta decent lætos fœlicia ſigna poetas.
Temporibus non eſt apta corona meis.
Hæc tibi diſſimula:ſenti tamen optime dici
In digito qui me ferſque referſque tuo.
Effigiemque meam fuluo complexus in auro
Chara relegati quæ potes ora uides.
Quæ quotiens ſpectas:ſubeat tibi dicere forſan.
Quam procul a nobis naſo ſodalis abeſt.
Grata tua eſt pietas:ſed carmina maior imago
Sunt mea quæ mando qualiacunque legas.
Carmina mutatas hominum dicentia formas
Infœlix domini quod fuga rupit opus.
Hæc ego diſcedens ſicut bona multa meorum
Ipſe mea poſui mœſtus in igne manu.
Vtque cremaſſe ſuum fertur ſub ſtipite natum
Theſtias:& melior matre fuiſſe ſoror:
Sic ego non meritos mecum peritura libellos
Impoſui rapidis uiſcera noſtra rogis.
Vel quod eram muſas ut crimina noſtra peroſus:
Vel quod adhuc creſcens & rude carmen erat.
Quæ quoniam non ſunt penitus ſublata:ſed extant
Pluribus exemplis ſcripta fuiſſe reor.

Nunc precor

Nunc precor ut uiuant:& non ignaua legentem
Ocia delectent:admoneantque mei.
Non tamen illa legi poterunt patienter ab ullo:
Nesciat his summam si quis abesse manum:
Ablatum mediis opus est incudibus illud
Defuit & scriptis ultima lima meis.
Et ueniam pro laude peto:laudatus abunde
Non fastiditus si tibi lector ero.
Hos quoque sex uersus in prima fronte libelli:
Si preponendos esse putabis:habe.
Orba parente suo quicunque uolumina tangis:
His saltem uestra detur in urbe locus.
Quoque magis faueas:non hæc sunt edita ab illo:
Sed quasi de domini funere rapta sui.
Quicquid in his igitur uitii rude carmen habebit:
Emendaturus:si licuisset:eram.
In amicum:qui illi pollicitam fidem fregerat.

IN caput alta suũ labentur abæquore retro
Flumina:cõuersis solque recurret equis:
Terra feret stellas:cœlum findetur aratro:
Vnda dabit flammas:& dabit ignis aquas:
Omnia naturæ præpostera legibus ibunt:
Parsque suum mundi nulla tenebit iter.
Omnia iam fient:fieri quæ posse negabam
Et nihil est:de quo non sit habenda fides.
Hæc ego uaticinor:quia sum deceptus ab illo:
Laturum misero quem mihi rebar opem.
Tanta ne te fallax cœpere obliuia nostri?
Afflictumque fuit tantus adire timor?
Vt neque respiceres:nec solarere iacentem
Dure:nec exequias prosequere meas:
Illud amicitiæ sanctum & uenerabile nomen:
Nunc tibi pro uili sub pedibusque iacet.
Quid fuit ingenti prostratum mole sodalem
Visere?& alloquii parte leuare tui?
Inque meos si non lachrymas dimittere casus:
Pauca tamen picto uerba dolore loqui.
Idque quod ignoti faciunt:uale dicere saltem?
Et uocem populi publicaque ora sequi:
Denique lugubres uultus nunquamque uidendos
Cernere supremo dum licuitque die.
Dicendumque semel toto non amplius æuo
Accipere:& parili reddere uoce uale?
At fecere alii nullo mihi fœdere iuncti:
Et lachrymas animi signa dedere sui.
Quid nisi coniunctus causisque ualentibus essem
Temporis & longi iunctus amore tibi?
Quid nisi tot lusus & tot mea seria nosses?
Tot nossem lusus seriaque ipse tua?
Quid si duntaxat romæ mihi cognitus esses?
Ascitus totiens in genus omne ioci?
Cuncta ne in æquoreos abierunt irrita uentos?
Cuncta ne lethæis mersa feruntur aquis?
Non ego te genitum placida reor urbe quirini
Vrbe:meo quæ iam non adeunda pede est:
Sed scopulos ponti:quos hæc habet ora:sinistri:
Inque feris scythiæ sarmathicisque iugis.
Et tua sunt silicis circum præcordia uenæ.
Et rigidum ferri semina pectus habet.
Quæque tibi quondam tenero ducenda palato
Plena dedit nutrix ubera:tigris erat.
Aut mala nostra minus q̃ non aliena putasses:
Duritiæque mihi non agerere reus.
Sed quoniam accedunt fatalibus hæc quoq; damnis
Vt careant numeris tempora prima suis:

Effice peccati ne ſim memor huius: & illo
Officium laudem quo queor ore tuum.
Ad amicum: quod uulgus fortunam ſequitur.
DEtur inoffenſæ uitæ tibi tangere metam:
Qui legis hoc nobis non inimicus opus:
Atq; utinam poſſent pro te mea uota ualere:
Quæ pro me duros non tetigere deos.
Donec eris fœlix: multos numerabis amicos.
Tempora ſi fuerint nubila: ſolus eris.
Aſpicis ut ueniant ad candida tecta columbæ:
Accipiat nullas ſordida turris aues:
Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam:
Nullus ad amiſſas ibit amicus opes.
Vtque comes radios per ſolis cuntibus umbra eſt:
Cum latet hic preſſus nubibus: illa fugit:
Mobile ſic ſequitur fortunæ lumina uulgus:
Quæ ſimul inducta nube teguntur abit.
Hæc precor ut ſemper poſſint tibi falſa uideri.
Sunt tamen euentu uera fatenda meo.
Dum ſtetimus: turbæ quantum ſatis eſſet: habebat
Nota quidem ſed non ambitioſa domus.
At ſimul impulſa eſt: omnes timuere ruinam:
Cautaque communi terga dedere fugæ.
Sæua nec admiror metuunt ſi fulmina: quorum
Ignibus afflari proxima quæque ſolent:
Sed tamen in duris remanentem rebus amicum
Quolibet inuiſo cæſar in hoſte probat.
Nec ſolet iraſci: nec enim moderatior alter:
Cum quis in aduerſis ſi quid amauit amet.
De comite argolico poſtquam cognouit oreſtem:
Narratur piladen ipſe probaſſe thoas.
Quæ fuit actoridæ cum magno ſemper achille:
Laudari ſolita eſt hectoris ore fides.
Quod pius ad manes theſeus comes iret amico:
Tartareum dicunt indoluiſſe deum:
Euryali niſique fide tibi turne relata
Credibile eſt lachrymis immaduiſſe genas.
Eſt etiam in miſeris pietas: & in hoſte probatur:
Hei mihi quam paucos hæc mea dicta mouent.
Hic ſtatus: hæc rerum nunc eſt fortuna mearum:
Debeat ut lachrymis nullus adeſſe modus.
At mea ſint proprio quamuis meſtiſſima caſu
Pectora pro ſenſu facta ſerena tuo:
Hoc mihi uenturum iam tum chariſſime uidi:
Ferret adhuc iſtam cum minus aura ratem.
Siue aliquid morum ſeu uitæ labe carentis
Eſt pretium: nemo pluris emendus erat.
Siue per ingenuas aliquis caput extulit artes:
Quælibet eloquio fit bona cauſa tuo.
His ego commotus dixi tibi protinus ipſi
Scæna manet dotes grandis amice tuas.
Hoc mihi non ouium fibræ: tonitruſue ſiniſtri:
Linguaue ſeruatæ pennaque dixit auis:
Augurium ratio & tunc coniectura futuri:
Hæc diuinaui: noticiamque tuli.
Et quoniam uera eſt: tota tibi mente mihique
Gratulor ingenium non latuiſſe tuum.
At noſtrum tenebris utinam latuiſſet in imis:
Expediit ſtudiis lumen abeſſe meis.
Vtque tibi proſunt artes facunde ſeueræ:
Diſſimiles illis ſic nocuere mihi.
Vita tamen tibi nota mea: ſcis artibus illis
Auctoris mores abſtinuiſſe ſui.
Scis uetus hoc iuueni luſum mihi carmen: & iſtos
Vt non laudandos: ſic tamen eſſe iocos.

Ergo ut

4 T 5
938

Ergo ut defendi nullo mea posse colore:
Sic excusari crimina posse puto:
Qua potes excusa:nec amici desere causam:
Quo pede cœpisti sic bene semper eas.
Nauim laudat:quam in corinthiaco sinu habuit.
Est mihi sitque precor flauæ tutela mineruæ
Nauis:& a picta casside nomen habet.
Siue opus est uelis:minimâ bene currit ad aurâ
Siue opus est remo:remige carpit iter:
Nec comites uolucri contenta est uincere cursu.
Occupat egressas qualibet arte rates.
Et patitur fluctus:feritque assilentia longe
Aequora:nec sæuis uicta madescit aquis:
Illa corinthiacis primum mihi cognita terris
Frda manet trepidæ duxque comesque fugæ.
Perque tot euentus:& iniquis concita uentis
Aequora palladio numine tuta fuit.
Nunc quoque tuta precor uasti secet hostia ponti:
Quasque petit getici littoris intret aquas.
Quæ simul æoliæ mare me deduxit in helles:
Et longum tenui limite fecit iter:
Fleximus in leuum cursus:& ab actoris urbe
Venimus in portus imbria terra tuos.
Inde leui uento serinthia littora nacta
Threiciam tetigit fessa carina samon
Saltus ab hac terra breuis est stantyera petenti:
Hac dominum tenus est illa secuta suum.
Nam mihi bistonios placuit pede carpere campos:
Hellespontiacas illa reliquit aquas
Dardaniamque petit auctoris nomen habentem.
Et te ruricola lampsace tuta deo.
Quaque per angustas uectæ male uirginis undas
Sestos abidea separat urbe fretum.
Hincque propontiacis hærentem cyzicon oris
Cyzicon hemoniæ nobile gentis opus.
Quaque tenent ponti byzantia littora fauces:
Hic locus est gemini ianua uasta maris.
Hæc precor euincat:propulsaque fortibus austris
Transeat instabiles strennua cyaneas.
Eniochosque sinus:& ab his per apollinis urbem
Vecta sub anchiali mœnia findat iter.
Inde mesembriacos portus:& opeson:& arces
Prætereat dictas nomine bacche tuo.
Et quos alchatoæ memorant a mœnibus ortos
Sedibus his profugos constituisse lares
Aquibus aduenias miletida sospes ad urbem:
Offensi quo me contulit ira dei.
Hæc si contigerint:meritæ cadet agna mineruæ.
Non facit ad nostras hostia maior opes.
Vos quoq; tyndaridæ:quos hæc colit insula frēs:
Mite precor duplici numen adeste rati.
Altera nanque parat symplegadas ire per altas:
Scindere bistonias altera puppis aquas:
Vos facite ut uentos loca cum diuersa petamus:
Illa suos habeat:nec minus ista suos.
Ad lectorē: quod in itinere hūc primū libꝝ cofecerit.
Littera quecunque est toto tibi lecta libello:
Est mihi sollicitæ tempore facta uiæ.
Aut hāc me gelido tremerē cū mēse decembri
Scribentem mediis adria uidit aquis.
Aut postquā bimarem cursu superauimus isthmon:
Alteraque est nostræ sumpta carina fugæ.
Quod facerem uersus inter fera murmura ponti:
Cycladas ægæas obstupuisse puto.
Ipse ego nunc miror tantis animique marisque

Fluctibus ingenium non cecidisse meum.
Seu stupor huic studio: siue est insania nomen:
Omnis ab hac cura mens releuata mea est.
Sæpe ego nimbosis dubius iactabar ab hædis.
Sæpe minax sterobis sydere pontus erat
Fuscabatque diem custos erimanthidos ursæ:
Aut hyadas sæuis hauserat auster aquis.
Sæpe maris pars intus erat: tamen ipse trementi
Carmina ducebam qualiacunque manu:
Nunc quoque contenti strident aquilone rudentes.
Inque modum tumuli concaua surgit aqua.
Ipse gubernator tollens ad sydera palmas.
Exposcit uotis immemor artis opem.
Quocunque aspexi nihil est nisi mortis imago:
Quam dubia timeo mente: timensque precor:
Contingam portum: portu terrebor ab ipso:
Plus habet in festa terra timoris aqua.
Nam simul insidiis hominum pelasgique laboro.
Et faciunt geminos ensis & unda metus.
Ille meo uereor ne speret sanguine prædam:
Neu titulum nostræ mortis habere uelit.
Barbara pars leua est: auidæ substructa rapinæ:
Quam cruor & cædes bellaque semper habent.
Cumque sit hibernis agitatum fluctibus æquor:
Pectora sunt ipso turbidiora mari:
Quo magis his debes ignoscere candide lector:
Si spe sint ut sunt inferiora tua.
Non hæc in nostris ut quondam scribimus hortis:
Nec consuete meum lectule corpus habes:
Iactor in indomito brumali luce profundo.
Ipsaque cæruleis charta feritur aquis.
Improba pugnat hyems: indignaturq; quod ausim
Scribere se rigidas incutiente minas.
Vincat hyems hominem sed eodem tpe quæso
Ipse modum statuam carminis: illa sui.

P. O. NASONIS DE TRISTIBVS LIBER. II.

Ad Augustum Cæsarem.

Quid mihi uobiscũ est infœlix cura libelli
Ingenio perii qui miser ipse meo?
Cur mõ dãnatas rpeto mea carmia musas
An semel est pœnam cõmeruisse parum
Carmia fecerũt ut me cognoscere uellẽt
Omine non fausto fœmina: uirque meo.
Carmina fecerunt ut me moresque notaret
Iam pridem inuisa cæsar ab arte meos.
Deme mihi studium: uitæ quoque crimina demes:
Acceptum refero uersibus esse nocens.
Hoc pretium uitæ uigilatorumque laborum
Cepimus: ingenio est pœna reperta meo.
Si saperem: doctas odissem iure sorores:
Numina cultori pernicioſa suo.
At nunc tanta meo comes est insania morbo:
Saxa memor refero rursus adicta pedem:
Scilicet ut uictus repetit gladiator harenam:
Et redit in tumidas naufraga puppis aquas.
Forsitan ut quondam teuthrantia regna tenenti:
Sic mihi res eadem uulnus opemque feret.
Musaque mouit: motam quoque leniet iram:
Exorant magnos carmina sæpe deos.
Ipse quoque ausonias cæsar matresque nurusque
Carmina turrigeræ dicere iussit opi.
Iusserat & phœbo dici: quo tempore ludos
Fecit: quos ætas aspicit una semel.
His precor exemplis tua tunc mitissime cæsar
Fiat ab ingenio mollior ira meo.

Illa quidem

Illa quidem iusta est:nec me meruisse negabo:
Non adeo nostro fugit ab ore pudor.
Sed nisi peccassem:tu quid concedere posses?
Materiam ueniæ sors tibi nostra dedit.
Si quotiens peccent homines:sua fulmina mittat
Iuppiter:exiguo tempore inermis erit.
Nunc ubi detonuit:strepituque exterruit orbem:
Purum discussis aera reddit aquis:
Iure igitur genitorque deum rectorque uocatur.
Iure capax mundus nil ioue maius habet.
Tu quoque cum patriæ rector dicare paterque.
Vtere more dei numen habentis idem.
Idque facis:nec te quisquam moderatius unquam
Imperii potuit frena tenere sui.
Tu ueniam partho superato sæpe dedisti:
Non concessurus quam tibi uictor erat.
Diuitiis etiam multos & honoribus auctos
Vidi:qui tulerant in caput arma tuum.
Quæque dies bellum:belli tibi sustulit iram.
Parsque simul templis utraque dona tulit:
Vtque tuus gaudet miles qui uicerit hostem
Sic cur se uictum gaudeatrhostis habet.
Causa mea est melior:quia non contraria dicor
Arma nec hostiles esse secutus opes.
Per mare per terras per tertia numina iuro:
Per te præsentem conspicuumque deum.
Hunc animum fauisse tibi uir maxime:meque
Qua sola potui mente fuisse tuum.
Optaui peteres cælestia sydera tarde.
Parsque fui turbæ parua precantis idem.
Et pia tura dedi pro te:cumque omnibus unus
Ipse quoque adiuui publica uota meis.
Quid referam libros illos quoque crimina nostra
Mille locis plenos nominis esse tui.
Inspice maius opus:quod adhuc sine fine reliqui
In non credendos corpora uerba modos.
Inuenies uestri præconia nominis illic:
Inuenies animi pignora multa mei.
Non tua carminibus maior fit gloria nec quo
Vt maior fiat crescere possit habet.
Fama iouis supereſt:tamen hunc sua facta referri:
Et se materiam carminis esse iuuat:
Cumque gigantæi memorantur prælia belli:
Credibile est lætum laudibus esse suis.
Te celebrant alii:quanto decet ore:tuasque
Ingenio laudes uberiore canunt.
Sed tamen ut fuso taurorum sanguine centum:
Sic capitur minimo turis honore deus.
Ah ferus:& nobis nimium crudelior hostis:
Delicias legit qui tibi cunque meas.
Carmina ne nostris & te uenerantia libris
Iudicio possint candidiore legi.
Esse sed irato quis te mihi posset amicus:
Vix tunc ipse mihi non inimicus eram.
Cum cœpit quassata domus subsidere:partes
In proclinatas omne recumbit onus.
Cunctaque fortuna rimam faciente dehiscunt:
Ipsa suo & quondam pondere tracta ruunt:
Ergo hoium quæsitū odium mihi carmine:quaque
Debuit est uultus turba secuta tuos.
At memini:uitamque meam moresque probabas:
Illo quem dederas pretereuntis equo.
Quod si non prodest:& honesti gloria nulla
Redditur:ad nullum crimen adeptus eram.
Nec male commissa est nobis fortuna reorum:

Vtque decem decies inſpicienda uiris.
Res quoque priuatas ſtatui ſine crimine iudex:
Deque mea faſſa eſt pars quoque iuſta fide:
Me miſerum:potui:ſi non extrema nocerent:
Iudicio tutus non ſemel eſſe tuo.
Vltima me perdunt:immoque ſub æquore mergit
Incolumem totiens ima procella ratem.
Nec mihi pars nocuit de gurgite parua:ſed omnes
Preſſere hoc fluctus oceanuſque caput.
Cur aliquid uidi?cur noxia lumina feci?
Cur imprudenti cognita culpa mihi eſt?
Inſcius actæon uidit ſine ueſte dianam:
Præda ſuis canibus non minus ille fuit.
Scilicet in ſuperis etiam fortuna luenda eſt.
Nec ueniam læſo numine caſus habet.
Illa noſtra die:qua me malus abſtulit error:
Parua quidem periit:ſed ſine labe domus.
Sic quoque parua tamen patrio dicatur ut æuo
Clara:nec ullius nobilitate minor.
Et neque diuitiis:nec paupertate notanda eſt:
Vnde ſit in neutrum conſpiciendus eques.
Sic quoque noſtra domus uel cenſu parua uel ortu
Ingenio certe non latet illa meo.
Quo uideat quamuis nimium iuueniliter uſus
Grande tamen toto nomen ab orbe fero.
Turbaque doctorum naſonem nouit:& audet
Non faſtiditis annumerare uiris.
Corruit hæc igitur muſis accepta ſub uno
Sed non exiguo crimine lapſa domus?
Atque ea ſic lapſa eſt:ut ſurgere:ſi modo læſi
Ematuruerit cæſaris ira:queat.
Cuius in euentu pene clementia tanta eſt:
Vt fuerit noſtro lenior ira metu.
Vita data eſt:citraque necem tua conſtitit ira:
O princeps parce uiribus uſe tuis.
Inſuper accedunt te non adimente paternæ
Tanquam uita parum muneris eſſet opes.
Nec mea decreto damnaſti facta ſenatus:
Nec mea ſecreto iudice iuſſa fuga eſt.
Triſtibus inuectus uerbis:ita principe dignum eſt:
Vltus es offenſas:ut decet ipſe tuas.
Adde quod edictum quamuis immite minaxque
Attamen in pœnæ nomine lene fuit.
Quippe relegatus non exul dicor in illo:
Parcaque fortunæ ſunt tibi uerba meæ
Nulla quidem ſanæ grauior mentique potenti
Pœna eſt:q̃ tanto diſplicuiſſe uiro.
Sed ſolet interdum fieri placabile numen.
Nube ſolet pulſa candidus ire dies.
Vidi ego pampineis oneratam uitibus ulmum:
Quæ fuerat ſæuo fulmine tecta iouis.
Ipſe licet ſperare uetes:ſperabimus:atque
Hoc unum fieri te prohibente poteſt.
Spes mihi magna ſubit:cum te mitiſſime princeps
Spes mihi reſpicio:cum mea facta cadit.
Et ueluti uentis agitantibus æquora:non eſt
Aequalis rabies:continuuſque furor:
Sed modo ſubſidunt intermiſſique fileſcunt:
Vimque putes illos depoſuiſſe ſuam:
Sic abeunt:redeuntque mihi:uariantque timores:
Et ſpem placandi dantque negantque tui.
Per ſuperos igitur:qui dant tibi longa:dabuntque
Tempora romanum ſi modo nomen amant:
Per patriam:quæ te tuta & ſecura parente eſt:
Cuius & in populo pars ego nuper eram:

Sic tibi

Sic tibi:quem ſemper factis animoque mereris:
Reddatur gratæ debitus urbis honor:
Luia ſic tecum ſociales impleat annos:
Quæ niſi te nullo coniuge digna fuit:
Quæ ſi non eſſet cælebs te uita deceret:
Nullaque cui poſſes eſſe maritus erat:
Soſpite ſic te ſit natus quoque ſoſpes:& olim
Imperium regat hic cum ſeniore ſencx:
Efficiantque tui ſidus iuuenile nepotes.
Per tua perque tui facta parentis cant:
Sic aſſueta tuis ſemper uictoria caſtris:
Nunc quoque ſe præſtet:notaque ſigna petat:
Auſoniumque ducem ſolitis circunuolet alis:
Ponat & in nitida laurea ſerta coma:
Per quem bella geris:cuius nunc corpore pugnas
Auſpicium cui das grande:deoſque tuos.
Dimidioque tui præſens & reſpicis urbem:
Dimidio procul es:ſæuaque bella geris:
Hic tibi ſic redeat ſuperato uictor ab hoſte:
Inque coronatis fulgeat altus equis.
Parce præcor:fulmenque tuum fera tela reconde:
Heu nimium miſero cognita tela mihi.
Parce pater patriæ:nec nominis immemor huius
Olim placandi ſpem mihi redde tui.
Non precor ut redeam:quamuis maiora petitis
Credibile eſt magnos ſæpe dediſſe deos.
Mitius exilium ſi das propiuſque roganti:
Pars erit e pœna magna leuata mea:
Vltima perpetior medios eiectus in hoſtes:
Nec quiſquam patria longius exul abeſt:
Solus ad ingreſſus miſſus ſeptemplicis hiſtri
Parrhaſiæ gelido uirginis axe premor.
Iaziges:& colchi:metereaque turba:getæque:
Danubii mediis uix prohibentur aquis.
Cumque alii tibi ſint cauſa grauiore fugati:
Vlterior nulli q̃ mihi terra data eſt.
Longius hac nihil eſt niſi tantum frigus:& hoſtis:
Et maris aſtricto quæ coit unda gelu:
Hactenus euxini pars eſt romana ſiniſtri:
Proxima baſternæ:ſauromatæque tenent:
Hæc eſt auſonio ſub iure nouiſſima:uixque
Hæſit in imperii margine terra tui:
Vnde precor ſupplex ut nos in tuta releges:
Ne ſit cum patria pax quoque adempta mihi:
Ne timeam gentes:quas non bene ſommouet hiſtex:
Neue tuus poſſim ciuis ab hoſte capi.
Fas prohibet latio quenquam de ſanguine natum
Cæſaribus ſaluis barbara uincla pati.
Perdiderint cum me duo crimina:carmen:& error:
Alterius facti culpa ſilenda mihi.
Nam non ſum tanti:renouem ut tua uulnera cæſar:
Quem nimio plus eſt indoluiſſe ſemel.
Altera pars ſupereſt:qua turpi crimine læſus
Arguor obſcœni doctor adulterii:
Fas ergo eſt aliqua cæleſtia pectora falli.
Et ſunt notitia multa minora tua.
Vtque deum cœlumque ſimul ſublime tuenti
Non uacat exiguis rebus adeſſe ioui.
Ate pendentem ſic dum circumſpicis orbem
Effugiunt curas inferiora tuas.
Scilicet imperii princeps ſtatione relicta
Imparibus legeres carmina fata modis?
Non ea te moles romani nominis urget:
Inque tuis humeris tam leue fertur onus:
Luſibus ut poſſis aduertere numen ineptis:

Excutiaſque oculis ocia noſtra tuis.
Nunc tibi pannonia eſt:nunc illyris ora domanda:
Rhetica nunc præbent:thraciaque arma metum:
Nunc petit armenius pacem:nunc porrigit arcus
Parthus eques:timida captaque ſigna manu:
Nunc te prole tua iuuenem germania ſentit:
Bellaque pro magno cæſare:cæſar habet.
Denique ut in tanto:quantum non extitit unquam
Corpore pars nulla eſt:quæ labet imperii.
Vrbs quoque te & legum laſſat tutela tuarum
Et morum:ſimiles quos cupis eſſe tuis.
Non tibi contingunt:quæ gentibus ocia præſtas:
Bellaque cum multis irriquietta geris.
Miror in hoc igitur tantarum pondere rerum
Vnquam te noſtros euoluiſſe iocos.
At ſi quod mallem:uacuus fortaſſe fuiſſes:
Nullum legiſſes crimen in arte mea.
Illa quidem fateor frontis non eſſe ſeueræ
Scripta:nec a tanto principe digna legi.
Non tamen iccirco legum contraria iuſſis
Sunt ea:romanas erudiuntque nurus:
Neue quibus ſcripſi poſſis dubitare libellis:
Quattuor hos uerſus e tribus unus habet.
Eſte procul uittæ tenues inſigne pudoris.
Quæque tegis medios inſtita longa pedes:
Nil niſi legitimum conceſſaque furta canemus.
Inque meo nullum carmine crimen erit.
Ecquid ab hac omnes rigidas ſummouimus artes:
Quas ſtola contingi:uittaque ſumpta uetat?
At matrona poteſt alienis artibus uti:
Quodque trahat:quamuis non doceatur:habet.
Nil igitur matrona legat:quæ carmine ab omni
Ad delinquendum doctior eſſe poteſt.
Quodcunque attigerit:ſi qua eſt ſtudioſa ſiniſtra:
Ad uitium mores inſtruet inde ſuos.
Sumpſerit annales:nihil eſt hirſutius illis:
Facta ſit unde parens ilia nempe leget:
Sumpſerit æneiden:genitrix ubi prima requiret:
Aeneadum genitrix unde ſit alma uenus.
Perſequar inferius:modo ſi licet ordine ferri
Poſſe nocere animis carminis omne genus.
Non tamen iccirco crimen liber omnis habetur.
Nil prodeſt:quod non lædere poſſit idem.
Ignc quid utilius?niſi quis tamen urere tecta
Comparat:audaces inſtruit igne manus.
Eripit interdum:modo dat medicina ſalutem.
Quæque iuuet monſtrat:quæq; ſit herba nocens:
Et latro & cautus præcingitur enſe uiator:
Ille ſed inſidias hic ſibi portat opem.
Dicitur innocuas ut agat facundia cauſas:
Protegit hæc fontes immeritoſque premit.
Sic igitur carmen:recta ſi mente legatur.
Conſtabit nulli poſſe nocere meum.
Et tandem uitium quicunque hoc concipit:errat:
Et nimium ſcriptis abrogat ille meis.
Vt tamen hoc fatear:ludi quoque ſemina præbent
Nequitiæ:tolli tota theatra iube.
Peccandi cauſam q̄ multis ſæpe dederunt:
Martia cum durum ſternit harena ſolum.
Tollatur circus:non tuta licentia circi eſt.
Hic ſedet ignoto iuncta puella uiro.
Cum quædam ſpacietur in hac ut amator eodem
Conueniat:quare porticus ulla patet?
Quis locus eſt templis auguſtior?hæc quoque uitet:
Inculpam ſi qua eſt ingenioſa ſuam.

Cum ſteterit

Cum ſteterit iouis æde: iouis ſuccurret in æde:
Quam multas matres fecerit ille deus.
Proxima adoranti iunonia templa ſubibit
Pellicibus multis indoluiſſe deam.
Pallade conſpecta natum de crimine uirgo
Suſtulerit quare quæret erichthonium:
Venerit in magni templum tua numina martis
Stat uenus ultori iuncta uiro ante fores:
Iſidis æde ſedens cur hanc ſaturnia quæret
Egerit ionio boſphorioque mari.
In uenerem anchiſes: in lunam lathmius heros:
In cererem iaſius qui referatur erit.
Omnia peruerſas poſſunt corrumpere mentes:
Stant tamen illa ſuis omnia tuta locis.
Sed procul a ſcripta ſolis meretricibus arte
Summouet ingenuas pagina prima manus.
Quæcunque erumpit qua non ſinit ire ſacerdos:
Protinus hæc uetiti criminis acta rea eſt.
Non tamen eſt facinus uerſus euoluere molles:
Multa licet caſtæ non facienda legant:
Sæpe ſupercilii nudas matrona ſeueri:
Et ueneris ſtantes ad genus omne uidet:
Corpora ueſtales oculis meretricia cernunt:
Nec domino pœnæ res ea cauſa fuit.
At quare in noſtra nimia eſt laſciuia muſa?
Curuæ meus nequam ſuadet amare liber?
Nil niſi peccatum: manifeſtaque culpa fatenda eſt.
Penitet ingenii: iudiciique mei.
Cur non argolicis potius quæ concidit armis
Vexata eſt iterum carmine troia meo?
Cur tacui thebas? & mutua uulnera fratrum?
Et ſeptem portas ſub duce quanque ſuo?
Non mihi materiam bellatrix roma regebat:
Et pius eſt patriæ facta referre labor.
Denique cum meritis impleueris omnia cæſar:
Pars mihi de multis una canenda fuit.
Vtque trahunt oculos radiantia lumina ſolis:
Traxiſſent animum ſic tua facta meum.
Arguor immerito: tenuis mihi campus aratur:
Illud erat magnæ fertilitatis opus.
Non ideo debet pelago ſe credere: ſi qua
Audeat exiguo ludere cymba lacu.
Forſan in hoc dubitem numeris leuioribus aptus
Sim ſatis: in paruos ſufficiamque modos.
At ſi me iubeas domitos iouis igne gigantes
Dicere: conantem debilitabit onus.
Diuitis ingenii eſt immania cæſaris acta
Condere: materia ne ſuperetur opus.
Et tamen auſus eram: ſed detrectare uidebar.
Quodque nefas damno uiribus eſſe tuis.
Ad leue rurſus opus iuuenilia carmina ueni.
Et falſo moui pectus amore meum.
Non equidem uellem: ſed me mea fata trahebant:
Inque meas pœnas ingenioſus eram.
Hei mihi cur didici? cur me docuere parentes?
Litteraque eſt oculos ulla morata meos.
Hæc tibi me inuiſum laſciuia fecit ab artes:
Quas ratus es uetitos ſollicitaſſe toros.
Sed neque me nuptæ didicerunt furta magiſtro:
Quodque parum nouit nemo docere poteſt.
Sic ego delitias: & mollia carmina feci:
Strinxerit ut nomen fabula nulla meum.
Nec quiſquam eſt adeo media de plæbe maritus:
Vt dubius uitio ſit pater ille meo.
Crede mihi diſtant mores a carmine noſtro.

Vita uerecunda eſt:muſa iocoſa mea eſt:
Magnaque pars mendax operū eſt & ficta meorum
Plus ſibi permiſit compoſitore ſuo.
Nec liber indicium eſt animi:ſed honeſta uoluntas.
Plurima mulcendis auribus apta refert.
Actius eſſet atrox:conuiua terentius eſſet:
Eſſent pugnaces qui fera bella canunt.
Denique compoſui teneros non ſolus amores.
Compoſito pœnas ſolus amore dedi.
Quid niſi cum multo uenerem confundere uino
Præcepit lyrici teia muſa ſenis?
Leſbia quid docuit ſapho:niſi amare puellas?
Tuta tamen ſappho:tutus & ille fuit.
Nec tibi battiade nocuit quod ſæpe legenti
Delicias uerſu faſſus es ipſe tuas.
Fabula iucundi nulla eſt ſine amore menandri:
Et ſolet hic pueris:uirginibuſque legi.
Ilias ipſa quid eſt niſi turpis adultera? de qua
Inter amatorem pugna uirumque fuit.
Quid prius eſt illic flamma chryſeidos:aut quæ
Fecerit iratos rapta puella duces.
Aut quid odiſſea eſt?niſi ſœmina propter amorem
Dum uir abeſt multis una petita procis.
Quid niſi mæonides uenerem:martemque ligatos
Narrat in obſcœno corpora prehenſa toro?
Vnde niſi indio magni ſciremus homeri
Hoſpitis igne duas incaluiſſe deas?
Omne genus ſcripti grauitate tragœdia uincit:
Hæc quoque materiam ſemper amoris habet.
Nā quid in hippolyto eſt?niſi ſæuæ flāma nouercæ
Nobilis eſt canace fratris amore ſui.
Quid:num tantalides agitante cupidine currus
Piſæam phrygiis uexit eburnus equis?
Tingeret ut ferrum natorum ſanguine mater
Concitus a læſo fecit amore dolor.
Fecit amor ſubitas uolucres cum pellice regem:
Quæque ſuum luget nunc quoque mater ityn.
Si non & meropem frater ſceleratus amaſſet:
Auerſos ſolis non legeremus equos.
Impia nec tragicos tetigiſſet ſcylla cothurnos:
Ni patrium crinem deſecuiſſet amor.
Qui legis electram:nec egentem mentis oreſtem:
Aegiſthi crimen:tyndaridoſque legis.
Nam quid de tetrico referam domitore chimeræ?
Quem letho fallax hoſpita pene dedit.
Quid loquar hermionem?quid te ſcænea uirgo?
Teque mycenæo phœbas amata duci?
Quid danaen?danaeſque nurum?matremque lyæi?
Hemona?& noctes quæ coiere duas?
Quid generum peliæ?quid theſea?quidue pelaſgum
Iliacam tetigit qui rate primus humum.
Huc iole:pyrrhique parens:huc herculis uxor:
Huc accedat hylas:iliacuſque puer.
Tempore deficiam:tragicos ſi perſequar ignes:
Vixque meus capiet nomina nuda liber.
Eſt & in obſcœnos deflexa tragœdia riſus.
Multaque præteriti uerba pudoris habet.
Nec nce auctori:mollem qui fecit achillem
Infregiſſe ſuis fortia facta modis.
Iunxit ariſtides mileſia crimina ſecum:
Pulſus ariſtides nec tamen urbe ſua eſt.
Nec qui deſcripſit corrumpi ſemina matrum
Eubius impuræ conditor hiſtoriæ.
Nec qui compoſuit nuper ſibaritida fugit.
Nec qui concubitus non tacuere ſuos.

Sunt ea

Sunt ea doctorum monumentis mixta uirorum.
Muneribuſque ducum publica facta patent.
Neue peregrinis tantum defendar ab armis:
En romanus habet multa iocoſa liber.
Vtque ſuo matrem cecinit grauis ennius ore:
Ennius ingenio maximus arte rudis.
Explicat ut cauſas rapidi lucretius ignis:
Cauſarumque triplex uaticinatur opus:
Sic ſua laſciuo cantata eſt ſæpe catullo
Fœmina:cui falſum leſbia nomen erat.
Nec contentus ea:multos uulgauit amores:
In quibus ipſe ſuum faſſus adulterium eſt.
Par fuit exiguí:ſimiliſque licentia calui.
Detexit uariis qui ſua facta modis:
Quid referam tindæ?quid mẽmi carmẽ?apud quos
Nomen adeſt rebus:nominibuſque pudor?
Cinna quoque his comes eſt;cinnaq; procacior anſer
Et leue cornifici:parque catonis opus.
Et quorum libris modo diſſimulata per illos
Nomine nunc legitur dicta metelle tuo.
Is quoque phaſiacas argon qui duxit in undas:
Non potuit ueneris furta tacere ſuæ.
Nec minus hortenſi:nec ſunt minus improba ſeruî
Carmina:quis dubitet nomina tanta ſequi?
Vertit ariſtidem giſena:nec obfuit illi
Hiſtoriæ turpes inſeruiſſe iocos.
Nec fuit opprobrio celebraſſe licorida gallo.
Sed linguam nimio continuiſſe mero.
Credere iuranti durum putat eſſe tibullus:
Hoc etiam de ſe quod neget illa uiro.
Fallere cuſtodem demum docuiſſe fatetur.
Seque ſua miſerum nunc ait arte premi.
Sæpe uelut gemmam dominæ ſignumque probaret
Per cauſam meminit ſe tetigiſſe manum.
Vtque refert:digitis ſæpe eſt nuptuque locutus:
Et tacitam menſæ duxit in orbe notam.
Et quibus e ſuccis habeat de corpore liuor:
Impreſſo fieri qui ſolet ore docet.
Denique ab incauto nimium petit illa marito:
Se quoque uti ſeruet:peccet ut illa minus.
Scit cui latretur:cum ſolus obambulat ipſe:
Cui totiens clauſas excreet ante fores.
Multaque dat furtim talis præcepta:docetque
Qua nuptæ poſſent fallere ab arte uiros.
Nec fuit hoc illi fraudi:legiturque tibullus.
Et placet:& iam te principe notus erat.
Inuenies eadem blandi præcepta properti.
Diſtrictus minima nec tamen ille nota eſt.
His ego ſucceſſi:quoniam præſtantia candor
Nomina uirorum diſſimulare iubet.
Non timui fateor:ne qua tot iere carinæ
Naufraga ſeruatis omnibus una foret.
Sunt aliis ſcriptæ quibus alea luditur:artes:
Hoc eſt ad ueſtros non leue crimen auos
Quid ualeant alii:quo poſſis plurima iactu
Figere:damnoſos effugiaſque canes.
Teſſera quos habeat numeros diſtante uocato
Mittere quo peccat quo dare miſſa modo:
Diſcolor ut recto craſſetur limite miles:
Cum medius gemino calculus hoſte perit.
Vt mage uelle ſequi ſciat:& reuocare priorem:
Nec tuto fugiens incomittatus eat.
Parua ſedet ternis inſtructa tabella lapillis:
In qua uiciſſe eſt continuaſſe ſuos.
Quique alii luſus:neque enim nunc perſequar oẽs:

Perdere rem charam tempora noſtra ſolent.
Ecce canit formas alius iactuſque pilarum.
Hic artem nandi præcipit: ille trochi.
Compoſita eſt aliis fuſcandi cura coloris:
Hic epulis leges: hoſpitioque dedit.
Alter humum: de qua fingantur pocula monſtrat.
Quæque docet liquido teſta ſit apta mero.
Talia luduntur fumoſo menſe decembri:
Quæ iam non ulli compoſuiſſe nocet.
His ego deceptus non triſtia carmina feci:
Sed triſtis noſtros pœna ſecuta iocos.
Denique non uideo tot deſcribentibus unum:
Quem ſua perdiderit muſa: repertus ego.
Quid ſi ſcripſiſſem mimos obſcœna iocantes?
Qui ſemper ficti crimen amoris habent.
In quibus aſſidue cultus procedit adulter.
Verbaque dat ſtulto callida nupta uiro.
Nubilis hic uirgo matronaque uirque puerque
Spectat: & ex magna parte ſenatus adeſt:
Non ſatis inceſtis temerari uocibus aures:
Aſſueſcunt oculi multa pudenda pati.
Cumque fefellit amans aliqua nouitate maritum:
Plauditur: & magno palma fauore datur.
Quodque minus prodeſt pœna eſt lucroſa poetæ:
Tantaque non paruo crimina prætor emit.
Inſpice ludorum ſumptus auguſte tuorum:
Empta tibi magno talia multa leges:
Hæc tu ſpectaſti: ſpectandaque ſæpe dediſti:
Maieſtas adeo comis ubique tua eſt.
Luminibuſque tuis totus quibus utitur orbis:
Scænica uidiſti lætus adulteria.
Scribere ſi fas eſt imitantes turpia mimos:
Materiæ minor eſt debita pœna meæ.
An genus hoc ſcripti faciunt ſua pulpita tutum:
Quodque licet mimis ſcæna licere dedit?
Et mea ſunt populo ſaltata poemata ſæpe:
Sæpe oculos etiam detinuere tuos.
Scilicet in domibus ueſtris ut priſca uirorum
Artificis fulgent corpora picta manu.
Sic quæ concubitus uarios: uariaſque figuras
Exprimit: eſt aliquo parua tabella loco.
Vtque ſedet uultu faſſus thelamonius iram:
Inque oculis facinus barbara mater habet:
Sic madidos digitis ſiccat uenus uda capillos:
Et modo maternis tecta uidetur aquis.
Bella ſonant alii telis inſtructa cruentis.
Parſque tui generis: pars tua facta canit.
Inuida me ſpacio natura coercuit arcto.
Ingenio uires exiguaſque dedit.
Et tamen ille tuæ fœlix æneidos auctor
Contulit in tyrios arma uirumque toros.
Nec legitur pars ulla magis de corpore toto:
Quam non legitimo fœdere iunctus amor.
Phyllidis hic idem: teneræque amaryllidis ignes
Bucolicis iuuenis luſerat ante modis.
Nos quoque iam pridem ſcripto peccauimus iſto.
Supplicium patitur non noua culpa nouum:
Carminaque edideram: cum te delicta notantem
Præterii totiens irrequietus eques.
Ergo quæ iuueni mihi non nocitura putaui:
Scripta parum prudens nunc nocuere ſeni.
Sera redundauit ueteris uindicta libelli:
Diſtat & a meriti tempore pœna ſui.
Ne tamen omne meum credas onus eſſe remiſſum:
Sæpe dedi noſtræ grandia uela rati.

Sex ego

LIBER TERTIVS.

Sex ego fastorum scripsi:totidemque libellos:
Cumque suo finem mense uolumen habet.
Idque tuo nuper scriptum sub nomine cæsar:
Et tibi sacratum sors mea rupit opus.
Et dedimus tragicis scriptum regale cothurnis.
Quæque grauis debet uerba cothurnus habet.
Dictaque sunt nobis:q̃uis manus ultima cœpto
Defuit:in facies corpora uersa nouas.
Atque utinam reuoces animum paulisper ab ira:
Et uacuo iubeas hinc tibi pauca legi.
Pauca quibus prima surgens ab origine mundi
In tua deduxi tempora cæsar opus.
Aspicies quantum dederis mihi pectoris ipse:
Quoque fauore animi teque tuosque canam.
Non ego mordaci distrinxi carmine quenquam:
Nec meus ullius crimina uersus habet.
Candidus a salibus suffusus felle refugi.
Nulla uenenato littera mixta ioco est.
Inter tot populi tot scripti milia nostri:
Quem mea calliope læserit unus ero.
Non igitur nostris ullum gaudere quiritem
Auguror:at multos indoluisse malis.
Nec mihi credibile est quenquam insultare iacenti:
Gratia candori si qua relata mea est.
His precor:atque aliis possint tua numina flecti.
O pater o patriæ cura:saluſque tuæ.
Non ut in ausoniam redeam:nisi forsitan olim
Cum longo pœnæ tempore uictus eris.
Turius exilium:pauloque quietius oro:
Vt par delicto fit mea pœna suo.

P.OVI.NASONIS DE TRISTIBVS LIBER.III.

Lectorem Liber alloquitur.

Missus i hãc uenio timide liber exulis urbẽ.
Da placidam fesso lector amice manum.
Neue reformida:ne sim tibi forte pudori:
Nullus i hac charta uersus amare docet.
Nec domini fortuna mei ẽ:ut debeat illã
Infœlix ullis dissimulare iocis.
Id quoque quod uiridi quondã male lusit in æuo
Heu nimium sero damnat:& odit opus.
Aspice quid portem:nihil hic nisi triste uidebis
Carmine temporibus conueniente suis.
Clauda quod alterno subsidant carmina uersu:
Vel pedis hoc ratio:uel uia longa facit.
Quod neque sum cedro flauus:nec pumice leuis:
Erubui domino cultior esse meo.
Littera suffusas quod habet maculosa lituras
Læsit opus lachrymis ipse poeta suum.
Si qua uidebuntur casu non dicta latino:
In qua scribebat barbara terra fuit.
Dicite lectores:si non graue:qua sit eundum:
Quasque petam sedes hospes in urbe liber.
Hæc ubi sum furtim lingua titubante locutus:
Qui mihi monstraret uix fuit unus iter.
Dii tibi dent nostro quod non tribuere poetæ:
Molliter in patria uiuere posse tua.
Duc age:namque sequar:quamuis terraq; mariq;
Longinquo referam lassus ab orbe pedem.
Paruit:& ducens hæc sunt fora cæsaris inquit:
Hæc est a sacris quæ uia nomen habet.
Hic locus est uestæ:qui pallada seruat:& ignem.
Hic fuit antiqui regia parua numæ.
Inde petens dextram porta est ait ista palati
Hic sator:hoc primum condita roma loco est.
Singula dum miror:uideo fulgentibus armis

Conſpicuos poſtes:tectaque digna deo.
En domus hæc dixi iouis eſt:quod ut eſſe putarem
Augurium menti querna corona dabat:
Cuius ut accepi dominum:non fallimur inquam:
Et magni uerum eſt hanc iouis eſſe domum.
Cur tamen appoſito uelatur ianua lauro:
Cingit & auguſtas arbor opaca comas:
An quia per petuos meruit domus iſta triumphos:
An quia leucadio ſemper amata deo eſt:
Ipſa ne quod feſta eſt:an quod facit omnia feſta:
Quam tribuit terris pacis an iſta nota eſt:
Vtque uiret ſemper laurus nec fronde caduca
Carpitur æternum ſic habet illa decus
Cauſaque ſuppoſitæ ſcripto teſtante coronæ
Seruatos ciues indicat huius ope.
Adiice ſeruatis unum pater optime ciuem.
Qui procul extremo pulſus in orbe latet.
In quo pœnarum quas ſe meruiſſe fatetur:
Non facinus cauſam:ſed ſuus error habet.
Me miſerum uereorque locum:uereorque potentem
Et quatitur trepido littera noſtra metu.
Aſpicis exangui chartam pallere colore:
Aſpicis alternos intremuiſſe pedes.
Quandocunque precor noſtro placare parenti
Iiſdem ſub dominis aſpiciare domus.
Inde tenore pari gradibus ſublimia celſis
Ducor ad intonſi candida templa dei:
Signa peregrinis ubi ſunt alterna columnis:
Belides:& ſtricto ſtat ferus enſe pater.
Quæque uiri docto ueteres fecere nouique
Pectore:lecturis inſpicienda patent.
Quærebam fratres:exceptis ſcilicet illis:
Quos ſuus optaret non genuiſſe parens.
Quærentem fruſtra cuſtos e ſedibus illis
Præpoſitus ſancto iuſſit abire loco.
Altera templa peto uicino iuncta theatro.
Hæc quoque erant pedibus non adeunda meis.
Nec me:quæ doctis patuerunt prima libellis
Atria libertas tangere paſſa ſua eſt.
In genus auctoris miſeri fortuna redundat.
Et patimur nati quam tulit ipſe fugam.
Forſitan & nobis olim minus aſper:& illi
Euictus longo tempore cæſar erit.
Dii precor:atq; deo:neq;.n.mihi turba roganda eſt.
Cæſar ades:uoto maxime diue meo.
Interea:quoniam ſtatio mihi publica clauſa eſt:
Priuato liceat delituiſſe loco.
Vos quoque:ſi fas eſt:confuſa pudore repulſæ
Sumite plæbeiæ carmina noſtra manus.
ERgo erat in fatis ſcythiã quoq; uiſcere noſtris:
Quæque licaonio terra ſub axe iacet:
Nec uos pierides:nec ſtirps latonia ueſtro
Docta ſacerdoti turba tuliſtis opem.
Nec mihi quod luſi uero ſine crimine prodeſt:
Quodque magis muſa eſt uiſa iocoſa mea.
Plurima ſed pelago terraque pericula paſſum
Vſtus ab aſſiduo frigore pontus habet.
Quique fugax rerum ſecuraque in otia natus
Mollis & impatiens ante laboris eram:
Vltima nunc patior:nec me mare portubus orbum:
Perdere diuerſæ nec potuere uiæ.
Sufficitque malis animus:nam corpus ab illo
Accepit uires uixque ferenda tulit.
Dum tamen & uentis dubius iactabar & undis:
Fallebat curas ægraque corda labor.

Vt uia

Vt uia finita eſt:& opus requieuit eundi:
Et pœnæ tellus eſt mihi facta meæ:
Nil niſi flere libet:nec noſtro parcior imber
Lumine de uerna quæ niue manat aqua.
Roma domuſque ſubit deſideriumque lõcorum:
Quicquid & amiſſa reſtat in urbe mei.
Hei mihi quod totiens noſtri pulſata ſepulchri
Ianua:ſed nullo tempore aperta fuit.
Cur ego tot gladios fugi?totienſque minata
Obruit infœlix nulla procella caput.
Dii:quos experior nimium conſtanter iniquos:
Participes iræ quam deus unus habet:
Extimulate precor ceſſantia fata:meique
Interitus clauſas eſſe uetate fores.

Ad uxorem:quod egrotus eſſet.

HAec mea ſi coniunx miraris epiſtola:quare
Alterius digitis ſcripta ſit:æger eram.
Aeger in extremis ignoti partibus orbis:
Incertuſque meæ pene ſalutis eram.
Quem mihi tunc animum dura in regione iacenti
Inter ſauromatas eſſe getaſque putas?
Nec cœlum patior:nec aquis aſſueuimus iſtis:
Terraque neſcio quo non placet iſta modo.
Non domus apta ſatis:non hic cibus utilis ægro:
Nullus apollinea qui leuet arte malum eſt.
Non qui ſoletur:non qui labentia tarde
Tempora narrando fallat amicus adeſt.
Laſſus in extremis iaceo populiſque locisque:
Et ſubit affectu nunc mihi quicquid abeſt.
Omnia cum ſubeant:uincis tamen omnia coniunx:
Et plus in noſtro pectore parte tenes:
Te loquor abſentem te uox mea nominat unam
Nulla uenit ſine te nox mihi:nulla dies.
Quin etiam ſic me dicunt aliena locutum:
Vt foret amentis nomen in ore tuum.
Si iam deficiam:ſuppreſſaque lingua palato
Vix in ſtillato reſtituenda mero:
Nunciet huc aliquis dominam ueniſſe:reſurgam.
Speſque tui nobis cauſa uigoris erit.
Dumque ego ſum uitæ dubius:tu forſitan iſtic
Iucundum noſtri neſcia tempus agis.
Non agis affirmo:liquet hoc chariſſima nobis
Tempore agi ſine me nil niſi triſte tibi.
Si tamen impleuit mea ſors quos debuit annos:
Et mihi uiuendi tam cito finis adeſt.
Quantum erat o magni perituro parcere diui:
Vt ſaltem patria contumularer humo.
Vel pœna in mortis tempus dilata fuiſſet:
Vel præceſſiſſet mors properata fugam.
Integer hanc potui nuper bene reddere uitam:
Exul ut occiderem nunc mihi uita data eſt.
Tam procul ignotis igitur moriemur in oris?
Et fient ipſo triſtia fata loco?
Nec mea conſueto langueſcent corpora lecto?
Depoſitum nec me qui fleat ullus erit?
Nec dominæ lachrymis in noſtra cadentibus ora
Accendent animæ tempora parua meæ?
Nec mandata dabo?nec cum clamore ſupremo
Labentes oculos conget amica manus?
Sed ſine funeribus caput hoc:ſine honore ſepulchri
Indeploratum barbara terra teget?
Ecquid ubi audieris:tota turbabere mente?
Et feries pauida pectora fida manu.
Ecquid in has fruſtra tendens tua brachia partes
Clamabis miſeri nomen inane uiri?

Parte tamen lacerare genas:nec ſcinde capillos:
Non tibi nunc primum lux mea raptus ero:
Cum patriam amiſi:tunc me periiſſe putato:
Et prior & grauior mors fuit illa mihi.
Nunc ſi forte potes:ſed non potes optima coniunx:
Finitis gaude tot mihi morte malis.
Quod potes:extenua forti mala corde ferendo.
Ad mala iam pridem non rude pectus habes.
Atque utinam pereant animæ cum corpore noſtro:
Effugiatque auidos pars mea nulla rogos.
Nam ſi morte carens uacuas uolat altus in auras
Spiritus:& famii ſunt rata dicta ſenis:
Inter ſarmaticas romana uagabitur umbra:
Perque feros manes hoſpita ſemper erit:
Oſſa tamen facito parua referantur in urna:
Sic ego non etiam mortuus exul ero.
Non uetat hoc quiſquam:fratrẽ thebana pemptum
Suppoſuit tumulo rege uetante ſoror.
Atque ea cum foliis & amomi puluere miſe:
Atque ſuburbano condita crede ſolo:
Quoſque legat uerſus oculo properante uiator.
Grandibus in tumuli marmore cæde notis.
Hic ego qui iaceo tenerorum luſor amorum
Ingenio perii naſo poeta meo.
At tibi qui tranſis ne ſit graue:quiſquis amaſti
Dicere naſonis molliter oſſa cubent.
Hoc ſatis in tumulo eſt:& enim maiora libelli:
Et diuturna magis ſunt monumenta mei:
Quos ego confido:quamuis nocuere:daturos
Nomen & auctori tempora longa ſuo.
Tu tamen extincto feralia munera ſemper:
Deque tuis lachrymis humida ſerta dato.
Quamuis in cinerem corpus mutauerit ignis:
Sentiet officium mœſta fauilla pium.
Scribere plura libet:ſed uox mihi feſſa loquendo
Dictandi uires:ſiccaque lingua negat.
Accipe ſupremo dictum mihi forſitan ore:
Quod tibi qui mittit non habet ille:uale.

Ad amicum:ut magnoꝝ uiroꝝ conſuetudinem fugiat

Mihi chare quidem ſemp:ſed tempore duro
Cognite:res poſtquam procubuere meæ.
Vſibus edocto ſi quicquam credis amico:
Viue tibi:& longæ nomina magna fuge.
Viue tibi:quantumque potes præluſtria uita:
Sæuum præluſtri fulmen ab arce uenit.
Nam quanquam ſoli poſſunt prodeſſe potentes:
Non proſunt potius:plurimum obeſſe ſolent.
Effugit hybernas demiſſa antenna procellas.
Lataque plus paruis uela timoris habent.
Aſpicis:ut ſumma cortex leuis innatat unda?
Cum graue nexa ſimul rætia mergat onus?
His ego ſi monitis monitus prius ipſe fuiſſem:
In qua debebam forſitan urbe forem:
Dum tecum uixi:dum me leuis aura ferebat:
Hæc mea per placidas cymba cucurrit aquas.
Qui cadit in plano:uix hoc tamen euenit ipſum:
Sic cadituri tacta ſurgere poſſit humo.
At miſer elpenor tecto delapſus ab alto
Occurrit regi flebilis umbra ſuo
Quid fuit ut tutas agitaret dædalus alas?
Icarus immenſas nomine ſignat aquas?
Nempe quod hic alte:demiſſius ille uolebat.
Nam pennas ambo non habuere ſuas.
Crede mihi bene qui latuit:bene uixit:& intra
Fortunam debet quiſque manere ſuam.

Non foret

Non foret eumenides orbus ſi filius eius
Stultus achilleos non adamaſſet equos.
Nec natum in flamma: uidiſſet in arbore natas:
Cepiſſet genitor ſi phaetonta merops
Tu quoque formida nimium ſublimia ſemper:
Propoſitique precor contrahe uela tui.
Nam pede in offenſo ſpacium procurrere uitæ
Dignus es: & fato candidiore frui.
Quod pro te ut uoueam mitti pietate mereris
Hæſuraque mihi tempus in omne fide.
Vidi ego te tali uultu mea fata gementem
Qualem credibile eſt ore fuiſſe meo.
Noſtra tuas uidi lachrymas ſuper ora cadentes:
Tempore quas uno fidaque uerba dabas.
Nunc quoq; ſummotum ſtudio defende amicum:
Et mala uix ulla parte leuanda leuas.
Viue ſine inuidia; molleſque inglorius annos
Exige amicitias & tibi iunge pares:
Naſoniſque tui quod adhuc non exulat unum
Nomen ama ſcythicus cætera pontus habet.
Proxima ſideribus tellus erimantidos urſæ
Me tenet aſtricto terra peruſta gelu:
Boſphorus & tanais ſuperant: ſcythiæque paludes:
Vixque ſatis noti nomina pauca loci.
Vlteriusnil eſt: niſi non habitabile frigus:
Heu quam uicina eſt ultima terra mihi.
At longe patria eſt longe eſt clariſſima coniunx:
Quicquid & hæc nobis poſt duo dulce fuit.
Sic tamen hæc abſunt: utque contingere non eſt
Corpore ſunt animo cuncta uidenda meo.
Ante oculos errat domus: urbs & forma locorum:
Acceduntque ſuis ſingula facta locis.
Coniugis ante oculos. ſicut præſentis imago:
Illa meos caſus aggrauat illa leuat.
Aggrauat hæc qđ abeſt: leuat hæc: qđ præſtat amorē:
Impoſitumque ſibi firma tuetur onus
Vos quoque pectoribus noſtris hæretis amici:
Dicere quos cupio nomine quenq; ſuo;
Sed timor officium cautus compeſcit & ipſos
In noſtro poni carmine nolle puto:
Ante uolebatis gratique erat inſtar amoris
Verſibus in noſtris nomina ueſtra legi.
Quod quoniam eſt anceps: intra mea pectora quemq̃
Alloquar & nulli cauſa timoris ero·
Nec meus indicio latitantes uerſus amicos
Protrahet: occulte ſi quis amauit: amet.
Scite tamen quamuis longa regione remotus
Abſim uos animo ſemper adeſſe meo.
Et qua quiſque poteſt oro: mala noſtra leuate:
Fidam proiecto neue negate manum:
Proſpera ſic maneat uobis fortuna nec unquam
Contacti ſimili ſorte rogetis idem.

VSus amicitiæ tecum mihi paruus ut illam
Non ægre poſſis diſſimulare fuit:
Ni me complexus uinclis propioribus eſſes
Naue mea uento forſan eunte ſuo:
Vt cecidi: cunctique metu fugere ruinam:
Verſaque amicitiæ terga dedere meæ:
Aſuſus es igne iouis percuſſum tangere corpus:
Et deploratæ limen adire domus.
Idque recens præſtas nec longo cognitus uſu.
Quod ueterum miſero uix duo treſue mihi.
Vidi ego confuſos uultus uiſoſque notaui:
Oſque madens fletu palliduſque meo.
Et lachrymas cernens in ſingula uerba cadentes.

Ore meo lachrymas:auribus illa bibi.
Brachiaque excepi preſſo pendentia collo.
Et ſingultantis oſcula mixta ſonis
Sum quoque chare tuis defenſus uiribus abſens.
Scis charum ueri nominis eſſe loco.
Multaque præterea manifeſti ſigna fauoris:
Pectoribus teneo non abitura meis
Dii tibi poſſe tuos tribuant defendere ſemper:
Quos in materia proſperiore iuues.
Si tamen interea quid in his ego perditus oris:
Quod te credibile eſt quærere:quæris:agam
Spe trahor exigua:quam tu mihi demere noli
Triſtia leniri numina poſſe dei
Seu temere expecto ſiue hoc contingere fas eſt.
Tu mihi quod cupio fas precor eſſe proba:
Quæque tibi eſt linguæ facundia confer in illud
Vt doceas uotum poſſe ualere meum.
Quo quiſque eſt maior:magis eſt placabilis iræ
Et faciles motus mens generoſa capit.
Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni.
Pugna ſuum finem:cum iacet hoſtis habet.
At lupus & turpes inſtant morientibus urſi:
Et quæcunque minor nobilitate fera eſt.
Maius apud troiam forti quid habemus achille?
Dardanii lachrymas non tulit ille ſenis.
Quæ ducis emathii fuerit clementia: pharos
Præclarique docent funeris exequiæ.
Neue hominum referam flexas ad mitius iras:
Iuuonis gener eſt:qui prius hoſtis erat.
Denique non poſſum nullam ſperare ſalutem:
Cum non ſit pœnæ cauſa cruenta meæ.
Non mihi quærenti peſſundare cuncta petitum
Cæſareum caput eſt quod caput orbis erat:
Non aliquid dixi:uiolentaque lingua locuta eſt:
Lapſaue ſunt nimio uerba profana mero:
Inſcia quod crimen uiderunt lumina plector:
Peccatumque oculos eſt habuiſſe meos.
Non equidem totam poſſum defendere culpam:
Sed partem noſtri criminis error habet.
Spes igitur ſupereſt facturum ut molliat ipſe
Mutati pœnam conditioni loci.
Hoc utinam nitidi ſolis prænuncius ortus
Afferat admiſſo lucifer albus equo

Fœdus amiciciæ non uis clariſſime noſtræ:
Nec ſi forte uelis diſſimulare potes:
Donec enim licuit:nec te mihi charior alter
Nec tibi me tota iunctior urbe fuit.
Iſque erat uſque adeo populo teſtatur:ut eſſe
Pene magis q̄ tu quamque ego notus amor:
Quique eſt in charis animi tibi candor amicis.
Cognitus eſt illi quem colis ipſe uiro.
Nil ita celabas:ut non ego conſcius eſſem.
Pectoribuſque dabas multa tegenda meis:
Cuique ego narrabam ſecreti quicquid habebam
Excepto:quod me perdidit:unus eras:
Id quoque ſi ſciſſes ſaluo fruerere ſodali.
Conſilioque forem ſoſpes amice tuo.
Sed mea me in pœnam nimirum fata trahebant:
Omne bonæ claudunt utilitatis iter.
Siue malum potui tamen hoc uitare cauendo:
Seu ratio fatum uincere nulla ualet.
Tu tamen o nobis uſu iunctiſſime longo:
Pars deſiderii maxima pene mei:
Sis memor:& ſi quas fecit tibi gratia uires:
Illas pro nobis experiare rogo:

Numinis ut

Numinis ut læsi fiat mansuetior ira:
Mutatoque minor sit mea pœna loco.
Idque ita si nullum scelus est in pectore nostro:
Principiumque mei criminis error habet
Nec breue nec tutum est:quo sint mea dicere casu
Lumina funesti conscia facta mali.
Mensque reformidat:ueluti sua uulnera tempus
Illud & admonitu fit nouus ipse dolor.
Et quæcunque adeo possint afferre pudorem:
Illa tegi cæca condita nocte decet.
Nil igitur referam nisi me peccasse:sed illo
Præmia peccato nulla petita mihi:
Stulticiamque meum crimen debere uocari:
Nomina si factis reddere uera uelis.
Quæ si non ita sunt:alium quo longius absim.
Quære suburbana hæc sit mihi terra:locum.
VAde salutatum subito perarata perhillam
Littera sermonis fida ministra mei:
Aut illam inuenies dulci cũ matre sedentem:
Aut inter libros pieridesque suas.
Quicquid aget:cum te scierit uenisse relinquet
Nec mora:quid uenias:quidue requiret agam.
Viuere me dices:sed sic:ut uiuere nolim.
Nec mala tam longa nostra leuata mora.
Et tamen ad musas:quamuis nocuere reuerti:
Aptaque in alternos cogere uerba pedes:
Tu quoque dic studiis cõmunibus ecquit inhæres?
Doctaque non patrio carmina more canis?
Nam tibi cum fatis mores natura pudicos:
Et raras dotes ingeniumque dedit.
Hoc ego pegasidas deduxi primus ad undas:
Ne male facundæ uena periret aquæ:
Primus id aspexi teneris in uirginis annis.
Vtque pater natæ duxque comesque fui.
Tunc quoque:si forsan nostrum deleuit amorem
Tempus:eram nimio iunctus amore tibi.
Ergo si remanent ignes tibi pectoris iidem:
Sola tuum uates lesbia uincit opus.
Sed uereor:ne nunc mea te fortuna retardet:
Postque meos casus sit tibi pectus iners.
Dum licuit tua sæpe mihi tibi nostra legebam:
Sæpe tui iudex:sæpe magister eram.
Aut ego præbebam factis modo uersibus aures
Aut ubi cessaras causa ruboris eram:
Forsitan exemplo:quia me læsere libelli:
Tu quoque sis pœnæ facta ruina meæ.
Pone perhilla metum:tantummodo fœmina nulla:
Neue uir ascriptis discat amore tuis.
Ergo desidiæ remoue doctissima causas
Inque bonas artes:& tua sacra redi.
Ista decens facies longis uitiabitur annis:
Rugaque in antiqua fronte senilis erit:
Iniicietque manus formæ damnosa senectus:
Quæ strepitum passu non faciente uenit:
Cumque aliquis dicet:fuit hæc formosa dolebis:
Et speculum mendax esse quærere tuum:
Sunt & opes modicæ:cum sis dignissima magnis:
Finge sed immensis censibus esse pares.
Nempe dat & quodcunque libet fortuna: rapitque:
Irus & est subito qui modo cræsus erat.
Singula quid referam?nil non mortale tenemus:
Pectoris exceptis ingeniique bonis.
Et ego cum patria caream uobisque domoque:
Raptaque sint:adimi quæ potuere mihi.
Ingenio tamen ipse meo comitorque fruorque:

Cæſar in hoc potuit iuris habere nihil
Quilibet hanc ſæuo uitam mihi finiet enſe:
Me tamen extincto fama ſuperſtes erit.
Dumque ſuis uictrix ſeptem de montibus orbem
Proſpiciet domitum martia roma legar.
Tuquoque quam ſtudii maneat felicior uſus:
Effuge uenturos qua potes uſque rogos.
NVnc ego triptolemi cuperē cōſcendere currus
Miſit in ignotam qui rude ſemen humum.
Nunc ego medeæ uellem frenare dracones
Quos habuit fugiens arce corinthe tua:
Nunc ego iactandas optarem ſumere pennas
Siue tuas perſeu: dædale ſiue tuas.
Vt tenera noſtris cedente uolatibus aura
Aſpicerem patriæ dulce repente ſolum:
Deſerteque domus uultus memoreſque ſodales
Charaque præcipuæ coniugis ora meæ
Stulte quid hæc fruſtra uotis puerilibus optas?
Quæ non ulla tibi fertque feretque dies.
Si ſemel optandum eſt: auguſti nomen adora.
Et quem ſenſiſti rite precare deum.
Ille tibi pennaſque poteſt curſuſque uolucres
Tradere det reditum protinus ales eris:
Si precer hæc neque enim poſſum maiora precari:
Ne mea ſint timeo uota modeſta parum.
Forſitan hoc olim: cum iam ſatiauerit iram:
Tunc quoque ſollicita mente rogandus erit:
Quod minus interea eſt inſtar mihi muneris ampli:
Ex his me iubeat quo libeat ire locis.
Nec cœlum: nec aquæ faciunt: nec terra: nec auræ:
Hei mihi perpetuus corpora langor habet.
Seu uitiant artus ægræ contagia mentis:
Siue mei cauſa eſt in regione mali.
Vt tetigi pontum uexant inſomnia: uixque
Oſſa tegit macies: nec iuuat ora cibus.
Quique per auctūnum percuſſis frigore primo
Eſt color in foliis quæ noua læſit hyems:
Is mea membra tenet: nec uiribus alleuor ullis
Et nunquam quæruli cauſa doloris abeſt:
Nec melius ualeo q̄ corpore mente: ſed ægra eſt.
Vtraque pars æqua eſt: binaque damna fero:
Hæret & ante oculos ueluti ſpectabile corpus
Aſtans fortunæ forma uidenda meæ:
Cumq; locos moroſq; hominum cultuſq; ſonoſq;
Cernimus: & quid ſim: quid fuerimque ſubit:
Tantus amor necis eſt: quærar ut cum cæſaris ira.
Quod non offenſas uindicet enſe ſuas.
At quoniam ſemel eſt odio ciuiliter uſus:
Mutato leuior ſit fuga noſtra loco.
Hic Sic quoq; ſunt urbes graiæ quis credere poſſet
Inter inhumanæ nomina barbariæ.
Huc quoq; millero miſſi uenere coloni.
Inque getis graias conſtituere domos.
Sed uetus huic nomen poſitaque antiquius urbe
Conſtat & abſyrti cæde fuiſſe loco:
Nam rate: quæ cura pugnacis facta mineruæ
Per non tentatas prima cucurrit aquas
Impia deſertum fugiens medea parentem
Dicitur his remos applicuiſſe uadis:
Quem procul ut uidit tumulo ſpeculator ab alto:
Hoſpes ait noſco colchide uela dari.
Dum trepidant minyæ: dum ſoluitur aggere funis:
Dum ſequitur celeres anchora tracta manus:
Conſcia percuſſit meritorum pectora colchis
Auſa atque auſura multa nefanda manu.

Et quanquam

Et quanquam supereſt ingens audacia menti:
Pallor in attonitæ uirginis ore fuit.
Ergo ubi proſpexit uenientia uela tenemur.
Et pater eſt aliqua fraude morandus ait.
Dum quid agat quærit: dum uerſat in omnia uultus
Ad fratrem caſu lumina flexa tulit.
Cuius ut oblata eſt præſentia uicimus inquit:
Hic mihi morte ſua cauſa ſalutis erit:
Protinus ignari nec quicquam tale timentis
Innocuum rigido perforat enſe latus
Atque ita diuellit: diuulſaque membra per agros
Diſſipat in multis inuenienda locis.
Neu pater ignoret ſcopulo proponit in alto:
Pallenteſque manus: ſanguineumque caput:
Vt genitor luctuque nouo tardetur & artus
Dum legit extinctos triſte retardet iter.
Inde tomos dictus locus hic quia fertur in illo
Membra ſoror fratris conſecuiſſe ſui.

Si quis aduc iſtic meminit naſonis adempti:
Et ſupereſt ſine me nomen in orbe meum
Suppoſitum ſtellis nunq̃ tangentibus æquor
Me ſciat in media uiuere barbaria.
Sauromatæ cingunt fera gens: beſſique getæque
Quæ non ingenio nomina digna meo.
Dum tamen aura tepet: medio defendimur hiſtro.
Ille ſuis liquidus bella repellit aquis.
At cum triſtis hyems ſqualentia protulit ora:
Terraque marmoreo eſt candida facta gelu:
Dum patet & boreas: & nix iactata ſub arcto:
Dum patet has gentes axe tremente premi.
Nix iacet & iactam non ſol pluuiæque reſoluunt.
Indurat boreas perpetuamque facit:
Ergo ubi deliquit nondum prior altera uenit:
Et ſolet in multis bima iacere locis:
Tantaque commoti uis eſt aquilonis: ut altas
Aequet humo turres tectaque rapta ferat.
Pellibus hirſutis arcent mala frigora bracis.
Oraque de toto corpore ſola patent:
Sæpe ſonant moti glacie pendente capilli.
Et nitet inducto candida barba gelu.
Nudaque conſiſtunt formam ſeruantia teſtæ
Vina nec hauſta meri ſed data fruſtra bibunt.
Quid loquar ut cuncti concreſcant frigore riui?
Deque lacu fragiles effodiantur aquæ?
Ipſe papyrifero qui non anguſtior amne
Miſcetur uaſto multa per ora freto:
Cæruleos uentis latices durantibus hiſter
Congelat & tectis in mare ſerpit aquis:
Quaque rates ierant: pedibus nunc itur & undas
Frigore concretas ungula pulſat equi.
Perque nouos pontes ſubter labentibus undis
Ducunt ſarmatici barbara plauſtra boues.
Vix equidem credar: ſed cum ſint præmia falſi
Nulla ratam debet teſtis habere fidem:
Vidimus ingentem glacie conſiſtere pontum:
Lubricaque immotas teſta præmebat aquas.
Nec uidiſſe ſat eſt durum calcauimus æquor:
Vndaque non udo ſub pede ſumma fuit:
Si tibi tale fretum quondam leandre fuiſſet:
Non foret anguſtæ mors tua crimen aquæ.
Tum neque ſe pandi poſſunt delphines in auras:
Tollere conantes dura coercet hyems.
Et quãq̃ boreas iactatis inſonet alis:
Fluctus in obſeſſo gurgite nullus erit.
Incluſæque gelu ſtabunt: ut marmore puppes.

Nec poteris rigidas ſcindere remus aquas
Vidimus in glacie piſces hærere ligatos
Sed pars ex illis tum quoque uiua fuit.
Siue igitur nimii boreæ uis ſæua marinas
Siue redundatas flumina cogit aquas:
Protinus æquato ſiccis aquilonibus hiſtro
Inuehitur cæleri barbarus hoſtis equo.
Hoſtis equo pollens:longeque uolante ſagitta
Vicinam late depopulatur humum.
Diffugiunt alii:nulliſque tuentibus agros
Incuſtoditæ dirripiuntur opes.
Ruris opes paruæ pecus:& ſtridentia plauſtra:
Et quas diuitias incola pauper habet.
Pars igitur uinctis poſt tergum capta lacertis
Reſpicient fruſtra rura laremque ſuum.
Pars cadit hamatis miſere confixa ſagittis:
Nam uolucri ferro tinctile uirus ineſt.
Quæ nequeunt ſecum ferre aut abducere perdunt:
Et cremat infontes hoſtica turba caſas
Tum quoq; cũ pax eſt:trepidant formidine belli:
Nec quiſquam preſſo uomere ſulcat humum.
Aut uidet aut metuit locus hic quẽ nõ uidet hoſtẽ:
Ceſſat iners rigido terra relicta ſitu.
Non hic pampinea dulcis latet una ſub umbra:
Nec cum uolant altos feruida muſta lacus.
Poma negat regio:nec haberet acontius in quo
Scriberet hic dominæ uerba legenda ſuæ.
Aſpiceres nudos ſine fronde ſine arbore campos:
Heu loca felici non adeunda uiro.
Ergo tam late pateat cum maximus orbis
Hæc eſt in pœnas terra reperta meas.
SI quis es inſultes qui caſibus improbe noſtris:
Meque reum dempto fine cruentus agas
Natus es e ſcopulis nutritus lacte ferino.
Et dicam ſſlices pectus habere tuum.
Quis gradus ulterior:quo ſe tua porrigat ira
Reſtat:quidue meis cernis abeſſe malis.
Barbara me tellus:& inhoſpita littora ponti:
Cumque truci borea mænalis urſa uidet.
Nulla mihi cum gente fera commertia linguæ.
Omnia ſolliciti ſunt loca plena metus.
Vtque fugax auidis ceruus deprenſus ba urſis:
Cinctaque montanis ut pauet agna lupis.
Sic ego belligeris a gentibus undique ſeptus
Tereor hoſte meum pene premente latus
Vtque ſit exiguum pœnæ:quod coniuge chara:
Quod patria careo pignoribuſque meis:
Vt mala nulla feram:niſi nudam cæſaris iram:
Nuda parum nobis cæſaris ira mali eſt?
Et tamen eſt aliquis:qui uulnera cruda retractet:
Soluat & in mores ora diſerta meos.
In cauſa facili cui uis licet eſſe diſerto:
Et minimæ uires frangere quaſſa ualent.
Subruere eſt arces & ſtantia mœnia uirtus
Quilibet ignaui precipitata premunt.
Non ſum qui fueram quid inanem proteris umbrã?
Quid cinerem ſaxis buſtaque noſtra petis?
Hector erat tunc cum bello certabat & idem
Tractus ab æmonio non erat hector equo.
Me quoque quem noras olim:non eſſe memento.
Ex illo ſuperant hæc ſimulacra uiro.
Quid ſimulachra ferus dictis incendis amaris?
Parce precor manes ſollicitare meos
Omnia uera puta mea crimina nil ſit in illis
Quod magis errorem q̃ ſcelus eſſe putes.

Pendimus en

Pendimus en profugi: fatia tua pectora pœnas
Exilioque graues: exiliique loco.
Carnifici fortuna potest mea flenda uideri:
Et tamen est uno iudice mersa parum.
Sæuior es tristi busiride: sæuior illo:
Qui falsum lento torruit igne bouem.
Quique bouem siculo fertur donasse tyranno:
Et dictis artes conciliasse suas.
Munere in hoc usus rex est sed imagine maior.
Nec sola est operis forma probanda mei.
Aspicis a dextra latus hoc adapertile tauri.
Hac tibi quem perdis coniiciendus erit.
Protious inclusum lentis carbonibus ure:
Mugiet: & ucri uox erit illa bouis
Pro quibus inuentis ut munus munere pensēs:
Da præcor ingenio præmia digna meo.
Dixerat at phalaris pœnæ mirandæ repertor
Ipse tuum præsens imbue dixit opus.
Nec mora monstratis crudeliter ignibus ustus:
Exhibuit geminos ore gemente sonos
Quid mihi cū siculis? inter scythicosque getasque?
At te quisquis is es nostra quærela uenit.
Vsque sitim nostro possis explere cruore.
Quantaque uis auido gaudia corde feras:
Tot mala sum fugiens tellure: tot æquore passus
Te quoque ut auditis posse dolore putem.
Crede mihi si sit nobis collatus ulyxes
Neptunni minor est quam iouis ira fuit.
Ergo quicunque es: rescindere crimina noli.
Deque graui duras uulnere tolle manus.
Vtque meæ famam tenuent obliuia culpe.
Facta cicatricem ducere nostra sine.
Humanæque memor sortis quæ tollit eosdem
Et premit incertas ipse uerere uices.
Et quoniam fieri quod nunquam posse putaui.
Est tibi de rebus maxima cura meis.
Non est quod timeas: fortuna miserrima nostra est:
Omne trahit secum cæsaris ira malum.
Quod magis ut liqueat: neue hoc ego fingere credar
Ipse uelim pœnas experiare meas.

Frigora iam zephyri minuunt annoq; peracto:
Tardior antiqua uisa mæotis hyems.
Imposit amque sibi qui non bene prulit hellē
Tempora nocturnis æqua diurna facit.
Iam uiolas puerique legunt hilaresque puellæ:
Ruraque quæ nullo nata ferente uchunt:
Prataque pubescunt uariorum flore colorum.
Indocilique loquax gutture uernat auis.
Vtque male crimen matris deponat hirundo:
Sub trabibus cunas paruaque tecta facit.
Hærbaque quæ latuit cerealibus obruta sulcis:
Exerit e tepida molle cacumen humo.
Quo loco est uitis: de palmite gemma mouetur.
Nam procul a getico littore uitis abest.
Quoque loco est arbor: turgescit in arbore ramus
Nam procul a geticis finibus arbor abest.
Ocia nunc istic: iunctisque ex ordine ludis:
Cedunt uerbosi garrula uerba fori.
Lusus equis nunc est leuibus nunc luditur armis
Nunc pila nunc celeri uertitur orbe trochus:
Nunc ubi perfusa est oleo labente iuuentus
Defessos artus tingere gaudet aqua.
Scæna uiget: studiisque fauor distantibus ardet.
Cumque tribus resonant terna theatra foris.
O quater o quotiens non est numerare beatum

Non interdicta cui licet urbe frui:
At mihi sentitur nix uerno sole soluta:
Quæque lacu duro non fodiantur aquæ.
Nec mare concrescit glacie:nec ut ante per histrum
Stridula sauromates plaustra bubulcus agit
Si tamen incipiunt aliquæ ut adnare carinæ:
Hospitaque in ponti littore puppis erit:
Sedulus occurram nautæ:dictaque salute
Quid ueniat quæram:quidue:quibusue locis.
Ille quidem mirum ni de regione propinqua:
Non nisi uicinas tutus araret aquas
Rarus ab italia tantum mare nauita transit:
Littora rarus in hæc portubus orba uenit.
Siue tamen græca scierit:siue ille latina
Voce loqui certe gratior usus erit:
Fas quoque ab ore freti:longeq; propontidos undis:
Huc aliquem certo uela dedisse noto.
Quisquis is est:memori rumorem uoce referre:
Et fieri famæ parsque gradusque potest:
Is precor auditos possit narrare triumphos
Cæsaris & latio reddita uota ioui.
Teque rebellatrix tandem germania magni
Triste caput pedibus suppositisse ducis.
Hæc mihi qui referat quæ non uidisse dolebo
Ille meæ domui protinus hospes erit.
Hei mihi:iam me domus scythico nasonis in orbe ẽ?
Iamque suum mihi dat pro lare pœna locum.
Dii facite ut cæsar non hoc penetrale domumque
Hospitium pœnæ sed uelit esse meæ.

In Natalem suum.

ECce superuacuus:quid enim fuit utile nasci:
Ad sua natalis tempora noster adest.
Dure quid ad miseros ueniebas exulis annos:
Debueras illis imposuisse modum.
Si tibi cura mei:uel si pudor usus inesset
Non ultra patriam me sequerere meam.
Quoque loco primum male sum tibi cognitus infans
Illo tentasses ultimus esse mihi.
Inque relinquendo:quidam fecere sodales:
Tu quoque dixisses tristis in urbe uale:
Quid tibi cum ponto?num te quoque cæsaris ira
Extremam gelidi misit in orbis humum?
Scilicet expectas solitum tibi moris honorem?
Pendeat ex humeris uestis ut alba meis.
Fumida cingatur florentibus ara coronis?
Micaque solenni turis in igne sonet?
Libaque dem pro te genitale notantia tempus?
Concipiamque bonas ore fauente preces?
Non ita sum positus:nec sunt ea tempora nobis
Aduentu possim lætus ut esse tuo.
Funeris ara mihi ferali cincta cupressu
Conuenit & structis flamma parata rogis
Nec dare tura libet nil exorantia diuos
In tantis subeunt nec bona uerba malis.
Si tamen est aliquid nobis hac luce petendum
In loca ne redeas amplius ista precor:
Dum me terrarum pars pene nouissima ponti.
Euxinus falso nomine dictus habet.

CVltor & antistes doctorum sanctæ uirorum
Quid facis ingenio semper amice meo?
Ecquit ut incolumẽ quõdã celebrare solebas
Nunc quoque ne uidear totus abesse caues?
Conspicis excepis ecquid mea carmina solis
Artibus artifici quæ nocuere suo?
Imo ita fac quæso uatum studiose nouorum:

Quaq; põt

Quaque potes retine nomen in urbe meum.
Est fuga dicta mihi:non est fuga dicta libellis:
Qui domini pœnam non meruere sui.
Sæpe per externas profugus pater exulat oras:
Vrbe tamen natis exulis esse licet.
Palladis exemplo de me sine matre creata
Carmina sunt stirps hæc progeniesque mea.
Hanc tibi cõmendo:quæ quo magis orba parente est:
Hoc tibi tutori sarcina maior erit.
Tres mihi sunt nati contagia nostra secuti:
Cætera fac curæ sit tibi turba palam.
Sunt quoque mutatæ ter qnq; uolumina formæ
Carmina de domini funere rapta sui.
Illud opus potuit:si non prius ipse perissem.
Certius a summa nomen habere manu:
Nunc incorrectum populi peruenit in ora:
In populi quicquam si tamen ore mei est.
Hoc quoque nescio quid nostris appone libellis
Diuerso missum quod tibi ab orbe uenit.
Quod quicunque leget:si quis leget:extimet ante
Compositum quo sit tempore:quoque loco:
Aequus erit scriptis quorum cognouerit esse
Exilium tempus barbariamque locum.
Inque tot aduersis carmen mirabitur ullum
Ducere me tristi sustinuisse manu
Ingenium frege meum mala cuius & ante
Fons infœcundus paruaque uena fuit.
Sed quæcunque fuit nullo exercente refugit:
Et longo periit arida facta situ.
Non hic librorum per quos inuiter alarque
Copia pro libris arcus & arma sonant.
Nullus in hac terra recitem cui carmina cuius
Intellecturis auribus utar:adest.
Nec quo secedam locus est:custodia muri
Summouet infestos clausaque porta getas.
Sæpe aliquod quæro uerbum nomenque locumque
Nec quisquam est aquo certior esse quæam.
Dicere sæpe aliquid conanti:turpe fateri:
Verba mihi desunt dedidicique loqui:
Threicio geticoque fero circum sonor ore.
Et uideor geticis scribere posse modis.
Crede mihi timeo ne sint immixta latinis
Iuque meis scriptis pontica uerba legas
Qualemcunque legas uenia dignare libellum:
Sortis & excusa conditione meæ.

P.O.NASONIS DE TRISTIBVS LIBER .IIII.

Si qua meis fuerint:ut erũt uitiosa libellis
Excusata suo tempore lector habe.
Exul erã:requiesq; mihi non fama petita ẽ
Mens intenta suis ne foret usque malis.
Hoc ẽ cur cãtet uicto quoq; cõpede fossor:
In docili numero cum graue mollit opus
Cantet & innitens limosæ pronus harenæ:
Aduerso tardam qui uehit amne ratem:
Quique refert pariter lentos ad pectora remos
In numerum pulsa brachia uersat aqua.
Fessus ut incubuit baculo saxoque resedit
Pastor arundineo carmine mulcet oues:
Cantantis pariter pariter data pensa trahentis
Fallitur ancillæ decipiturque labor.
Fertur & abducta lyrnesside tristis achilles
Aemonia curas attenuasse lyra:
Cum traheret siluas orpheus & dura canendo.
Saxa:bis amissa coniuge mœstus erat.
Me quoque musa leuat ponti loca iussa petentem:

DE TRISTIBVS.

Sola comes noſtræ perſtitit illa fugæ
Sola nec inſidias inter nec militis enſem:
Nec mare nec uentos barbariamque timet.
Scit quoque cum perii quis me deceperit error:
Et culpam in facto non ſcelus eſſe meo.
Scilicet hoc ipſo nunc æqua:quod obfuit ante
Cum mecum iuncti criminis acta rea eſt.
Non equidem uellem:quoniam nocitura fuerunt:
Pieridum ſacris impoſuiſſe manum.
Sed nunc quid faciam?uis me tenet ipſa ſacrorum:
Et carmen demens carmine læſus amo.
Sic noua dulychio lothos guſtata palato
Illo quo nocuit grata ſapore fuit.
Sentit amans ſua damna ferens:tamen hæret in illis
Materiam culpæ proſequiturque ſuæ.
Nos quoque delectant:quamuis nocuere libelli:
Quodque mihi telum uulnera fecit:amo.
Forſitan hoc ſtudium poſſit furor eſſe uideri:
Sed quiddam furor hic utilitatis habet:
Semper in obtutu mentem uetat eſſe malorum.
Præſentis caſus immemoremque facit.
Vtque ſuum bacche non ſentit ſaucia uulnus:
Dum ſtupet idæis exululata modis:
Sic ubi mota calent ſacro mea pectora thyrſo:
Altior humano ſpiritus ille malo eſt.
Ille nec exilium ſcythici nec littora ponti:
Ille nec iratos ſentit habere deos:
Vtque ſoporiferæ biberem ſi pocula lethes:
Temporis aduerſi ſic mihi ſenſus abeſt.
Iure deas igitur ueneror mala noſtra leuantes.
Sollicitas comites ex helicone fugæ.
Et partim pelago partim ueſtigia terra
Vel rate dignatas:uel pede noſtra ſequi:
Sint præcor hæ faciles ſaltem mihi: nanq; deorum
Cæſare cum magno cætera turba facit.
Meque tot aduerſis cumulat:quot littus arenas:
Quotque fretum piſces:ouaque piſcis habet.
Vere prius flores:æſtu numerabis ariſtas:
Poma per auctunnum:frigoribuſque niues.
Quam mala quæ patior toto iactatus in orbe:
Dum miſer euxini littora ſæua peto.
Nec tamen:ut ueni:leuior fortuna malorum eſt.
Huc quoque ſunt noſtras fata ſecuta uias.
Hic quoque cognoſco natalis ſtamina noſtri:
Stamina de nigro uellere facta mihi:
Vtque neque inſidias capitiſque pericula narrem:
Vera quidem uidi:ſed grauiora fide.
Viuere quam miſerum eſt inter beſſoſque getaſque
Illum qui populi ſemper in ore fuit.
Quam miſerum porta uitam muroque tueri
Vixque ſui tutum uiribus eſſe loci?
Aſpera militiæ,iuuenis certamina fugi.
Ne niſi luſura nouimus arma manu.
Nunc ſenior gladioque latus ſcutoque ſiniſtram:
Canitiem galeæ ſubiicioque meam.
Nam dedit e ſpecula cuſtos ubi ſigna tumultus:
Induimus trepida protinus arma manu.
Hoſtis habens arcus imbutaque tela ueneno
Sæuus anhelanti mœnia luſtrat equo.
Vtque rapax pecudem quæ ſe non texit ouili
Per ſata per ſiluas fertque trahitque lupus:
Sic ſi quem nondum portarum ſede receptum
Barbarus in campis repperit hoſtis habet:
Aut ſequitur captus:coniectaque uincula collo
Accipit aut telo uirus habente perit.

Hic ego

250
+99.

Hic ego ſollicitæ iaceo nouus in eola ſedis.
Heu nimium fati tempora lenta mei.
Et tamen ad numeros antiquaque ſacra reuerti
Suſtinet in tantis hoſpita muſa malis.
Sed neq; cui referam quiſquã ẽ mea carmina nec qui
Auribus accipiat uerba latina ſuis.
Ipſe mihi:quid enim faciam?ſcriboque legoque.
Tutaque iudicio littera noſtra ſuo eſt.
Sæpe tamen dixi:cui nunc hæc cura laborat?
An mea ſauromatæ ſcripta getæque legent?
Sæpe etiam lachrymæ ſunt me ſcribente profuſæ.
Humidaque eſt fletu littera facta meo.
Corque uetuſta meum tanquam noua uulnera norit
Inque ſinum mœſtæ labitur imber aquæ.
Dum uice mutata qui ſim fuerimque recordor:
Et tulerit me quo caſus & unde ſubit:
Sæpe manus demens ſtudiis irata ſibique
Miſit in arſuros carmina noſtra rogos.
Atque ea de multis:quoniam non multa ſuperſunt:
Cum uenia facito quiſquis es iſta legas
Tu quoque nõ melius:quam ſunt mea tẽpora carmẽ
Interdicta mihi conſule roma boni.

IAm fera cæſaribus germania totus ut orbis
Victa potes flexo ſuccubuiſſe genu.
Altaque uelantur fortaſſe palatia ſertis:
Turaque in igne ſonant inficiuntque diem.
Candidaque adducta collum percuſſa ſecuri
Victima purpureo ſanguine pulſat humum.
Donaque amicorum templis promiſſa deorum
Reddere uictores cæſar uterque parant.
Et qui cæſareo iuuenes ſub nomine creſcunt:
Perpetuo terras ut domus illa regat:
Cumque bonis nuribus pro ſoſpite liuia nato
Munera dat meritis ſæpe datura deis:
Et pariter matres & quæ ſine crimine caſtos
Perpetua ſeruant uirginitate foços.
Plæbs pia:cũq; pia lætatur plæbe ſenatus:
Paruaque cuius eram pars ego nuper eques.
Nos procul expulſos communia gaudia fallunt:
Famaque tam longe non niſi parua uenit.
Ergo omnis populus poterit ſpectare triumphos:
Cumque ducum titulis oppida capta leget.
Vinctaque captiua reges ceruice ferentes
Ante coronatos ire uidebit equos:
Et cernet uultus aliis pro tempore uerſos:
Terribiles aliis immemoreſque ſui.
Quorum pars cauſas & res & nomina quæret:
Pars referet:q̃is nouerit illa parum:
Hic qui ſidonio fulget ſublimis in oſtro.
Dux fuerat belli:proximus ille duci.
Hic quĩ nunc in humo lumen miſerabile fixit:
Non triſti uultu:cum tulit arma:fuit.
Ille ferox oculis & adhuc haſtilibus ardens
Hortator pugnæ:conſiliumque dedit.
Perfidus hic noſtros illuſit fraude locorum.
Squallida prolixis qui tegit ora comis:
Illo qui ſequitur dicunt mactata miniſtro.
Sæpe recuſãti corpora capta deo.
Hic lacus:hi montes:hæc tot caſtella:tot amnes
Plena feræ cædis:plena cruoris erant.
Druſus in his meruit quondam cognomina terris:
Quæ bona progenies digna parente fuit.
Cornibus hic fractis uiridi male tectus ab ulua
Decolor ipſe ſuo ſanguine rhenus erat.
Crinibus en etiam fertur germania paſſis:

Et ducis inuicti ſub pede mœſta ſedet.
Collaque romanæ præbens animoſa ſecuri
Vincula fert illa:quæ tulit arma manu.
Hos ſuper in curru cæſar uictore ueheris
Purpureus populi rite per ora tui
Quaque ibis manibus circumpla udere tuorum
Vndique iactato flore tegente uias
Tempora phœbea lauro cingentur:ioque
Miles io magna uoce triumphe canet.
Ipſe ſono plauſuque ſimul frenituque canentis
Quadriiuges carnes ſæpe reſiſtere equos
Inde petes arcem:& delubra fauentia uotis.
Et dabitur merito laurea uota ioui.
Hæc ego ſummotus qua poſſum mente uidebo.
Erepti nobis ius habet illa loci.
Illa per immenſas ſpaciatur libera terras.
In cœlum celeri peruenit illa fuga.
Illa meos oculos mediam deducit in urbem.
Immunes tanti nec ſinit eſſe boni.
Inuenietque animus qua currus ſpectet eburnos:
Sic certe in patria per breue tempus ero.
Vera tamen capiet populus ſpectacula fœlix:
Lætaque erit præſens cum duce turba ſuo.
At mihi fingenti tantum longeque remoto
Auribus hic fructus præcipiendus erit.
Atque procul latio diuerſum miſſus in orbem.
Qui narret cupido uix erit iſta mihi.
Is quoque iam ſerũ referet uetereinque triumphũ:
Quo tamen audiero tempore lætus ero.
Illa dies ueniet:mea qua lugubria ponam.
Cauſaque priuata publica maior erit.

Magna miorque feræ quam regis altera graias
Altera ſidonias utraque ſicca rates:
Omnia cum ſummo poſitæ uideatis in axe
Et maris occiduas non ſubeatis aquas:
Aethereamque ſuis cingens amplexibus arcem:
Veſter ab intacta circulus extet humo:
Aſpicite illa precor:quæ non bene mœnia quondã
Dicitur iliades tranſiliiſſe remus.
Inque meam nitidos dominam conuertite uultus
Sitque memor noſtri nec ne referte mihi.
Hei mihi cur nimium quæ ſunt manifeſta requiro.
Cur labat ambiguo ſpes mea mixta metu?
Crede quod eſt & uis:ac deſine tuta uereri.
Deque fide certa ſit tibi certa fides.
Quodque polo fixæ nequeunt tibi dicere flammæ:
Non mentitura tu tibi uoce refer.
Eſſe tui memorem de qua tibi maxima cura eſt:
Quodque poteſt ſecum nomen habere tuum
Vultibus illa tuis tanquam præſentibus hæret.
Teque remota procul:ſi modo uiuit:amat:
Equid ut incubuit iuſto mens ægra dolori:
Lenis ab admonito pectore ſomnus abit?
Tunc ſubeunt curæ:dum te lectuſque locuſque
Tangit & oblitam non ſinit eſſe mei.
Et ueniunt æſtus:& nox immenſa uidetur:
Feſſaq; iactati corporis oſſa dolent.
Non equidem dubito quin hæc & cætera fiant.
Detque tuus mœſti ſigna doloris amor.
Nec cruciere minus :quam cum thebana cruentum
Hectora theſſalico uidit ab axe rapi:
Quid tamen ipſe precer dubito nec dicere poſſum
Affectum quem te mentis habere uelim.
Triſtis es:indignor:quod ſim tibi cauſa doloris:
Non es ut amiſſoiconiuge digna fleas.

Tu uero

Tu ueto tua damna dole mitiſſima coniunx.
Tempus & a noſtris exige triſte malis.
Fleque meos caſus eſt quædam fiere uoluptas
Expletur lachrymis egeriturque dolor.
Atque utinam lugenda tibi non uita: ſed eſſet
Mors mea: morte fores ſola relicta mea.
Spiritus hic per te patrias exiſſet in auras:
Sparſiſſent lachrymæ corpora noſtra piæ.
Supremoque die notum ſpectantia cœlum
Texiſſent digiti lumina noſtra tui.
Et cinis in tumulo poſitus iacuiſſet auito:
Tactaque naſcenti corpus haberet humus.
Denique ut & uixi ſine crimine mortuus eſſem:
Ne mea ſupplicio uita pudenda foret.
Me miſerum tu ſi cum diceris exulis uxor:
Auertis uultus & ſubit ora rubor.
Me miſerum ſi turpe putas mihi nupta uideri.
Me miſerum: ſi te iam pudet eſſe meam.
Tempus ubi eſt illud: quo te iactare ſolebas
Coniuge? nec nomen diſſimulare meum?
Tempus ubi eſt: quo te: niſi non uis illa referri:
Et dici memini: iuuit & eſſe meam?
Vtque proba dignum eſt: omni tibi dote placebam.
Addebat ueris multa fauentis amor.
Nec quem præferres: ita res tibi magna uidebar
Quemue tuum malles eſſe uir alter erat.
Nunc quoque ne pudeat: quin ſis mihi nupta: tuuſq;
Non debet dolor hinc: debet abeſſe pudor.
Cum cecidit capaneus ſubito temerarius ictu:
Non legis euadnen erubuiſſe uiro.
Nec: qui rex mundi compeſcuit ignibus ignes:
Ipſe ſuis phaeton inficiandus erat:
Nec ſemel e cadmo facta eſt aliena parenti:
Quod precibus periit ambitioſa ſuis
Nec tibi quod ſæuis ego ſim iouis ignibus ictus:
Purpureus molli fiat in ora pudor:
Sed magis in noſtri curam conſurge tuendi:
Exemplumque mihi coniugis eſto bonæ:
Materiamque tuis triſtem uirtutibus imple:
Ardua per præceps gloria uadit iter.
Hectora quis noſſet: fœlix ſi troia fuiſſet?
Publica uirtutis per mala facta uia eſt
Ars tua typhi: iacet ſi non ſit in æquore fluctus:
Si ualeant homines: ars tua phœbe uacet.
Quæ latet inque bonis ceſſat non cognita rebus
Apparet uirtus arguiturque malis.
Dat tibi noſtra locum tituli fortuua caputque
Conſpicuum pietas quo tua tollat habet.
Vtere temporibus: quorum nunc munere freta es:
Et patet in laudes area lata tuas.

QVi nominibus cum ſis generoſus auorum
Exuperas morum nobilitate genus
Cuius ineſt animo patrii candoris imago:
Non careat neruis candor ut iſte ſuis:
Cuius in ingenio patriæ facundia linguæ:
Qua prior in latio non fuit ulla foro.
Quod minime uolui poſitis pro nomine ſignis
Dictus es ignoſcas laudibus ipſe tuis.
Nil ego peccaui: tua te bona cognita produnt
Si quod es appares: culpa ſoluta mea eſt.
Nec tamen officium noſtro tibi carmine factum.
Principe tam iuſto poſſe nocere puto:
Ipſe pater patriæ: quid enim ciuilius illo?
Suſtinet in noſtro carmine ſæpe legi
Nec prohibere poteſt: quia res eſt publica cæſar:

&

Et de communi pars quoque noſtra bono eſt:
Iuppiter ingeniis præbet ſua numina uatum.
Seque celebrari quolibet ore ſinit.
Cauſa tua exemplo ſuperorum tuta duorum eſt:
Quorum hic aſpicitur creditur ille deus
Vt non debuerim:tamen hoc ego crimen habebo.
Non fuit arbitrii littera noſtra tui.
Nec noua:quod tecum loquor eſt iniuria noſtra:
Incolumis cum quo ſæpe locutus eram.
Quo uereare minus:ne ſim tibi crimen amicus:
Inuidiam:ſi qua eſt auctor habere poteſt.
Nam tuus eſt primis cultus mihi ſemper ab annis
Hoc ſaltem noli diſſimulare pater.
Ingeniumque meum poteſt hoc meminiſſe,pbabat:
Plus etiam quam me iudice dignus eram
Deque meis illo referebat uerſibus ore
Inquo pars magnæ nobilitatis erat.
Non igitur tibi nunc:quod me domus iſta recepit:
Sed prius auctori ſunt data uerba tuo.
Nec data ſunt mihi crede tamen ſed in oĩbus actis:
Vltima ſi demas uita tuenda mea eſt:
Hanc quoque qua perii culpam ſcelus eſſe negabis:
Si tanti ſeries ſit tibi nota mali.
Aut timor aut error:nobis prius obfuit error.
At ſine me fati non meminiſſe mei.
Neue retractando nondum coeuntia rumpe.
Vulnera uix illis proderit ipſa quies
Ergo ut iure damus pœnas ſic obfuit omne
Peccato facimus conſiliumque meo.
Idque deus ſentit:pro quo nec lumen ademptum ẽ
Nec mihi detractas poſſidet alter opes.
Forſitan hanc ipſam:uiuat modo:finiet olim
Tempore cum fuerit lenior ira fugam.
Nunc precor hinc alio iubeat diſcedere ſi non
Noſtra uerecuudo uota pudore carent.
Mitius exilium pauloque propinquius oro
Quique ſic a ſæuo longius hoſte locum.
Tantaque in auguſto eſt clementia:ſi quis ab illo
Hæc peteret pro me:forſitan ille daret.
Frigida me cohibent euxini littora ponti
Dictus ab antiquis euxinus ille fuit.
Nam neque iactantur moderatis æquora uentis
Nec placidos portus hoſpita nauis habet:
Sunt circa gentes quæ prædam ſanguine quærunt:
Nec minus in fida terra timetur aqua.
Illi quos audis hominum gaudere cruore:
Pene ſub eiuſdem ſideris igne iacent
Nec procul a nobis locus eſt ubi taurica dira
Cæde pharetratæ ſpargitur ara deæ.
Hæc prius ut memorant non inuidioſa nefandis:
Nec cupienda bonis regna thoantis erant.
Hic pro ſuppoſita uirgo pelopeia cerua:
Sacra deæ coluit qualiacunque ſuæ.
Quo poſtquam dubium eſt pius an ſceleratus oreſtas
Exactus furiis uenerat ipſe ſuis.
Et comes exemplum ueri phocæus amoris.
Qui duo corporibus mentibus unus erat.
Protinus euincti triſtem ducuntur ad aram:
Quæſtabat geminas ante cruenta fores:
Nec tamẽ hunc ſua mors nec mors ſua terruit illum
Alter ab alterius funere mœſtus erat.
Et iam coſtiterat ſtricto mucrone ſacerdos
Cinxerat & graias barbara uitta comas:
Cum uice ſermonis fratrem cognouit & illi.
Pro nece complexus iphigenia dedit.

Læta deæ

Læta deæ ſignum crudelia ſacra peroſæ
Tranſtulit ex illis in meliora locis.
Hæc igitur regio magni pene ultima mundi.
Quam fugere homines diiq; propinqua mihi eſt.
Atque meam terram prope ſunt funebria ſacra:
Si modo naſoni barbara terra ſua eſt.
Outinam uenti quibus eſt ablatus oreſtes.
Placato referant & mea uela deo.
O Mihi dilectos inter pars prima ſodales:
Vnica fortunis ara reperta meis.
Cuius ab alloquiis aía hæc moribunda reuixit
Vt uigil infuſa pallade flamma ſolet:
Qui ueritus non es portus aperire fideles
Fulmine percuſſe confugiumque rati:
Cuius eram cenſu non me cenſurus egentem:
Si cæſar patrias eripuiſſet opes.
Temporis oblitum dum me rapit impetus huius:
Excidit heu nomen quam mihi pene tuum.
Tu tamen agnoſcis:tactuſque cupidine laudis
Ille ego ſum;cuperes dicere poſſe palam.
Certe ego ſi ſineres titulum tibi reddere uellem:
Et raram famæ conciliare fidem.
Ne noceam grato uereor tibi carmine neue
Intempeſtiuus nominis obſtet honor.
Quod licet & tutum eſt intra tua pectora gaude:
Meque tui memorem;teque fuiſſe pium.
Vtque facis remis ad opem luctare ferendam:
Dum ueniet placido mollior aura deo.
Et tutare caput nulli ſeruabile:ſi non
Qui merſit ſtygia ſubleuet illud aqua.
Teque quod eſt rarum præſta conſtanter ad omne
Indeclinatæ munus amiciciæ:
Sic tua proceſſus habeat fortuna perennes.
Sic ope non egeas ipſe iuueſque tuos.
Sic æquet tua nupta uirum bonitate perenni:
Incidat & ueſtro rara quærela toro:
Diligat & ſemper ſocius te ſanguinis illo
Quo pius affectu caſtora frater amat.
Sic iuuenis ſimiliſque tibi ſit natus & illum
Moribus agnoſcat quilibet eſſe tuum
Sic ſocerum faciat tæda tenata iugali:
Nec tarde iuueni det tibi nomen aui.
Tempore ruricolæ patiens ſit taurus aratri.
Præbet & incuruo colla præmenda iugo:
Tempore paret equus lentis animoſus habenis
Et placido duros accipit ore lupos.
Tempore pœnorum conpeſcitur ira leonum.
Nec feritas animo quæ fuit ante manet.
Quæque ſui iuſſis obtemperat inda magiſtri
Belua:ſeruitium tempore uicta ſubit:
Tempus ut extentis tumeat facit una racemis
Vixque merum capiant grana quod intus habent.
Tempus & in canas ſemen producit ariſtas:
Et ne ſint triſti poma ſapore facit.
Hoc dentem tenuat terram renouantis aratri.
Hoc rigidos ſilices:hoc adamanta terit.
Hoc etiam ſcæuas paulatim mitigat iras:
Hoc minuit luctus:mœſtaque corda leuat.
Cuncta poteſt igitur tacito pede lapſa uetuſtas:
Præter quam curas attenuare meas
Vt patria careo:bis frugibus area trita eſt:
Diſſiluit nudo preſſa bis uua pede.
Non quæſita tamen ſpatio patientia longo eſt.
Menſque mali ſenſum noſtra recentis habet:
Scilicet & ueteres fugiunt iuga ſæpe iuuenci.

Et domitus freno ſæpe repugnat equus.
Triſtior eſt etiam præſens erumna priore.
Vt ſit enim ſibi par: creuit: & aucta mora eſt:
Nec tam nota mihi: quam ſunt mala noſtra fuerunt:
Sed magis hæc quo ſunt cognitiora grauant.
Eſt quoque non minimum uires afferre recentes:
Nec præconſumptum temporis eſſe malis
Fortior in fulua nouus eſt luctator harena
Quam cui ſunt tarda brachia feſſa mora:
Integer & melior nitidis gladiator harenis:
Quam cui tela ſuo ſanguine tincta rubent
Fert bene præcipites nauis modo facta procellas
Quamlibet exiguo ſoluitur imbre uetus
Nos quoque quæ ferimus tulimus patientius ante:
Quæ mala ſunt longa multiplicata die.
Credite deficio noſtroque a corpore quantum
Auguror accedunt tempora parua malis
Nam neque ſunt uires nec qui color eſſe ſolebat:
Vix habeo tenuem quæ tegat oſſa cutem.
Corpore ſed mens eſt ægro magis ægra: malique
Incircunſpectu ſtat ſine fine ſui.
Vrbis abeſt facies abſunt mea cura ſodales
Et qua nulla mihi charior uxor abeſt:
Vulgus adeſt ſcythicum bacchataq; turba getarum:
Sic me quæ uideo non uideoque mouent.
Vna tamen ſpes eſt: quæ me ſolatur in iſtis
Hæc fore morte mea non diuturna mala:

Bis me ſol adiit gelidæ poſt frigora brumæ:
Bisq; ſuum tacto piſce peregit iter.
Tépore tam longo cur non tua dextera uerſus
Quamlibet in paucos officioſa fuit?
Cur tua ceſſauit pietas ſcribentibus illis
Exiguus nobis cum quibus uſus erat?
Cur quotiens alicui chartæ ſua uincula dempſi
Illam ſperaui nomen habere tuum?
Dii faciant ut ſæpe tua ſit epiſtola dextra
Scripta ſed e multis reddita nulla mihi.
Quod precor eſſe liquet: credam prius ora meduſæ
Gorgonis anguineis cincta fuiſſe comis
Eſſe canes utero ſub uirginis eſſe chimeram:
A truce quæ flammis ſeparat angue leam.
Quadrupedes homines: cũ pectore pectora uictos:
Tergeminumque uirum: tergeminumque canem
Sphyngaque & harpyas: ſerpentigeroſque gigantes
Centimanumque gigem: ſemibouemque uirum:
Hæc ego cuncta prius: quam te chariſſime credam
Mutatum curam depoſuiſſe mei.
Innumeri montes inter me teque uiæque:
Fluminaque & campi: nec freta pauca iacent:
Mille poteſt cauſis a te quæ littera ſæpe
Miſſa ſit in noſtras rara uenire manus.
Nille tamen cauſas ſcribendo uince frequenter:
Excuſam ne te ſemper amice mihi.

Iam mea cygneas imitantur tempora plumas.
Inficit & nigras alba ſenecta comas.
Iam ſubeunt anni fragiles & inertior ætas
Iamque parum firmo me mihi ferre graue eſt:
Nunc erat ut poſito deberem fine laborum
Viuere me nullo ſollicitante metu:
Quæque meæ ſemper placuerunt ocia menti.
Carpere: & in ſtudiis molliter eſſe meis.
Et paruam celebrare domum: patrioſque penates:
Et quæ nunc domino rura paterna carent.
Inque ſinu dominæ chariſque ſodalibus inque
Securus patria conſenuiſſe mea.

Hæc mea

Hæc mea ſic quondam peragi ſperauerat ætas
Hos ego ſic annos ponere dignus eram:
Non ita diis uiſum eſt qui me terraque marique
Iactum ſarmaticis expoſuere locis
In caua ducuntur quaſſæ naualia puppes.
Ne temere in mediis diſſoluantur aquis
Ne cadat & multas palmas inhoſtet adeptas
Languibus in pratis gramina carpit equus
Miles ut emeritis non eſt ſatis utilis armis
Ponit ad antiquos quæ tollit arma lares.
Sic igitur tarda uires adimente ſenecta
Me quoque donari iam rude tempus erat.
Tempus erat nec me peregrinum ducere cælum
Nec ſiccam getico fonte leuare ſitim:
Sed modo quos habuit uacuos ſecedere in hortos.
Nunc hominum uiſu rurſus & urbe frui:
Sic animo quondam non diuinante futura
Optabam placide uiuere poſſe ſenex.
Fata repugnarunt: quæ cum mihi tempora prima
Mollia præbuerint poſteriora grauant.
Iamque decem luſtris omni ſine labe peractis.
Parte præmor uitæ deteriore meæ:
Nec procul a metis quas pene tenere uidebar
Curriculo grauis eſt facta ruina meo.
Ergo illum demens in me ſeuire coegi:
Mitius immenſus quo nihil orbis habet.
Ipſaque delictis uicta eſt clementia noſtris:
Nec tamen errori uita negata meo eſt.
Vita procul patria peragenda ſub axæ boreo eſt:
Qua maris euxini terra ſiniſtra iacet.
Hæc mihi ſi delphos dodonaque diceret ipſa:
Eſſe uideretur uanus uterque locus:
Nil adeo ualidum eſt: adamas licet alliget illud:
Vt maneat rapido firmius igne iouis:
Nil ita ſublime eſt: ſupraque pericula tendit:
Non ſit ut inferius ſuppoſitumque deo.
Nam quanq̃ uicio pars eſt contracta malorum:
Plus tamen exitii numinis ira dedit.
At uos admoniti noſtris quoque caſibus eſte.
Aequantem ſuperos emeruiſſe uirum.
SI licet & pateris nomen facinuſque tacebo:
Et tua lethæris acta dabuntur aquis
Noſtraque uincetur lachrymis clemẽtia ſeris
Fac modo te pateat pœnituiſſe tui:
Fac modo te damnes: cupiaſque eradere uitæ
Tempora ſi poſſis tiſiphonea tuæ.
Si minus & flagrant odio tua pectora noſtro
Induet infœlix arma coacta dolor.
Sim licet extremum: ſicut ſum: miſſus in orbem
Noſtra ſuas iſto porriget ira manus.
Omnia ſi neſcis cæſar mihi iura reliquit.
Et ſola eſt patria pœna carere mea.
Et patriam: modo ſit ſoſpes ſperamus ab illo.
Sæpe iouis telo quercus aduſta uiret.
Denique uindictæ ſi ſit mihi nulla facultas:
Pierides uires & ſua tela dabunt.
Vt ſcythicis habitem longe ſummotus in oris:
Siccaque ſint oculis proxima ſigna meis
Noſtra per immenſas ibunt præconia gentes.
Quodue querar notum qua patet orbis erit.
Ibit in occaſum quicquid dicetur ab ortu.
Teſtis & heſperiæ uocis eous erit.
Trans ego tellurem trans altas audiar undas.
Et gemitus uox eſt magna futura mei.
Neu tua te fontem tãtummodo ſæcula norint.

Perpetuæ crimen posteritatis eris
I am feror in pugnas & nondum cornua sumpsi.
Nec mihi sumendi causa sit ulla uelim.
C ircus adhuc cessat: spargit tamen acer arenam
Taurus & infesto iam pede pulsat humum.
Hoc quoque q̃ uolui plus est cane musa receptus.
Dum licet huic nomen dissimulare suum.

ILle ego: qui fueram tenerorum lusor amorũ
Quem legis ut noris accipe posteritas.
Sulmo mihi patria é gelidis uberrimus undis
Milia qui nouies distat ab urbe decem:
E ditus hinc ego sum: nec non ut tempora noris:
Cum cecidit fato consul uterque pari:
S i quid & a proauis usque est uetus ordinis hæres
Non modo fortunæ munere factus eques
N ec stirps prima fui: genito sum fratre creatus
Qui tribus ante quater mensibus ortus erat.
L ucifer amborum natalibus affuit idem.
Vna celebrata est per duo liba dies.
H æc est armigeræ festis de quinque mineruæ
Quæ fieri pugna prima cruenta solet.
P rotinus excolimur teneri curaque parentis
Imus ad insignes urbis ab arte uiros
F rater ad eloquium uiridi tendebat ab æuo.
Fortia uerbosi natus ad arma fori
A t mihi iam puero cælestia sacra placebant:
Inque suum furtim musa trahebat opus
S æpe pater dixit. studium quid inutile tentas?
Meonides nullas ipse reliquit opes.
Motus eram dictis totoque helicone relicto
Scribere conabar uerba soluta modis
S ponte sua carmen numeros ueniebat ad aptos
Et quot tentabam scribere uersus erat:
I nterea tacito passu labentibus annis.
Liberior fratri sumpta mihique toga est.
I nduiturque humeros cum lato purpura caluo.
Et studium nobis: quod fuit ante manet.
I amque decem uitæ frater geminauerat annos
Cum perit & cœpi parte carere mei.
C œpimus & teneræ primos ætatis honores
Deque uiris quondam pars tribus una fui.
C uria restabat: claui mensura coacta est:
Maius erat nostris uiribus illud onus.
N ec patiens corpus: nec mens fuit apta labori:
Sollicitique fugax ambitionis eram:
E t petere aoniæ suadebant tuta sorores
Otia iudicio semper amata meo.
T emporis illius colui fouique poetas:
Quotque aderant uates rebar adesse deos.
S æpe suas uolucres legit mihi grandior æuo:
Quæque nocet serpens: quæ iuuet herba macer:
S æpe suos solitus recitare propertius ignes.
Iure sodalitii qui mihi iunctus erat.
P onticus heroo battus quoque clarus iambis.
Dulcia conuictus membra fuere mei.
D etinuit nostras numerosus horatius aures
Dum ferit ausonia carmina culta lyra.
Vergilium uidi tantum: nec auara tibullo.
Tempus amicitiæ fata dedere meæ.
S uccessor fuit hic tibi galle propertius illi:
Quartus ab his serie temporis ipse fui.
Vtque ego maiores sic me coluere minores
Notaque non tarde facta thalia mea est.
C armina quum primum populo iuuenilia legi:
Barba resecta mihi bisue semelue fuit.

Mouerat inge.

Mouerat ingenium totam cantata per urbem
Nomine non uero dicta corinna mihi:
Multa quidem scripsi:sed quæ uitiosa putaui
Emendaturis ignibus ipse dedi.
Tum quoque cum fugerē quædā placitura cremauī
Iratus studio carminibusque meis
Molle cupidineis nec expugnabile telis
Cor mihi quodque leuis causa moueret erat.
Cum tamen hoc essem nimioque accenderer igni:
Nomine sub nostro fabula nulla fuit.
Pene mihi puero nec digna nec utilis uxor
Est data:quæ tempus per breue nupta fuit.
Illi successit quamuis sine crimine coniunx:
Non tamen in nostro firma futura toro:
Vltima:quæ mecum seros permansit in annos.
Sustinuit coniunx exulis esse uiri:
Filia me mea bis prima fœcunda iuuenta
Sed non ex uno coniuge fecit auum.
Et iam complerat genitor sua fata:nouemque
Addiderat lustris altera lustra nouem.
Non aliter fleui:q̄ me fleturus ademptum
Ille fuit matri proxima busta tuli.
Fœlices ambo tempestiueque sepulti
Ante diem pœnæ quod periere meæ
Me quoque felicem:quod non uiuentibus illis
Sum miser & de me quod doluere nihil:
Si tamen extinctis:aliquid nisi nomina restant
Et graciles structos effugit umbra rogos.
Fama parentales si uos mea contigit umbræ
Et sunt in stygio crimina nostra foro:
Scite precor causam:nec uos mihi fallere fas est:
Errorem iussæ non scelus esse fugæ
Manibus hoc satis est:ad uos studiosa reuertor
Pectora quæ uitæ queritis acta meæ.
Iam mihi canicies pulsis melioribus annis
Venerat antiquas miscueratque comas:
Postque meos ortus pisea uinctus oliua:
Abstuleram decies præmia victor eques
Cum maris euxini positos ad leua tomitas
Quærere me læsi principis ira iubet
Causa meæ cunctis nimium quoque nota ruinæ
Indicio non est testificanda meo.
Quid referam comitumq; nephas?famulosq; nocētes
Ipseque multa tuli non leuiora fuga
Indignata malis mens est succumbere:seque
Prestitit inuictam uiribus usa suis
Oblitusque mei ductæque per ocia uitæ
Insolita cepi temporis arma manu.
Terque tuli pœnas terra pelagoque quot inter
Occultum stellæ conspicuumque polum.
Tacta mihi tandem longis erroribus acto
Iuncta pharetratis sarmatis ora getis
Hic ego finitimis quamuis circumsonor armis.
Tristia quo possum carmine fata leuo.
Quod:quamuis nemo est cuius referantur ad aures:
Sic tamen absumo.decipioque diem.
Ergo quod uiuo durisque laboribus obsto:
Nec me sollicitæ tædia lucis habent.
Gratia musa tibi:bam tu solatia præbes
Tu curæ requies:tu medicina uenis.
Tu dux & comes es:tu nos abducis ab hostro.
In medioque mihi das helicone locum:
Tu mihi quod rarum est uiuo sublime dedisti
Nomen ab exequiis quod dare fama solet:
Nec quia detrectat præsentia liuor iniquo

VIlum de noſtris dente momordit opus.
Nam tulerint magnos cum ſæcula noſtra poetas:
Non fuit ingenio fama maligna meo:
Cumque ego præponam multos mihi:nō minor illis
Dicor & in toto plurimus orbe legor:
Si quid habent igitur uatum præſagia ueri.
Protinus ut moriar non ero terra tuus
Siue fauore tuli:ſiue hanc ego carmine famam
Iure tibi grates candide lector ago.

P.O.NA. DE TRISTIBVS LIBR QuINTVS.

NVnc quoq; de getico noſtri ſtudioſe libellū
Littore præmiſſis quattuor adde meis.
Hic quoque talis erit qualis fortuna poetæ
Inuenies toto carmine dulce nihil:
Flebilis ut noſter ſtatus eſt:ita flebile carmen:
Materiæ ſcripto conueniente ſuæ.
Integer & læta lætus iuuenilia luſi:
Illa tamen nunc me compoſuiſſe piget
Vt cecidi perago ſubiti præconia caſus
Sumque argumenti conditor ipſe mei.
Vtque iacens ripa deflere caiſtrius ales
Dicitur ore ſuam deficiente necem:
Sic ego ſarmaticas longe proiectus in oras
Efficio tacitum ne mihi fumus eat.
Delitias ſi quis laſciuaque carmina quærit
Præmoneo nunquam ſcripta quod iſta legat:
Aptior huic gallus blandique propertius oris:
Et plures quorum nomina magna uigent:
Atque utinam numero nos non eſſemus in illo:
Hei mihi:cur ūnquam muſa locuta mea eſt:
Sed dedimus pœnas:ſcythicique in finibus hiſtri.
Ille pharetrati luſor amoris abeſt.
Quod ſupereſt ſocios ad publica carmina flexi:
Et memores iuſſi nominis eſſe mei.
Si tamen eſt uobis aliquis tam multa requiret:
Vnde dolenda canam multa dolenda tuli.
Non hæc ingenio :non hæc componimus arte:
Materia eſt propriis ingenioſa malis.
Et quota fortunæ pars eſt in carmine noſtræ:
Fœlix qui patitur quæ numerare poteſt:
Quot frutices ſiluæ:quot flauas thybris harenas
Mollia quot martis gramina campus habet:
Tot mala pertulimus quorum medicina quieſque
Nulla niſi in ſtudio eſt:pieridumque mora.
Quis tibi naſo modus lachrymoſi carminis inquis
Idem fortunæ qui modus huius erit.
Quod querar illa mihi pleno de fonte miniſtrat:
Nec mea ſunt fati uerba ſed iſta mei.
Atmihi ſi chara patriam cum coniuge reddas.
Sint uultus hilares:ſimque quod ante fui.
Lenior & uicti ſi ſit mihi cæſaris ira:
Carmina lætitiæ iam tibi plena dabo.
Non tamen ut luſit rurſus mea littera ludet:
Sit ſemel illa mec luxuriata ioco.
Quod probet ipſe canam pœne modo parte leuata:
Barbariam rigidos effugiamque getas.
Interea noſtri quid agant:niſi triſte libelli:
Tibia funeribus conuenit iſta meis.
At poteras inquis melius mala ferre ſilendo.
Et tacitus caſus diſſimulare tuos:
Exigis ut nulli gemitus tormenta ſequantur.
Acceptoque graui uulnere fiere uetas
Ipſe perhilleo phalaris permiſit in ære
Edere mugitus:& bouis ora queri.
Dum priami lachrymis offenſus non ſit achilles.

Tu fletus

Tu fletus imbibes durior hoſte meos
Cum faceret nioben orbam latonia proles
Non tamen hanc ſiccas iuſſit habere genas
Eſt aliquid fatale malum per uerba leuare:
Hoc querulam prognen alcyonaſque facit.
Hoc erat in gelido quare pæantius antro
Voce fatigaret lemnia ſaxa ſua.
Strangulat incluſus dolor: atq; cor æſtuat intus
Cogitur & uires multiplicare ſuas
Da ueniam potius: uel totos tolle libellos
Si mihi quod prodeſt: hoc tibi lector obeſt.
Sed nec obeſſe poteſt ulli nec ſcripta fuerunt
Noſtra niſi auctori pernitioſa ſuo.
At mala ſunt: fateor: quis te mala ſumere cogit?
Aut quis deceptum ponere ſumpta uetat?
Ipſe nec emendo: ſed ut hinc deducta legantur
Non ſunt illa ſuo barbariora loco.
Nec me roma ſuis debet conferre poetis:
Inter ſarmaticos ingenioſus eram.
Denique nulla mihi captatur gloria: quæque
Ingenii ſtimulos ſubdere fama ſolet.
Nolumus aſſiduis animum tabeſcere curis:
Quæ tamen irrumpunt: quoque uetantur eunt.
Cur ſcribam docui: cur mittam quæritis iſtos:
Vobiſcum cupio quolibet eſſe modo
Acquid ut e ponto noua uenit epiſtola palles?
Et tibi ſollicita ſoluitur illa manu?
Pone metum: ualeo: corpuſq; quod ante labor:
Impatiens nobis inualidumque fuit:
Sufficit: atque ipſo uexatum induruit uſu:
An magis infirmo non uacat eſſe mihi?
Mens tamen ægra iacet nec tempore robora ſumpſit
Effectuſque animi qui fuit ante manet.
Quæque mora ſpatioque ſuo coitura putaui:
Vulnera non aliter q̃ modo facta dolent.
Scilicet exiguis prodeſt annoſa uetuſtas:
Grandibus accedunt tempore damna malis
Pene decem totis aluit pæantius annis
Peſtiferum tumido uirus ab angue datum.
Telephus æterna conſumptus tabe periſſet.
Si non quæ nocuit dextra tuliſſet opem.
Et mea ſi facinus nullum commiſimus: opto
Vulnera qui fecit facta leuare uelit.
Contentuſque mei iam tandem parte doloris
Exiguum pleno de mare demat aquæ.
Detrahat ut multum: multum reſtabit acerbi:
Parſque meæ pœnæ totius inſtar erit:
Littora quot conchas: quot amœna roſaria flores:
Quotue ſoporiferum grana papauer habet.
Silua feras quot alit: quot piſcibus unda natatur:
Et tenerum pennis aera pulſat auis:
Tot premor aduerſis: quæ ſit comprehendere coner
Icariæ numerum dicere coner aquæ:
Vtque uiæ caſus ut amara pericula ponti:
Vt taceam ſtrictas in mea fata manus:
Barbara me tellus orbiſque nouiſſima magni
Suſtinet & ſæuo cinctus ab hoſte locus
Hinc ego traiicerer: nec enim mea culpa cruenta eſt.
Eſſet quæ debet ſi tibi cura mei.
Ille deus: bene quo romana potentia nixa eſt:
Sæpe ſuo uicto lenis in hoſte fuit.
Quid dubitas? & tuta times? accede: rogaque
Cæſare nil ingens mitius orbis habet
Me miſerum quid agam ſi proxima quæq; relinquũt
Subtrahis & fracto tu quoque colla iugo.

Quo ferar? unde petam laſſis ſolatia rebus?
Anchora iam noſtram non tenet ulla ratem:
Viderit ipſe ſacram q̃uis inuiſus ad aram:
Confugiam nullas ſummouet ara manus
ALloquor en abſens abſentia numina ſupplex:
Si fas eſt homini cum ioue poſſe loqui:
Arbiter imperii: quo certum eſt ſoſpite cūctos
Auſoniæ curam gentis habere deos
O decus o patriæ per te florentis imago.
O uir non ipſo quem regis orbe minor:
Sic habites terram: ſic te deſideret æther:
Sic ad pacta tibi ſidera tarduseas.
Parce precor minimamque tuo de fulmine partem
Deme ſatis pœne quod ſuperabit erit.
Ira quidem moderata tua eſt uitamque dediſti:
Nec mihi ius ciuis: nec mihi nomen abeſt.
Nec mea conceſſa eſt aliis fortuna nec exul
Edicti uerbis nominor ipſe tui.
Omniaque timui: quia me meruiſſe uidebar:
Sed tua peccato leuior ira meo eſt:
A rua relegatum iuſſiſti uiſere ponti:
Et ſcythicum profuga ſcindere puppe fretum.
Iuſſus ad euxini deformia littora ueni:
Aequoris hæc gelido terra ſub axe iacet.
Nec me tam cruciat: nunquam ſine frigore cœlum:
Glebaque canenti ſemper obuſta gelu.
Neſciaque eſt uocis quod barbara lingua latinæ:
Græcaque quod getico mixta loquela ſono eſt:
Quam quod finitimo cinctus premor undiq; marte:
Vixque breuis tutos murus ab hoſte facit.
Pax tamen interdum eſt pacis fiducia nunquam:
Sic hic nunc patitur: nunc timet arma locus
Hinc ego dum muter uel me panchea carybdis
Deuoret: atque ſuis ad ſtyga mittat aquis.
Vel rapidæ flammis urar patienter in ætnæ:
Vel freta laucadii mittar in alta dei.
Quod penitus pœna eſt: nec enim miſer eſſe recuſo
Sed precor: ut poſſim tutius eſſe miſer.
ILla dies hæc eſt qua te celebrare poetæ
Si modo non fallunt tempora bacche ſolent.
Feſtaque adoratis innectunt tempore ſertis:
Et dicunt laudes ad tua uina tuas.
Inter quos memini: dum me mea fata ſinebant:
Non inuiſa tibi pars ego magna fui.
Quem nunc ſuppoſitum ſtellis erymanthidos urſæ
Iuncta tenet crudis ſarmatis ora getis.
Quique prius mollem uacuamque laboribus egi
In ſtudiis uitam pieridumque choro:
Nunc procul a patria geticis circumſonor armis:
Multa prius pelago multaque paſſus humo.
Siue mihi caſus: ſiue hoc dedit ira deorum:
Nubila naſcenti ſeu mihi parca fuit:
Tu tamen e ſacris me de cultoribus unum
Numine debueras ſuſtinuiſſe tuo.
An dominæ fato quicquid cecinere ſorores
Omne ſub arbitrio deſinit eſſe dei?
Ipſe quoque æthereas meritis inuectus in arces:
Quo non exiguo facta labore uia eſt:
Nec patria eſt habitata tibi ſed ad uſque niuoſum
Strimona ueniſti: marticolamque geten:
Perſidaque & lato ſpatiantem flumine gangem:
Et quaſcunque bibit decolor indus aquas.
Scilicet hāc legem nentes fatalia parcæ
Stamina bis genito bis ceciuere tibi.
Me quoque ſi fas eſt exemplis ire deorum:

Ferrea ſors

501.256

Ferrea ſors uitæ difficiliſque premit.
Illo nec melius cecidi:quem magna locutum
Reppulit a thebis iuppiter igne ſuo.
Vt tamen audiſti percuſſum fulmine uatem:
Admonitis noſtris condoluiſſe potes
Et potes aſpiciens circum tua ſacra poetas
Neſcio quis noſtri dicere cultor abeſt.
Fer bone liber opem:ſic altera degrauet ulmum
Vitis & incluſo plena ſit uua mero.
Sic tibi cum bacchis ſatyrorum grata iuuentus
Adſit & attonito non taceare ſono.
Oſſa bipenniferi ſic ſint male preſſa lycurgi:
Impia nec pœna pentheos umbra uacet.
Sic micet æternum:uicinaque ſydera uincat
Coniugis in cælo clara corona tuæ.
Huc ades:& caſus releues pulcherrime noſtros.
Vnum de numero ſis memor eſſe tuo.
Sunt diis inter ſe commercia flectere tenta
Cæſareum numen numine bacche tuo.
Vos quoque conſortes ſtudii pia turba poetæ:
Hæc eadem ſumpto quiſque rogate mero.
Atque aliquis ueſtrum naſonis nomine dicto
Apponat lachrymis pocula mixta ſuis:
Admonituſque mei cum circumſpexerit omnes
Dicat ubi eſt noſtri pars modo naſo chori?
Idque ita:ſi ueſtrum merui:candore fauorem:
Nullaque iudicio littera læſa meo eſt:
Si ueterum digne ueneror conſcripta uirorum
Proxima non illis eſſe minora reor
Sic igitur dextro faciatis apolline carmen.
Quod licet inter uos nomen habere meum.

Littore ab euxino naſonis epiſtola ueni
Laſſaque facta mari laſſaque facta uia.
Qui mihi flens dixit tu cui licet aſpice romã
Heu quanto melior ſors tua ſorte mea eſt:
Flens quoque me ſcripſit:nec qua ſignabar ad os eſt
Ante ſed ad madidas gemma relata genas.
Triſticiæ cauſam ſiquis cognoſcere quærit:
Oſtendi ſolem poſtulat illa ſibi.
Nec frondes ſiluis:nec aperto gramina campo
Mollia nec pleno flumine cernit aquas.
Quid prianus doleat mirabitur hectore rapto?
Quidue philoctetes ictus ab angue gemat?
Dii facerent utinam talis ſtatus eſſet in illo:
Vt non triſtitiæ cauſa dolenda foret.
Fert tamen ut debet caſus patienter amaros
More nec indomiti frena recuſat equi.
Nec fore perpetuam ſperat ſibi numinis iram:
Conſcius in culpa non ſcelus eſſe ſua:
Sæpe refert ſit quanta dei clementia cũius
Se quoque in exemplis annumerare ſolet.
Nam quod opes teneat patrias quod nomina ciuis
Denique quod uiuat munus habere dei.
Te tamen o ſiquid credis mihi charior ille
Omnibus in toto pectore ſemper habet.
Teque menætiaden te qui comitatus oreſtem.
Te uocat ægiden:euryalumque ſuum.
Nec patriam magis ille ſuam deſiderat & quæ:
Plurima cum patria ſentit abeſſe ſibi:
Quam uultus oculoſque tuos o dulcior illo.
Melle quod in cæris attica ponit apis.
Sæpe etiam mœrens tempus reminiſcitur illud:
Quod non præuentum morte fuiſſe dolet:
Cumque alii fugerent ſubite contagia cladis:
Næc uellent ictæ limen adire domus.

Te ſibi cum paucis meminit manſiſſe fidelem:
Si paucos aliquis treſue duoſue uocat.
Quamuis attonitus ſenſit tamen omnia: nec te
Se minus aduerſis indoluiſſe ſuis.
Verba ſolet: uultumque tuum gemituſque referre:
Et te flente ſuos demaduiſſe ſinus.
Quam ſibi præſtiteris: qua conſolatus amicum
Sis ope ſolandus cum ſimul ipſe fores.
Pro quibus affirmat fore ſe memoremque piumq;:
Siue diem uideat ſiue tegatur humo:
Per caput ipſe ſuum ſolitus iurare tuumque
Quod ſcio non illi uilius eſſe ſuo.
Plena tot & tantis referatur gratia factis
Non ſinit ille tuos littus arare boues:
Fac modo conſtantem profugum tueare quod ille
Qui bene te nouit non rogat ipſe rogo.

ANnuus aſſuetum dominæ natalis honorem
Exigit ite manus ad pia ſacra meæ.
Sic quondam feſtum laertius egerat heros
Forſan in extremo coniugis orbe diem.
Lingua fauens adſit noſtrorum oblita laborum:
Quæ puto dedidicit iam bona uerba loqui:
Quæque ſemel toto ueſtis mihi ſumitur anno:
Sumatur fatis decolor alba meis.
Araque gramineo uiridis de ceſpite fiat:
Et uelet tepidos nexa corona focos.
Da mihi tura puer pingues facientia flammas:
Quoque pio fuſum ſtridat in igne merum.
Optime natalis: q̃uis procul abſumus opto
Candidus huc uenias diſſimiliſque meo:
Si quid & inſtabat dominæ miſerabile uulnus:
Sit perfuncta meis tempus in omne malis.
Quæque graui nuper pluſq̃ quaſſata procella eſt:
Quod ſupereſt tutum per mare nauis eat:
Illa domo nataque ſua patriaque fruatur.
Erepta hæc uni ſit ſatis eſſe mihi.
Quatenus & non eſt in caro coniuge fœlix
Pars uitæ triſti cætera nube uacet:
Viuat: ametque uirum: quoniam ſic cogitur abſens:
Conſumatque annos ſed diuturna ſuos.
Adiicerem & noſtros ſed ne contagia fati
Corrumpant timeo quos agit ipſa mei.
~~Nil homini certum eſt fieri quis poſſe putaret:~~
~~Vt facerem in mediis hæc ego ſacra getis:~~
Aſpice: ut aura tamen fumos e ture coortos
In partes italas & loca dextra ferat.
Senſus ineſt igitur nebulis quas exigit ignis
Conſilium fugiunt cætera pene meum:
Conſilium commune ſacrum cum fiat in ara
Fratribus alterna qui periere manu.
Ipſa ſibi diſcors tanquam mandetur ab illis
Scinditur in partes atra fauilla duas
Hoc memini quondam fieri non poſſe loquebar.
Et me batiades iudice falſus erat.
Omnia nunc credo cum tu non ſtultus ab alto
Terga uapor dederis: auſoniamque petas.
Hæc igitur lux eſt quæ ſi non ora fuiſſet:
Nulla fuit miſero feſta uidenda mihi
Edidit hæc mores illis heroibus æquos
Quis erat eurytion icariuſque pater.
Nata pudicitia eſt mores probitaſque fideſque.
At non ſunt iſta gaudia nata fide:
Sed labor: & curæ: fortunaque moribus mpar:
Iuſtaque de uiduo pene querela toro.
Scilicet aduerſis probitas exercita rebus

Triſti materiam

Triſti materiam tempore laudis habet.
Si nihil infeſti durus uidiſſet ulyxes:
Penelope fœlix:ſed ſine laude foret.
Victor echionias ſi uir penetraſſet in arces:
Forſitan euadnen uix ſua noſſet humus.
Cum peliæ genitæ genitæ tot ſint:cur cognita nobis
Nempe fuit miſero nupta quod una uiro?
Effice ut iliacas tangat prior alter harenas:
Laodomia mihi cur referatur erit:
Et tua:quod malles pietas ignota fuiſſet:
Implerent uenti ſi mea uela ſui.
Dii tamen & cæſar diis acceſſure:ſed olim
Aequarint pylios cum tua fata dies:
Non mihi:cum pœnam fateor meruiſſe:ſed illi
Parcite:quæ nullo digna dolore dolet.
TV quoque noſtræ quondam fiducia rerum:
Qui mihi confugium: qui mihi portus eras.
Tu quoque ſuſcepti curam dimittis amici:
Officiique pium tam cito ponis onus.
Sarcina ſum fateor:quam ſi tu tempore duro
Depoſiturus eras:non ſubeunda fuit.
Fluctibus in mediis nauem palinure relinquis:
Ne fuge:neue tua ſit minor arte fides:
Nunquid achilleos inter fera prælia fidi
Deſeruit leuitas automedontis equos?
Quem ſemel excepit nunquam podalirius ægro
Promiſſam medicæ non tulit artis opem.
Turpius eiicitur:quam non admittitur hoſpes.
Quæ patuit dextræ firma ſit ara meæ.
Nil niſi me ſolum primo tutatus es:at nunc
Me pariter ſerua iudiciumque tuum.
Si modo non aliqua eſt in me noua culpa:tuamq;
Mutarunt ſubito crimina noſtra fidem.
Spiritus hic ſcythica quem non bene ducimus aura
Quod cupio membris exeat ante meis:
Quam tua delicto ſtringantur pectora noſtro:
Et uideor merito uilior eſſe tibi.
Non adeo toti fatis urgemur iniquis:
Vt mea ſit longis mens quoque mota malis.
Finge tamen motam: quotiens agamemnone natum
Dixiſſe in piladen uerba proterua putas:
Nec procul a uero eſt:quod uel pulſarit amicum:
Manſit in officiis non minus ille ſuis.
Hoc eſt cum miſeris ſolum commune beatis:
Ambobus tribui quod ſolet obſequium.
Creditur & cæcis:& quos prætexta uerendos.
Virgaque cum uerbis imperioſa facit.
Si mihi non parcis:fortunæ parcere debes:
Non habet in nobis ullius ira locum.
Elige noſtrorum minimum minimumq; laborum:
Iſto quo quereris grandius illud erit.
Quam multa madidæ celantur arundine foſſæ:
Florida quam multas hybla tuetur apes.
Quam multæ gracili terrena ſub horrea ferre
Limite formicæ grana reperta ſolent:
Tam me circunſtat denſorum turba malorum:
Crede mihi:uero eſt noſtra querela minor.
His qui contentus non eſt:littus i harenas:
In ſegetem ſpicas:in mare fundat aquas.
Intempeſtiuos igitur compeſce furores:
Vela neque in medio deſere noſtra mari.
QVam legis a ſcythica tibi uenit epiſtola terra:
Latus ubi æquoreis hiſter aditur aquis.
Si tibi contingat cum dulci uita ſalute:
Candida fortunæ pars manet una meæ.

Scilicet ut ſemper quid agam clariſſime quæris?
Quamuis hoc uel me ſcire tacente potes.
Sum miſer: hæc breuis eſt noſtrorum ſumma laborum:
Quiſquis & offenſo cæſare uiuet: erit.
Turba tomitanæ quæ ſit regionis: & inter
Quos habitem mores diſcere cura tibi eſt.
Mixta ſit hæc quamuis inter græcoſque getaſque
A male pacatis plus trahit ora getis.
Sarmaticæ maior geticæque frequentia gentis
Per medias in equis itque reditque uias.
In quibus eſt nemo: qui non choriton & arcum:
Telaque uipereo lurida felle gerat.
Vox fera: trux uultus: ueriſſima mortis imago:
Non coma: non ulla barba reſecta manu.
Dextera non ſegnis fixo dare uulnera cultro:
Quem uictum lateri barbarus omnis habet.
Viuit in his igitur tenerorum luſor amorum.
Hos uidet: hos uates audit amice tuus.
Atque utinam uiuat: & non moriatur in illis:
Abſit ab inuiſis & tamen umbra locis.
Carmina quod ueſtro ſaltari noſtra theatro:
Verſibus & plaudi ſcribis amice meis.
Nil equidem feci tu ſcis hoc ipſe theatris.
Muſa nec in plauſus ambitioſa mea eſt.
Non tamen ingratum eſt quodcunq; obliuia noſtri
Impedit: & profugi nomen in ora refert.
Quamuis interdum quæ me læſiſſe recordor
Carmina deuoueo: pieridesque meas.
Cum bene deuoui nequeo tamen eſſe ſine illis:
Vulneribuſque meis tela cruenta ſequor.
Quæque modo euboicis lacerata eſt fluctibus: audet
Graia capharea currere puppis aqua.
Non tamen ut lauder uigilo: curamque futuri
Nominis utilius quod latuiſſet: ago.
Detineo ſtudiis animum: falloque labores:
Experior curis & dare uerba meis.
Quid potius faciam deſertis ſolus in oris?
Quamue malis aliam quærere coner opem?
Siue locum ſpecto: locus eſt inamabilis: & quo
Eſſe nihil toto triſtius orbe poteſt
Siue homines: uix ſunt homines hoc nomine digni:
Quamque lupi ſæuæ plus feritatis habent.
Non metuunt leges: ſed cædit uiribus æquum.
Victaque pugnaci iura ſub enſe iacent.
Pellibus & laxis arcent mala frigora bracis.
Oraque ſunt longis horrida tecta comis.
In paucis extant græcæ ueſtigia linguæ:
Hæc quoque iam getico barbara facta ſono eſt.
Vnus in hoc nemo eſt populo qui forte latine
Quælibet e medio reddere uerba queat.
Ipſe ego romanus uates: ignoſcite muſæ:
Sarmatico cogor plurima more loqui.
En pudet: & fateor: iam deſuetudine longa
Vix ſubeunt ipſi uerba latina mihi.
Nec dubito: quin ſint & in hoc non pauca libello
Barbara: non hominis culpa ſed iſta loci eſt.
Ne tamen auſoniæ perdam commertia linguæ:
Et fiat patrio uox mea tuta ſono:
Ipſe loquor mecum: diſſuetaque uerba retracto:
Et ſtudii repeto ſigna ſiniſtra mei.
Sic animum tempuſque traho: meque ipſe reduco
A contemplatu ſemoueoque mali.
Carminibus quæro miſerarum obliuia rerum:
Præmia ſi ſtudio conſequar iſta: ſat eſt:

LIBER QVINTVS.

NOn adeo cecidi: quis abiectus: ut infra
Te quoq; sim: inferius quo nihil esse potest.
Quæ tibi res aſos in me facit improbe? curue
Casibus insultas: quos potes ipse pati?
Nec mala te reddunt mittem: placidumq; iacenti
Nostra: quibus possunt illachrymare feræ:
Nec metuis dubio fortunæ stantis in orbe
Numen: & exosæ uerba superba deæ.
Exiget at dignas ultrix rhannusia pœnas:
Imposito calcas cur mea facta pede?
Vidi ego naufragiumq;: uiros & in æquore mergi:
Et nunquam dixi iustior unda fuit.
Vilia qui quondam miseris alimenta negarat:
Nunc medicato pascitur ille cibo.
Passibus ambiguis fortuna uolubilis errat:
Et manet in nullo certa tenaxque loco.
Sed modo læta manet: uultus modo sumit acerbos:
Et tantum constans in leuitate sua est.
Nos quoque floruimus: sed flos fuit ille caducus:
Flammaque de stipula nostra breuisque fuit.
Neue tamen tota capias fera gaudia mente:
Non est placandi spes mihi nulla dei.
Vel quia peccaui citra scelus: utque pudore
Non caret: inuidia sic mea culpa caret,
Vel quia uel ingens ad finem solis ab ortu
Illo cui paret mitius orbis habet.
Scilicet ut per uim non est superabilis ulli:
Molle cor ad timidas sic habet ille preces.
Exemploque deum quibus accessurus & ipse est
Cum pœnæ uenia plura roganda petam.
Si numeres anno soles & nubila toto:
Inuenies nitidum sæpius esse diem.
Ergo ne nimium nostra lætere ruina:
Restitui quondam me quoque posse puta.
Posse puta fieri lenito principe: uultus
Vt uideas media tristis in urbe meos.
Vtque ego te uideam causa grauiore fugatum:
Nec sunt a primis proxima uota meis.
O Tua si sineres in nostris nomina poni:
Carminibus positus q̃ mihi sæpe fores.
Te canerem solum meriti memor: inq; libellis
Creuisset sine te pagina nulla meis.
Quid tibi deberem tota sciretur in urbe:
Exul in amissa si tamen urbe legor.
Te præsens mitem noset: te se serior ætas:
Scripta uetustatem si modo nostra ferunt.
Nec tibi cessaret doctus benedicere lector:
Hic te seruato uate maneret honor.
Cæsaris est primum munus: quod ducimus auras.
Gratia post magnos est tibi habenda deos.
Ille dedit uitam: tu quam dedit ipse tueris:
Et facis accepto munere posse frui:
Cunque perhorreret casus pars maxima nostros.
Pars etiam credi pertimuisse uelit.
Naufragiumque meum tumulo spectaret ab alto:
Nec dederit nanti per freta sæua manum.
Seminecem stygia reuocasti solus ab unda:
Hoc quoq; quod memores possumus esse tuũ est:
Dii tibi se tribuant cum cæsare semper amico:
Non potuit uotum plenius esse meum.
Hæc meus argutis: si tu paterere libellis
Poneret in multa luce uidenda labor.
Nunc quoq; iam quanuis est iussa quiescere: quia te
Nominet inuitum uix mea musa tenet.
Vtque canem timidæ nactum uestigia ceruæ

Latrantem frustra copula dura tenet:
Vtque fores nondum reserati carceris acer
Nunc pede nunc ipsa fronte lacessit equus:
Sic mea lege data uincta atque inclusa thalia
Per titulum uetiti nominis ire cupit.
Ne tamen officio memoris lædaris amici:
Parebo iussis:parce timere:tuis.
At non parerem:si non meminisse putares.
Hoc quod non prohibet uox tua:gratus ero.
Dumque quod o breue sit lumen solare tenebo
Seruiet officio spiritus iste tuo.

V. ET sumus in ponto:ter frigore constitit hister:
Facta est euxini dura ter unda maris.
At mihi iã uideor patria procul esse tot annis
Dardana quot graio troia sub hoste fuit.
Stare putes:adeo procedunt tempora tarde.
Et peragit lentis passibus annus iter.
Nec mihi solstitium quicquã de noctibus aufert:
Efficit angustos nec mihi bruma dies.
Scilicet in nobis rerum natura nouata est?
Cumque meis curis omnia longa facit?
An peragunt solitos cõmunia tempora motus?
Suntque magis uitæ tempora dura meæ?
Quem tenet euxini mendax cognomine pontus:
Et scythici uere terra sinistra freti.
Innumeræ gentes circum fera bella minantur:
Quæ nisi de rapto uiuere turba putant.
Nil extra tutum est:tumulus defenditur ipse
Mœnibus exiguis:ingenioque loci.
Quod minime credas ut aues densissimus hostis
Aduolat:& prædam uix bene uisus agit.
Sæpe intra muros clausis uenientia portis
Per medias legimus noxia tela uias.
Est igitur rarus qui iam colere audeat:isque
Hac erat infœlix:hac tenet arma manu.
Sub galea pastor iunctis pice cantat auenis:
Proque lupo pauidæ bella uerentur oues:
Vix ope castelli defendimur:& tamen intus
Mixta facit graiis barbara turba metum.
Quippe simul nobiscum habitat discrimine nullo
Barbarus:& tecti plus quoque parte tenet.
Quos ut non timeas:possis odisse uidendo
Pellibus & longa tempora tecta coma.
Hos quoque qui geniti graia creduntur ab urbe:
Pro patrio cultu persica braca tegit.
Exercent illi sociæ commertia linguæ:
Per gestum res est significanda mihi.
Barbarus hic ego sum:quia non intelligor ulli:
Et rident stolidi uerba latina getæ.
Meque palam tuto de me male sæpe loquũtur:
Forsitan obiiciunt exiliumque mihi.
Vtque sit in me aliquid:si quid dicentibus illis
Abnuerim quotiens annuerimque putant.
Adde:quod iniustum rigido ius dicitur ense:
Oantur & in medio uulnera sæpe foro.
O duram lachesin:quæ tam graue sydus habenti
Fila dedit uitæ non breuiora meæ:
Quod patriæ uultu:uestroque caremus amici:
Atque hæc in scythicis gentibus esse queror.
Vtraque pœna grauis:merui tamen urbe carere:
Non merui tali forsitan esse loco.
Quid loquor ah demens:ipsam quoque pdere uitã
Cæsaris offenso numine dignus eram.
P Vod te nescio quis per iurgia dixerit esse
Exulis uxorem littera questa tua est:

Indolui non

Indolui:non tam mea quod fortuna male audit
Qui iam consueui fortiter esse miser.
Quam quia cui uellem minime:sum causa pudoris
Teque reor nostris erubuisse malis.
Perfer:& obdura multo grauiora tulisti:
Eripuit cum me principis ira tibi:
Fallitur iste tamen:quo iudice nominor exul:
Mollior est culpam pœna secuta meam.
Maxima pœna mihi est ipsum offendisse:priusq;
Venisset mallem funeris hora mihi.
Quassa tamen nostra est:nō mersa nec obruta nauis:
Vtque caret portu:sic tamen extat aquis.
Nec uitam:nec opes nec ius mihi ciuis ademit:
Qui merui uitio perdere cuncta meo.
Sed quia peccato facinus non affuit ullum:
Nil nisi me patriis iussit abesse focis.
Vtque aliis quorum numerum comprēdere non est
Cæsareum numen sic mihi mite fuit:
Ipse relegati non exulis utitur in me
Nomine:tuta suo iudice causa mea est.
Iure igitur laudes cæsar pro parte uirili
Carmina nostra tuas qualiacunque canunt.
Iure deos ut adhuc cœli tibi lumina claudant:
Teque uelint sine se comprecor esse deum.
Optat idem populus:sed ut in mare flumina uastum
Sic solet exiguæ currere riuus aquæ.
At tu fortunam cuius uocor exul ab ore
Nomine mendaci parce grauare meam.
Scribis ut oblectem studio lachrymabile tpus
Ne pereant turpi pectora nostra situ:
Difficile est:qđ amice mones:qa carmia lætū
Sunt opus:& pacem mentis habere uolunt.
Nostra per aduersas agitur fortuna procellas:
Sorte nec ulla mea tristior esse potest.
Exigis:ut priamus natorum funere plaudat:
Et niobe festos ducat ut orba choros.
Luctibus an studio uideor debere teneri
Solus in extremos iussus abire getas?
Des licet inualido pectus mihi robore fultum:
Fama refert anyti quale fuisse rei:
Fracta cadet tantæ sapientia mole ruinæ.
Plus ualet humanis uiribus ira dei.
Ille senex dictus sapiens ab apolline:nullum
Scribere in hoc casu sustinuisset opus.
Vt ueniant patriæ:ueniant obliuia nostri:
Omnis & amissi sensus abesse queat.
At timor officio fungi uetat ipse quieto:
Cinctus ab innumero me tenet hoste locus.
Adde:quod ingenium longa rubigine læsum
Torpet:& est multo q̄ fuit ante minus.
Fertilis assiduo si non renouetur aratro:
Nil nisi cum spinis gramen habebit ager.
Tempore qui longo steterit male currit:& inter
Carceribus missos ultimus ibit equus.
Vertitur in teneram cariem:rimisque dehiscit:
Si qua diu solitis cymba uacabit aquis.
Me quoque despera:fuerim cum paruus:& ante:
Illi qui fueram posse redire parem.
Contundit ingenium patientia longa malorum:
Et pars antiqui nulla uigoris adest.
Sæpe tamen nobis:ut nunc quoq; sumpta tabella est:
Inque suos uolui cogere uerba pedes.
Carmina scripta mihi sunt nulla:aut qualia cernis
Digna sui domini tempore:digna loco.
Denique non paruas animo dat gloria uires:

Et facunda facit pectora laudis amor.
Nominis & famæ quondam fulgore trahebar:
Dum tulit antennas aura ſecunda meas.
Non adeo bene nunc:ut ſit mihi gloria curæ:
Si liceat:nulli cognitus eſſe uelim.
An quia ceſſerunt primo bene carmina:ſuades
Scribere ſucceſſus ut ſequar ipſa meos?
Pace nouem liceat ueſtra dixiſſe ſorores:
Vos eſtis noſtræ maxima cauſa fugæ.
Vtque dedit iuſtas tauri fabricator aheni:
Sic ego do pœnas artibus ipſe meis.
Nil mihi debebat cum uerſibus amplius eſſe:
Si fugerem merito naufragus omne fretum.
At puto ſi demens ſtudium fatale retentem:
Hic mihi præbebit carminis arma locus.
Non liber hic ullus: nõ qui mihi commodet aurem
Verbaque ſignificent quid mea:norit:adeſt.
Omnia barbariæ loca ſunt uociſque ferinæ:
Omnia quæ poſſunt plena timore ſonant.
Ipſe mihi uideor iam dedidiciſſe latine.
Iam didici getice ſarmaticeque loqui.
Nec tamen ut uerum fatear:tibi noſtra teneri
A componendo carmine muſa poteſt.
Scribimus:& ſcriptos abſumimus igne libellos:
Exitus eſt ſtudii parua fauilla mei.
Nec poſſum:& cupio non nullos ducere uerſus:
Ponitur iccirco noſter in igne labor.
Hinc niſi pars caſu flammis erepta doloue
Ad uos ingenii non uenit ulla mei:
Sic utinam quæ nil metuentem tale magiſtrum
Perdidit:in cineres ars mea uerſa foret.

HAnc tuus e getico mittit tibi naſo ſalutem
Mittere ſi quiſquam quo caret ipſe:poteſt:
Aeger enim traxi contagia corpore mentis
Libera tormento pars mihi nequa uacet.
Perque dies multos lateris cruciatibus uror:
Sed quod in immodico frigore læſit hyems.
Si tamen ipſe uales:aliqua nos parte ualemus.
Quippe mea eſt humeris fulta ruina tuis:
Qui mihi cum dederis ingentia pignora:cumque
Per numeros omnes hoc tueare caput:
Quod tua me raro ſolatur epiſtola:peccas.
Remque piam præſtas:& mihi uerba negas.
Hoc precor emenda:quod ſi correxeris unum:
Nullus in egregio corpore neruus erit.
Pluribus accuſem:fieri niſi poſſet ut ad me
Littera non ueniat miſſa ſit illa tamen.
Dii faciant:ut ſit temeraria noſtra querela:
Teque putem falſo non meminiſſe mei.
Quod precor eſſe liquet:neq; enim mutabile robur
Credere me fas eſt pectoris eſſe tui.
Cana prius gelido deſint abſynthia ponto.
Et careat dulci trinacris hybla thymo:
Immemorem quam te quiſquam conuincat amici.
Non ita ſunt fati ſtamina nigra mei
Tu tamen:ut falſæ poſſis quoque tollere culpæ
Crimina:quod non es:ne uideare caue:
Vtque ſolebamus conſumere longa loquendo
Tempora ſermoni deficiente die.
Sic ferat ac referat tacitas nunc littera uoces.
Et peragant linguæ charta manuſque uices:
Quod tibi ne nimium uidear diffidere:ſitque
Verſibus hoc paucis admonuiſſe ſatis.
Accipe:quo ſemper finitur epiſtola uerbo:
Atque meis diſtent ut tua fata:uale.

Quanta tibi

Vãta tibi dederim noſtris monumẽta libellis
O mihi me coniunx charior:ipſa uides.
Detrahat auctori multum fortuna licebit:
Tu tamen ingenio clara ferere meo.
Dumque legar:pariter mecum tua fama lugetur:
Non potes in mœſtos omnis abire rogos.
Cumque uiri caſu poſſis miſeranda uideri:
Inuenias aliquas quæ quod es eſſe uelint:
Quæ te noſtrorum cum ſis in parte laborum
Fœlicem dicant:inuideantque tibi.
Non ego diuitias dando tibi plura dediſſem:
Diuitis ad manes nil feret umbra ſuos.
Perpetui fructum donaui nominis:idque
Quo dare nil potui munere maius:habes.
Adde quod & rerum ſola es tutela mearum:
Ad te non parui uenit honoris onus.
Quod nunquam uox eſt de te mea muta:tuiq;
Iudiciis debes eſſe ſuperba uiri:
Quæ ne quis poſſit temeraria dicere perſta:
Et pariter ſerua meque piamque fidem.
Nam tua:dum ſtetimus:turpi ſine crimine manſit:
Et tandem probitas irreprehenſa fuit.
Par eadem noſtra nunc eſt tibi facta ruina:
Conſpicuum uirtus hic tua ponat opus.
Eſſe bonam facile eſt:ubi quod uetet cẽ temotũ eſt:
Et nihil officii nupta quod obſtet:habet.
Cum deus intonuit non ſe ſubducere nymbo:
Id demum eſt pietas:id ſocialis amor.
Rara quidem eſt uirtus:quam non fortuna gubernat
Quæ maneat ſtabili cum fugit illa pede.
Si qua tamen precii ſibi merces ipſa petiti eſt:
Inque parum lætis ardua rebus adeſt.
Si tempus numeres per ſæcula nulla tacetur.
Et loca mirantur:qua patet orbis iter.
Aſpicis:ut longo teneat laudabilis æuo
Nomen inextinctum penelopea fides?
Cernis ut admeti cantetur?& hectoris uxor?
Auſaque in accenſos hiphias ire rogos?
Vt uiuat fama coniunx phylaceia cuius
Iliacam celeri uir pede preſſit humum?
Nil opus eſt morte pro me ſed amore fideque:
Non eſt difficili fama petenda tibi eſt.
Nec te credideris:quia non facis iſta moneri.
Vela damus:quamuis remige puppis eat.
Qui monet:ut facias:quod iam facis:ille monendo
Laudat:& hortatu comprobat acta ſuo.

P.O.Naſonis De Triſtibus Libri Quinti & Vltimi.

P.O.NA.DE PONTO LI.I. Ad Brutum.

NASO tomitanæ iam non nouus incola terræ
Hoc tibi de getico littore mittit opus.
Si uacat:hoſpitio peregrinos brute libellos
Excipe:dumque aliquo:quolibet abde loco.
Publica nam audent inter monumenta uenire:
Ne ſuus hoc illis clauſerit auctor iter.
Ah quotiens dixi:certe nil turpe docetis:
Ite:patet caſtis uerſibus iſte locus.
Nec tamen accedunt:ſed ut aſpicis ipſe:latere
Sub lare priuato tutius eſſe putant.
Quæris:ubi hos poſſis nullo componere læſo:
Qua ſteterant artes:pars uacat illa tibi.
Quid ueniant nouitate roges fortaſſe ſub ipſa
Accipe:quodcunque eſt:dummodo non ſit amor:
Inuenies:quamuis non ſit miſerabilis index:
Non minus hoc illo triſte quod ante dedi.
Rebus idem:titulo differt:& epiſtola cui ſit

Non occultato nomine miſſa docet.
Nec uos hoc uultis:ſed non prohibere poteſtis:
Muſaque ad inuitos officioſa uenit.
Quicquid ideſt adiunge meis:nil impedit:ortos
Exule ſeruatis legibus urbe frui.
Quod metuas non eſt:antoni ſcripta leguntur:
Doctus & impromptu carmina brutus habet.
Nec me nominibus furioſus confero tantis:
Sæua deos contra non tamen arma tuli.
Denique cæſareo:quod non deſiderat ipſe:
Non caret e noſtris ullus honore liber.
Si dubitas de me laudes admitte deorum:
Et carmen dempto nomine ſume meum.
Adiuuat in bello pacatæ ramus oliuæ:
Proderit auctorem pacis habere nihil?
Cum foret æneæ ceruix ſubiecta parenti:
Dicitur ipſa uiro flamma dediſſe uiam.
Fert liber æneaden:& non iter omne patebit?
At patriæ pater hic:ipſius ille fuit.
Et quis ita eſt audax:ut limine cogat abire
Iactantem pharia tinnula ſiſtra manu?
Ante deum matrem cornu tibicen adunco
Cum canit exiguæ quis ſtipis æra neget?
Scimus ab imperio fieri nil talæ dianæ:
Vnde tamen uiuat uaticinator habet.
Ipſa mouent animos ſuperorum numina noſtros:
Turpe nec eſt tali credulitate capi.
En ego pro ſiſtro phrygiique foramine buxi.
Gentis iuleæ nomina ſacra fero.
Vaticinor:moneoque locum date ſacra ferenti:
Non mihi ſed magno poſcitur ille deo.
Nec quia uel merui:uel ſenſi principis iram:
A nobis ipſum nolle putate coli.
Vidi ego linigeræ numen uiolaſſe fatentem
Iſidis:iſiacos ante ſedere focos.
Alter ob huic ſimilem priuatus lumine culpam
Clamabat media ſe meruiſſe uia.
Talia cæleſtes fieri præconia gaudent:
Vt ſua quid ualeant numina teſte probent.
Sæpe leuant pœnas:ereptaque lumina reddunt:
Cum bene peccati pœnituiſſe uident.
Pœnitet orſi quid miſerorum creditur ulli:
Pœnitet:& facto torqueor ipſe meo.
Cumque ſit exilium:magis eſt mihi culpa dolori.
Eſtque pati pœnam:quam meruiſſe minus.
Vt mihi dii faueant:quibus eſt manifeſtior ipſe:
Pœna poteſt demi:culpa perennis erit.
Mors faciet certe:ne ſim:cum uenerit:exul:
Ne non peccarim:mors quoque non faciet.
Non igitur mirum eſt:ſi mens mea tabida facta eſt.
De niue manantis more liqueſcit aquæ.
Eſtur:ut occulta uitiata putredine nauis:
Aequoreos ſcopulos ut cauat unda ſalis.
Roditur:ut ſcabra poſitum rubigine ferrum:
Conditus ut tineæ carpitur ore liber:
Sic mea perpetuos curarum pectora morſus
Eine quibus nullo conficiantur habent.
Nec prius hi mentem ſtimuli quâ uita relinquent:
Quique dolet citius quam dolor ipſe cadet.
Hoc mihi ſi ſuperi quorum ſumus omnia credant:
Forſitan exigua dignus habebor ope:
Inque locum ſcyticho uacuum mutabor ad arcu:
Plus iſto duri ſi p̃cer oris ero. Ad Maximum
M Axime:qui tanti menſuram nominis imples:
Et geminas animi nobilitate genus:

Qui naſci

Qui naſci ut poſſes: q̃uis cecidere trecenti:
Non omnes ſabios abſtulit una dies:
Forſitan hæc a quo mittatur epiſtola quæris:
Quiſque loquar tecum certior eſſe uelis
Hei mihi: quid faciam? uereor: ne nomine lecto
Durus: & aduerſa cætera mente legas.
Viderit hæc ſi quis tibi me ſcripſiſſe fateri:
Audebo: & propriis ingemuiſſe malis:
Viderit audebo tibi me ſcripſiſſe fateri:
Atque modum culpæ notificare meæ.
Qui dignum pœna cum me grauiore fuiſſe
Confitear: poſſum uix grauiora pati.
Hoſtibus in mediis interque pericula uerſor:
Tanquam cum patria pax ſit adempta mihi.
Mortis ſæuo geminent ut uulnere cauſas:
Omnia uipereo ſpicula felle linunt.
His eques inſtructus perterrita mœnia luſtrat:
More lupi clauſas circuneuntis oues.
At ſemel intentus neruo leuis arcus equino
Vincula ſemper habens irreſoluta manet.
Tecta rigent fixis ueluti uallata ſagittis.
Portaque uix firma ſummouet arua ſera.
Adde loci faciem nec fronde nec arbore tecti:
Et quod iners hyemi continuatur hyems.
Hic me pugnantem cum frigore: cumq; ſagittis:
Cumque meo fato quarta fatigat hyems.
Fine carent lachrymæ: niſi cum ſtupor obſtitit illis:
Et ſimilis morti corpora torpor habet.
Felicem nioben: quamuis tot funera uidit:
Quæ poſuit ſenſum ſaxea facta malis.
Vos quoque fœlices: quarum clamantia fratrem
Cortice uelauit populus ora nouo.
Ille ego ſum: lignum qui non admittor in ullum:
Ille ego ſum fruſtra qui lapis eſſe uelim.
Ipſa meduſa oculis ueniat licet obuia noſtris
Amittet uires protinus ipſa ſuas.
Viuimus: ut nunquam ſenſu careamus amaro.
Et grauior longa ſit mea pœna mora.
Sic inconſumptum tytii ſemperque renaſcens
Non perit: ut poſſit ſæpe perire iecur.
At puto cum requies medicinaque publica curæ
Somnus adeſt: ſolitis nox uenit orba malis.
Somnia me terrent ueros imitantia caſus:
Et uigilant ſenſus in mea damna mei.
Aut ego ſarmaticas uideor uitare ſagittas:
Aut dare captiuas in fera uincla manus:
Aut: ubi decipior melioris imagine ſomni:
Aſpicio patriæ tecta relicta meæ:
Et modo uobiſcum quos ſum ueneratus amici:
Et modo cum chara coniuge multa loquor.
Sic: ubi præcepta eſt breuis & non uera uoluptas:
Peior ab admonitu fit ſtatus ille boni.
Siue dies igitur caput hoc miſerabile cernit:
Siue pruinoſæ noctis aguntur equi.
Sic mea perpetuis liqueſcunt pectora curis:
Ignibus admotis ut noua cæra ſolet.
Sæpe precor mortem: mortem quoq; deprecor idem
Ne mea ſarmaticum contegat oſſa ſolum.
Cum ſubit auguſti quæ ſit clementia: credo
Mollia naufragiis littora poſſe dari.
Cum uideo quam ſint mea fata tenacia: frangor.
Speſque leuis magno uicta timore cadit.
Nec tamen ulterius quicquam ſperoue precorue:
Quam male mutato poſſe carere loco.
Aut hoc: aut nihil eſt pro me tentare modeſte:

Gratia quod ſaluo ueſtra pudore queat.
Ad Maximum.

SVſcipe romanæ facundia maxime linguæ
Difficilis cauſæ mite patrocinium.
Eſt mala confiteor:ſed te bona fiet agente:
Lenia pro miſera fac modo uerba fuga.
Neſcit enim cæſar:quanuis deus omnia norit:
Vltimus hic qua ſit conditione locus.
Magna tenent illud numen molimina rerum:
Hæc eſt cæleſti pectore cura minor.
Non uacat in qua ſint poſiti regione tomitæ:
Quærere finitimo uix loca nota getæ:
Aut quid ſauromatæ faciant:quid iaziges acres:
Cultaque oreſteæ taurica terra deæ.
Quæque aliæ gentes:ubi frigore conſtitit hiſter:
Dura meant celeri terga per amnis equo.
Maxima pars hominum nec te pulcherrima curat
Roma:nec auſonii militis arma timet.
Dant illis animos arcus plenæque pharetræ:
Quamque licet longis curſibus aptus equus.
Quodque ſitim didicere diu tolerare famemque:
Quodque ſequens nullas hoſtis habebit aquas:
Ira uiri mitis non me miſiſſet in iſtam:
Si ſatis hæc illi nota fuiſſet humus.
Nec me:nec quenq̃ romanum gaudet ab hoſte:
Meque minus:uitam cui dedit ipſe:capi.
Noluit:ut poterat:minimo me perdere nutu:
Nil opus eſt ullis in mea fata getis.
Sed neq; cur morerer quicquã mihi cõperit actum
Et minus infeſtus q̃ fuit eſſe poteſt.
Tunc quoque nil fecit:niſi quod facere ipſe coegi:
Pene etiam merito parcior ira meo eſt.
Dii faciant igitur:quorum mitiſſimus ille eſt:
Alma nihil maius cæſare terra ferat
Vtque diu ſub eo ſic ſit ſub cæſare terra:
Perque manus huius tradita gentis eant.
At tu tam placido q̃ nos quoque ſenſimus illum
Iudice pro lachrymis ora reſolue meis.
Non petis:ut bene ſit:ſed uti male tutius utque
Exilium ſæuo diſtet ab hoſte meum:
Quamque decdere mihi præſentia numina uitam:
Non adimat ſtricto ſqualidus enſe getes.
Denique ſi moriar ſubeam pacatius aruum:
Oſſa nec a ſcythica noſtra premantur humo.
Nec male compoſitos:ut ſcilicet exule dignum eſt:
Biſtonii cineres ungula pulſet equi.
Et ne:ſi ſupereſt aliquis poſt funera ſenſus:
Terreat:& manes ſarmatis umbra meos
Cæſaris hæc animum poterant audita mouere:
Maxime mouiſſent ſi tamen ante tuum:
Vox precor auguſtas pro me tua molliat aures:
Auxilio trepidis quæ ſolet eſſe reis:
Aſſuetaque tibi doctæ dulcedine linguæ
Aequandi ſuperis pectora flecte uiri.
Non tibi teremedon:cruduſque rogabitur atreus:
Quique ſuis homines pabula fecit equis:
Sed piger ad pœnas princeps ad præmia uelox:
Quique dolet:quotiens cogitur eſſe ferox.
Qui uincit ſemper:uictis ut parcere poſſit:
Clauſit & æterna ciuica bella ſera:
Multa metu pœnæ:pœna qui pauca coercet.
Et iacit inuita fulmina rara manu.
Ergo tam placidas orator miſſus ad aures:
Vt propior patriæ ſit fuga noſtra roga.
Ille ego ſum:qui te colui:quem feſta ſolebat
Inter conuiuas

573 262

Inter conuiuas menſa uidere tuos:
Ille ego:qui dixi ueſtros hymenæon ad ignes:
Et cecini:fauſto carmina digna toro:
Cuius te ſolitum memini laudare libellos:
Exceptis domino qui nocuere ſuo:
Cui tua non nunquam miranti ſcripta legebas:
Ille ego de ueſtra cui data nupta domo eſt.
Hanc probat:& primo dilectam ſemper ab æuo
Eſt inter comites martia cenſa ſuas.
Inque ſuis habuit matertera cæſaris ante:
Quarum iudicio ſi qua probata:proba eſt.
Ipſa ſua melior fama laudantibus iſtis
Claudia diuina non eguiſſet ope.
Nos quoque præteritos ſine labe peregimus annos:
Proxima pars uitæ tranſilienda meæ eſt.
Sed de me ut ſileam coniunx mea ſarcina ueſtra eſt
Non potes hanc ſalua diſſimulare fide.
Confugit hæc ad uos:ueſtraſque amplectitur aras:
Iure uenit cultos ad ſibi quiſque deos.
Flenſque rogat precibus lenito cæſare ueſtris:
Buſta ſui fiant ut propiora uiri. Ad rufinum.

HAnc tibi naſo tuus mittit rufine ſalutem:
Qui miſer eſt ulli ſi ſuus eſſe poteſt.
Reddita confuſæ nuper ſolatia menti
Auxilium noſtris ſpemque tulere malis.
Vtque machaoniis pæantius artibus heros
Lenito medicam uulnere ſenſit opem:
Sic ego mente iacens & acerbo ſaucius ictu:
Admonitu cœpi fortior eſſe tuo.
Et iam deficiens ſic ad tua uerba reuixi:
Vt ſolet infuſo uena redire mero.
Nec tamen exhibuit tantas facundia uires:
Vt mea ſint dictis pectora ſana tuis.
Vt multum demas noſtro de pectore curæ:
Non minus exhauſto quod ſuperabit erit.
Tempore ducetur longo fortaſſe cicatrix:
Horrent admotas uulnera cruda manus.
Non eſt in medico:ſemper releuetur ut æger.
Interdum docta plus ualet arte malum.
Cernis:ut e molli ſanguis pulmone remiſſus
Ad ſtygias certo limite ducat aquas?
Afferat ipſe licet ſacras epidaurius herbas:
Sanabit nulla uulnera cordis ope.
Toſſere nodoſam neſcit medicina podagram: podagra.
Nec formidatis auxiliatur aquis.
Cura quoque interdum nulla medicabilis arte:
Aut ſi ſit longa eſt attenuanda mora.
Cum bene firmarunt animum præcepta iacentem:
Sumptaque ſunt nobis pectoris arma tui.
Rurſus amor patriæ ratione ualentior omni:
Quod tua fecerunt ſcripta retexit opus.
Siue pium uis hoc:ſeu uis muliebre uocari:
Confiteor miſero molle cor eſſe mihi.
Non dubia eſt ithaci prudentia:ſed tamen optat patria.
Fumum de patriis poſſe uidere focis.
Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit:& immemores non ſinit eſſe ſui.
Quid melius roma?ſcythico quid frigore peius:
Huc tamen ex illa barbarus urbe fugit.
Cum bene ſint clauſæ cauea pandione natæ:
Nititur in ſiluas quæque redire ſuas.
Aſſuetos tauri ſaltus:aſſueta leones:
Nec feritas illos impedit:antra petunt.
Tu tamen exilii morſus ex pectore noſtro
Fomentis ſperas cedere poſſe tuis.

Effice:uos ipſi ne tam mihi ſitis amandi:
Talibus ut leuius ſit caruiſſe malum.
At puto qua fueram genitus tellure carenti:
In tamen humano contigit eſſe loco.
Orbis in extremi iaceo diſertus harentis:
Fert ubi perpetuas obruta terra niues.
Non ager hic pomum:non dulces educat uuas:
Non ſalices ripa:robora monte uirent.
Neue fretum laudes terra magis:æquora ſemper
Ventorum rabie ſolibus orba tument.
Quocunque aſpicies campi cultore carentes:
Vaſtaque quæ nemo uendicet arua iacent.
Hoſtis adeſt dextra leuaque a parte timendus:
Vicinoque metu terret utrunque latus.
Altera biſtonias pars eſt cenſura ſagittas.
Altera ſarmatica ſpicula miſſa manu.
I nunc & uetcrum nobis exempla uirorum:
Qui forti caſum mente tulere refer:
Et graue magnanimi robur mirare rutuli
Non uſi reditus conditione dati.
Smyrna uirum tenuit:non pontus & hoſtica tellus
Smyrna minus nullo pene petenda loco.
Non doluit patria cybicus procul eſſe ſinopeus.
Legit enim ſedes attica terra tuas.
Arma neoclides qui perſida contudit armis:
Argolica primam ſenſit in urbe fugam.
Pulſus ariſtides patria lacedæmona fugit:
Inter quas dubium quæ prior eſſet erat.
Cæde puer facta patroclus opunta reliquit:
Theſſalicamque adiit hoſpes achillis humum.
Exul ab æmonia pirenida ceſſit ad undam:
Quo duce trabs colcha ſacra cucurrit aqua.
Liquit agenorides ſydonia mœnia cadmus:
Poneret ut muros in meliore loco.
Venit ad adraſtum tydeus calydone fugatus:
Et teucrum ueneri grata recepit humus.
Quid referam ueteres romanæ gentis:apud quos
Exulibus tellus ultima tybur erat?
Perſequar ut cunctos nulli datus omnibus æuis
Tam procul a patria eſt horridiorue locus.
Quo magis ignoſcat ſapientia ueſtra dolenti:
Quæ facit ex dictis non ita multa tuis.
Nec tamen inficior ſi poſſint noſtra coire
Vulnera:præceptis poſſe coire tuis.
Sed uereor:ne me fruſtra ſanare labores:
Nec iuuet admota perditus æger ope.
Nec loquor hæc:quia ſit maior prudentia nobis:
Sed ſim quam medico notior ipſe tibi.
Vt tamen hoc ita ſit munus tua grande uoluntas:
Ad me puenit:conſuluitq; boni.

Ad Vxorem

NAm mihi deterior canis aſpergitur ætas:
Iamque meos uultus ruga ſenilis arat.
Iam uigor:& quaſſo languent in corpe uires:
Nec iuueni luſus qui placuere iuuant.
Nec me ſi ſubito uideas:cognoſcere poſſis.
Aetatis facta eſt tanta ruina meæ.
Confiteor facere hoc annos:ſed & altera cauſa eſt:
Anxietas animi continuuſque labor.
Nam mea per longos ſi quis mala digerat annos:
Crede mihi:pilio neſtore maior ero.
Certus:ut in duris:& quid boue firmius?aruis
Fortia taurorum corpora frangat opus.
Quæ nunquam uacuo ſolita eſt ceſſare nouali:
Fructibus aſſiduis laſſa ſeneſcit humus.
Occidet ad circi ſi quis certamina ſemper:
Non intermiſſis

Non intermiſſis curſibus ibit equus.
Firma ſit illa licet: ſoluetur in æquore nauis:
Quæ nunquam liquidis ſicca carebit aquis.
Me quoque debilitat ſeries immenſa laborum.
Ante meum tempus cogor & eſſe ſenex.
Otia corpus alunt: animus quoque paſcitur illis.
Immodicus contra carpit utrunque labor.
Aſpice: in has partes quod uenerit æſone natus:
Quam laudem a ſera poſteritate ferat.
At labor illius noſtro leuiorque minorque:
Si modo non uerum nomina magna premunt.
Ille eſt in pontum pelia mittente profectus:
Qui uix theſſaliæ fine timendus erat.
Cæſaris ira mihi nocuit: quem ſolis ab ortu
Solis ad occaſus utraque terra timet.
Iunctior æmonia eſt ponto: q̃ roma ſit hiſtro:
Et breuius q̃ nos ille peregit iter.
Ille habuit comites primos telluris achiuæ.
At noſtram cuncti deſeruere fugam.
Nos fragili ligno uaſtum ſulcauimus æquor.
Quæ tulit æſonidem firma carina fuit.
Nec mihi tiphys erat rector: nec aminthone natus
Quas fugerem docuit: quas ſequererque uias.
Illum tutata eſt cum pallade regia iuno:
Defendere meum numina nulla caput.
Illum furtiue iuuere cupidinis artes:
Quas a me uellem non didiciſſet amans.
Ille domum rediit: nos his moriemur in aruis:
Perſtiterit læſi ſi grauis ira dei.
Durius eſt igitur noſtrum fidiſſima coniunx:
Illo quod ſubiit æſone natus: opus.
Te quoque quam iuuenem diſcedens urbe reliqui:
Credibile eſt noſtris inſenuiſſe malis.
Ego dii faciant: talem te cernere poſſim:
Charaque mutatis oſcula ferre comis:
Amplectique meis corpus non pingue lacertis:
Et gracile hoc fecit dicere cura mei.
Et narrare meos flenti flens ipſe dolores:
Sperato nunquam colloquioque frui:
Turaque cæſaribus cum coniuge cæſare digna
Diis ueris memori debita ferre manu.
Memnonis hanc utinam lenito cæſare mater:
Quã primũ roſeo puocet ore diẽ. Ad Maximũ.

ILle tuos quondã non ultimus inter amicos
Vt ſua uerba legas maxime naſo rogat.
In quibus ingeniũ deſiſte requirere noſtrum:
Neſcius exilii ne uideare mei.
Cernis ut ignauum corrumpant ocia corpus:
Vt capiant uicium ni moueantur aquæ:
Et mihi ſi quis erat dicendi carminis uſus:
Deficit: eſtque minor factus inerte ſitu.
Hæc quoque quæ legitis: ſi quid mihi maxie credis
Scribimus inuita uixque coacta manu.
Non libet in tales animum contendere curas:
Nec uenit in duros muſa uocata getas.
Vt tamen ipſa uides luctor deducere uerſum:
Sed non fit fato mollior ipſe meo.
Cum relego ſcripſiſſe pudet: quia plurima cerno:
Me quoque qui feci iudice digna lini.
Nec tamen emendo: labor hic quam ſcribere maior
Menſque pati durum ſuſtinet ægra nihil.
Scilicet incipiam lima mordatius uti:
Vt ſub iudicium ſingula uerba uocem?
Torquet enim fortuna parũ? niſi lychus in hebrum
Confluat? & frondes alpibus addat athos?

Parcendum est animo miserabile uulnus habenti
Subducunt oneri colla perusta boues.
Ac puto fructus adest iustissima causa laborum:
Et fata cum multo fœnore reddit ager.
Tempus ad hoc nobis:repetas licet omnia:nullum
Profuit:atque utinam non nocuisset opus.
Cur igitur scribam miraris:miror & ipse:
Et tecum quæro sæpe quid inde petam.
An populus uere sanos negat esse poetas?
Sumque fides huius maxima uocis ego.
Qui sterili cum sim totiens deceptus ab aruo:
Damnosa persto condere semen humo.
Scilicet est cupidus studiorum quisque suorum
Tempus & assueta ponere in arte iuuat.
Saucius euitat pugnam gladiator:& idem
Immemor antiqui uulneris arma capit.
Nil sibi cum pelagi dicit fore naufragus undis:
Et ducit remos qua modo nauit aqua.
Sic ego constanter studium non utile seruo.
Et repeto:nollem quas coluisse deas.
Quid potius faciam?non sum qui segnia dicam
Otia:mors nobis tempus habetur iners.
Nec iuuat in lucem nimio marcescere uino:
Nec tenet incertas alea blanda manus.
Cum dedimus somno quas corpus postulat horas:
Quo ponam uigilans tempora longa modo?
Moris an oblitus patrii contendere discam
Sarmaticos arcus?& trahar arte loci?
Hoc quoque me studium prohibent assumere uires
Mensque magis gracili corpore nostra ualet.
Cum bene quæsieris quid agam:magis utile nil est
Artibus his:quæ nil utilitatis habent.
Consequor ex illis casus obliuia nostri:
Hanc messem satis est si mea reddit humus.
Gloria uos acuat:uos ut recitata probentur
Carmina:pieriis inuigilate choris.
Quod uenit ex facili satis est componere nobis:
Et nimis intenti causa laboris abest:
Cur ego solicita poliam mea carmina cura?
An uerear:ne non approbet illa getes?
Forsitan audacter faciam:sed glorior histrum
Ingenio nullum maius habere meo.
Hoc ubi uiuendum est:satis est si consequor aruo
Inter inhumanos esse poeta getas.
Quid mihi diuersum fama contendere in orbem?
Quem fortuna dedit roma sit ille locus.
Hoc mea contenta est infœlix musa theatro.
Sic merui:magni sic uoluere dei.
Nec reor hinc istuc nostris iter esse libellis:
Quo boreas penna deficiente uenit.
Diuidimur cœlo:quæque est procul urbe quirini
Aspicit hirsutos cominus ursa getas.
Per tantum terræ:tot aquas uix credere possum
Indicium studii transiluisse mei.
Finge legi:quodque est mirabile finge placere:
Auctorem certe res iuuat ista nihil.
Quid tibi:si calida prosit laudere sirene:
Aut ubi taprobanen indica tingit aqua?
Altius ire libet:si te distantia longe
Pleiadum laudent signa:quid inde feres?
Sed neque peruenio scriptis melioribus istuc:
Famaque cum domino fugit ab urbe suo.
Vosque quibus perii tũc cum mea fama sepulta est:
Nunc quoque de nostra morte tacere reor.

Ad Græcinum.

Cquid ut

ACquid ut audiſti:nam te diuerſa tenebat
Terra:meos caſus:cor tibi triſte fuit?
Diſſimules:metuaſque licet græcine fateri:
Si bene te noui:triſte fuiſſe liquet.
Non cadit in mores feritas inamabilis iſtos.
Nec minus a ſtudiis diſſidet iſta tuis.
Artibus ingenuis:quarum tib maxima cura eſt:
Pectora molleſcunt:aſperitaſque fugit.
Nec quiſq̃ meliore fide complectitur illas:
Quam ſinit officium militiæque labor.
Certe ego:cum primum potui ſentire:quid eſſem:
Nam fuit attonito mens mihi nulla diu:
Hanc quoque fortunam ſenſi:quod amicus abeſſes:
Qui mihi præſidium grande futurus eras.
Tecum tunc aberant ægræ ſolatia mentis.
Magnaque pars animi conſiliique mei.
At nunc quod ſupereſt:fer opẽ precor eminus unam
Alloquioque iuua pectora noſtra tuo.
Quæ:non mendaci ſi quicquam credis amico:
Stulta magis dici:quam ſcelerata decet.
Nec breue nec tutum eſt peccati quæ ſit origo
Scribere:tractari uulnera noſtra timent.
Qualicunque modo mihi ſint ea facta rogare
Deſine.non agites:ſi qua coire uelis.
Quicquid ideſt ut non facinus:ſic culpa uocanda eſt
Omnis at in magnos culpa deos ſcelus eſt.
Spes igitur menti pœnæ græcine leuandæ
Non eſt ex toto nulla relicta meæ.
Hæc dea:cum fugerent ſceleratas numine terras
In diis inuiſa ſola remanſit humo.
Hæc facit ut uiuat foſſor quoque compede uictus:
Liberaque aferro crura futura putet.
Hæc facit ut uideat quum terras undique nullas
Naufragus in mediis brachia iactet aquis.
Sæpe aliquem ſolers medicorum cura reliquit:
Nec ſpes huic uena deficiente cadit.
Carcere dicuntur clauſi ſperare ſalutem:
Atque aliquis pendens in cruce uota facit.
Hæc dea quam multos laqueo ſua colla ligantes
Non eſt propoſita paſſa perire nece.
Me quoque conantem gladio finire dolorem
Arguit:iniectam continuitque manum.
Quidq; facis lachrymis opus eſt non ſanguine dixit:
Sæpe per has flecti principis ira ſolet.
Quamuis eſt igitur meritis indebita noſtris
Magna tamen ſpes eſt in bonitate dei:
Qui ne difficilis mihi ſit græcine precare:
Confer & in uotum tu quoque uerba meum.
Inque tomitana iaceam tumulatus harena:
Si te non nobis iſta uouere liquet.
Nam prius incipient turres uitare colombæ:
Antra feræ:pecudes gramina:mergus aquas:
Quam male eſt præſtet ueteri græcinus amico:
Non ita fũt fatis oſa uerſa meis.

Ad Meſſalinũ

LIttera pro uerbis tibi meſſaline ſalutem.
Quam legis:a ſæuis attulit uſque getis.
Indicat auctorem locus:an niſi nomine lecto
Hæc mea naſonem ſcribere uerba latet?
Ecquis in extremo poſitus iacet orbe tuorum?
Me tamen excepto qui precor eſſe tuus.
Dii procul a conctis qui te uenerantur:amantque:
Huius noticiam gentis abeſſe uelint.
Nos ſatis eſt inter glaciem:ſcythicaſque ſagittas
Viuere:ſi uita eſt mortis habenda genus.
Nos premat aut bello tellus:aut frigore cælum:

Truxque getes armis:grandine pugnet hyems.
Nos habeat regio nec pomis fœta nec uuis:
Et cuius nullum ceſſat ab hoſte latus.
Cætera ſit ſoſpes cultorum turba tuorum:
In quibus ut populo pars ego parua fui.
Me miſerum ſi tu uerbis offenderis iſtis:
Noſque negas ulla parte fuiſſe tuos.
Vtque ſit hoc uerum:mentito ignoſcere debes.
Nil demit laudi gloria noſtra tuæ.
Quis ſe cæſaribus notus non fingit amicum?
Da ueniam faſſo.tu mihi cæſar eris.
Nec tamen irrumpo quo non licet ire:ſatiſque
Atria ſi nobis non patuiſſe negas.
Vtque tibi fuerit mecum nihil amplius uno
Nempe ſalutaris quã prius ore minus.
Nec tuus eſt genitor nos inficiatus amicos:
Hortator ſtudii cauſaque faxque mei:
Cui nos & lachrymas ſupremum in funere munus:
Et dedimus medio ſcripta canenda foro.
Adde quod eſt frater tanto mihi iunctus amore:
Quantus in atridis tyndaridiſque fuit.
Is me nec comitem:nec dedignatus amicum eſt:
Si tamen hæc illi non nocitura putas.
Si minus hac:quoque me mendacem parte fatebor.
Clauſa mihi potius tota ſit illa domus
Sed neque claudenda eſt:& nulla potentia uires
Præſtandi ne quid peccet amicus habet.
Et tamen ut cuperem culpam quoq; poſſe negari:
Sic facinus nemo neſcit abeſſe mihi:
Quod niſi delicti pars excuſabilis eſſet:
Parua relegati pœna futura fuit.
Ipſe ſed hoc uidit:qui præuidet omnia cæſar:
Stulticiam dici crimina poſſe mea.
Quamque ego permiſi:q̃que eſt res paſſa pepercit:
Vſus & eſt modice fulminis igne ſui.
Nec uitam:nec opes:nec ademit poſſe reuerti:
Si ſua per ueſtras uicta ſit ira preces.
At grauiter cecidi:quid enim miſerabile?ſiquis
A ioue percuſſus non leue uulnus habet?
Ipſe ſuas quamuis uires inhiberet achilles
Miſſa graues ictus pelias haſta dabat.
Iudicium nobis igitur cum uindicis adſit:
Non eſt:cur tua me ianua noſſe neget:
Culta quidem fateor citra q̃ debuit illa eſt.
Sed fuit in fatis hoc quoque:credo:meis.
Nec tamen officium ſenſit domus altera noſtrum:
Hic illic ueſtro ſub lare ſemper eram.
Quæque tua eſt pietas ut te non;excolat ipſum:
Ius aliquod tecum fratris amicus habet.
Quid quod ut emeritis referenda eſt gratia ſemper:
Sic eſt fortunæ promeruiſſe tuæ.
Quod ſi permittis nobis ſuadere:quod optas:
Vt des quam reddas plura precare deos.
Idque facis:quantumque licet meminiſſe ſolebas:
Officii cauſam pluribus eſſe dati.
Quolibet in numero me meſſaline repone:
Sim modo pars ueſtræ non aliena domus.
Et mala naſonem quoniam meruiſſe uidetur:
Si non errę dolesiat meruiſſe dole. Ad Seuerũ.

ATibi dilecto miſſam naſone ſalutem
Accipe pars animæ magna feuere meæ.
Neue roga quid agã ſi perſequar omnia:flebis
Summa ſatis noſtri ſit tibi nota mali.
Viuimus aſſiduis expertes pacis in armis:
Dura pharetrato bella mouente geta

Deque tot

Deque tot expulſis ſum miles in exulæ ſolus:
Tuta:neque inuideo:cætera turba latet:
Quoque magis noſtros uenia digere libellos:
Hæc in procinctu carmina facta leges.
Stat uetus urbs ripe uicina binominis hiſtri:
Mœnibus & poſitu uix adeunda loci.
Caſpius egipſus de ſe ſi creditur ipſis:
Condidit:& proprio nomine dixit opus.
Hanc ferus odryſiis inopino marte peremptis
Cœpit:& in regem ſuſtulit arma getes.
Ille memor magni generis uirtute quod auget:
Protinus innumero milite cinctus adeſt.
Nec prius abſceſſit:merita q̃ cæde nocentum
Se nimis ulciſcens extitit ille nocens.
At tibi rex æuo detur fortiſſime noſtro
Semper honorata ſcæptra tenere manu.
Teque:quod & præſtat:quid enim tibi plenius optẽ?
Martia cum magno cæſare roma probet.
Sed memor unde abii queror o iucunde ſodalis
Accedant noſtris ſæua quod arma malis.
Vt careo uobis ſcythicas detruſus in oras
Quatuor auctunnos pleias orta facit.
Nec tu crediderıs urbanæ commoda uitæ
Quærere naſonem:quærit & illa tamen.
Nam modo uos animo dulces reminiſcor amici:
Nunc mihi cum chara coniuge nata ſubit.
Atque domo rurſus pulchræ loca uertor ad urbis:
Cunctaque mens oculis præuidet illa ſuis.
Nunc fora:nunc ædes: nunc marmore tecta theatra:
Nunc ſubit æquata porticus omnis humo.
Gramina nunc campi pulchros ſpectantis in hortos:
Stagnaque & euripi:uirgineuſque liquor.
At puto ſic urbis miſero eſt erepta uoluptas:
Quolibet ut ſaltem rure frui libeat.
Non meus amiſſos animus deſiderat agros:
Ruraque peligno conſpicienda ſolo.
Nec quos pomiferis poſitos in montibus hortos
Spectat flamineæ claudia iuncta uiæ.
Quos ego neſcio cui colui:quibus ipſe ſolebam
Ad ſata fontanas:nec pudet:addere aquas
Sunt ibi ſi uiuunt noſtra quoque conſita quædam:
Sed non & noſtra poma legenda manu.
Pro quibus amiſſis utinam contingere poſſet:
Hic ſaltem profugo gleba colenda mihi.
Ipſe ego pendentes:liceat modo:rupe capellas:
Ipſe uelim baculo paſcere nixus oues.
Ipſe ego ne ſolitis inſiſtant pectora curis:
Ducam ruricolas ſub iuga panda boues.
Et diſcam getici quæ norunt uerba iuuenci:
Aſſuetas illis adiiciamque minas.
Ipſe manu capulum preſſi moderator aratri
Experiar mota ſpargere ſemen humo.
Nec dubitem longis purgare ligonibus arua:
Et dare quas ſitiens iam bibat hortus aquas.
Vnde ſed hoc nobis:minimum quos inter & hoſtem
Diſcrimen murus clauſaque porta facit?
At tibi naſcenti:quod toto pectore lætor:
Norunt fatales fortia fila deæ.
Te modo campus habet:denſa mõ porticus umbra:
Nunc in quo ponis tempora rara forum.
Vmbria te reuocat:nec non albana petentem
Appia feruenti ducit in arua rota.
Forſitan hic optes ut iuſtam ſudprimat iram
Cæſar:& hoſpitium ſit tua uilla meum.
Ah nimium eſt quod amice petis:moderantius opta

Et uoti quæso contrahe uela tui.
Terra uelim propior nullique obnoxia bello
Def:erit nr̃is ps bona dẽpta malis. Ad Maximũ.

QVæ mihi de rapto tua uenit epistola celso:
Protinus est lachrymis humida facta meis.
Quodq; nefas dictu:fieri nec posse putaui:
Inuitis oculis littera dicta tua est.
Nec quicquam ad nostras peruenit accerbius aures:
Vt sumus in ponto:perueniatque precor.
Ante meos oculos tanquam præsentis imago
Hæret:& extinctum uiuere fingit amor.
Sæpe refert animus lusus grauitate carentes:
Seria cum liquida sæpe peracta fide.
Nulla tamen subeunt mihi tempora densius istis:
Quæ uellem uitæ summa fuisse meæ:
Cum domus ingenti subito mea lapsa ruina
Concidit:in domini procubuitque caput:
Affuit ille mihi:cum me pars magna reliquit
Maxime fortunæ nec fuit ille comes:
Illum ego non aliter fientem mea funera uidi:
Ponendus q̃ si frater in igne foret:
Hæsit in amplexu:consolatusque iacentem:
Cumque meis lachrymis miscuit usque suas.
O quotiens uitæ custos inuisus amaræ
Continuit promptas in mea fata manus.
O quotiens dixit placabilis ira deorum est:
Viue:nec ignosci tu tibi posse nega.
Vox tamen illa fuit celeberrima:respice quantum
Debeat auxilium maximus esse tibi.
Maximus incumbet:quaque esse pietate rogabit:
Ne sit ad extremum cæsaris ira tenax:
Cumque suis fratris uires adhibebit:& omnem
Quo leuius doleas experietur opem.
Hæc mihi uerba malæ minuerunt tædia uitæ:
Quæ modo ne fuerint maxime uana caue.
Huc quoque uenturum mihi se iurare solebat:
Non nisi te longæ ius sibi dante uiæ.
Nam tua non alio coluit penetralia ritu:
Terrarum dominos q̃ colis ipse deos.
Crede mihi multos habeas cum dignus amicos:
Non fuit e multis quolibet ille minor.
Si modo non census:nec clarum nomen auorum:
Sed probitas magnos ingeniumque facit.
Iure igitur lachrymas celso libamus adempto:
Cum fugerem uiuo quas dedit ipse mihi.
Carmina iure damus raros testantia mores:
Vt tua uenturi nomina celse legant.
Hoc est:quod possum geticis tibi mittere ab aruis:
Hoc solum̃ est istic:quod licet esse meum.
Funera non potui comitare:nec ungere corpus:
Atque tuis toto diuidor orbe rogis.
Quod potuit:quem tu pro numine uiuus habebas:
Præstitit officium maximus omne tibi.
Ille tibi exequias & magni funus honoris
Fecit:& in gelidos uertit a roma sinus.
Diluit & lachrymis mœrens unguenta profusis:
Ossaque uicina condita texit humo.
Qui quoniam extinctis quæ debet pressat amicis:
Et nos extinctis ānumerare põt. Ad Flaccum.

NAso suo profugus mittit,tibi face salutem:
Mittere rem si quis qua caret ipse potest.
Longus enim curis uitiatum corpus amaris
Non patitur uires langor habere suas.
Nec dolor ullus adest:nec febribus uror anhelis:
Et peragit soliti uena tenoris iter.

Os hebes

Os hebes eſt:poſitæque mouent faſtidia menſæ:
Et queror:inuiſi cum uenit hora cibi.
Quod mare:quod tellus appone:quod educat aer:
Nil ibi quod nobis eſuriatur erit.
Nectar & ambroſiam latices epulaſque deorum
Det mihi formoſa gnaua iuuenta manu:
Non tamen exacuet torpens ſapor iſte palatum:
Stabit & in ſtomacho pondus inerte diu.
Hæc ego non auſim:cum ſint ueriſſima cuiquam
Scribere:delicias ne mala noſtra uocet.
Scilicet is ſtatus eſt:ea rerum forma mearum:
Deliciis etiam poſſit ut eſſe locus.
Delicias illi precor has contingere:ſi quis
Ne mihi ſit leuior cæſaris ira timet.
Is quoque qui gracili cibus eſt in corpore ſomnus
Non alit officio corpus inane ſuo.
Sed uigilo:uigilantque mei ſine fine dolores:
Quorum materiam dat locus ipſe mihi.
Vix igitur poſſis uiſos agnoſcere uultus:
Quoque ierit quæras qui fuit ante color:
Paruus in exiles ſuccus mihi permanet artus:
Membraque ſunt cæra pallidiora noua.
Non hæc immodico contraxi damnalyæo:
Scis mihi quod ſolæ pene bibantur aquæ.
Non epulis oneror:quarum ſi tangar amore:
Eſt tamen in geticis copia nulla locis.
Nec uires adimit ueneris damnoſa uoluptas:
Non ſolet in mœſtos illa uenire toros.
Vnda locuſque nocent:& cauſa ualentior iſtis
Anxietas animi quæ mihi ſemper adeſt.
Hanc niſi tu pariter ſimili cum fratre leuares:
Vix mens triſticiæ mœſta tuliſſet onus.
Vos eſtis fractæ tellus non dura phaſello:
Quamque negant multi:uos mihi fertis opem.
Ferte præcor ſemper:quia ſemper egebimus illa:
Cæſaris offenſum dum mihi numen erit.
Qui meritam nobis minuat non finiat iram:
Suppliciter ueſtros quiſque rogate deos.

P.O.NA.DE PONTO LI.II. Ad Germanicum.

HVC quoq; cæſarei uenit fama triũphi:
Languida quo feſſi uix uenit aura noti.
Nil fore dulce mihi ſcythica regiõe putaui
Iã minus hic odio eſt q̃ fuit añ locus.
Tandem aliqd pulſa curaꝝ nube ſerenũ
Vidi fortunæ uerba dedique meæ.
Nolit ut illa mihi contingere gaudia cæſar:
Velle poteſt cuius hæc tamen una dari.
Dii quoque ut a cunctis hilari pietate colantur:
Triſtitiam poni per ſua feſta iubent.
Denique quod certus furor eſt audere fateri:
Hac ego lætitia ſi uetet ipſe:fruar.
Iuppiter utilibus quotiens rigat imbribus agros:
Mixta tenax ſegeti creſcere lappa ſolet.
Nos quoque frugiferum ſentimus inutilis herba
Numen:& inuita ſæpe iuuamur ope.
Gaudia cæſaræ mentis pro parte uiſi
Sunt mea:priuari nil habet illa domus.
Gratia fama tibi per quam ſpectata triumphi
Incluſo mediis eſt mihi pompa getis.
Iudice te didici nuper uiſenda coiſſe
Innumeras gentes ad ducis ora ſui.
Quæque capit latis immenſum mœnibus orbem
Hoſpitiis romam uix habuiſſe locum.
Tu mihi narraſti:cum multis lucibus ante
Fuderit aſſiduas nubilus auſter aquas.

Numine cæleſti ſolem fulſiſſe ſerenum
Cum populi uultu conueniente die.
Atque ita uictorem cum magnæ uocis honore
Bellica laudatis dona dediſſe uiris.
Claraque ſumpturum pictas inſignia ueſtes
Tura prius ſanctis impoſuiſſe focis.
Iuſtitiaque ſui caſtos placaſſe parentes
Illo quo templum pectore ſemper habet.
Quaque ierit fœlix adiectum plauſibus omen:
Saxaque roratis erubuiſſe roſis:
Protinus argento ueros imitantia muros
Barbara cum uictus oppida lata uiris.
Fluminaque & montes & in altas proflua ſiluas:
Armaque cum telis inſtrue iuncta ſuis.
Deque triumphorum quod ſol incenderat auro
Aurea romani tecta fuiſſe fori.
Totque tuliſſe duces captiuos addita collis
Vincula pene hoſtes quot ſatis eſſe fuit.
Maxima pars horum uitam ueniamque tulere:
In quibus & belli ſumma caputque fuit.
Cur ego poſſe negem minui mihi cæſaris iram:
Cum uideam mites hoſtibus eſſe deos.
Pertulit hoc idem nobis germanice rumor:
Oppida ſub titulo nominis eſſe tui.
Atque ea te contra nec muri mole: nec armis:
Nec ſatis ingenio tuta fuiſſe loci.
Dii tibi dent annos: a te nam cætera ſumes:
Sint modo uirtuti tempora longa tuæ.
Quod precor eueniet: ſunt quædam oracula uatum:
Nam deus optanti proſpera ſigna dedit.
Te quoque uictorem tarpeias ſcandere in arces
Læta coronatis roma uidebit equis.
Maturoſque pater nati ſpectabit honores:
Gaudia præcipiens quæ dedit ante ſuis.
Iam nunc hæc a me iuuenum belloque togaq;
Maxime dicta tibi uaticinante nota.
Hunc quoq; carminibus referam fortaſſe triumphū:
Sufficiat noſtris ſi modo uita mali.
Imbuero ſcythicas ſi non prius ipſe ſagittas:
Abſtuleritque ferox hoc caput enſe getes.
Quod ſi me ſaluo dabitur tua laurea templis:
Omnia bis dices uera fuiſſe mea.

Ad Meſſalinū

ILle domus ueſtræ primis uenerator ab annis
Pulſus ad euxini naſo ſiniſtra freti:
Mittit ab indomitis hāc meſſaline ſalutem:
Quam ſolitus præſens eſt tibi ferre: getis.
Hei mihi ſi lecto uultus tibi nomine non eſt
Qui fuit: & dubitas cætera perlegere.
Perlege nec mecum pariter mea uerba relega:
Vrbe licet ueſtra uerſibus eſſe meis.
Non ego concepi: ſi pelion oſſa tuliſſet:
Clara mea tangi ſydera poſſe manu.
Nec nos enceladi dementia caſtra ſecuti
In rerum dominos mouimus arma deos.
Nec quod tytidæ temeraria dextera fecit:
Numina ſunt telis ulla petita meis.
Eſt mea culpa grauis: ſed quæ me perdere ſolum
Auſa ſit: & nullum maius adorſa nefas.
Nil niſi non ſapiens poſſum timiduſque uocari:
Hæc duo ſunt animi nomina uera mei.
Eſſe quidem fateor meritam poſt cæſaris iram
Difficilem precibus te quoque iure meis.
Quæque tua eſt pietas in totum nomen iuli
Te lædi cum quis læditur inde putas.
Sed licet arma feras: & uulnera ſæua mineris:

Non tamen

Non tamen efficies ut timeare mihi.
Puppis achemenidem graium troiana recepit:
Profuit & misso pelias hasta duci.
Confugit interdum templi uiolator ad aram:
Nec petere offensi numinis horret opem.
Dixerit hoc aliquis tutum non esse fatemur.
Sed non per placidas it mea nauis aquas.
Tuta petant alii:fortuna miserrima nostra est.
Nam timor euentus deterioris abest.
Qui rapitur:quid præter fata requirit?
Porrigit ad spinas duraque saxa manus.
Accipitrem metuens pennis trepidantibus ales
Audet in humanos fessa uenire sinus.
Nec se uicino dubitat committere tecto
Quæ fugit infestos territa cerua canes.
Da precor accessum lachrymis mitissime nostris:
Nec rigidam timidis uocibus obde forem.
Verbaque nostra fauens romana ad numina perfer
Non tibi tarpeio culta tonante minus.
Mandatique mei legatus suscipe causam:
Nulla meo quanuis nomine causa bona est.
Iam prope depositus certe iam frigidus æger
Seruatus per te:si modo seruor:ero.
Nunc tua pro rebus nitatur gratia lapsis:
Principis æterni quam tibi præstat amor.
Nunc tibi & eloqui nitor ille domesticus adsit:
Quo poteras trepidis utilis esse uiris.
Viuit enim uobis facundi lingua parentis:
Et res hæredem repperit illa suum.
Hanc ego non ut me defendere tentet adoro:
Non est confessi causa tuenda rei.
Non tamen excuses erroris origine factum:
An nihil expediat tale monere:uide.
Vulneris id genus est:quod cum sanabile non sit:
Non hoc tractari tutius esse puto.
Lingua sile:non est ultra narrabile quicquam:
Posse uelim cineres obruere ipse meos.
Sic igitur:quasi me nullus deceperit error:
Verba face:ut uita quam dedit ipse fruar.
Cumque serenus erit:uultusque remiserit illos:
Qui secum terras imperiumque mouent:
Exiguam ne me prædam sinat esse getarum:
Detque solum miseræ mite precare fuge.
Tempus adest aptum precibus ualet ille:uidetq;
Quas fecit uires roma ualere tuas.
Incolumis coniunx sua puluinaria seruat:
Promouet imperium filius ausonium.
Præterit ipse suos animo germanicus annos:
Nec uigor est drusi nobilitate minor.
Adde nurus:neptesque pias:charosque nepotes:
Cæteraque augustæ membra ualere domus.
Adde triumphatos modo pæonas:adde quieti
Subdita montanæ brachia dalmatiæ.
Nec dedignata est abiectis illyris armis
Cæsarcum famulo uertice ferre pedem.
Ipse super currum placido spectabilis ore
Tempora phœbea uirgine nexa tulit.
Quem pia uobiscum proles comitauit euntem
Digna parente suo nominibusque datis:
Fratribus assimilis:quos proxima templa tenentes
Diuus ab excelsa iulius æde uidet.
His messalinus quibus omnia cædere debent
Primum lætitiæ non negat esse locum.
Quicquid ab his supereſt :uenit in certamen amoris
Hac hominum nulli parte secundus erit.

Hanc colit ante diem per quam decreta merenti
Venit honoratis laurea digna comis.
Fœlices quibus hos licuit ſpectare triumphos:
Et ducis ore deos æquiparante frui.
At mihi ſauromatæ pro cæſaris ore uidendi:
Terraque pacis inops:undaq; iuncta gelu.
Si tamen hoc audis:& uox mea peruenit iſtuc:
Sit tua mutando gratia blanda loco.
Hoc pater ille tuus primo mihi cultus ab æuo:
Si quid habet ſenſus umbra diſerta petit.
Hoc petit & frater:quamuis fortaſſe ueretur
Seruandi noceat ne tibi cura mei.
Tota domus rogat hoc:nec tu potes ipſe negare:
Et nos in turbæ parte fuiſſe tuæ.
Ingenii certe:quo nos male ſenſimus uſos
Artibus exceptis ſæpe probator eras.
Nec mea:ſi tantum peccata nouiſſima demas:
Eſſe poteſt domui uita pudenda tuæ.
Sic igitur ueſtræ uigeant penetralia gentis:
Curaque ſit ſuperis cæſaribuſque tui.
Mite ſed iratum merito mihi numen adora:
Eximar ut ſcythici de feritate loci.
Difficile eſt fateor:ſed tendit in ardua uirtus:
Et talis meriti gratia maior erit.
Nec tamen ætnæus uaſto polyphemus in antro
Accipiet uoces:antiphateſue tuas.
Sed placidus faciliſque parens ueniæque paratus:
Et qui fulmineo ſæpe ſine igne tonat.
Qui cum triſte aliquid ſtatuit:fit triſtis & ipſe.
Cuique fere pœnam ſumere pœna ſua eſt.
Victa tamen uitio eſt huius clementia noſtro:
Venit & ad uires ira coacta ſuas.
Qui quoniam patria toto ſumus orbe remoti
Non licet ante ipſos procubuiſſe deos.
Quos colis ad ſuperos perfer mandata ſacerdos:
Adde ſed & propias ad mea uerba preces.
Sic tamen hæc tenta:ſi non nocitura putabis:
Ignoſcas:timeo naufragus oẽ fretũ. Ad maximũ.

MAxime qui claris nomen uirtutibus æquas:
Nec ſinis ingenium nobilitate premi:
Culte mihi:qd.n.ſtatus hic a funere differt:
Supremum uitæ tempus ad uſque meæ.
Rem facis afflictum non aduerſatus amicum:
Qua non eſt æuo rarior ulla tuo.
Turpe quidem dictu:ſed ſi modo uera fatemur:
Vulgus amicitias utilitate probat.
Cura quid expediat prior eſt:q̃ quid ſit honeſtum:
Et cum fortuna ſtatque caditque fides.
Nec facile inuenies multis in milibus unum:
Virtutem pretium qui putet eſſe ſui.
Ipſe decor recti:facti ſi premia deſint:
Non mouet:& gratis pœnitet eſſe probum:
Nil:niſi quod prodeſt charum eſt:en detrahe menti
Spem fructus auidæ:nemo petendus erit.
At reditus iam quiſque ſuos amat:& ſibi quid ſit
Vtile ſollicitis computat articulis.
Illud amicitiæ quondam uenerabile nomen
Proſtat:& in quæſtu pro meretrice ſedet.
Quo magis admiror non ut torrentibus undis
Communis uitii te quoque labe trahi.
Diligitur nemo:niſi cui fortuna ſecunda eſt:
Quæ ſimul intonuit:proxima quæque fugat.
En ego non paucis quondam munitus amicis:
Dum flauit uelis aura ſecunda meis.
Vt fera nimboſo tumuerunt æquora uento:

In mediis

535.
268

In mediis lacera naue relinquor aquis.
Cumque alii nolint etiam me nosse fateri:
Vix duo proiecto trefue tuliſtis opem.
Quos tu princeps:neq; enim comes esse:sed auctor:
Nec petere exemplum:sed dare dignus eras.
Te nihil exacto nisi nos peccasse fatentem
Sponte sua probitas officiumque iuuant.
Iudice te mercede caret per seque petenda est
Externis uirtus incomitata bonis.
Turpe putas abiici:quia sit miserandus amicus:
Quodque sit infœlix desinere esse tuum.
Mitius est lapso digitum supponere mento:
Mergere q̃ liquidis ora natantis aquis.
Cerne quid æacides post mortem præstet amico:
Instar & hanc uitam mortis habere puta.
Pirithoum theseus stygias comitauit ad undas:
Astygia quantum mors mea distat aqua?
Affuit insano iuuenis phocæus horesti:
Et mea non minimum culpa furoris habet.
Tu quoque magnorum laudes admitte uirorum:
Vt facis:& lapso q̃ potes affer opem.
Si bene te noui:si quis prius esse solebas:
Nunc quoque es:atque animi non cecidere tui.
Quo fortuna magis sæuit:magis ipse resistis:
Vtque decet:ne te uicerit illa:caues.
Et bene uti pugnes:bene pugnans efficit hostis.
Sic eadem prodest causa:nocetque mihi.
Scilicet indignum iuuenis rarissime ducis
Te fieri comitem stantis in orbæ deæ.
Firmus es:& quoniam non sunt hæc qualia uelles
Vela regis quasse qualiacunque ratis.
Quæque ita concussa est:ut iam casura putetur:
Restat adhuc humeris fulta carina tuis.
Ira quidem primo fuerat tua iusta:nec ipso
Lenior:offensus qui mihi iure fuit.
Quique dolor pectus tetigisset cæsaris alti:
Illum iurabas protinus esse tuum:
Vt tamen audita est nostræ quoque cladis origo:
Diceris erratis ingemuisse meis.
Tunc tua me primum solari littera cœpit:
Et læsum flecti spem dare posse deum.
Mouit amicitiæ tum te constantia longæ:
Ante tuos ortus quæ mihi cœpta fuit.
Et quod eras aliis factus mihi natus amicus:
Quodque tibi in cunis oscula prima dedi.
Quod cũ uestra domus teneris mihi semper ab ãnis
Culta sit:esse uetus nunc tibi cogor onus.
Me tuus ille pater latiæ facundia linguæ:
Qui non inferior nobilitate fuit.
Primus:ut auderem cummittere carmina famæ
Impulit:ingenii dux fuit ille mei.
Nec quod sit primo nobis a tempore cultus
Contendo fratrem posse referre tuum:
Te tamen ante omnes ita sum complexus:ut una
Quolibet in casu gratia nostra foret:
Vltima me tecum uidit mœstusque cadentes
Excepit lachrymas italis ora genis.
Cum tibi quærenti:num uerus nuncius esset:
Attulerat culpæ quem mala fama meæ.
Inter confessum medius dubieque negantem
Hærebam pauidas dante timore notas.
Exemploque niuis:quam mollit aquaticus auster
Gutta per attonitas ibat aborta genas.
Hæc igitur referens & quod mea crimina primi
Erroris uenia posse latere uides.

Respicis antiquum lapsis in rebus amicum:
Fomentisque iuuas uulnera nostra tuis.
Pro quibus optandi si nobis copia fiat:
Tam bene pro merito commoda mille precor.
Sed si sola mihi dentur tua uota:precabor:
Vt tibi sit saluo cæsare salua parens.
Hæc ego cum faceres altaria pinguia ture:
Te solitũ memini prima rogare deos. Ad Atticũ.

ACcipe colloquium gelido nasonis ab histro
Attice iudicio non dubitare meo.
Ecqd adhuc remanes memor infœlicis amici
Deserit an partes languida cura suas?
Non ita dii mihi sunt testes ut credere possim.
Fasque putem iam te non meminisse mei.
Ante meos oculos præsto est tua semper imago:
Et uideor uultus mente uidere tuos.
Seria multa mihi tecum collata recordor:
Nec data iucundis tempora pauca iocis.
Sæpe citæ longis uisæ sermonibus horæ.
Sæpe fuit breuior:q̃ mea uerba dies.
Sæpe tuas uenit factum modo carmen ad aures:
Et noua iudicio subdita musa tuo est.
Quod tu laudabas:populo placuisse putabam:
Hoc pretium curæ dulce regentis erat.
Vtque meus lima rasus liber esset amici:
Non semel admonitu facta litura tuo est.
Nos fora uiderunt pariter:nos porticus omnis:
Nos uia:nos iunctis curua theatra locis.
Denique tantus amor nobis charissime semper:
Quantus in æaciden actoridemque fuit.
Non ego:si biberes securæ pocula lethes:
Excidere hæc credam pectore posse tuo.
Longa dies citior brumali tempore:noxque
Tardior hyberna solstitialis erit.
Nec babylon æstum:nec frigora pontus habebit:
Caltaque pestanas uincet odore rosas:
Quam tibi nostrarum ueniant obliuia rerum:
Non ita pars fati candida nulla mei est.
Ne tamen hæc dici possit fiducia mendax:
Stultaque crudelitas nostra fuisse:caue.
Constantique fide ueterem tueare sodalem.
Qua licet:& quantũ nõ oneroſus ero. Ad Solanũ.

COndita disparibus numeris ego naso solano
Præposita misi uerba salute meo:
Quæ rata sit cupio:rebusq; ut cõprobet omẽ
Te precor ut saluo possit amice legi:
Candor in hoc æuo res intermortua pene
Exigit:ut faciam talia uota:tuus.
Nam fuerim quamuis modico tibi iunctus ab usu:
Diceris exiliis ingemuisse meis.
Missaque ab euxino legeres cum carmina ponto:
Illa tuus iuuit qualiacunque fauor.
Optastique breuem fieri mihi cæsaris iram:
Quod tamen optari si sciat:ipse sinat.
Moribus ista tuis tam mitia uota dedisti:
Nec minus iccirco sunt ea grata mihi.
Quodq; magis moueare malis doctissime nostris:
Credibile est fieri conditione loci.
Vix hac inuenies totum:mihi crede:per orbem:
Quæ minus augusta pace fruatur humus.
Tu tamen hic strictos inter fera prælia uersus
Et legis:& lectos ore fauente probas.
Ingenioque meo:uena quod paupere manat
Plaudis:& e riuo flumina magna facis.
Grata quidem sunt hæc animo suffragia nostro:

Vix sibi

LIBER SECVNDVS.

Vix ſibi cum miſeros poſſe placere putes
Dum tamen in rebus tentamus carmina paruis:
Materiæ gracili ſufficit ingenium.
Nuper ut huc magni peruenit fama triumphi:
Auſus ſum tantæ ſumere molis onus
Obruit audentem grauitas rerumque nitorque:
Nec potui cœpti pondera ferre mei.
Illic quam laudes erit officioſa uoluntas
Cætera materia debilitante iacent.
Quid ſi forte liber ueſtras peruenit ad aures
Tutelam mando ſentiat ille tuam.
Hæc tibi facturo:uel ſi non ipſe rogarem.
Accedet cumulus gratia noſtra leuis.
Non ego laudandus:ſed ſunt tua pectora lacte:
Et non calcata candidiora niue.
Mirariſque alios:cum ſis mirabilis ipſe:
Ne lateant artes:eloquiumque tuum.
Te iuuenum princeps:cui dat germania nomen:
Participem ſtudii cæſar habere ſolet:
Tu comes antiquus:tu primis iunctus ab annis
Ingenio mores æquiparante places.
Te dicente prius fit protinus impetus illi:
Teque habet elicias qui ſua uerba tuis.
Cum tu deſiſtis mortaliaque ora quierunt:
Tectaque non longa conticuere mora.
Surgit iuleo iuuenis cognomine dignus:
Qualis ab eois lucifer ortus aquis:
Dumque ſilent aſtat:ſtatus ẽ uultuſq; diſerti
Spemque docens doctæ uocis amicus habet.
Mox:ubi pulſa mora eſt:atque os celeſte ſolutum:
Hoc ſuperos iures more ſolere loqui.
Atque hæc eſt dicas facundia principe digna.
Eloquio tantum nobilitatis:ineſt.
Huic tu cum placeas:& uertice ſidera tangas.
Scripta tamen profugi uatis habenda putas:
Scilicet ingeniis aliqua eſt concordia iunctis.
Et ſeruat ſtudii fœdera quiſque ſui.
Ruſticus agricolam miles fera bella gerentem:
Rectorem dubiæ nauita puppis amat.
Tu quoque pieridum ſtudio ſtudioſæ teneris.
Ingenioque faues ingenioſe meo.
Diſtat opus noſtrum:ſed fontibus exit ab iiſdem:
Artis & ingenuæ cultor uterque ſumus.
Thyrſus enim uobis:geſtata eſt laurea nobis:
Sed tamen ambobus debet ineſſe calor.
Vtque meis numeris tua dat facundia neruos:
Sic uenit a nobis in tua uerba nitor:
Iure igitur ſtudio confinia carmina noſtro.
Et cum militiis ſacra tuenda putas.
Pro quibus ut maneas de quo cenſeris amicus:
Comprecor ad uitæ tempora ſumma tuæ.
Succedatque ſuis orbis moderator habenis:
Quod mecũ populi uota p̃canſ idẽ. Ad Græcinũ.

CArmine græcinum:quem præſens uoce ſolebat
Triſtis ab euxinis naſo ſalutat aquis.
Exulis hæc uox ẽ:præbet mihi littera linguã:
Et ſi non liceat ſcribere mutus ero.
Corripis:ut debes:ſtulti peccata ſodalis
Et mala me meritis ferre minora doles.
Vera facis:ſed ſera meæ conuicia culpæ
Aſpera confeſſo uerba remitte reo.
Cum poteram recto tranſire ceraunia uelo:
Vt fera uitarem ſaxa monendus eram.
Nunc mihi naufragio quid prodeſt dicere facto
Qua mea debuerit currere cymba uia?

Brachia da laſſo potius prehendenda natanti:
Nec pigeat mento ſuppoſuiſſe manum.
Idque facis:faciaſque precor:ſic mater & uxor:
Sic tibi ſint frates:totaque ſalua domus.
Quodque ſoles animo ſemper quod uoce precari:
Omnia cæſaribus ſic tua facta probes.
Turpe erit in miſeris ueteri tibi rebus amico
Auxilium nulla parte tuliſſe tuum.
Turpe referre pedem:nec paſſo ſtare tenaci:
Turpe laborantem deſeruiſſe ratem.
Turpe ſequi caſum:& fortunæ cedere:amicum:
Et niſi ſit fœlix:eſſe negare ſuum.
Non ita uixerunt ſtrophio atque agamemnone nati:
Non hæc ægidæ pirithoique fides.
Quos prior eſt mirata:ſequens mirabitur ætas:
In quorum plauſus tota theatra ſonant.
Tu quoque per durum ſeruato tempus amico
Dignus es in tantis nomen habere uiris.
Dignus es:& quoniam laudem pietate mereris:
Non erit officii gratia ſurda tui.
Crede mihi:noſtrum ſi uon mortale futurum eſt
Carmen:in ore frequens poſteritatis eris.
Fac modo permaneas lapſo græcinæ fidelis.
Duret & in longas impetus iſte moras.
Quæ tu cum præſtes:remo tamen utar & aura:
Nil nocet admiſſo ſubdere calcar equo. Ad Atticū

ESſe ſalutatum te uult mea littera primum
A male paccatis attice miſſa getis:
Proxima ſubſequtur quid agas audire uolūtas
Et modo ſi quid agas ſit tibi cura mei.
Nec dubito quin ſit:ſed me timor ipſe malorum
Sæpe ſuperuacuos cogit habere metus.
Da ueniam quæſo nimioque ignoſce timori:
Tranquillas etiam naufragus horret aquas.
Qui ſamel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo:
Omnibus unca cibis æra ſubeſſe putat.
Sæpe canem uiſum longe fugit agna:lupumque
Credit:& ipſa ſuam neſcia uitat opem.
Membra reformidant mollem quoq; ſaucia tactum:
Vanaque ſollicitis incitat umbra metum.
Sic ego fortunæ telis confixus iniquis
Pectore concipio nil niſi triſte meo.
Iam mihi facta liquet.cœptos ſeruantia curſus
Per ſibi conſuetas ſemper itura uias.
Obſeruare deos:nequid mihi cædat amice:
Verbaque fortunæ uix puto poſſe dari.
Eſt illi curæ me perdere:quæque ſolebat
Eſſe leuis conſtans & bene certa nocet.
Crede mihi:ſi ſum ueri tibi cognitus oris:
Nec numerus noſtris caſibus eſſe poteſt.
Cyniphiæ ſegetis citius numerabis ariſtas:
Altaque q̄ multis floreat hybla tymis
Et quot aues motis nitantur in aera pennis:
Quotque natent piſces æquore certus eris:
Quam tibi noſtrorum ſtatuatur ſumma laborum:
Quos ego ſum terra:quos ego paſſus aqua.
Nulla getis toto gens eſt truculentior orbe.
Sed tamen hi noſtris ingemuere malis:
Quæ tibi ſi memori coner perſcribere uerſu:
Ilias eſt fati longa futura mei.
Non igitur uereor quo te rear eſſe uerendum:
Cuius amor nobis pignora mille dedit.
Sed quia res timida eſt omnis miſer:& qa longo eſt
Tempore letitiæ ianua clauſa meæ.
Iam dolor in morem uenit meus utque caducis

Percuſſu crebro

Percuſſu crebro ſaxa cauantur aquis:
Sic ego continuo fortunæ uulneror ictu:
Vixque habet in nobis iam noua plaga locum.
Nec magis aſſiduo uomer tennatur ab uſu:
Nec magis eſt curuis appia trita rotis:
Pectora quam mea ſunt ſerie calcata malorum:
Et nihil inueni: quod mihi ferret opem.
Artibus ingenuis quæſita eſt gloria multis:
Infœlix perii dotibus ipſe meis.
Vita prior uitio caret: & ſine labe peracta eſt.
Auxilii miſero nil tulit illa mihi.
Culpa grauis precibus donatur ſæpe ſuorum:
Omnis pro nobis gratia muta fuit.
Adiuuat in duris aliquos præſentia rebus.
Obruit hoc abſens uaſta procella caput.
Quem non obrueret taciti quoque cæſaris ira?
Addita ſunt pœnis aſpera uerba meis.
Fit fuga temporibus leuior proiectus in æquor
Arcturum ſubii pleiadumque minas.
Sæpe ſolent hyemem placidam ſentire carinæ:
Non ithacæ pupi ſæuior unda fuit.
Recta fides comitum poterat mala noſtra leuare:
Ditata eſt ſpoliis perfida turba meis.
Mitius exilium faciunt loca triſtior iſta
Terra ſub ambobus non iacet ulla polis.
Eſt aliquid patriis uicinum finibus eſſe:
Vltima me tellus: ultimus orbis habet.
Præſtat & exulibus pacem tua laurea cæſar:
Pontica finitimo terra ſub hoſte iacet.
Tempus in agrorum cultu conſumere dulce eſt.
Non patitur uerti barbarus hoſtis humum.
Temperie cæli corpuſque animuſque iuuatur:
Frigore perpetuo ſarmatis ora riget.
Eſt in aqua dulci non inuidioſa uoluptas:
Aequoreo bibitur cum ſale mixta palus.
Omnia deficiunt: animus tamen omnia uincit.
Ille etiam uires corpus habere facit.
Suſtineas ut onus nitendum eſt uertice recto:
At flecti neruos ſi patiare cades.
Spes quoque poſſe mora miteſcere principis: iram
Viuere ne nolim: deficiamque facit.
Nec uos parua datis pauci ſolatia nobis:
Quorum ſpectata eſt per mala noſtra fides.
Cœpta tene quæſo: nec in æquore deſere nauem:
Meque ſimul ſerua: iudiciumque tuũ. Ad Cottã.

REdditus eſt nobis cæſar cum cæſare nuper:
Quos mihi miſiſti maxime cotta duos.
Vtq; tuũ munus numen & quem debet: haberet:
Eſt ibi cæſaribus liuia iuncta ſuis.
Argentum fœlix: omnique beatius auro:
Quod fuerit precium cum rude numen habet.
Non mihi diuitias dando maiora dediſſes:
Cælitibus miſſis noſtra ſub ora tribus.
Eſt aliquid ſpectare deos: & adeſſe putare:
Et quaſi cum uero numine poſſe loqui.
Quantum ad me rediit: nec me tenet ultima tellus:
Vtque prius media ſoſpes in urbe moror.
Cæſareos uideo uultus: uelut ante uidebam:
Vix huius uoti ſpes fuit ulla mihi.
Vtque ſalutabam: numen cæleſte ſaluto:
Quod reduci tribuas nil puto maius habes.
Quid noſtris oculis niſi ſola palatia deſunt?
Qui locus ablato cæſare uilis erit.
Hunc ego cum ſpectem: uideor mihi cernere romam
Nam faciem patriæ ſuſtinet ille ſuæ.

Fallor:an irati mihi ſunt in imagine uultus:
Toruaque neſcio quid forma minantis habet?
Parce uir immenſo maior uirtutibus orbe:
Iuſtaque uindictæ ſupprime frena tuæ.
Parce puer ſæcli decus admirabile noſtri:
Terrarum dominum quem tua cura facit.
Per patriæ numen:quod te tibi carius ipſo eſt:
Per nunquam ſurdos in tua uota deos.
Perque tori ſociam:quæ par tibi ſola reperta eſt:
Et cui maieſtas non oneroſa tua eſt.
Perque tibi ſimilem uirtutis imagine natum:
Moribus agnoſci qui tuus eſſe poteſt.
Perque tuos uel auo dignos uel patre nepotes:
Qui ueniunt magno per tua iuſſa gradu:
Parte leua minima:noſtras & contrahe pœnas:
Daque locum ſcythico qui ſit ab hoſte procul.
Et tua:ſi fas eſt:a cæſare proxime cæſar
Numina ſint præcibus non inimica meis.
Sic fera quam primum pauido germania uultu
Ante triumphantes ſerua feratur equos.
Sic pater in pylios:cumæos mater in annos
Viuant:& poſſis filius eſſe diu.
Tu quoque conueniens ingenti nupta marito
Accipe non dura ſupplicis aure preces.
Sic tibi uir ſoſpes:ſic ſint cum prole nepotes:
Cumque bonis nuribus quas peperere nurus.
Sic quem dira tibi rapuit germania druſus:
Pars fuerit partus ſola caduca tui.
Sic tibi mature fraterni funeris ultor
Purpureus niueis filius inſtet equis:
Annuite o timidis mitiſſima numina uotis:
Præſentes aliquid proſit habere deos.
Cæſaris aduentu tutus gladiator harena
Exit:& auxilium non leue uulnus habet.
Nos quoq; ueſtra iuuet quod qua licet ora uidemus:
Facta quod eſt ſuperis iam domus una tribus.
Cœlices illi:qui non ſimulachra ſed ipſos:
Quique deum coram corpora uera uident.
Quod quoniam nobis inuidit inutile fatum:
Quos dedit aras uultus effigiemque colo:
Sic homines nouere deos:quos arduus æther
Occulit:& colitur pro ioue forma iouis.
Denique quæ mecum eſt:& erit ſine fine:cauete
Ne ſit in inuiſo ueſtra figura loco:
Nam caput e noſtra citius ceruice recedet:
Et patiar foſſis lumen abire genis:
Quam caream uobis o publica numina raptis:
Vos eritis noſtræ portus & aura fugæ.
Vos ego complectar geticis ſi cingar ab armis:
Vtque meas aquilas ueſtra ego ſigna ſequar.
Aut ego me fallo:nimiaque cupidine ludor:
Aut ſpes exilii commodioris adeſt.
Nam minus & minus eſt facies in imagine triſtis:
Viſaque ſunt dictis annuere ora meis.
Vera precor fiant timidæ præſagia mentis
Iuſtaq; quamuis eſt ſit minor ira dei.

Ad Cotim.

Regis progenies cui nobilitatis origo
Nomen in eumolphi peruenit uſque coti.
Fama loquax ueſtras ſi iam perucnit ad aures
Me tibi finitimi parte iacere ſoli:
Supplicis exaudi iuuenum mitiſſime uocem:
Quamque potes profugo: nam potes: affer opem:
Me fortuna tibi de qua:quod non queror hoc eſt:
Tradidit hoc uno non inimica mihi.
Accipe naufragium non duro littore noſtrum:

Ne fuerit

Ne fuerit terra tutior unda tua.
Regia:crede mihi:res est succurrere lapsis:
Conuenit & tanto:quantus es ipse:uiro.
Fortunam decet hoc iustam:quæ maxima cum sit:
Esse potest animo uix tamen æqua tuo.
Conspicitur nunquam meliore potentia causa:
Quam quotiens uanas non sinit esse preces
Hoc nitor iste rui generis desiderat.hoc est
Asperis ortæ nobilitatis opus.
Hoc tecum commune deis:quod utrinque rogati.
Supplicibus uestrir ferre soletis opem.
Hoc tibi & eumolphus generis clarissimus auctor:
Et prior eumolpho suadet erichthonius.
Nam quid erit:quare solito dignemur honore:
Numina si demas uelle iuuare deos?
Iuppiter oranti surdas si præbeat aures
Victima pro templo cur cadet icta iouis.
Si pacem nullam pontus mihi præstet eunti:
Irrita neptuno cur ego tura feram?
Vana laborantis si fiant uota coloni.
Accipiet grauidæ cur suis exta ceres?
Nec dabit intonso iugulum caper hostia baccho:
Musta sub inducto si pede nulla fluant.
Cæsar ut imperii moderetur frena precamur:
Tam bene q̃ patriæ consulit ipse suæ.
Vtilitas igitur magnos hominesque deosque
Efficit auxiliis quoque fauente suis.
Tu quoque fac prosis intra tua castra iacenti
O coti progenies digna parente tuo.
Conueniens hominum est hominẽ seruare uoluptas
Et melius nulla quæritur arte fauor.
Quis non antiphatem læstrigona deuouet?aut quis
Munifici mores improbat alcinoi?
Non tibi cassandrus pater est:durusue caphareus:
Quiue repertorem torruit arte sua.
Sed quam marte ferox & uinci nescius armis
Tam nunquam facta pace cruoris amans.
Adde quod ingenuas didicisse fideliter artes
Emollit mores:nec sinit esse feros.
Nec regum quisquam magis est instructus in illis:
Mitibus aut studiis tempora plura dedit
Carmina testantur:quæ si tua nomina demas:
Threicium iuuenem composuisse negem:
Neue sub hoc tractu uates foret unicus orpheus:
Bistonis ingenio est terra superba tuo.
Vtque tibi est animus cum res ita postulat:arma
Sumere:& hostili tingere cæde manum:
Atque ut es excusso iaculum torquere lacerto:
Collaque uelocis flectere doctus equi:
Tempora sic studiis data sunt ubi iusta paternis:
Atque tuis humeris forte quieuit opus.
Ne tua marcescant per inertes ocia somnos:
Lucida pieria tendis in astra uia.
Hæc quoque res aliquid tecum mihi fœderis affert
Eiusdem sacri cultor uterque sumus.
Ad uatem uates orantia brachia tendo:
Terra sit exiliis ut tua fida meis.
Non ego cæde nocens in ponti littore ueni.
Mixtaue sunt nostra dira uenena manu.
Nec mea conuicta est subiecta gemma tabella
Mendacem cæris imposuisse notam.
Nec quicquam:quod lege ueter committere:feci:
Est tamen his grauior noxa fatenda mihi.
Neue roges qnæ sit stultam quam scripsimus artem:
Innocuas nobis hæc uetat esse manus.

Et quid præterea peccarim quærere noli.
Vt pateat ſola culpa ſub arte mea.
Quicquid ideſt habuit moderatam principis iram
Qui mihi natalem nil niſi dempſit humum.
Hac quoniam careo tua nunc uicinia præſtet:
Inuiſo poſſim tutus ut eſſe loco. Ad Macrum

Acquid ab impreſſæ cognoſcis imagine cæræ
Hæc tibi naſonem ſcribere uerba macer?
Auctoriſque ſui ſi non eſt annulus index:
Cognita nec eſt noſtra littera facta manu?
An tibi noticiam mora temporis eripit horum?
Nec repetunt oculi ſigna uetuſta tui.
Sis licet oblitus gemmæ pariterque manuſque:
Exciderit tantum ne tibi cura mei.
Quam tu uel longi debes conuictibus æui:
Vel mea quod coniunx non aliena tibi eſt.
Vel ſtudiis quibus es:quam nos ſapientius uſus:
Vtque deeet nulla factus es arte nocens.
Tu canis æterno quicquid reſtabat homero:
Ne careant ſumma troica bella manu.
Naſo parum prudens artem dum tractat amandi:
Doctrinæ pretium triſte magiſter habet.
Sunt tamen inter ſe communia ſacra poetis:
Diuerſum quamuis quiſque ſequamur iter.
Quorum te memorem quanquã procul abſumus eé
Suſpicor:& caſus uelle leuare meos:
Te duce magnificas axiæ perſpeximus urbes:
Tinacris eſt oculis te duce uiſa meis.
Vidimus ætnæa cœlum ſplendeſcere flamma:
Suppoſitus monti quam uomit ore gigas
Aetnæoſque lacus:& olentis ſtagna paliſci:
Quamque ſuis cyanen miſcet anapus aquis.
Nec procul hinc nymphæ:quæ dũ fugit elidis amné
Tecta ſub æquorea nunc quoque currit aqua:
Hic mihi labentis pars anni magna peracta eſt:
Eheu quam diſpar eſt locus ille getis.
Et quota pars hæc ſunt rerum quas uidimus ambo:
Te mihi iucundas efficiente uias.
Seu rate cærúleas picta ſulcauimus undas:
Eſſeda nos agili ſiue tulere rota.
Sæpe breuis nobis uicibus uia uiſa loquendi eſt:
Pluraque ſi numeres uerba fuere gradu.
Sæpe dies ſermone minor fuit:inque loquendo
Tarda per æſtiuos defuit hora dies.
Eſt aliquid caſus pariter timuiſſe marinos:
Iunctaque ad æquoreos uota tuliſſe deos:
Et modo res egiſſe ſimul:modo rurſus ab illis:
Quorum non pudeat poſſe referre iocos.
Hæc tibi ſi ſubeant:hic ſim licet omnibus annis
Ante tuos oculos ut modo uiſus ero.
Ipſe quidem certe cum ſim ſub cardine mundi:
Qui ſemper liquidis altior extat aquis.
Te tamen intueor:quo ſolo pectore poſſum:
Et tecum gelido ſæpe ſub axe loquor:
Hic es:& ignoras:ſed ades celeberrimus abſens:
Inque getas media miſſus ab urbe uenis.
Redde uicem:& quoniam regio fœlicior iſta eſt:
Iſtic me memori pectore ſemp habe. Ad Ruffinũ.

Hos tibi ruffe breui properatum tẽpore mittit
Naſo parum fauſtæ conditor artis opus:
Vt quanq̃ longe toto ſumus orbe remoti:
Scire tamen poſſis nos meminiſſe tui.
Nominis ante mei uenient obliuia nobis:
Pectore quam pietas ſit tua pulſa meo.
Et prius hanc animam uacuas reddemus in auras:

Quam fiat

Quam fiat meriti gratia uana tui.
Grande uoco meritũ lachrymas quibus ora rigabas:
Cum mea concreto ſicca dolore forent.
Grande uoco meritum mœſte ſolatia mentis:
Cum pariter nobis illa tibique dares.
Sponte quidem perſeque mea eſt laudabilis uxor:
Admonitu melior fit tamen illa tuo.
Namque quod hermione caſtor fuit:hector iulo:
Hoc ego te lætor coniugis eſſe meæ:
Quæ ne diſſimilis tibi ſit probitate laborat:
Seque tui uita ſanguinis eſſe proba.
Ergo quod fuerat ſtimulus factura ſine ullis:
Plenius auctorem te quoque nacta facit.
Acer & ad palmæ per ſe curſurus honores.
Si tamen horteris fortius ibit equus.
Adde quod abſentis cura mandata fideli
Perficis & nullum ferre grauaris onus:
Ore ferant grates:quoniam non poſſumus ipſi:
Dii tibi:qui referent:ſi pia facta uident.
Sufficiatque diu corpus quoque moribus iſtis
Maxima fondani gloria ruffe ſoli.

P.O.NA.DE PONTO LI. III. Ad Coniugem.

SEquor laſonin pulſatum remige primum
Quæq; nec hoſte fero:nec niue terra cares
Ecqd erit tẽpus:quo uos ego paſo reliquã
In minus hoſtili iuſſus habeſſe loco?
An mihi barbaria uiuendũ é ſemp in iſta
Inque tomitana condar oportet humo?
Pace tua:ſi pax ulla eſt tua pontica tellus:
Finitimus rapido quam terit hoſtis equo:
Pace tua dixiſſe uelim:tu peſſima duro
Pars es in exilio:tu mala noſtra grauas
Tu neque uerſentis cinctum florente corona:
Te neque meſſorum corpora nuda uides:
Nec tibi pampineas auctunnus porrigit uuas
Cuncta ſed immodicum tempora frigus habent.
Tu glatie freta iuncta tenes & in æquore piſcis
Incluſus tecta ſæpe natauit aqua.
Non tibi ſunt fontes:laticis niſi pene marini:
Qui potus dubium eſt ſiſtat alat ne ſitim.
Rara nec hic fœlix in apertis eminet aruis
Arbor:& in terra eſt altera forma maris.
Non auis obloquitur:ſiluis niſi ſiqua remotis
Aequoreas rauco gutture potet aquas.
Triſtia per uacuos horrent abſcynthia campos:
Conuenienſque ſuo meſſis amara loco eſt.
Adde metus:& quod murus pulſatur ab hoſte:
Tinctaque mortifera tabe ſagitta madet.
Quam procul hæc regio eſt:& ab omni deuia curſu
Nec pede quo quiſquam nec rate tutus eat.
Non igitur mirum finem quærentibus horum:
Altera ſi nobis uſque rogatur humus:
Te magis eſt mirum non hæc euincere coniunx:
Inque meis lachrymas poſſe tenere malis.
Quid facias quæris:quæras hoc ſcilicet ipſum
Inuenies uere ſi reperire uoles.
Velle parum eſt:cupias ut repotiaris oportet:
Et faciat ſomnos hæc tibi cura breues.
Velle reor multos: quis enim mihi tam fit iniquus:
Optet ut exilium pace carere meum?
Pectore te toto cunctiſque incumbere neruis:
Et niti pro me nocte dieque decet.
Vtque iuuent alii:tu debes uincere amicos
Vxor:& ad partes prima uenire tuas.
Magna tibi impoſita eſt noſtris perſona libellis.

Coniugis exemplum diceris esse bonæ
Hanc ne degeneres: & sint præconia nostra
Vera uide: famæ quo tuearis opus.
Vt nihil ipse querar: tacito me fama queretur
Quæ debet: fuerit ni tibi cura mei.
Expossuit memet populo fortuna uidendum:
Et plus notitiæ q̃ fuit ante dedit.
Notior est factus capaneus fulminis ictu:
Notus humo mersis amphiaraus equis.
Si minus errasset: notus minus esset ulyxes.
Magna philoctetæ uulnere fama suo est.
Si locus est aliquis magna inter nomina paruis
Nos quoque conspicuos nostra ruina facit.
Nec te nesciri patitur mea pagina: quæ non
Inferius choa battide nomen habes.
Quicquid ages igitur: scæna spectabere magna:
Et pia non paucis testibus uxor eris.
Crede mihi quotiens laudaris carmine nostro:
Qui legit has laudes: an mereare: rogat.
Vtque fauere reor plures uir: tutibus istis:
Sic tua non paucæ carpere facta nolent.
Quarum: tu præsta: ne liuor dicere possit:
Hæc est pro miseri lenta salute uiri.
Cumque ego deficiam: nec possim ducere currum:
Fac tu substineas debile sola iugum:
Ad medicum specto uenis fugientibus æger:
Vltima pars animæ dum mihi restat: ades.
Quodque ego præstarem: si te magis ipse ualerem:
Id mihi cum ualeas fortius ipsa: refer.
Exigit hoc socialis amor: fœdusque maritum:
Moribus hoc coniuux exigis ipsa tuis.
Hoc domui debes: de qua censeris: ut illam
Non magis officii quam probitate colas.
Cuncta licet facias: nisi eris laudabilis uxor:
Non poterit credi martia culta tibi.
Nec sumus indigni: nec si uis uera fateri:
Debetur meritis gratia nulla meis.
Redditur illa quidem grandi cum fœnore nobis:
Nec te si cupiat lædere rumor habet.
Sed tamen hoc satis adiunge prioribus unum:
Pro nostris ut sis ambitiosa malis.
Vt minus infesta iaceam tellure labora:
Clausa nec officii pars erit ulla tui.
Magna peto sed non tamen inuidiosa roganti:
Atque ea non teneas tuta repulsa tua est.
Nec mihi succense: totiens si carmine nostro:
Quod facis ut facias: teque imitere rogo.
Fortibus assueuit: tubicen prodesse: suoque
Dux bene pugnantes incitat ore uiros.
Nota tua est probitas: testataque tempus in omne:
Sit uirtus etiam non probitate minor.
Nec tibi amazonia est pro me sumenda securis:
Aut excussa leui pelta gerenda manu.
Numen adorandum est: non ut mihi fiat amicum.
Sed sit ut iratum q̃ fuit ante minns.
Gratia si nulla est: lachryme tibi gratia fiant.
Hac potes haud nulla parte mouere deos:
Quæ tibi ne desint bene per mala nostra cauetur:
Deque uiro flendi copia diues adest.
Vtque meæ res sunt: omni puto tempore flebis:
Has fortuna tibi nostra ministrat opes.
Si mea mors redimenda tua: quod abominor: esset
Admeti coniunx quam sequereris: erat.
Aemula penelopes fieres: si fraude pudica
Instantes uelles fallere nupta procos.

Si comes

Si comes extincti manes sequerere mariti:
Esset dux facti laodomia tui.
Hyphias ante oculos tibi erat ponenda uolenti
Corpus in accensos mittere forte rogos.
Morte nihil opus est:nihil icariotide tela:
Cæsaris at coniunx ore precanda tuo:
Quæ præstat uirtute sua;ne prisca uetustas:
Laude pudicitiæ sæcula nostra premat.
Quæ ueneris formam mores iunonis habendo:
Sola est cælesti digna reperta toro.
Quid trepidas:& adire times:non impia progne
Filia ue aetæ uoce monenda tua est.
Nec nurus egysthi:nec sæua agamemnonis uxor.
Scyllaque quæ siculas inguine terret aquas.
Telegoniue parens uertendis nata figuris:
Nexaque nodosas angue meduſa comas.
Fœmina sed princeps:in qua fortuna uidere
Se probat:&cecæ crimina falsa tulit.
Qua nihil in terris ad finem solis ab ortu
Clarius excepto cæsare mundus habet.
Eligito tempus captatum sæpe rogantu:
Exeat aduersa ne tua nauis aqua.
Non semper sacras reddunt oracula sortes:
Ipsaque non omni tempore phana patent.
Cum status urbis erit:qualem nunc auguror esse:
Et nullus populi contrahet ora dolor.
Cum domus augusti capitoli more colenda
Læta quod est:& sit plenaque pacis erit.
Tunc tibi dii faciant adeundi copia fiat:
Profectura aliquid tunc tua uerba putes.
Siquid aget maius differ tua cœpta:caueque
Spem festinando præcipitare meam.
Næc rursus iubeo:dum sit uacuissima quæras:
Corporis ad cultum uix uacat illa sui.
Curia cum patribus fuerit stipata uerendis:
Per patrum turbam te quoque oportet eas.
Cum tibi contigerit formam iunonis adire:
Fac sis personæ quam tueare memor.
Nec factum defende meum:mala causa silenda est:
Nec nisi sollicitæ sint tua uerba preces.
Tunc lachrymis demenda mora est:sumissaq; terræ:
Ad non mortales brachia tende pedes.
Tu pete nil aliud:sæuo nisi ab hoste recedam:
Hostem fortunam sit satis esse mihi:
Plura quidem subeunt:sed tu turbata timore:
Hæc quoque uix poteris ore tremente loqui.
Suspicor hæc damno fore non tibi:sentiet illa
Te maiestatem pertimuisse suam.
Nec tua si fletu scindentur uerba nocebit.
Interdum lachrymæ pondera uocis habent.
Lux etiam cœptis facito bona talibus absit:
Horaque conueniens:hospitiumque fauens.
Sed prius impositio sanctis altaribus igne:
Tura fer ad magnos:uinaque pura deos.
Et quibus ante omnes augusti numen adora:
Progeniemque piam:participemque tori.
Sint utinam mites solito tibi mox tuasque
Nõ duris lachrymas uultibus aspiciãt. Ad Cottam

QVam legis a nobis missam tibi cotta salutem:
Missa sit ut uere:perueniatque precor.
Namq; meis sospes multũ cruciatibus aufers:
Atque sit ut nobis pars bona salua facis.
Cumque labent alii:iactataque uela relinquunt:
Tu laceræ remanes anchora sola rati.
Grata tua est igitur pietas:ignoscimus illis:

Qui cum fortuna terga dedere fugæ:
Cum feriant unum:non unum fulmina terrent:
Iunctaque percusso turba pauere soler.
Cumque dedit paries uenturæ signa ruinæ:
Sollicito uacuus fit locus ille metu.
Quis non e timidis ægri contagia uitat?
Vicinum metuens ne trahat inde malum.
Me quoque amicorum nimio terrore:metuque:
Non odio quidam destituere mei.
Non illis pietas:non officiosa uoluntas
Defuit:aduersos extimuere deos.
Vtque magis cauti possunt timidique uocari:
Sic appellari non meruere mali.
At meus excusat charos ita candor amicos.
Vtque habeat de me crimina nulla facit.
Sint hi contenti uenia:signentque licebit:
Purgari factum me quoque teste suum.
Pars estis pauci melior:qui rebus in arctis:
Ferre mihi nullam turpe putatis opem.
Tunc igitur meriti morietur gloria uestri:
Cum cinis assumpto corpore factus ero.
Pallor:& illa meæ superabit tempora uitæ:
Si tamen a memori posteritate legar.
Corpora debentur mœstis exanguia bustis:
Effugiunt structos nomen honosque rogos.
Occidit & theseus:& qui comitauit orestem:
Sed tamen in laudes uiuit uterque suas.
Vos etiam seri laudabunt sæpe nepotes.
Claraque erit scriptis gloria uestra meis.
Hic quoque sauromatæ iam uos nouere:getæque:
Et tales animos barbara turba probat.
Cumque ego de uestra nuper probitate referrem:
Nam didici getice:sarmaticeque loqui.
Forte senex quidam:cœtu cum staret in illo:
Reddidit ad nostros talia uerba sonos:
Nos quoque amicitiæ nomen bene nouimus hospes:
Quos procul a uobis alter& orbis habet:
Est locus in scythia:tauros dixere priores:
Qui getica longe non ita distat hnmo.
Hac ego sum terra:patriæ nec pœnitet ortus:
Consortem phœbi gens colit illa deam.
Templa manent hodie uastis innixa columnis:
Perque quaterdenos iturin illa gradus.
Fama refert illic signum cæleste fuisse:
Quoque minus dubites stat basis orba dea.
Araque quæ fuerat natura candida saxi
Decolor a fuso tincta cruore rubet.
Fœmina sacra facit tæda non nata iugali:
Quæ superat scythicas nobilitate nurus.
Sacrifici genus est:sic instituere priores:
Aduena uirgineo cæsus ut ense cadat
Regna thoas habuit mæotide clarus in ora:
Nec fuit euxinis notior alter aquis.
Sceptra tenente illo liquidas feciſſe per auras:
Nescio quam dicunt iphiginiam iter.
Quam leuibus uentis sub nube per æquora uectam:
Creditur his phœbe deposuisse locis.
Præfuerat templo multos ea rite per annos:
Inuita peragens tristia sacra manu.
Cum duo pelifera iuuenes uenere carina:
Presseruntque suo littera nostra pede.
Par fuit his ætas:& amor:quorum alter orestes:
Alter erat pylades:nomina fama tenet.
Protinus immitem triuiæ ducuntur ad aram:
Euincti geminas ad sua terga manus:

Sparsit aqua

274
5 4 7

S parsit aqua captos lustrali graia sacerdos:
Ambiat ut fuluas infula longa comas.
D umque parat sacrum:dum uelat tempora uitis:
Dum tardæ causas inuenit illa moræ.
N on ego crudelis iuuenes ignoscite dixit:
Sacra suo facio barbariora loco.
R itus iis gentis:qua uos tamen urbe uenitis?
Quodue parum fausta puppe petistis iter?
D ixit:& audito patriæ pia nomine uirgo:
Consortes urbis repperit esse suæ.
A lter ut e uobis dixit cadat hostia sacris:
Ad patrias sedes nuncius alter eat.
I re iubet pylades charum periturus orestem.
Hic negat:inque uicem pugnat uterque mori.
E xtitit hoc unum quod non conuenerat illis:
Cætera pars concors & sine lite fuit.
D um peragunt iuuenes pulchri certamen amoris:
Ad fratrem scriptas exarat illa notas.
A d fratrem mandata dabat:cuique illa dabantur:
Humanos casus aspice frater erat.
N ec mora:de templo rapiunt simulacra dianæ:
Clamque per immensas puppe feruntur aquas.
M irus amor iuuenum:quamuis abiere tot anni:
Inscythia magnum nunc quoque nomen habet.
F abula narrata est postq̃ uulgaris ab illo:
Laudarunt omnes facta piamque fidem.
S cilicet hic etiam qua nulla ferocior ora est:
Nomen amicitiæ barbara corda mouet.
Quid facere ausonia geniti debetis in urbe:
Dum tangat diros talia facta getas?
A dde quod est animus semper tibi mitis:& altæ
Iudicium mores nobilitatis habent.
Quos uolesus patrii cognoscat nominis auctor:
Quos numa maternus non neget esse suos.
A biectique probet genitiua agnomina cottæ:
Si tu non esses:interitura domus.
D igne uir hac serie lapso succurrere amico:
Conueniẽs istis moribus eẽ puta. Ad Maximũ
S I uacat exiguum profugo dare tempus amico
O sydus fabiæ maxime gentis:ades.
Dũ tibi quæ uidi refero seu corporis umbra ẽ:
Seu ueri species:seu fuit ille sopor.
N ox erat & bifores intrabat luna fenestras:
Mense fere medio quanta nitere solet:
P ublica me requies curarum somnus habebat:
F usaque erant toto languida membra toro:
C um subito pennis agitatus inhorruit aer:
Et sonuit paruo mota fenestra sono.
Territus in cubitum releuo mea membra sinistrum:
Pulsus & e trepido pectore somnus abit.
S tabat amor uultu non quo prius esse solebat:
Scæptra tenens leua tristis acerna manu.
N ec torquem collo nec habens crinale capillis:
Nec bene compositas comptus:ut ante:comas.
H orrida pendebant molles super ora capilli:
Et uisa est oculis horrida pena meis.
Qualis in aeriæ tergo solet esse columbe:
Tratatam multæ quam tetigere manus.
H unc simul agnoui:neque enim mihi notior alter:
Talibus affata est libera lingua sonis.
O puer exilii decepto causa magistro:
Quem fuit utilius non docuisse mihi.
H uc quoque uenisti:pax est ubi tempore nullo:
Et coit astrictis barbarus hister aquis.
Quæ tibi causa uiæ:nisi uti mala nostra uideres?

Quæ ſunt: ſi neſcis inuidioſa tibi.
Tu mihi dictaſti iuuenilia carmina primum.
Appoſui ſenis te duce quinque pedes:
Nec me mæonio conſurgere carmine; nec me
Dicere magnorum paſſus es acta ducum.
Forſitan exiguas: aliquas tamen arcus & ignes:
Ingenii uires comminuere mei.
Nanque ego dum canto tua regna tuæque parentis:
In nullum mea mens grande uacauit opus.
Nec ſatis hoc fuerat: ſtultus quoque carmina feci:
Artibus ut poſſes non rudis eſſe meis.
Pro quibus exilium durum mihi reddita merces
Id quoque in extremis & ſine pace locis:
At non chionides eumolphus in orphea talis:
In phrygia nec ſatyrum talis olympus erat.
Præmia nec chyron ab achylle talia cœpit:
Pythagoræque ferunt non nocuiſſe numam.
Nomina neu referam longum collecta per æuum:
Diſcipulo perii ſolus ab ipſe meo.
Dum damus arma tibi: dum te laſciue docemus:
Hæc de diſcipulo dona magiſter habet.
Scis tamen: & liquido iuratus dicere poſſes:
Non me legitimos ſollicitaſſe toros.
Scripſimus hæc illis quarum nec uitta pudicos
Attingit crines: nec ſtola longa pedes.
Dic precor hoc quando diciſti fallere nuptas:
Et facere incertum per mea iuſſa genus.
An ſit ab his omnis rigide ſummota libellis:
Quam lex furtiuos arcet habere uiros.
Quid tamen hoc prodeſt uetiti ſi lege ſeuera
Credor adulterii compoſuiſſe notas
At tu ſic habeas ferientes cuncta ſagittas:
Sic nunquam rapido lampades igne uacent:
Sic regat imperium; terraſque coerceat omnes
Cæſar ab ænea qui tibi fratre nepos.
Effice ſit nobis non implacabilis ira
Meque loco plecti commodiore uelit.
Hæc ego uiſus eram puero dixiſſe uolucri:
Hos uiſus nobis ille dediſſe ſonos.
Per mea tela faces & per mea tela ſagittas
Per matrem iuro: cæſareumque caput:
Nil niſi conceſſum nos te didiciſſe magiſtro:
Artibus & nullum crimen ineſſe tuis.
Vtque hæc: ſic utinam defendere cætera poſſes:
Scis aliud quod te læſerit eſſe magis.
Quicquid ideſt: neque enim debet dolor ipſe referri
Non potes a culpa dicere abeſſe tua.
Tu licet erroris ſub imagine crimen obumbres
Non grauior meritis iudicis ira fuit.
Vt tamen aſpicerem: conſolarerque iacentem:
Lapſa per immenſas eſt mea penna uias.
Hæc loca tum primum uidi cum matre rogante
Phaſias eſt telis fixa puella meis.
Quæ nunc cur iterum poſt ſæcula longa reuiſam
Tu facis o caſtris miles amice meis.
Pone metus igitur miteſcet cæſaris ira:
Et ueniet uotis dulcior aura tuis.
Neue moram timeas tempus quod quærimus inſtat
Cunctaque lætitiæ plena triumphus habet.
Dum domus: & nati: dum mater liuia gaudet:
Dum gaudes patriæ magne duciſque pater.
Dum tibi gratatur populus: totamque per urbem
Omnis adoratis ignibus ara calet.
Dum præbet faciles aditus uenerabile tempus:
Sperandum eſt noſtras poſſe ualere preces.

Dixit: &

Dixit:& aut ille est tenues dilapsus in auras:
Cœperunt sensus aut uigilare mei:
Si dubitem:faueas quin his o maxime dictis
Mẽnonio cygnos esse colore putem.
Sed neque mutatur nigra pice lacteus humor:
Nec quod erat candens fit terrebinthus ebur.
Conueniens animo genus est tibi:nobile nanque
Pectus:& herculæ simplicitatis habes.
Liuor iners uitium mores non exit in altos.
Vtque latent ima uipera serpit humo.
Mens tua sublimis supra genus eminet ipsum:
Grandius ingenio nec tibi nomen inest.
Ergo alii noceant miseris:optenque timeri:
Tinctaque mordaci spicula felle gerant.
At tua supplicibus domus est assueta iuuandis:
In quoꝝ nũero me precor esse uelis. Ad Rufinũ.

HAec tibi non uanam portantia uerba salutem
Naso tomitana mittit ab urbe tuus.
Vtque suo faueas mandat rufine libello:
In uestras uenit si tamen ille manus.
Est opus exiguum:uestrisque paratibus impar:
Quale tamen cunque est ut tueare rogo.
Firma ualent per se:nullumq; machaona quærunt:
Ad medicam dubius confugit æger opem.
Non opus est magnis placido lectore poetis:
Quemlibet inuitum difficilemque tenent.
Nos quibus ingenium longi minuere labores:
Aut etiam nullum forsitan ante fuit.
Viribus infirmi uestro candore ualemus
Quem mihi si demas:omnia rapta putem.
Cunctaque cum mea sint propenso nixa fauore:
Præcipuum ueniæ ius habet ille liber.
Spectatum uates alii scripsere triumphum:
Est aliquid memori uisa notare manu.
Nos ea uix auidam uulgi captata per aurem
Vidimus:atque oculi fama fuere mei.
Scilicet affectus similes:aut impetus idem
Rebus ab auditis conspicuisq; uenit.
Nec nitor argenti quem uos uidistis & auri:
Quod mihi defuerit purpuraque illa quæror:
Sed loca uel gentes formatæ mille figuris:
Nutrissent carmen prælíaque ipsa meum.
Et regum uultus certissima pignora gentis
Iuuissent aliqua forsitan illud opus.
Plausibus ex ipsis populi lætoque fauore:
Ingenium quoduis incaluisse potest.
Tamque ego sumpsissem tali clamore uigorem:
Quam rudis audita miles ad arma tuba.
Pectora sunt nobis niuibus glacieque licebit:
Atque hoc quem patior frigidiora loco:
Illa ducis facies in curru stantis eburno:
Excuteret frigus sensibus omne meis.
His ego defectus dubiisque auctoribus usus
Ad uestri uenio iure fauoris opem.
Nec mihi nota ducum:nec sunt mihi nota locorum
Nomina:materiam non habuere manus.
Pars quota de tantis rebus quam fama referre:
Aut aliquis nobis scribere posset:erat.
Quo magis o lector debes ignoscere:si quid
Erratum est illic præteritumue mihi:
Adde quod assiduas domini meditata querelas
Ad lætum carmen uix mea uersa lira est.
Vix bona post tanto querenti uerba subibant:
Et gaudere aliquid res mihi uisa noua est:
Vtque reformidant insuetum lumina solem:

Sic ad lætitiam mens mea ſegnis erat.
Eſt quoque cunctarum nouitas gratiſſima rerum:
Gratiaque officio quod mora tardat abeſt.
Cætera certatim de magno ſcripta triumpho:
Iam pridem populi ſuſpicor ore legi.
Illa bibit lector ſitiens mea pocula plenus
Illa recens pota eſt:noſtra tepebit aqua.
Non ego ceſſaui:nec fecit inertia ſerum.
Vltima me uaſti ſuſtinet ora freti.
Dum uenit huc rumor:properataque carmina fiunt.
Factaque eunt ad uos:annus abiiſſe poteſt:
Nec minimum refert:intacta roſaria primus:
An ſera carpas pene relicta manu.
Quid mirum lectis exhauſto floribus horto:
Si duce non facta eſt digna corona ſuo.
Deprecor hac uatum contra ſua carmina ne quis
Dicta putet:pro ſe muſa locuta mea eſt.
Sunt mihi uobiſcum communia ſacra poetæ:
In ueſtro miſeris ſi licet eſſe choro.
Magnaque pars animi mecum uixiſtis amici:
Hac ego uos abſens nunc quoque parte colo:
Sint igitur ueſtro mea commendata fauore
Carmina:non poſſum pro quibus ipſe loqui.
Scripta placent a morte fore:quia lædere uiuos
Liuor:& inuiſo carpere dente ſolet.
Si genus eſt mortis male uiuere:terra moratur:
Et deſunt fatis ſola ſepulchra meis.
Denique opus noſtræ culpetur ut undique curæ:
Officium nemo qui reprehendat erit.
Vt deſint uires:tamen eſt laudanda uoluntas.
Hac ego contentos auguror eſſe deos.
Hæc facit:ut ueniat pauper quoque gratus ad aras:
Et placeat cæſo non minus agna boue.
Res quoque tanta fuit:quantæ ſubſiſtere ſummo
Aeneidos uati grande fuiſſet onus.
Ferre etenim molles elegi tam uaſta triumphi
Pondera diſparibus non potuere rotis.
Quo pede nunc utar dubia eſt ſententia nobis:
Alter enim de te rhene triumpus adeſt.
Irrita uotorum non ſunt præſagia uatum.
Danda ioui laurus dum prior illa uiret.
Nec mea uerba legis.qui ſum ſummotus ad hiſtos
Non bene pacatis flumina pota getis.
Iſta dei uox eſt:deus eſt in pectore noſtro:
Hoc duce prædico uaticinorque deo.
Quid ceſſas currum pompamque parare triumphis
Liuia?dant nullas iam tibi bella moras.
Perfida damnatas germania proiicit haſtas
Iam pondus dices omen habere meum.
Crede breuique fides aderit:geminabit honorem
Filius:& iunctis ut prius:ibit equis.
Prome quod iniicias humeris uictoribus oſtrum:
Ipſa poteſt ſolitum noſſe corona caput.
Scuta ſed & galeæ gemmis radientur & auro:
Stentque ſuper uictos trunca trophea uiros
Oppida turritis cingantur eburnea muris:
Fictaque res uero more putetur agi.
Squallidus immitat fracta ſub arundine crines
Rhenus:& infeſtas ſanguine potet aquas.
Barbara iam capiti poſcant inſignia reges:
Textaque fortuna diuitiora ſua.
Et quæ præterea uirtus inuicta tuorum
Sæpe parata tibi ſæpe paranda facit.
Dii quorum monitu ſumus hæc uentura locuti
Verba precor celeri noſtra probate fide.

QVam legis unde tibi mittatur epiſtola quæris:
Hinc ubi ceruleis iungitur hiſter aquis.
Vt regio dicta eſt: ſuccurrere debet & auctor:
Læſus ab ingenio naſo poeta ſuo.
Qui tibi quam mallet præſens afferre ſalutem:
Mittit ab hirſutis maxime cotta getis.
Legimus o iuuenis patrii non degener oris
Dicta tibi pleno uerba diſerta foro:
Quæ quaq̃ lingua mihi ſunt properante per horas
Lecta ſatis multas: pauca fuiſſe queror.
Plura ſed hæc feci relegendo ſæpe: nec unquam
Hæc mihi quam primo grata fuere minus.
Cunque ſua totiens nihil e dulcedine perdant:
Viribus illa ſuis non nouitate placent.
Felices quibus hæc ipſo cognoſcere in actu:
Et tam facundo contigit ore frui.
Nam quanquam ſapor eſt ablata dulcis in unda:
Gratius ex ipſo fonte bibuntur aquæ.
Et magis aducto pomum decerpere ramo:
Quam de celata ſumere lance iuuat.
At niſi peccaſſem: niſi me mea muſa fugaſſet:
Quod legi tua uox exhibuiſſet opus.
Vtque fui ſolitus ſediſſem forſitan unus
De centum iudex in tua uerba uiris.
Maior & impleſſet ptæcordia noſtra uoluptas:
Dum traherer dictis: annuerimque tuis.
Quem quoniam fatum patria uobiſque relictis
Inter inhumanos maluit eſſe getas.
Quod licet ut uidear tecum magis eſſe legendo:
Sæpe precor ſtudii pignora mitte tui.
Exemploque meo: niſi ded ignaris id ipſum
Vtere: quod nobis rectius ipſe dares.
Nanque ego qui perii iam pridem maxime uobis
Ingenio nitor non periiſſe meo.
Redde uicem: nec rara tui monumenta laboris
Accipiant noſtræ grata futura manus.
Dic tamen o iuuenis ſtudiorum plene meorum
Ecquid ab his ipſis admoneare mei.
Ecquibus aut recitas factum modo carmen amicis?
Aut quod ſæpe ſoles exigis ut recitent?
Interdum queritur tua mens oblita quid abſit:
Neſcio quid certe ſenſit abeſſe tui.
Vtque loqui multum de me præſente ſolebas:
Nunc quoque naſonis nomen in ore tuo eſt?
Ipſe quidem getico peream uiolatus ab arcu:
Et ſit periuri quam prope pœna uides
Te niſi momentis uideo pœne omnibus abſens:
Gratia ſit menti: quolibet ire licet.
Hac ubi perueni nulli cernendus in urbem:
Sæpe loquor tecum: teque loquente fruor.
Tunc mihi difficile eſt: quam ſit bene dicere quãq;
Candida iudiciis illa ſit ora meis.
Tunc me ſi qua fides: cœleſti ſede receptum
Cum fortunatis ſuſpicor eſſe deis.
Rurſus ubi huc redii cœlum ſuperoſque relinquo.
Aſtyge non longe pontica diſtat humus.
Vnde ego ſi fato nitor prohibente reuerti:
Spem ſine profectu maxime tolle mihi.
NAſo ſuo: poſuit nomen cui pene: ſodali
Mittit ab euxinis hoc breue carmen aquis.
At ſi cauta parum ſcripſiſſet dextra quis eẽs:
Forſitan officio parta querela foret.
Cur tamen hoc aliis tutum credentibus: unus
Appellent ne te carmina noſtra rogas?
Quanta ſit in media clementia ceſaris ira:

Si neſcis:ex me certior eſſe potes.
Huic ego quam patior nil poſſe demere pœnæ:
Si iudex meriti cogerer eſſe mei.
Non uetat ille ſui quenquam meminiſſe ſodalis.
Nec prohibet tibi me ſcribere teque mihi.
Nec ſcelus admittas:ſi conſoleris amicum:
Mollibus & uerbis aſpera fata leues:
Cur dum tuta times:facis ut reuerentia talis
Fiat in auguſtos inuidioſa deos?
Fulminis afflatos interdum uiuere telis
Vidimus & refici non prohibente ioue.
Nec quia neptúnus nauem lacerauit ulyxis:
Leucothoæ nanti ferre negauit opem.
Crede mihi miſeris cæleſtia numina parcunt.
Nec ſemper læſos & ſine fine premunt:
Principe nec noſtro deus eſt moderacior ullus
Iuſtitia uires temperat ille ſuas.
Nuper eam cæſar facto de marmore templo
Iam pridem poſuit mentis in æde ſuæ.
Iuppiter in multos temeraria fulmina torquet:
Qui penam culpa non meruere pati:
Obruerit cum tot ſæuis deus æquoris undis:
Ex illis mergi pars quota digna fuit.
Cum pereant acie fortiſſima quæque:uel ipſo
Iudice delectus martis iniquus erit.
At ſi forte uelis in nos inquerere:nemo eſt
Qui ſe quod patitur commeruiſſe neget.
Adde qđ extinctos uel aqua:uel marte:uel igne
Nulla poteſt iterum reſtituiſſe dies:
Reſtituit multos:aut pœnæ parte leuauit
Cæſar:& in multis me precor eſſe uelit.
At tu cum tali populus ſub principe ſimus:
Alloquio profugi credis ineſſe metum.
Forſitan hæc domino buſyride iura timeres:
Aut ſolito clauſos urere in ære uiros.
Deſine mitem animum uano infamare timore:
Sæua quid in placidis ſaxa uereris aquis?
Ipſe ego quod primo ſcripſi ſine nomine uobis:
Vix excuſari poſſe mihi uideor:
Sed pauor attonito rationis dempſerat uſum:
Ceſſerat omne meis conſiliumque malis
Fortunamque meam meruens non uindicis iram:
Terrebar titulo nominis ipſe mei.
Hactenus admonitus memori concede poetæ:
Ponat ut in chartis nomina chara ſuis.
Turpe erit ambobus:longo mihi proximis uſu:
Si nulla libri parte legere mei.
Ne tamen iſte metus poſſit tibi rumpere ſomnos:
Non ultra quamuis officioſus ero.
Teque tegam quis ſis:niſi cum permiſeris ipſe
Cogetur nemo munus habere meum.
Tu quoque quem poteras uel aperte tutus amare
Si res eſt anceps illa latenter ama.
VErba mihi deſunt eadem tam ſæpe roganti:
Iamque pudet uanas fine carere preces
Tædia conſimili fieri de carmine uobis
Quidque petam cunctos edidiciſſe reor.
Noſtraque quid portet iam noſtris epiſtola:quamuis
Charta ſit a uinclis non labefacta ſuis
Ergo mutetur ſcripti ſententia noſtri:
Ne totiens contra q̃ rapit amnis eam.
Quod bene de nobis ſperaui ignoſcite amici:
Talia peccandi iam mihi finis erit.
Te grauis uxori dicar quæ ſcilicet in me:
Quam proba tam timida eſt experienſque parum

Hoc quoque

Hoc quoque naſo feres:& enim peiora tuliſti:
Iam tibi ſentiri ſarcina nulla poteſt.
Ductus ab armento taurus detrectat aratrum.
Subtrahit & duro colla nouella iugo.
Nos quibus aſſueuit fatum crudeliter uti:
Ad mala iam pridem non ſumus ulla rudes.
Venimus in geticos fines:moriamur in illis
Parcaq; ad extremum quo mea cœpit eat.
Spem iuuat amplecti:quæ non iuuat irrita ſemper:
Et fieri cupias ſi qua futura putas.
Proximus huic gradus eſt:bene deſperare ſalutem:
Seque ſemel uera ſciſſe periſſe fide.
Curando fieri quædam maiora uidemus
Vulnera:quæ melius non tetigiſſe fuit.
Mitius ille perit:ſubita qui mergitur unda:
Quam ſua qui liquidis brachia laſſat aquis
Cur ego concepi ſcythicis me poſſe carere
Finibus?& terra proſperiore frui?
Cur aliquid deme ſperaui lenius unquam?
An fortuna mihi ſic mea nota fuit?
Torqueor en grauius:repetitaque forma locorum
Exilium renouat triſte:recenſque facit.
Eſt tamen utilius ſtudium ceſſare meorum:
Quam quas admorim non ualuiſſe preces.
Magna quidem res eſt:quam non audetis amici:
Sed ſi quis peteret:qui dare uellet:erat.
Dum mō non uobis hoc cæſaris ira negabit.
Fortiter euxinis imoriemur aqs. Ad Maximū.

QVæ tibi quærebam memorem teſtantia curam
Dona tomitanus mittere poſſet ager.
Dignus eſt argento:fuluo quoq; dignior auro:
Sed te cum donas iſta iuuare ſolent.
Nec tamen hæc loca ſunt ullo pretioſa metallo:
Hoſtis ab agricola uix ſinit illa fodi.
Purpura ſæpe tuos fulgens protexit amictus:
Sed non ſarmatico tingitur illa mari.
Vellera dura ferunt pecudes:& palladis uti.
Arte tomitanæ non didicere nurus.
Fœmina pro lana cerealia munera frangit:
Suppoſitoque grauem uertice portat aquam.
Non hic pampineis amicitur uitibus ulmus:
Nulla premunt ramos pondere poma ſuo.
Triſtia deformes pariunt abſynthia campi:
Terraque de fructu q̄ ſit amara docet.
Nil igitur tota ponti regione ſiniſtri:
Quod mea ſedulitas mittere poſſet:erat.
Clauſa tamen miſi ſcythica tibi tela pharetra:
Hoſte precor fiant illa cruenta tuo.
Hos habet hæc calamos:hos hæc habet hora libellos:
Hæc uiget in noſtris maxime muſa locis
Quæ q̄q̄ miſiſſe pudet:quia parua uidentur:
Tu tñ hæc quæſo cōſule miſſa boni. Ad Brutū.

QVod ſit in his eadem ſententia brute libellis:
Carmina neſcio quem carpere noſtra refers:
Nil niſi me:terra fruat ut propiore:rogare:
Et quam ſim dempſo cinctus ab hoſte loqui:
O quam de multis uitium reprehenderis unum:
Hoc peccat ſolum ſi mea muſa:bene eſt.
Ipſe ego librorum uideo delicta meorum:
Cum ſua plus iuſto carmina quiſque probet.
Auctor opus laudat:ſic forſitan actius olim.
Therſitē facie dixerit eſſe bona.
Iudicium tamen hoc noſtrum non decipit error
Nec quicquid genui protinus illud amo.
Cur igitur ſi me uideam delinquere peccem?

Et patiar ſcripto crimen ineſſe rogas?
Non eadem ratio eſt ſentire & demere morbos:
Senſus ineſt cunctis: tollitur arte malum.
Sæpe aliquod uerbum cupiens mutare: relinquo
Iudicium uires diſtituuntque meum.
Sæpe piget: quid enim dubitem tibi uera fateri:
Corrigere: & longi ferre laboris onus
Scribentem iuuat ipſe fauor: minuitque laborem:
Cumque ſuo creſcens pectore feruet opus.
Corrigere at res eſt tanto magis ardua: quanto
Magnus ariſtarcho maior homerus erat.
Sic animum lento curarum frigore lædit:
Vt cupidi curſus frena retentat equi.
Atque ita dii mittes minuãt mihi cæſaris iram:
Oſſaque pacata noſtra tegantur humo.
Vt mihi conanti non nunquam intendere curas:
Fortunæ ſpecies obſtat acerba meæ.
Vixque mihi uideor faciam quod carmina ſanus:
Inque feris curem corrigere ipſe getis:
Nil tamen eſt ſcriptis magis excuſabile noſtris:
Quam ſenſus cunctis pene quod unus ineſt.
Læta fere lætus cecini: cano triſtia triſtis.
Conueniens operi tempus utrunque ſuo eſt.
Quid: niſi de uitio ſcribam regionis amaræ?
Vtque loco moriar commodiore precer?
Cum totiens eadem dicam: uix audior ulli.
Verbaque profectu diſſimulata carent:
Et tamen hæc eadem cum: ſint non ſcribimus iiſdẽ:
Vnaque per plures ars mea tentat opem.
An ne his ut ſenſum lector reperiret eundem:
Vnus amicorum brute rogandus erat?
Non fuit hoc tanti: confeſſo ignoſcite doſti.
Vilior eſt operis fama ſalute mea.
Denique materia quam quis ſibi finxerit ipſe
Arbitrio uariat multa poeta ſuo.
Muſa mea eſt index nimiú quoque uera malorum:
Atque incorrupti pondera teſtis habet.
Non liber ut fieret: ſed uti ſua cuique daretur
Littera propoſitum: curaque noſtra fuit.
Poſtmodo collectas ut cunque ſine ordine iunxi:
Hoc opus electum ne mihi forte putes.
Da ueniam ſcriptis: quorum non gloria nobis
Cauſa: ſed utilitas officiumque fuit.

Publii Ouidii Naſonis de Ponto Liber Quartus.

Ad Sextum pompeium.

Accipe pompei deductum carmen ab illo:
Debitor eſt uitæ qui tibi ſexte ſuæ:
Qui ſeu nõ phibes a me tua nomina poni
Accedet meritis hæc quoq; ſumma tuis.
Siue trahis uultus equidẽ peccaſſe fatebor
Delicti tamen eſt cauſa probãda mei.
Non potuit mea mens: eſſet quid grata teneri:
Sic precor officio non grauis ipſa pio.
O quotiens ego ſum libris mihi uiſus in iſtis
Impius in nullo quod legerere loco.
O quotiens: alius uellem cum ſcribere nomen:
Rettulit in cæras inſcia dextra tuum.
Ipſe quidem placuit mendis in talibus error:
Et uix inuita eſt facta litura manu.
Viderit ad ſummam dixi licet ipſe quæratur.
Ah pudet offenſam non meruiſſe prius.
Da mihi: ſi quid ea eſt hebetantem pectora lethen.
Oblitus potero non tamen eſſe tui.
Idque ſinas oro: nec faſtidita repellas
Verba nec officio crimen ineſſe putes.

Et leuis

Et leuis hæc meritis referatur gratia tantis:
Si minus inuito te quoque gratus ero.
Nunquam pigra fuit noſtris tua gratia rebus:
Nec mihi munificas arca negauit opes.
Nunc quoque nil ſubitis clementia territa fatis
Auxilium uitæ fertque referque meæ.
Vnde rogas forſan fiducia tanta futuri
Sit mihi:quod fixit quiſque tuetur opus.
Vt uenus artificis labor ē & gloria choi:
Aequoreo madidas quæ premit imbre comas.
Arcis ut actææ uel eburna:uel ærea cuſtos
Bellica phidiaca ſtat dea facta manu.
Vendicat ut calais laudem quos fecit equorum:
Vt ſimilis ueræ uaccha myronis opus.
Sic ego ſum rerum non ultima ſexte tuarum:
Tuteleq; feror munus opuſq; tuæ. Ad Seuerum.

QVod legis o uates magnorum maxime uatū:
Venit ab intonſis uſque ſeuere getis.
Cuius adhuc nomen noſtros tacuiſſe libellos:
Si modo permittis dicere uera pudet.
Orba tamen numeris ceſſauit epiſtola nunquam
Ire per alternas officioſa uices.
Carmina ſola tibi memorem teſtantia curam
Non data ſunt.quid enim quæ facis ipſe:darem?
Quis mel ariſtæo?quis baccho uina phalerna?
Triptolemo fruges?poma dat alcinoo?
Fertile pectus habes:interque helicona colentes
Vberius nulli prouenit iſta ſeges.
Mittere adhuc carmen:frondes erat addere ſiluis.
Hæc mihi cunctanti cauſa ſeuere fuit.
Nec tamen ingenium nobis reſpondet:ut ante:
Sed ſiccum ſterili uomere littus aro.
Scilicet:ut limus uenas excæcat in undis:
Læſaque ſuppreſſo fonte reſiſtit aqua:
Pectora ſic mea ſunt limo uitiata malorum:
Et carmen uena pauperiore fluit.
Si quis in hac ipſum terra poſuiſſet homerum:
Eſſet:crede mihi:factus & ille getes.
Da ueniam faſſo:ſtudiis quoque frena remiſi.
Ducitur & digitis littera rara meis.
Impetus ille facer:qui uatum pectora nutrit:
Qui prius in nobis eſſe ſolebat:abeſt.
Vix uenit in partes:uix ſumptæ muſa tabellæ:
Imponit pigras pene coacta manus.
Paruaque ne dicam ſcribendi nulla uoluntas.
Eſt mihi nec numeris nectere uerba iuuat.
Siue quod hinc fructus adeo non cæpimus ullos:
Principium noſtri res fuit iſta mali:
Siue quod in tenebris numeroſos ponere geſtus:
Quodque legas nulli ſcribere carmen obeſt.
Excitat auditor ſtudium:laudataque uirtus
Creſcit:& immenſum gloria calcar habet.
Hic mea cui recitem:niſi flauis ſcripta corallis?
Quaſque alias gentes barbarus hiſter habet?
Sed quid ſolus agam? quaque infœlicia perdam
Ocia materia:furripiamque diem?
Nam neque me uinum:nec me tenet alea fallax:
Perque clam tacitum tempus abire ſolet.
Nec me:quod cuperem:ſi per fera bella liceret:
Oblectat cultu terra nouata ſuo.
Quid niſi pierides,ſolatia frigida reſtant:
Non bene de nobis quæ meruere deæ?
At tu cui bibitur fœlicius aonius fons:
Vlterius ſtudium quod tibi cedit:ama.
Sacraque muſarum merito cole:quodque leganus

Huc aliquid curæ mitte recentis opus.
Conquerar? an taceã? ponã ſine nomine crimen?
An notum quis ſis omnibus eſſe uelim?
Nomine non utar: ne commendere querela:
Quæraturque tibi nomine fama meo:
Dum mea puppis erat ualida fundata carina:
Qui mecum uelles currere primus eras.
Nunc: quia contraxit uultum fortuna recedis:
Auxilio poſtq̃ ſcis opus eſſe tuo.
Diſſimulas etiam: nec me uis noſſe uideri:
Quiſque ſit audito nomine naſo rogas.
Ille ego ſum: q̃q̃ non uis audire: uetuſta
Pene puer puero iunctus amicitia.
Ille ego qui primus tua ſeria noſſe ſolebam:
Qui tibi iucundis primus adeſſe iocis.
Ille ego conuictor denſoque domeſticus uſu:
Ille ego iudiciis unica muſa tuis.
Ille ego ſum: qui nunc an uiuam perfide neſcis
Cura tibi de quo quærere nulla fuit.
Siue fui nunquam charus: ſimulaſſe fateris:
Seu non fingebas inueniere leuis:
Aut age dic aliquam quæ te mutauerit iram.
Nam niſi iuſta tua eſt: iuſta querela mea eſt.
Quod te nunc crimen ſimilem uetat eſſe priori:
An crimen: cœpi quod miſer eſſe: uocas?
Si mihi rebus opem nullam factiſque ferebas:
Veniſſet uerbis charta notata tribus.
Vix equidem credo ſed & inſultare iacenti
Te mihi nec uerbis parcere fama refert.
Quid facis ah demens? cur ſi fortuna recedat:
Naufragio lachrymas eripis ipſe tuo?
Hæc dea non ſtabili quam ſit leuis orbe fatetur:
Quæ ſummum dubio ſub pede ſemper habet
Quolibet eſt folio & quauis incertio aura:
Par illi leuitas improbe facta tua eſt:
Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo:
Et ſubito caſu quæ ualuere ruunt.
Diuitis audita eſt cui non opulentia croeſi?
Nempe tamen uitam captus ab hoſte tulit.
Ille ſyracuſia modo formidatus in urbe
Vix humili duram reppullit arte famem.
Quid fuerat magno maius? tamen ipſe rogauit
Summiſſa fugiens uoce clientis opem.
Cuique uero totus terrarum paruit orbis
Indignus effectus omnibus ipſe magis:
Ille ingurthino clarus cymbroque triumpho:
Quo uictis totiens conſule roma fuit.
In cœno marius iacuit canaque paluſtri.
Pertulit & tanto multa pudenda uiro.
Ludit in humanis diuina potentia rebus:
Et certam præſens uix habet hora fidem:
Iſſus ad euxinum ſi quis mihi diceret: ibis:
Et metues arcu ne feriere getæ:
I bibe dixiſſem purgantes pectora ſuccos:
Quicquid & in tota naſcitur anticyra.
Sum tamen hæc paſſus: nec ſi mortalia poſſem
Et ſumi poteram tela cauere dei.
Tu quoque fac timeas: & quæ tibi læta uidentur.
Dum loqueris fieri triſtia poſſe puta.

Ad Sextum Pompeium.

NVlla dies adeo eſt auſtralibus humida nimbis
Non intermiſſis ut fluat imber aquis.
Nec ſterilis locus ullus ita eſt: ut non ſit in illo
Mixta fere duris utilis herba rubis.
Nil adeo fortuna grauis miſerabile fecit:

Vt minuant

Vt minuant nulla gaudia parte malum.
Ecce domo patriaque carens oculisque meorum
Naufragus ingetici littoris actus aquis:
Qua tamen inueni uultum diffundere causa
Possim:& fortunæ nec meminisse meæ.
Nam mihi cum fulua tristis spatiarer harena:
Visa est a tergo penna dedisse sonum.
Respicio corpus erat:quod cernere possem.
Verba tamen sunt hæc aure recepta mea.
En ego lætarum uenio tibi nuncia rerum
Fama per immensas aere lapsa uias.
Consule pompeio quo non tibi charior alter
Candidus & fœlix proximus annus erit.
Dixit & ut læto pontum rumore repleuit:
Ad gentes alias hinc dea uertit iter.
At mihi dilapsis inter noua gaudia curis:
Excidit asperitas huius iniqua loci.
Ergo ubi iane biceps longum reseraueris annum:
Pulsus & a sacro mense december erit.
Purpura pompeium summi uelabit honoris:
Ne titulis quicquam debeat ille suis.
Cernere iam uideor rumpi pene atria turba:
Et populum lædi deficiente loco.
Templaque tarpeiæ primum tibi sedis adiri:
Et fieri faciles in tua uota deos.
Colla bouesniuecos certe præbere securi:
Quos aluit campis herba falisca suis.
Cumque deos omnes tum quos impenius æquos
Esse tibi cupias cum ioue cæsar erit.
Curia te excipiet:patresque ex more uocati
Intendent aures ad tua uerba suas.
Hos ubi facundo tua uox hilarauerit ore:
Vtque solet tulerit prospera uerba dies:
Egeris & meritas superis cum cæsare grates:
Qui causam:facias cur ita sæpe:dabit.
Inde domum repetes toto comitante senatu:
Officium populi uix capiente domo.
Me miserum turba:quod non ego cernor in illa:
Nec possunt istis lumina nostra frui.
Qua licet absenetm:qua possum mente uidebo
Aspiciet uultus consulis illa sui.
Dii faciant:aliquo subeat tibi tempore nostrum
Nomen & heu dicas quid miser ille facit?
Hæc tua protulerit siquis mihi uerba:fatebor
Protinus exilium mitius ee meum.

Ad Pompeium Consulem.

ATe leues elegi doctas ad consulis aures:
Verbaque honorato ferte legenda uiro.
Longa uia est:nec uos pedibus,pceditis:æquis:
Tectaque brumali sub niue terra latet.
Cum gelidam tracem:& opertum nubibus æmon:
Et maris ioni transieritis aquas.
Luce minus decima dominam uenietis in urbem:
Vt festinatum non faciatis iter.
Protinus inde domus uobis pompeia petatur:
Non est augusto iunctior ulla foro.
Si quis:ut in populo qui sitis:& unde requirat:
Nomina decepta quælibet aure ferat.
Vt sit enim tutum:sicut reor:esse:fateri:
Verba minus certe ficta timoris habent.
Copia nec uobis ullo prohibente uidendi
Consulis:ut limen contigeritis erit:
Aut reget ille suos dicenda iura quirites:
Conspicuum signis cum premet altus ebur:
Aut populi reditus positam componet ad hastam:

Et minui magnæ non ſinet urbis opes:
Aut ut erunt patres in iulia templa uocati
De tanto dignis conſule rebus aget.
Aut feret auguſto ſolitam natoque ſalutem:
Deque parum noto conſulet officio.
Tempus ab his uacuum cæſar germanicus omne
Aufert à magnis hunc colit ille deis.
Cum tamen a turba rerum requieuerit harum:
Ad uos manſuetas porriget ille manus:
Quidque parens ego ueſter agam fortaſſe requiret:
Talia uos illi reddere uerba uelim.
Viuit adhuc uitamque tibi debere fatetur:
Quod prius:a miti cæſare munus habet.
Te ſibi cum fugeret memori ſolet ore referre:
Barbarie tutas exhibuiſſe uias.
Sanguine biſtonium quod non tepefecerit enſem:
Effectum cura pectoris eſſe ſui.
Addita præterea uitæ quoque multa tuendæ
Munera:ne proprias attenuerat opes.
Pro quibus ut meritis referatur gratia:iurat:
Se fore mancipium tempus in omne tuum:
Nam prius umbroſa carituros arbore montes:
Et freta ueliuolas non habitura rates:
Fluminaque in fontes curſu reditura ſupino:
Gratia quam meriti poſſit abire tui.
Hæc ubi dixeritis:ſeruet ſua dona rogate:
Sic fuerit ueſtræ cauſa peracta uiæ. Ad Brutum.

QVam legis ex illis tibi uenit epiſtola brute:
Naſonem nolles in quibus eſſe locis.
Sed quod tu nolles:uoluit miſerabile fatum:
Hei mihi plus illud q̃ tua uota ualet.
In ſcythia nobis quinquennis olympias acta eſt:
Iam tempus luſtri tranſit in alterius.
Perſtat enim fortuna tenax uotiſque malignum
Opponit uotis inuidioſa pedem:
Certus eras pro me fabiæ laus maxima gentis
Numen ad auguſtum ſupplice uoce loqui.
Occidis ante preces:cauſamque ego maxime mortis:
Non fueram tanti:me reor eſſe tuæ.
Iam timeo noſtram cuiq̃ mandare ſalutem.
Ipſum morte tua concidit auxilium.
Cœperat auguſtus deceptæ ignoſcere culpæ.
Spem noſtram terras deſeruitque ſimul.
Quale tamen potui de cælite brute recenti
Veſtra procul poſitu carmen in ora dedi.
Quæ proſit pieras utinam mihi:ſitque malorum
Iam modus:& ſacræ mitior ira domus.
Te quoque idem liquido poſſum iurare precari
O mihi non dubia cognite brute nota.
Nam cum præſtiteris uerum mihi ſemper amorem:
Hic tamen aduerſo tempore creuit amor.
Quique tuas pariter lachrymas noſtraſque uideret:
Paſſuros pœnam crederet eſſe duos.
Lenem te miſeris genuit natura:nec ulli
Mitius ingenium quam tibi brute dedit.
Vt quicquid ualeas ignoret marte forenſi
Poſſe tuo pectus uix putet ore reos.
Scilicet eiuſdem eſt:quamuis pugnare uidetur:
Supplicibus facilem fontibus eſſe trucem.
Cum tibi ſuſcepta eſt legis uindicta ſeueræ:
Verba uelut tinctum ſingula uiris habent.
Hoſtibus eueniat quam ſis uiolentus in armis
Sentire:& linguæ tela ſubire tuæ.
Quæ tibi tam tenui cura limantur:ut omnes
Iſtius ingenium corporis eſſe negent.

At ſi quem

At ſi quem lædi fortuna cernis iniqua:
Mollior eſt animo fœmina nulla tuo.
Hoc ego præcipue ſenſi:cum magna meorum
Noticiam pars eſt inſaciata mei.
Immemor illorum:ueſtri non immemor unquam
Qui mala ſollicite noſtra leuatis ero.
Etprius hinc nobis nimium conterminus hiſter
In caput euxino de mare uertet iter.
Vtque thyeſteæ redeant ſi tempora menſæ
Solis ad eoas currus agetur aquas:
Quam quiſquam ueſtrū qui me doluiſtis ademptū
Arguat ingratū nō meminiſſe ſui. Ad Veſtalem.

MIſſus es euxinas quoniam ueſtalis ad oras:
Vt poſitis reddas iura ſub axe locis:
Aſpicis en præſens quali iaceamus in aruo:
Nec me teſtis eris falſa ſolere queri.
Accedet uoci noſtræ non irrita per te
Alpinis iuuenis regibus orte fides.
Ipſe uides certe glacie concreſcere pontum.
Ipſe uides gelido ſtantia uina gelu.
Ipſe uides onerata ferox ut ducat iacis
Per medias hiſtri plauſtra bubulcus aquas.
Aſpicis & miti ſub adunco toxica ferro:
Et telum cauſas mortis habere duas.
Atque utinam pars hæc tantum ſpectata fuiſſet
Non etiam proprio cognita marte tibi.
Tenditis ad primum per denſa pericula pilum:
Contigit eſt merito qui tibi nuper honor:
Sit licet hic titulus plenis tibi fructibus ingens:
Ipſa tamen uirtus ordine maior erit:
Non negat hoc hiſter:cuius tua dextera quondam
Puniceam getico ſanguine fecit aquam.
Non negat ægypſos:quæ te ſubeunte recepta
Senſit in ingenio nil opus eſſe loci.
Nam dubium eſt:poſitu melius defenſa manuue
Vrbs erat in ſummo nubibus æqua iugo.
Scythonio regi ferus interceperat illam
Hoſtis & ereptas uictor habebat opes.
Donec fluminea deuecta uitellius unda
Intulit expoſito milite ſigna getis.
Vt tibi progenies alti fortiſſima doni:
Venit in aduerſos impetus ire uiros.
Nec mora conſpicuus longe fulgentibus armis
Fortia ne poſſint facta latere caues.
Ingentiquegradu contra ferrumque locumque
Saxaque brumali grandine plura ſubis.
Nec te miſſa ſuper iaculorum turba moratur:
Nec quæ uipereo tela cruore mandent.
Spicula cum pictis hærent in caſſide pennis:
Parſque fere ſcuti uulnere nulla uacat.
Nec corpus cunctos fœliciter effugit ictus:
Sed minor eſt acri laudis amore dolor.
Talis apud troiam danais pro nauibus aiax
Dicitur hectoreas ſuſtinuiſſe faces:
Vt proprius uentum eſt:admotaq; dextera dextræ:
Reſque fero potuit conſinus enſe geri:
Dicere difficile eſt quid mars tuus egerit illic:
Quotque neci dederis:quoſque quibuſque modis.
Enſe tuo factos calcabas uictor aceruos:
Impoſitoque getes ſub pede multus erat.
Pugnat ad exemplum primi minor ordine pili:
Multaque fert miles uulnera multa facit.
Sed:tantum uirtus alios tua præterit omnes:
Ante citos quantum pegaſus ibat equos.
Vincitur ægypſos:teſtataque tempus in omne

Sunt tua ueſtalis carmine facta meo. Ad Suilliũ.

LIttera ſera quidem ſtudiis exculte ſuilli
Huc tua peruenit: ſed mihi grata tamen.
Qua pia ſi poſſet ſuperos lenire rogando
Gratia laturum te, mihi dicis opem.
Vt iam nil præſtes animi ſum factus amici
Debitor: & meritum uelle iuuare uoco:
Impetus iſte tuus longum modo duret in æuum?
Neue malis pietas ſit tua laſſa meis.
Ius aliquod faciunt affinia uincula nobis:
Quæ ſemper maneant illabefacta precor.
Nam tibi quæ coniunx: eadem mihi filia pene eſt:
Et quæ te generum: me uocat illa uirum.
Hei mihi: ſi lectis uultum tibi uerſibus iſtis
Ducis: & affinem te pudet eſſe meum.
At nihil hic dignum poteris reperire pudore:
Præter fortunam quæ mihi cæca fuit.
Seu genus excutias equites ab origine prima
Vſque per innumeros inueniemur auos:
Siue uelis mores qui ſint inquirere noſtri.
Errorem miſero detrahe: labe carent.
Tu modo ſi quid agi ſperabis poſſe precando:
Quos colis exora ſupplice uoce deos.
Dii tibi ſunt cæſar iuuenis: tua numina placa:
Hac certe non eſt notior ara tibi.
Non ſinit illa ſui uanas antiſtitis unquam
Eſſe preces: noſtris hinc pete rebus opem.
Quamlibet exigua ſi nos ea iuuerit aura:
Obruta de mediis cymba reſurget aquis.
Tunc ego tura ſeram rapidis ſolennia flammis:
Et quantum ualeant numina: teſtis ero.
Nec tibi de pario ſtatuam germanice templum
Marmore: carpſit opes illa ruina meas.
Templa domus facient uobis urbeſque beatæ:
Naſo ſuis opibus carmine gratus erit.
Parua quidem fateor pro magnis munera reddi
Cum pro conceſſa uerba ſoluta damus:
Sed qui q̃ potuit dat maxima: gratus abunde eſt:
Et finem pietas contigit illa ſuum.
Nec quæ de parua pauper diis libat acerra:
Tura minus grandi q̃ data lance ualent.
Agnaque tam lactens: q̃ gramine paſta phaliſco
Victima tarpeios inficit icta focos.
Nec tamen officio uatum per carmina facto
Principibus res eſt aptior ulla uiris.
Carmina ueſtrarum peragunt præconia laudum:
Neue ſit auctorum fama caduca cauent.
Carmine fit uiuax uirtus: experſque ſepulchri
Notitiam ferę poſteritatis habet.
Tabida conſumit ferrum lapidemque uetuſtas.
Nullaque res maius tempore robur habet.
Scripta ferunt annos: ſcriptis agamemnona noſtri:
Et quiſquis contra: uel ſimul arma tulit.
Quis thebas ſeptemque duces ſine carmine noſſet?
Et quicquid poſt hæc: quicquid & ante fuit?
Dii quoque carminibus: ſi fas eſt dicere: fiunt:
Tantaque maieſtas ore canentis eget.
Sic chaos ex illa naturæ more prioris.
Digeſtum partes ſcimus habere ſuas.
Sic affectantes cæleſtia regna gigantes
Ad ſtyga nubifero uindicis igne datos.
Sic uictor laudem ſuperatis liber ab indis:
Alcides capta traxit ab œchalia.
Et modo cæſar auum quem uirtus addidit aſtris:
Sacrarunt aliqua carmina parte tuum.

Si quid

Si quid adhuc igitur uiui germanice noſtro
Reſtat in ingenio:ſeruiet omne tibi.
Non potes officium uatis contemnere uates:
Iudicio pretium res habet iſta tuo.
Quod niſi te nomen tantum ad maiora uocaſſet:
Gloria pieridum ſumma futurus eras.
Sed dare materiam nobis q̃ carmina mauis.
Nec tamen ex toto deſerere illa potes:
Nam modo bella geris:numeris modo bella coerces.
Quodque aliis opus eſt:hoc tibi Iuſus erit.
Vtque nec ad citharam:nec ad arcum ſegnis apollo:
Sed uenit ad ſacras neruus uterque manus:
Sic tibi nec docti deſunt:nec principis artes:
Mixta ſed eſt animo cum ioue muſa tuo.
Quæ quoniam nec uos unda ſubmouit ab illa
Vngula gorgonei quam caua fecit equi.
Proſit:opemque ferat communia ſacra tueri:
Atque iiſdem ſtudiis impoſuiſſe manum.
Littora pellitis nimium ſubiecta corallis:
Vt tandem ſæuos effugiamque getas.
Clauſaque ſi miſero patria eſt:ut ponar in illo
Qui minus auſonia diſtat ab urbe loco:
Vnde tuas poſſim laudes celebrare recentes.
Magnaque quam minima facta referre mora:
Tangat ut hoc uotum cæleſtia chare ſuille
Numina pro ſocero pene p̃care tuo. Ad Græcinũ.
VNde licet non unde iuuat græcine ſalutem
Mittit ab euxinis hanc tibi naſo uadis.
Miſſaq; dii faciant aurorã occurrat ad illam
Biſſenos faſces quæ tibi prima dabit.
Et quoniam ſine me tanges capitolia conſul:
Et fiam turbæ pars ego nulla tuæ.
In domini ſubeat partes:& præſtet amici
Officium iuſſo littera noſtra die.
Atque ego:ſi fatis eſſem melioribus ortus:
Et mea ſincæro curreret axe rota.
Quo nunc noſtra manus per ſcriptum fungitur:eẽt
Lingua ſalutandi munere functa tui:
Gratuſque darem cum dulcibus oſcula uerbis:
Nec minus ille meus:q̃ tuus eſſet honor:
Illa confiteor ſic eſſem luce ſuperbus:
Vt caperet faſtus uix domus ulla meos.
Dumque latus ſancti cinget tibi turba ſenatus:
Conſulis ante pedes ire iuberer equos.
Ee quanquam cuperem ſemper tibi proximus eſſe:
Gauderem lateri non habuiſſe locum.
Nec querulus:turba quamuis eliderer eſſem:
Sed foret a populo tum mihi dulce premi
Proſpicerem gaudens:quantus foret agminus ordo:
Denſaque q̃ longum turba teneret iter.
Quoque magis noſcas:q̃ me uulgaria tangunt
Spectarem:qualis purpura te tegeret:
Signa quoque in ſella noſſem formata curuli:
Et totum numidæ ſculptile dentis opus.
At cum tarpeias eſſes deductus in arces:
Dum caderet iuſſu uictima ſacra tuo:
Me quoque ſecreto grates ſibi magnas agentem
Audiſſet:media qui ſedet æde deus
Turaque mente magis plena quam lance dediſſem
Ter quater imperi lætus honore tui.
Hic ego præſentes inter numerarer amicos:
Mitia ius uerbis ſi modo fata darent.
Quæque mihi ſola capitur nunc mente ucluptas:
Tunc oculis etiam percipienda foret.
Non ita cælitibus uiſum eſt:& forſitan æquis:

Nam quid me pœnæ cauſa negata iuuet?
Mente tamen quæ ſola loco non exulat: utar:
Prætextam: faſces: aſpiciamque tuos.
Hæc modo te populo reddentem iura uidebit:
Et ſe ſecretis finget adeſſe tuis.
Nunc longi reditus haſtæ ſupponere luſtri
Credet: & exacta cuncta locare fide.
Nunc facere in medio facundum uerba ſenatu:
Publica quærentem quid petat utilitas.
Nunc pro cæſaribus ſuperis decernere grates:
Albaue opimorum colla ferire boum.
Atque utinam cum iam fueris potiora precatus:
Vt mihi placetur principis ira roges.
Surgat ad hanc uocem plena pius ignis ab ara:
Detque bonum uoto lucidus omen apex.
Interea qua parte licet: ne cuncta quæramur:
Hic quoque te feſtum conſule tempus agam.
Altera lætitia eſt: nec cedens cauſa priori.
Succeſſor tanti frater honoris erit.
Nam tibi finitum ſummo græcine decembri:
Imperium iani ſuſcipit ille die.
Quæque eſt in uobis pietas alterna feritis
Gaudia: tu fratris falcibus: ille tuis.
Sic tu bis fueris conſul bis conſul & iſte:
Inque domo binus conſpicietur honor.
Quiquâquam eſt ingens: & nullum martia ſummo
Altius imperium conſule roma uidet.
Multiplicat tamen hunc grauitas auctoris honorem:
Et maieſtatem res data dantis habet.
Iudiciis igitur liceat flaccoque tibique
Talibus auguſti tempus in omne frui.
Cum tamen a rerum cura propiore uacabit:
Vota precor uotis addite ueſtra meis:
Et ſi qua dabit aura ſinum iactate rudentes:
Exeat a ſtygiis ut mea nauis aquis.
Prefuit his græcine locis modo flaccus: & illo
Ripa ferox hiſtri ſub duce tuta fuit.
Hic tenuit miſſas gentes in pace fideli:
Hic arcu fiſos terruit enſe getas.
Hic raptam troezen celeri uirtute recepit.
Infectumque ſero ſanguine danubium.
Quære loci faciem: ſcyticique incõmoda cœli:
Et quam uicino terrear hoſte roga:
Sint nelitæ tenues ſerpentis felle ſagittæ:
Fiat an humanum uictima dira caput:
Mentiar: an coeat duratus frigore pontus:
Et teneat glacies iugera multa freti:
Hæc ubi narrarit: quæ ſit mea fama: require.
Quoque modo peragam tempora dura roga.
Nec ſumus hic odio: nec ſcilicet eſſe meremur:
Nec cum fortuna mens quoque uerſa mea eſt.
Illa quies animi eſt: quam tu laudare ſolebas:
Ille uetus ſolito perſtat in ore pudor.
Sic ego ſum longe: ſic hic: ubi barbarus hoſtis
Vt fera plus ualeant legibus arma facit.
Rem queat ut nullam tot iam græcine per annos
Fœmina de nobis: uirue: puerue queri.
Hæc facit: ut miſero faueant: adſintque tomitæ:
Hæc quoniam tellus teſtificanda mihi eſt.
Illi qui me uelle uident diſcedere malunt:
Reſpectu cupiunt hic tamen eſſe ſui:
Nec mihi credideris aſtant decreta: quibus nos
Laudat: & immunes publica cera facit.
Conueniens miſeris: & quâquam gloria non eſt:
Proxima dant nobis oppida munus idem.

Nec pietas

Nec pietas ignota mea est:uidet hospita terra
In nostra sacrum cæsaris esse domo.
Stant pariter natusque pius:coniuxque sacerdos
Numina iam facto non leuiora deo:
Neu desit pars ulla domus:stat uterque nepotum.
Hic auiæ lateri proximus:ille patris.
His ego do totiens cum ture precantia uerba:
Eoo quotiens surgit ab orbe dies.
Tota licet quæras hoc me non fingere dices
Officii testis pontica terra mei:
Pontica me tellus quantis hac possumus ora
Natalem ludis scit celebrare dei.
Nec minus hospitibus pietas est cognita talis:
Misit in has si quos longa propontis aquas.
Is quoque quo fuerat leuior sub præside pontus:
Audierat frater forsitan ista tuus.
Fortuna est impar animo:talique libenter
Exiguas carpo munere pauper opes.
Nec uestris damus hæc oculis:procul urbe remoti:
Contenti tacita sed pietate sumus.
Et tamen hæc tangent aliquando cæsaris aures.
Nil illum toto quod fit in orbe latet.
Tu certe scis hoc superis ascite:uidesque
Cesar:& est oculis subdita terra tuis.
Tu nostras audis inter conuexa locatus
Sydera:sollicito quas damus ore preces.
Peruenient illuc & carmina forsitan illa:
Quæ de te misi cælite facta nouo.
Auguror his igitur flecti tua numina:nec tu
Immerito nomẽ mite pẽtis hẽs. Ad Albinouanũ.

SIc mihi in uxino bis tertia ducitur æstas
Littore pellitos inter agenda getas.
Et quos tu silices:& quod chariſſime ferrum
Duritie confers albinouane meæ?
Gutta cauat lapidem:consumitur annulus usu:
Et teritur pressa uomer aduncus humo.
Tempus edax igitur præter nos omnia perdit:
Cessat duritia mors quoque uicta mea.
Exemplum est animi nimium patientis ulyxes
Iactatus dubio per duo lustra mari.
Tempora solliciti sed quæ tamen omnia fati
Pertulit:& placidæ sæpe fuere moræ.
An graue sex annis pulchram fouisse calypson:
Aequoreæque fuit concubuisse deæ?
Excipit hippotades:qui dat pro munere uentos:
Curuet ut impulsos utilis aura sinus.
Non bene cantantes labor est audire puellas
Nec degustanti lotos amara fuit.
Hos ego qui patriæ faciant obliuia succos
Parte meæ uitæ:si modo dentur:emam.
Nec tu contuleris urbes læstrygonis unquam
Gentibus:obliqua quas obit hister aqua.
Nec uincet cyclops sæuum feritate phyacem:
Qui quota terroris pars solet esse mei.
Scylla ferox trunco cum latret ab inguine monstris
Endochiæ nobis plus nocuere rates.
Nec potes infestis conferre charybdin acheis:
Ter licet epotet:ter uomat illa fretum.
Qui q̃q̃ dextra regione licentius errent:
Securum latus hoc non tamen esse sinunt.
Hic agri in frondes:hic spicula tincta uenenis:
Hic freta uel pediti peruia reddit hyems.
Et qua remus iter pulsis modo fecerat undis
Siccus contempta naue uiator eat.
Qui ueniunt istinc uix uos ea credere dicunt:

Quam miſer eſt qui fert aſperiora fide.
Crede tamen:nec te cauſam neſcire ſinemus:
Horrida ſarmaticum cur mare duret hyems.
Proxima ſunt nobis plauſtri præbentia formam:
Et quæ præcipuum ſidera frigus habent.
Hic oritur boreas:oreque domeſticus huic eſt.
Et ſumit uires a propiore loco:
At notus:aduerſo tepidus qui ſpirat ab axe
Eſt procul:& rarus languidiorque uenit.
Adde:quod hic clauſo miſcentur flumina ponto
Vimque fretum multo perdit ab amne ſuam:
Huc lycus:huc ſagaris peneuſque:hipaniſq;:crateſq;
Influit:& crebro uertice tortus halys.
Parhteniuſque rapax:& uoluens ſaxa cynapes
Labitur:& nullo tardior amne tyras:
Et tu fœmineæ thermodon cognite turbæ:
Et quondam graiis phaſi petita uiris:
Cumque boryſtheneo liquidiſſimus amne dyrapſes:
Et tacite peragens lene melanthus iter.
Quique duas terras aſiam:cadmique ſororem
Separat:& curſus inter utranque facit.
Innumerique alii:quos inter maximus omnes
Cædere danubius ſe tibi nile negat.
Copia tot laticum quas auget adulterat undas:
Nec patitur uires æquor habere ſuas.
Quin etiam ſtagno ſimilis:pigræque paludi
Cæruleus uix eſt:diluiturque color.
Innatat unda freto dulcis:leuiorque marina eſt:
Quæ proprium mixto de ſale pondus habet.
Si roget hoc aliquis:cur ſint narrata pedoni:
Quidue loqui certis iuuerit iſta modis:
Detinui dicam curas:tempuſque fefelli.
Hunc fructum præſens attulit ora mihi.
Abfuimus:ſolito dum ſcripſimus iſta dolore:
In mediis nec nos ſenſimus eſſe getis.
At tu non dubito cum theſea carmine laudes:
Materiæ titulos quin tueare tuæ.
Quenque refers imitare uirum:uetat iſte profecto
Tranquilli comitem temporis eſſe fidem.
Qui q̃q̃ eſt factis ingens & conditur a te
Vix tanto:quantus debuit ore cani.
Eſt tamen exillo nobis imitabile quiddam:
Inque fide theſeus quilibet eſſe poteſt.
Non tibi ſunt hoſtes ferro clauaque domandi:
Per quos uix ulli peruius iſthmos erat.
Sed præſtandus amor res non oneroſa uolenti.
Quis labor eſt puram non temeraſſe fidem?
Hæc tibi:qui præſtas indeclinatus amico:
Nõ é qđ lingua dicta tremẽte putes. Ad Gallionẽ.

GAllio crimen erit uix excuſabile nobis
Carmine te nomen non habuiſſe meo:
Tu quoq; enim memini cæleſti cuſpide facta
Fouiſti lachrymis uulnera noſtra tuis.
Atque utinam rapti iactura læſus amici
Senſiſſes ultra quod querere nihil.
Non ita diis placuit:quicte ſpoliare pudica
Coniuge crudeles non habuere nephas.
Nuncia nam luctus mihi nuper epiſtola uenit:
Lectoque cum lachrymis ſunt tua damna meis.
Sed neque ſolari prudentem ſtultior auſim:
Verbaque doctorum nota referre tibi.
Finitimumque tuum ſi non ratione dolorem
Ipſa iam pridem ſuſpicor eſſe mora.
Dum tua peruenit dum littera noſtra recurrens
Tot maria & terras permeat:annus abit.

Temporis of.

Temporis officium ſolatia dicere certi eſt:
Dum dolor in curſu eſt:dum petit æger opem.
Et cum longa dies ſedauit uulnera mentis
Intempeſtiue qui mouet illa nouat.
Adde quod atq; utinã uerẽ tibi uenerit omen:
Coniugio fœlix iã potes eẽ nouo. Ad Tuticanũ.

QVo minus in noſtris ponaris amice libellis:
Nominis efficitur conditione tui.
Aſt ego nõ alium prius hoc dignarer honore
Eſt aliquis noſtrum ſi modo carmen honor.
Lex pedis officio:fortunaque nominis obſtat:
Quaque meos adeas eſt uia nulla modos.
Nam pudet in geminos ita nomen ſcindere uerſus:
Deſinat ut prior hoc incipiatque minor.
Et pudeat:ſi te qua ſyllaba parte moretur:
Artius apellem tuticanumque uocem.
Et potes inuerſum tuticani more uenire:
Fiat ut e longa ſyllaba prima breuis.
Aut ut ducatur:quæ nunc correptius exit:
Et ſit porrecta longã ſecunda mora.
His ego ſi uitiis auſim corrumpere nomen:
Ridear:& merito pectus habere neger.
Hæc mihi cauſa fuit dilati nominis huius:
Quod meus adiecto fœnore reddet ager.
Teque canam quacunque nota tibi carmina mittam
Pene mihi puero cognite pene puer.
Perque tot annorum ſeriem:quod habemus uterq;:
Non mihi q̃ fratri frater amate minus.
Tu bonus hortator tu duxque comeſque fuiſti:
Cum regerem tenera frena nouella manu.
Sæpe ego correxi ſub te cenſore libellos:
Sæpe tibi admonitu facta litura meo eſt:
Dignam mæoniis phæacida condere chartis:
Cum te pierides perdocuere deæ.
Hic tenor:hæc uiridi concordia cœpta iuuenta:
Venit ad albentes illabefacta comas.
Quæ niſi te moueant:duro tibi pectora ferro:
Eſſe uel inuicto clauſa adamante putem.
Sed prius huic deſint & bellum & frigora terræ:
Inuiſus nobis quæ duo pontus habet:
Et tepidus boreas:& ſit præfrigidus auſter:
Et poſſit fatum mollius eſſe meum:
Quam tua ſint lapſo præcordia dura ſodali.
Hic cumulus noſtris abſit abeſtque malis:
Tu modo per ſuperos:quorum certiſſimus ille eſt:
Quo tuus aſſidue principe creuit honor.
Effice conſtanti profugum pietate tuendo.
Ne ſperata meam deſerat aura ratem
Quid mandem quæris:peream:niſi dicere uix eſt:
Si modo qui periit:ille perire poteſt.
Nec quid agam inuenio:nec quid nolimue uelimue:
Nec ſatis utilitas eſt mea nota mihi.
Crede mihi:miſeros prudentia prima relinquit:
Et ſenſus cum re conſiliumque fugit.
Ipſe precor quæras qua ſim tibi parte iuuandus.
Quoue uiã facias ad mea uota uado. Ad Chaꝛ.

OMihi non dubios inter memorande ſodales:
Qui quod es id uere chare uocaris:aue.
Vnde ſalutaris color hic tibi proximus index:
Et ſtructura mei carminis eſſe poteſt:
Non quia mirifica eſt:ſed quod non publica certe:
Qualis enim cunque eſt non latet eſſe meam.
Ipſe quoque ut chartæ titulum de fronte reuelas:
Quod ſit opus uideor dicere poſſe tuum.
Quamlibet in multis poſitus noſcere libellis:

Perque obſeruatas inuenere notas.
Produnt auctorem uires:quas hercule dignas
Nouimus:atque illi quem canis eſſe pares.
Et mea muſa poteſt proprio deprehenſa colore
Inſignis uitiis forſitan eſſe ſuis.
Tam mala therſiten prohibebat forma latere:
Quam pulchra nereus conſpiciendus erat.
Nec te mirari:ſi ſunt uitioſa:decebit
Carmina quæ faciam pene poeta getes.
Ah pudet:& ſcripſi getico ſermone libellum:
Structaque ſunt noſtris barbara uerba modis:
Et placui:gratare mihi:cœpique poetæ
Inter inhumanos nomen habere getas.
Materiam quæris;laudes de cæſare dixi:
Adiuta eſt nouitas numine noſtra dei:
Nam patris auguſti docui mortale fuiſſe
Corpus:in æthereas numen abiſſe domos.
Eſſe parem uirtute patri;qui frena rogatus
Sæpe recuſati cœperit imperii
Eſſe pudicarum ueſtam te iſſuia matrum
Ambiguum eſt nato dignior an ne uiro.
Eſſe duos iuuenes firma adiumenta parentis:
Cui dederint animi pignora certa ſui.
Hæc ubi non patria perlegi ſcripta camœna:
Venit & ad digitos ultima charta meos:
Et caput & plenas omnes mouere pharetras:
Et longum getico murmur in ore fuit.
Atque aliquis ſcribas hæc cum de cæſare dixit:
Cæſaris imperio reſtituendus eris.
Ille quidem dixit:ſed me iam chare niuali
Sexta relegatum bruma ſub axe uidet.
Carmina nil proſunt:nocuerũt carmina quondam:
Primaque tam miſeræ cauſa fuere fugæ.
At tu per ſtudii communia fœdera ſacri:
Per non uile tibi nomen amicitiæ:
Sic capto latiis germanicus hoſte catenis
Materiam ueſtris præbeat ingeniis.
Sic ualeant pueri uotum commune duorum:
Quis laus formandis eſt tibi magna datis:
Quanta potes præbe noſtræ monumenta ſaluti:
Quæ niſi mutato nulla futura loco ẽ. Ad tuticanũ.

HAec tibi mittũtur:quẽ ſum mõ carmine qſtus
Non aptum numeris nomen habere meis.
In qbus:excepto quod adhuc ut cũq; ualemus:
Nil me præterea quod iuuet inuenies.
Ipſa quoque eſt inuiſa ſalus:ſuntque ultima uota
Quolibet ex iſtis ſcilicet ire locis.
Nulla mihi cura eſt:terra quo muter ab iſta:
Hac quoque quam uideo gratior omnis erit.
In medias ſyrtes mediam mea uela charybdim
Mittite:præſenti dum careamus humo.
Stvx quoque:ſi quid ea ẽ bene cumutabitur hiſtro:
Si quid & inferius:quam ſtyga mundus habet.
Gramina cultus ager:frigus minus odit hirundo.
Proxima marticolis q̃ loca naſo getis:
Talia ſuccenſent propter mihi uerba tomitæ:
Iraque carminibus publica mota meis:
Ergo ego ceſſabo nunq̃ per carmina lædi?
Plector & incauto ſemper ab ingenio?
Ergo ego ne ſcribam digitos incidere cunctor?
Telaque adhuc demens:quæ nocuere ſequor?
Ad ueteres ſcopulos iterum diuertor:& illas
In quibus offendit naufraga puppis aquas.
Sed nihil admiſi.nulla eſt mea culpa tomitæ:
Quos ego cum loca ſim ueſtra peroſus:amo.

Quilibet

Quilibet excutiat noſtri monumenta laboris:
Littera de uobis eſt mea queſta nihil.
Frigus:& incurſus omni de parte timendos:
Et quod pulſetur murus ab hoſte queror.
In loca:non homines ueriſſima crimina dixi:
Culpatis ueſtrum uos quoque ſæpe ſolum.
Eſſet perpetuo ſua q̃ uitabilis aſcra
Auſa eſt agricolæ muſa docere ſenis.
At fuerat terra genitus qui ſcripſit in illam:
Intumuit uati non tamen aſcra ſuo.
Quis patriam ſolerte magis dilexit ulyxe?
Hoc tamen aſperitas iudice dicta loci eſt:
Non loca ſed mores ſcriptis uexauit amaris
Septius auſonios:actaque roma rea eſt.
Falſa tamen paſſa eſt æqua conuicia mente:
Obfuit auctori nec fera lingua ſuo.
At malus interpres populi mihi concitat iram:
Inque nouum crimen carmina noſtra uocat.
Tam fœlix utinam q̃ pectore candidus eſſem:
Extat adhuc nemo laucius ore meo.
Adde quod illyrica ſi iam pice nigrior eſſem:
Non mordenda mihi turba fidelis erat.
Molliter a uobis mea ſors excepta tomitæ:
Tam mites gratos indicat eſſe uiros.
Gens mea peligni regioq; domeſtica ſulmo
Non potuit noſtris lenior eſſe malis.
Quem uix incolumi cuiq̃ ſaluoque daretis:
Is datus a uobis eſt mihi nuper honor.
Solus adhuc ego ſum ueſtris immunis in oris:
Exceptis:ſi qui munera legis habent.
Tempora ſacrata mea ſunt uelata corona:
Publicus inuito quam fauor impoſuit.
Quam grata eſt igitur latonæ delia tellus:
Erranti tutum quæ dedit una locum:
Tam mihi chara domus patria quæ ſede fugatis
Tempus ad hoc nobis hoſpita fida manet.
Dii modo feciſſent:placidæ ſpem poſſet habere
Pacis:& a gelido longius axe foret.

Ad Sextum Pompeium.

SI quis adhuc uſq̃ noſtri non immemor extat:
Quidue relegatus naſo requirat agam:
Cæſaribus uitam:ſexto debere ſalutem
Me ſciat a ſuperis hic mihi primus erit.
Tempora nam miſeræ complectar ut omnia uitæ:
A meritis eius pars mihi nulla uacat:
Quæ numero tot ſunt:quot in horto fertilis arui
Punica ſub lento cortice grana rubent:
Apharica quot ſegetes:quot tmolia terra racemos:
Quot ſicyon baccas:quot parit hybla fauos.
Confiteor:teſtere licet:ſignate quirites:
Nil opus eſt legum uiribus ipſe loquor.
Inter opes & me rem paruam pone paternas.
Pars ego ſum cenſus quantulacunque tui.
Quam tua trinacria eſt regnataque terra philippo:
Quam domus auguſto continuata foro:
Quam tua rus oculis domini campania gratum:
Quæque relicta tibi ſexte uel empta tenes:
Tam tuus en ego ſum:cuius te munere triſti
Non potes in ponto dicere habere nihil.
Atque utinam poſſis:& detur amicius aruum:
Remque tuam ponas in meliore loco.
Quod quoniam in diis eſt:tenta lenire precando
Numina perpetua quæ pietate colis.
Erroris nam tu uix eſt diſcernere noſtri
Sis argumentum maius:an auxilium.

Nec dubitas oro:ſed fiumine ſæpe ſecundo
Augetur remis curſus euntis aquæ:
Et pudet:& metuo ſemperque eademq; precari:
Ne ſubeant animo tedia iuſta tuo.
Verum quid faciam?res immoderata cupido eſt.
Da ueniam uitio mitis amice meo.
Scribere ſæpe aliud cupiens delabor eodem
Ipſa locum per ſe littera noſtra rogat.
Seu tamen effectus habitura eſt gratia:ſeu me
Dura iubet gelido parca ſub axe mori:
Semper in oblita repetam tua munera mente.
Et mea me tellus audiet eſſe tuum.
Audiet & cœlo poſita eſt quæcunque ſub ullo:
Tranſit noſtra feros ſi modo muſa getas.
Teque meæ cauſam ſeruatoremque ſalutis:
Meq; tuum libra norit & ære minus. Ad Inuidũ.

DNuide quid laceras naſonis carmina rapti?
Non ſolet ingenus ſumma nocere dies.
Famaq; poſt cineres maior uenit:& mihi nomẽ
Tunc quoque:cum uiuis annumerarer:erat.
Cum foret & marſus:magnique rabirius oris:
Iliacuſque macer:ſidereuſque pedo:
Et qui iunonem læſiſſet in hercule carus:
Iunonis ſi iam non gener ille foret:
Quique dedit latio carmen regale ſeuerus:
Et cum ſubtili priſcus uterque numa:
Quique uel imparibus numeris montane uel æquis
Sufficis:& gemino carmine nomen habes:
Et qui penelope reſcribere iuſſit ulyxem
Errantem ſæuo per duo luſtra mari:
Quique ſuam troezen:imperfectumque dierum
Deſeruit celeri morte ſabinus opus.
Ingeniique ſui dictus cognomine largus:
Gallica qui phrygium duxit in arua ſenem:
Quique canit domito camerinus ab hectore troiam
Quique ſua nomen phyllide thuſcus habet:
Veliuolique maris uates cui credere poſſes
Carmina cæruleos compoſuiſſe deos:
Quique acies libycas:romanaque prælia dixit:
Et marius ſcripti dexter in omne genus:
Trinacriuſque ſuæ perſeidos auctor & actor:
Tantalidæ reducis tyndaridoſque lupus:
Et qui mæonidem phæacida uertit:& una
Pindaricæ fidicen tu quoque rufe lyræ.
Muſaque turani tragicis innixa cothurnis:
Et tua cum ſocco muſa meliſſe leuis.
Cum uarius gracchuſque daret fera dicta tyranni
Calimachi proculus molle teneret iter:
Tityrus antiquas & erat qui paſceret herbas:
Aptaque uenanti gratius arma daret:
Naidas a ſatyris caneret fontanas amatas:
Clauderet imparibus uerba capella modis.
Cumque forent alii quorum mihi cuncta referre
Nomina longa mora eſt:carmina uulgus habet:
Eſſent & iuuenes quorum quod in edita cauſa eſt
Appellandorum nil mihi iuris adeſt.
Re tamen in turbæ non auſim cotta ſilere
Pieridum lumen præſidiumque fori:
Maternos cottas cui meſſalaſque paternos
Maxima nobilitas ingeminata dedit.
Dicere ſi fas eſt claro mea nomine muſa:
Atque inter tantos quæ legeretur erat.
Ergo ſummotum patria proſcindere liuor
Deſine:neu cineres ſparge cruente meos.
Omnia perdidimus;tantummodo uita relicta eſt:

Præbeat ut

DE PVLICE LIBELLVS.

Præbeat ut ſenſum materiamque malis.
Quid iuuat extinctos ferrum demittere in artus?
Non habet in nobis iam noua plaga locum.
P. O. Naſonis de Ponto Libri. IIII. & Vltimi finis.

P. O. NA. DE PVLICE OPVSCVLVM INCIPIT quanquam non putatur a quibuſdam Ouidii opus.

PArue pulex & amara lues inimica puellis.
Carmine quo fungar in tua facta feros?
Tu laceras corpus teneræ duriſſime morſu
Cuius cum fuerit plena cruore cutis.
Emittis maculas nigro de corpore fuſcas:
Leuia membra quibus commaculata rigent.
Cumque tuum lateri roſtrum defigis acutum:
Cogitur e ſomno ſurgere uirgo graui.
Perque ſinus erras. tibi peruia cætera membra.
Is quocunque placet: nil tibi ſæue latet.
Ah piget: & dicam cum ſtrata puella recumbit:
Tu femur euellis cruraque aperta ſubis.
Auſus es interdum per membra libidinis ire:
Et turbare locis gaudia nata ſuis:
Diſpeream niſi iam cupiam fieri meus hoſtis:
Promptior ut fieret ad mea uota uia.
Si ſineret natura mihi quo uerterer in te:
Et quod ſum natus poſſe redire daret.
Vel ſi carminibus poſſem mutarier ullis:
Carminibus fierem per mea uota pulex:
Aut medicaminibus: ſi plus medicamina poſſunt:
Vellem naturæ iura nouare meæ.
Carmina medeæ: uel quid medicamina circe
Contulerint: res eſt notificata ſatis.
His ego mutatus: ſi ſic mutabilis eſſem:
Hærerem in tanicæ margineæ uirgineæ.
Inde means per crura meæ ſub ueſte puellæ:
Ad loca quæ uellem me cito ſ. rriperem:
Cumque illa dudum ludens nil ipſe cubarem:
Donec de pulice rurſus homo fierem.
Sed ſi forte nouis uirgo perterrita monſtris
Exigeret famulos ad mea uincla ſuos:
Aut tentata meis precibus ſuccumberet illa.
Aut mox ex homine uerterer in pulicem:
Rurſus mutatus: fundenſque precamina mille:
Afferrem cunctos in mea uota deos:
Illam dum precibus: uel ui ſuperator haberem:
Et iam nil mallet: q̃ ſibi me ſocium.

P. O. NA. DE PHILOMENA LIBER INCIPIT.

Aliq tñ putant nõ ex eius officina libr hũc emanaſſe.

DVlcis amica ueni noctis ſolatia præſtans
Inter aues & enim nulla tibi ſimilis.
Tu philomẽa potes uocũ diſcrimĩa mille
Mille potes uarios ipſa referre modos.
Nã: q̃uis aliæ uolucres modulamina tẽtẽt:
Nulla poteſt modulis æquiualere tuis.
Inſuper eſt auium ſpatiis garrire diurnis.
Tu cantare ſimul nocte dieque potes.
Parus enim quamuis per noctem tininet omnem:
At ſua uox nulli iure placere poteſt.
Dulce palara ſonat quam dicunt nomine droſtam:
Sed fugiente die nempe quieta ſilet.
Et merulus modulans tam pulchris concinit odis:
Nocte ruente tamen carmina nulla canit.
Vere calente nouos componit acredula cantus:
Matutinali tempore tunc mitilans.
Dum turdus trutilat: ſturnus tunc piſcitat ore.
Sed quod mane canunt ueſpere non recolunt
Cacabat hinc perdix: hic gratitat improbus anſer.

Et caſtus turtur atque columba gemunt.
Plauſitat arborea clamans de fronde palumbes.
In fluuiiſq; natans forte tetrinita anas.
Grus gruit inq; glomis cigni prope flumina drẽſant:
Accipiter pipat:miluus hianſq; lipit.
Cucurrite ſolet gallus:gallina gracillat.
Pupillat pauo:trinſat hirundo uaga.
Dum clangunt aquilæ:uultur pulpare probatur.
Et croat coruus:graculus & frigulat.
Glotorat immenſo de turre ciconia roſtro:
Peſſimus at paſſer triſtia flendo pipit.
Pſytacus humanas depromit uoce loquelas.
Atque ſuo domino chære ſonatque uale.
Bica loquax uarias modulatur gutture uoces.
Scurriliter ſtrepitu quicquid & audit ait.
Et cuculi cuculant:fritinit rauca cicada.
Bombilat ore legens munera mellis apes.
Bubulat horrendum ferali carmine bubo.
Humano generi triſtia facta ferens.
Strix nocturna ſonans & ueſpertilio ſtridunt.
Noctua lucifuga cucubat in tenebris.
Aſt ululant ululæ lugubri uoce canentes:
Inque paludiferis butio bubit aquis.
Regulus:atque merops:& rubro pectore prognes
Conſimili modulo zinzilulare ſciunt.
Scribere me uoces auium philomena coegit:
Quæ cantu cunctas exuperat uolucres.
Sed iam quadrupedum fari diſcrimina uocum
Nemine cogente nunc ego ſponte ſequar.
Tigrides indomitæ rancant:rugiuntque leones:
Panter caurit amans pardus hiando felit:
Dum lynces orcando fremunt:urſus ferus uncat.
Aſt lupus ipſe ululat.frendet agreſtis aper.
Et barrus barrit:cẽrui glocitant & onagri.
Aſt taurus mugit:& celer hinit equus
Quiritat uerres ſetoſus:at orcat aſellus.
Blacterat hinc aries:& pia balat ouis.
Sordida ſus paſcens ruris per gramina grũnit.
At mutire capris hirce petulce ſoles.
Rite canis latrat.fallax uulpecula gannit.
Glaucitat & catulus.at lepores uagiunt.
Mus auidus mitrat.uelox muſtelaq; dintrit.
Et grillus grillat:deſticat inde ferox.
Ecce uenenoſus ſerpendo ſibilat anguis.
Garrula limoſis rana coaxat aquis.
Has uolucrum uoces deſcripſi:quadrupedumque:
Quas natura illis grata parens tribuit.
Sed cunctas ſpecies animantum nemo notauit:
Atque ſonos ideo dicere quis poterit?
Cuncta ſuo domino depromunt munera laudum
Seu ſemper ſileant:ſiue ſonare queant.

P. Oui. Naſonis De Medicamine faciei Libellus.

Diſcite quæ faciem cõmendet cura puellæ
Et quo ſit uobis cura tuenda modo.
Cultus humũ quondã cerealia pẽdere iuſſit
Munera:mordaces iteriere rubi.
Cultus & i pomis ſuccos emẽdat acerbos:
Fiſſaque adoptiuas accipit arbor opes.
Culta placent:auro ſublimia tecta linuntur:
Nigra ſub impoſito marmore terra latet.
Vellera ſæpe eadem tyrio medicantur aheno:
Sectile deliciis india præbet ebur.
Forſitan antiquæ tacio ſub rege ſabinæ
Maluerint q̃ ſe rura paterna coli:
Cum matrona premens altum rubicunda ſedile:

Aſſiduo durum

DE MEDICAMINE FACIEI LIBELLVS.

Assiduo durum pollice nebat opus
Ipsaque claudebat quos filia pauerat agnos:
Ipsa dabat uirgas:cæsaque ligna focis.
At uestræ teneras matres peperere puellas:
Vultis inaurata corpora ueste tegi:
Vultis adornatos positu uariare capillos.
Conspicuas gemmis uultis habere manus.
Induitis collo lapides oriente petitos:
Et quantos onus est aure tulisse duos.
Nec tamen indignum sit uobis cura placendi:
Cum comptos habeant sæcula nostra uiros.
Fœminea uestri potiuntur lege mariti:
Et uix ad cultus nupta quod addat:habet.
Per se quæque patet & æquos uenetur amores
Refert:mundicia crimina nulla meret.
Rure latent:finguntque comas licet arduus illas
Celet athos:cultus altus habebit athos.
Est etiam placuisse sibi quæcunque uoluptas:
Virginibus cordi grataque forma sua est.
Laudatas homini uolucris iunonia pennas
Explicat:& forma multa superbit auis.
Sic potius uos urget amor:q̃ fortibus herbis.
Quas magna terribili subsecat arte manus.
Nec uos graminibus:nec mixto credite succo:
Nec tentate nocens uirus amantis equæ.
Nec mediæ marsis findantur cantibus angues:
Nec redit in fontes unda supina suos.
Et q̃is aliquis temesea remouerit æra:
Nunq̃ luna suis excutietur equis.
Prima sit in uobis morum tutela puellæ:
Ingenio faciem conciliante placent.
Certus amor morum est formam populabitur ætas:
Et placidus rugis uultus aratus erit.
Tempus erit:quo uos speculum uidisse pigebit:
Et uenier rugis altera causa dolor.
Sufficit:& longum probitas perdurat in æuum.
Perque suos annos hinc bene pendet amor.
Discite cum teneros somnus dimiserit artus:
Candida quo possint ora nitere modo.
Ordea:quæ libyci ratibus misere colom:
Exue de palea tegminibusque suis.
Par erui mensura decem madefiat ab ouis:
Sed cumulent libras ordea nuda duas.
Hæc ubi uentosas fuerint siccata per auras
Lenta iube scabra frangat asella mola.
Et quæ prima cadent uiuaci cornua ceruo
Contere:in hac solida sexta face assis eat.
Namque ubi puluereæ fuerint confusa farinæ:
Protinus in numeris omnia cerne suis.
Adiice narcisi bis sex sine cortice bullos
Sternua quas puro marmore dextra terat:
Sex tantemque terat gumi cum semine thusco:
Et nouies tanto plus tibi mellis eat.
Quæcunque afficiet tali medicamine uultum:
Fulgebit speculo leuior ipsa suo.
Nec tu pallentes dubita præbere lupinos:
Et simul instantis corpora finge fere.
Vtraque sex habeat æquo discrimine libras
Vtraque de nigris comminuenda molis.
Nec cum cerusa nec uitri spuma rubentis
Desit:& illyrica quæ uenit iris humo.
Da pariter iuuenum ualidis subigenda lacertis:
Sed iustum tritis uncia pondus erit.
Addita da quærulo uolucrum medicamina nido:
Ore fugant maculas alcyonea uocant.

DE NVCE LIBELLVS.

Pondere ſi quæris quo ſim contentus in illis:
Quod trahit in partes uncia ſexta duas:
Vt coeant:apteque lini per corpora poſſint:
Adiice de flauis attica mella fauis.
Quanuis tura deos:irataque numina placent:
Non tamen accenſis omnia danda focis.
Tus ubi miſcueris radenti tubera uitro
Ponderibus iuſtis fac ſit utrunque trahens.
Parte minus quarta direptum cortice gumi:
Et modicum myrrhis pinguibus adde cibum.
Hæc ubi contriueris:per denſa foramina cerne.
Puluis ab infuſo melle premendus erit.
Profuit & marathos bene olẽtibus addere myrrhis:
Quinq; parant marathi ſcrupula:myrrha nouem:
Arentiſque roſæ q̃tum manus una prehendit.
Cumque armoniaco macula tura ſale.
Ordea quæ faciunt illis infunde tremorem.
Aequent expenſas cum ſale tura roſas:
Tempore ſit paruo mollis licet illita uultu:
Hærebit toto nullus in ore color.
Vidi quæ gelida madefacta papauera lympha
Contereret:teneris illineretque genis.
P.O. Naſonis de medicamine faciei libellus finit.

PV. OVI. NASONIS DE NVCE LIBELLVS.

DVx ego iũcta uiæ cũ ſim ſine crimine uitæ
A populo ſaxis prætereunte petor.
Obruer iſta ſolet mãifeſtos pœna nocẽtes:
Publica cum lentam non capit ira moram.
Nil ego peccaui:niſi ſi peccare fatemur
Annua cultori poma referre ſuo.
At prius arboribus tunc:cum meliora fuerunt
Tempora:certamen fertilitatis erat:
Tunc domini memores ſertis ornare ſolebant
Agricolæ fructu præueniente deos.
Sæpe tuas igitur liber miratus es uuas:
Mirata eſt oleas ſæpe minerua ſuas.
Pomaque læſiſſent matrem:niſi ſubdita ramo
Longa laboranti furca tuliſſet opem.
Quin etiam exemplo pariebat fœmina noſtro:
Nullaque non illo tempore mater erat.
At poſtq̃ platanis ſterilem præbentibus umbram
Vberior quauis arbore uenit honor:
Nos quoque fructiferæ:ſi nux modo ponor in illis:
Cœpimus in patulas luxuriare comas:
Nunc neque continuos naſcuntur poma per annos:
Vuaque læſa domum:læſaque bacca uenit:
Nunc uterus uitio eſt quæ uult formoſa uideri:
Raraque in hoc æuo eſt quæ uelit eſſe parens.
Certe ego ſi nunq̃ peperiſſem:tutior eſſem.
Iſta clytemneſtra digna querela fuit.
Si ſciat hoc uitis:naſcentes ſuppriment uuas.
Orbaque:ſi ſciat hoc palladis arbor erit
Hoc in noticiam ueniat maloque piroque:
Deſtituent ſiluas utraque poma ſuas.
Quæque ſibi uario diſtinguit poma colore
Audiat hæc ceraſus:ſtipes inanis erit.
Non equidem inuideo.nunquid tamen illa feritur:
Quæ ſterilis ſola eſt inſpicienda coma?
Cernite ſyncæros omnes ex ordine truncos.
Qui modo nil quare percutiantur habent.
At mihi ſæua nocent mutilatis uulnera ramis:
Nudaque decerpto cortice ligna patent.
Non odium facit hoc:ſed ſpes inducta rapinæ.
Suſtineant aliæ poma querentur idem.
Sic reus ille fere eſt:de quo uictoria lucro
Eſſe poteſt

Esse potest: inopis uindice facta carent.
Sic timet insidias: qui se sit fere uiator:
Quod timeat: tutum carpit inanis iter.
Sic ego sola petor: soli quia causa petendi est.
Frondibus intactis cætera turba uiret:
Nam quod habent frutices aliquando ꝓxima nobis
Fragmina: quod læso uimine multa iacent:
Non istis sua facta nocent. uicinia damno est:
Excipiunt ictu saxa repulsa meo:
Idque fide careat: si non quæ longius absunt:
Natiuum retinent inuiolata decus.
Ergo: si sapiant: & mentem uerba sequantur:
Deuoueat umbras proxima quæque meas.
Quam miserum est odium damnis accedere nostris:
Meque ream nimiæ proximitatis agi:
Sed puto magna mei est operoso cura colonno:
Inuenias: dederit quid mihi præter humum.
Sponte mea facilis contempto nascor in agro:
Parsque loci: qua sto: publica pene uia est.
Me sata ne lædam: quoniam fata lædere dicor:
Imus in extremo margine fundus habet.
Non mihi falx nimias saturni deputat umbras:
Duratam renouat non mihi fossor humum:
Sole licet siccaque sitim peritura laborem:
Irriguæ dabitur non mihi sulcus aquæ.
At cum maturas fisso noua cortice rimas
Nux agit: ad partes pertica sæua uenit.
Pertica dat plenis immitia uulnera ramis:
Nec possim lapidum uerbera sola quæri.
Poma cadunt mensis non interdicta secundis:
Et condit lectas parca colona nuces:
Has puer aut certo lectas dilaniat ictu:
Aut pronas digito bisue semel ue petit.
Quatuor in nucibus non amplius alea tota est:
Cum sibi suppositis additur una tribus.
Per tabulæ cliuum labi iubet alter: & optat
Tangat ut e multis quælibet una suam.
Est etiam par sit numerus qui dicat an impar:
Vt diuinatas auferat augur opes.
Fit quoque decerta qualem cæleste figura
Sydus & in græcis littera quarta gerit.
Hæc ubi destincta est gradibus qui constitit intus:
Quot tetigit uirga: tot capit inde nuces.
Vas quoque sæpe cauum spatio distante locatur:
In quod missa leui nux cadat una manu.
Fœlix: secreto quæ nata est arbor in agro:
Et soli domino ferre tributa potest.
Non hominum strepitus audit: non illa rotarum:
Non a uicina puluerulenta uia est.
Illa suo quæcunque tulit dare dona colono:
Et plenos fructus dinumerare potest:
At mihi maturos nunquam licet edere fœtus:
Ante diemque meæ percutiuntur opes:
Lamina mollis adhuc tenero ẽ in lacte: qꝫ intra est:
Nec mala sunt ulli nostra futura bono.
Et tamen inuenio: qui me iaculetur: & ictu
Præfestinato munus inane petat.
Si fiat rapti fiat mensura relicti:
Maiorem domini parte uiator habes.
Sæpe aliquis foliis ubi nuda cacumina uidit:
Esse putat boreæ triste furentis opus.
Aestibus hic: hic me spoliatam frigore credit:
Est quoque: qui crimen grandinis esse putet.
At mihi nec grando duris inuisa colonis:
Nec uentus fraudi solue gelu ue fuit.

Fructus obest: peperisse nocet: nocet esse feracem:
Quæque fuit multis hæc mihi præda malo.
Præda malo polydore fuit tibi: præda nefandæ
Coniugis aonium misit in arma uirum.
Hesperii regis pomaria tuta fuissent:
Vna sed immensas arbor habebat opes.
At rubus & sentes tantummodo lædere natæ:
Spinaque uindicta cætera tuta sua est.
Me quia non noceo: nec aduncis uindicor hamis:
Missa petunt auida saxa proterua manu.
Quid si non aptas solem mutantibus umbras:
Finditur icario cum cane terra darem?
Quid nisi suffragium nimbos uitantibus essem:
Non expectata cum uenit imber aqua?
Omnia cum faciam: cum præstem sedula cunctis
Officium: saxis officiosa petor:
Hæc mihi perpessæ domini potienda querela est:
Causabor quare sit lapidosus ager.
Dumque repurgat humum collectaq; saxa remittit:
Semper habent in me tela parata uiæ.
Ergo inuisa aliis uni mihi frigora prosunt:
Illo me tutam tempore præstat hyems.
Nuda quidem tunc sum: nudam tamen expedit esse
Nec spolium de me quod petat hostis habet.
At simul induimus nostris sua uulnera ramis:
Saxa nouos fructus grandine plura petunt.
Forsitan hic aliquis dicat: quod publica tangunt:
Carpere concessum est: hoc uia iuris habet.
Silicet hoc: oleas distringite: lædite messes.
Improbe uicinum carpe uiator olus.
Intret & urbanas eadem petulantia portas:
Sitque tuis muris romule iuris idem.
Quilibet argentum prima de fronte tabernæ
Tollat: & ad gemmas quilibet alter erat.
Auferat hic aurum: peregrinos ille lapillos:
Et quascunque potest tollere tollat opes.
Sed neque tolluntur: nec: dum regit omnia cæsar:
Incolumis tanto præside raptor erit.
At non ille deus pacem intra mœnia finit:
Auxilium toto spargit in orbe suum.
Quid tamen hoc prodest? media si luce palamque
Verberor: & tutæ non licet esse nuci?
Ergo nec nidos foliis hærere: nec ullam
Sedibus in nostris stare uidetis auem.
At lapis in ramo sedit quicunque bifurco
Hæret: & ut capta uictor in arce manet:
Cætera sæpe tamen potuere admissa negari:
Et crimen uox est inficiata suum.
Nostra notat fusco digitos iniuria succo:
Cortice contactas inficiante manus.
Ille cruor meus est: illo maculata cruore
Non profectura dextra lauatur aqua.
Oego cum longe uenerunt tædia uitæ:
Optaui quotiens: arida facta mori.
Optaui quotiens aut cæco turbine uerti:
Aut ualido missi fulminis igne peti.
Atque utinam subitæ raperent mea poma procellæ
Vel possem fructus excutere ipsa meos.
Sic ubi detracta est a te mihi causa periclí:
Quod supereſt tutum pontice castor habes.
Quid mihi tunc animi est? cum sumit tæla uiator:
Atque oculis plagæ destinat ante locum:
Nec uitare licet moto fera uulnera trunco:
Quem sub humo radix curuaque uincla tenent:
Corpora præbemus plagis: ut sæpe sagittis:

Cum populus

Cum populus manicas depoſuiſſe uetat:
Vtue grauem pauida eſt ubi tolli uacca ſecurem:
Aut ſtringi cultros in ſua colla uidet.
Sæpe meas frondes uento tremuiſſe putaſtis:
Sed metus in nobis cauſa tremoris erat.
Si merui:uideorque nocens:excidite ferro:
Noſtraque fumoſis urite membra focis.
Si merui uideorque nocens imponite flammæ:
Et liceat miſeræ dedecus eſſe ſemel.
Si nec cur urar:nec cur excidar habetis:
Parcite:ſic cœptum perficiatis iter.

P. O. Na. Poetæ conſolatio ad Liuiã Auguſtã de morte Druſi Neronis filii eius q̃ in Germania morbo piit.

VIſa diu fœlix mater mõ dicta neronum
Iam tibi dimidium nominis huius abeſt.
Iam legis in druſum mirabile liuia carmẽ
Vnum qui dicat iam tibi mater habes.
Nec tua te pietas diſtendit amore duoꝝ:
Nec poſito fili nomine dicis uter:
Et quiſquam leges audet tibi dicere flendi?
Et quiſquam lachrymas temperat ore tuas?
Hei mihi quã facile eſt:quamuis hoc contigit:omnes.
Alterius luctu fortia uerba loqui.
Scilicet exiguo percuſſa es fulminis ictu:
Fortior ut poſſis cladibus eſſe tuis.
Occidit exemplum iuuenis uenerabile morum:
Maximus ille armis:maximus ille toga.
Ille modo eripuit latebroſas hoſtibus alpes:
Et titulum belli dux duce fratre tulit.
Ille genus ſueuos acre:indomitoſque ſycambros
Contudit:inque fugam barbara terga dedit.
Ignotumque tibi meruit romane triumphum:
Protulit in terras imperiumque nouas.
Soluere uota ioui fatorum ignara tuorum
Mater:& armiferæ ſoluere uota deæ:
Gradiuumque patrem donis implere parabas:
Et quoſcunque colit eſt iuſque piumque deos:
Maternaque ſacros agitabas mente triumphos:
Forſitan & curæ iam tibi currus erat.
Funera pro ſacris tibi ſunt ducenda triumphis:
Et tumulus druſum pro iouis arce manet.
Fingebas reducem:perceptaque mente fouebas
Gaudia:& ante oculos iam tibi victor erat.
Iam ueniet:iam me gratantem turba uidebit:
Iam mihi pro druſo dona ferenda meo.
Obuia progrediar:fœlixque per oppida dicar:
Collaque & os oculos illius ore premam
Talis erit:ſic occurret:ſic oſcula iunget:
Hoc mihi narrabit:ſic prior ipſa loquar.
Gaudia magna foues:ſpem pone miſerrima falſam:
Deſine de druſo læta referre tuo.
Cæſaris illud opus ueluti pars altera ueſtri
Occidit:indignas liuia ſolue comas.
Quid tibi nunc mores proſunt:actumque pudice
Omne ævum?& tanto iam placuiſſe uiro?
Quidque pudicicia tantum inuiolata bonorum:
Vltima ſit laudes inter ut illa tuas?
Quid tenuiſſe animum contra ſua ſæcula rectum?
Altius & uitiis exeruiſſe caput?
Nec nocuiſſe ulli?& fortunam habuiſſe nocendi?
Nec quenq̃ neruos extimuiſſe tuos?
Nec uires erraſſe tuas campoque foroque:
Quamque licet citra conſtituiſſe domum?
Nempe per hos etiam fortunæ iniuria mores
Regnat:& incerta eſt hic quoque nixa rota.

Hic quoque ſentitur ne quid non improba carpat:
Sæuit:& iniuſtum ius ſibi ubique facit:
Scilicet immunis ſi luctus una fuiſſet
Liuia:fortunæ regna minora forent.
Quid ſi non habitu ſic ſe geſſiſſet in omni:
Vt ſua non eſſent inuidioſa bona?
Cæſaris adde domum:quæ certe funeris expers
Debuit humanis altior eſſe malis.
Ille uigil ſumma ſacer ipſe,locatus in arce
Res hominum ex tuto cernere dignus erat.
Nec fleri ipſe ſuis:nec quenq̃ flere ſuorum:
Nec quæ nos patimur uulgus & ipſe pati.
Vidimus erepta mœrentem ſtirpe ſororis
Luctus ut in druſo publicus ille fuit
Condidit agrippam:quo te marcelle ſepulchro:
Et cepit generos iam locus ille duos.
Vix poſito agrippa tumuli bene ianua clauſa eſt:
Perficit officium funeris ecce ſoror.
Ecce ter ante datis iactura nouiſſima druſus
A magno lachrymas cæſare quartus habet.
Claudite iam parcæ:nimium reſerata ſepulchra
Claudite:plus iuſto iam domus iſta patet.
Cædis:& in caſſum tua nomina druſe leuantur:
Vltima ſit fati hæc ſumma quærela tui.
Iſte poteſt implere dolor uel ſæcula tota:
Et magni luctus obtinuiſſe locum.
Multi in te amiſſi nec tu tot uerba bonorum
Omnis cui uirtus contigit unus eras.
Nec genitrice tua fœcundior ulla parentum:
Tot bona per partus quæ dedit una duos.
Heu par illud ubi eſt tot idem uirtutibus æquum?
Et concors pietas?nec dubitatus amor?
Vidimus attonitum fraterna morte neronem
Pallida promiſſa flere per ora coma.
Diſſimilemque ſui uultu profitente dolorem:
Hei mihi q̃ toto luctus in orbe fuit.
Tu tamen extremo moriturum tempore fratrem
Vidiſti lachrymas:uidit & illa tuas:
Affigique ſuis moriens tua pectora ſenſit:
Et tenuit uultu lumina fixa tuo.
Lumina cærulea iam iamque nutantia morte:
Lumina fraternas iam ſubitura manus.
At miſeranda parens ſuprema neque oſcula fixit:
Frigida nec mouit membra tremente ſinu.
Non animam appoſito fugientem excepit hiatu:
Nec traxit cæcas per tua membra comas.
Raptus es abſenti dum te fera bella morantur:
Vtilior patriæ q̃ tibi druſe tuæ.
Liquitur ut quondam zephyrus & ſolibus ictæ
Soluuntur teneræ uere tepente niues:
Te queritur caſuſque malos irriſaque tales:
Accuſantque annos ut diuturna ſuos.
Talis in umbroſis mitis nunc denique ſiluis
Deflet threicium daunias ales itym.
Halcyonum tales uentoſa per æquora queſtus
Ad ſurdas tenui uoce ſonantur aquas
Sic plumoſa nouis plangentis pectora pennis
Oenidem ſubitæ concinuiſtis aues.
Sic fleuit clymene:ſic & clymenidos altæ:
Cum iuuenis patriis excidit ictus equis.
Congelat interdum lachrymas duratque tenetque:
Suſpenſaſque oculit fortior ictus agit.
Erumpunt iterumq; grauant gemitumque ſinuſque
Effuſæ grauidis uberibuſque genis.
Inuires abiit flendi mora plenior unda:

Defluit exigua

Defluit exigua si qua retenta mora:
Tandem ubi per lachrymas licuit:sed flebilis orsa ē
Singultu medios impediente sonos.
Nate breuis fructus duplicis sors altera partus
Gloria confectæ nate parentis ubi es?
Sed neque iam duplicis nec iam sors altera partus
Gloria confectæ nunc quoque matris ubi es?
Heu modo tantus ubi es?humido portaris & igni?
Hæc sunt in reditus dona paranda tuos?
Siccine dignus eras oculis occurrere matris?
Sic ego te reducem digna uidere fui?
Cæsaris uxori si talia dicere fas est:
Iam dubito magnos an rear esse deos.
Nam quid ego admisi?quæ non ego numina cultu?
Quos ego non potui demeruisse deos.
Hic pietatis honos?artus amplector inanis:
Euocat hos ipsos flamma roguſque suus.
Te ne ego sustineo positum scelerata uidere?
Te ne meæ poterunt ungere nate manus?
Nunc ego te infœlix summum teneoque tuorque:
Affigoque manus oraque ad ora fero.
Nunc primum aspiceris consul uictorque parenti
Sic mihi:sic miseræ nomina tanta refers.
Quo primum uidi fasces:in funere uidi:
Et uidi euersos indiciumque mali.
Quis credat?matri lux hæc charissima uenit:
Qua natum in summo uidit honore suum.
Iam me ego non fœlix?iam pars mihi rapta neronū
Materni celeber nomine drusus aui?
Iam me meus non est?nec me facit ille parentem?
Iam ne fui drusi mater:& ipse fuit?
Nec cum uictorem referatur adesse neronem:
Dicere iam potero maior?an alter adest?
Vltima contigimus:ius matris habemus ab uno.
Vnius est munus quod tamen orba negor.
Me miseram extimui:friguſque per ossa cucurrit:
Nil ego iam possum certa uocare meum.
Hic meus ecce fuit:iubet hinc de fratre uereri:
Omnia iam metuo:fortior ante fui:
Sospite te saltem moriar nero:tu mea condas
Lumina:& excipias hanc animam ore pio.
Atque utinam drusi manus altera:& altera fratris
Formarent oculos comprimerentque meos.
Quod licet hoc certe tumulo ponemur in uno
Druse:neque ad ueteres conditur ibis auos.
Miscebor cinerique cini:atque ossibus ossa:
Hanc lucem celeri turbine parca neat.
Hæc & plura refert:lachrymæ sua uerba sequuntur
Oraque nequicq̄ per modo questa fluunt
Quin etiam corpus matri uix uixque remissum
Exequiis caruit liuia pene suis.
Quippe ducem arsuris exercitus omnis in armis:
Inter quæque ruit ponere certus erat.
Abstulit inuitis corpus uenerabile frater:
Et drusum prime:quod licuitque dedit.
Funera ducuntur ronſona per opida drusi:
Heu facinus:per quæ uictor iturus erat.
Perque deletis rhetorum uenerat armis:
Hei mihi quam dispar huic fuit illud iter.
Consuluit fractis mœrentem fascibus urbem:
Quid faceret uictus sic ubi uictor init?
Mœsta domus plangore sonat:cui figere lætus
Parta sua dominus nouerat arma manu.
Vrbs gemit:& uultum miserabilis induit unum
Gentibus aduersis forma sit illa precor.

Incerti claudũtque domos:ſtrepitantque per urbem
Hic illic pauidi clamque palamque dolent.
Iura ſilent:mutæque tacent ſine uindice leges:
Aſpicitur toto purpura nulla foro.
Diique latent templis:neque iniqua ad funera uultus
Præbent:nec poſcunt tura ferenda rogo.
Obſcuros delubra tenent:pudet ora colentum
Aſpicere inuidiæ quam meruere metu:
Atque aliquis de plæbe pius pro paupere nato
Sutulerat timidas ſidera ad alta manus.
Iamque precaturus quid ego autem credulus inquit
Suſcipiam in nullos irrita uota deos?
Liuia non illos pro druſo liuia mouit.
Nos erimus magno maxima cura ioui:
Dixit & iratus uota in ſuſcepta reliquit.
Durauitque animum:deſtituitque preces:
Obuia turba ruit:lachrymiſque rigantibus ora
Conſulis erepti publica damna refert.
Omnibus iidem oculi:par eſt concordia flendi:
Funeris exequiis adſumus omnis eques.
Omnis adeſt ætas:mœrent iuueneſque ſeneſque:
Auſoniæ matres:auſoniæque nurus.
Auctoriſque ſui præfertur imagine mœſta:
Quæ uictrix templis debita laurus erat.
Certat onus luctu generoſa ſubire iuuentus:
Et ſtudet officio ſedulla colla dare.
Et uoce & lachrymis laudaſti cæſar alumnum:
Triſtia cum medius rumperet oſſa dolor.
Tu lætum optaſti diis aduerſantibus omen:
Par tibi ſi ſinerent te tua fata mori.
Sed tibi debetur cœlum:te fulmine pollens
Accipiet cupidi regia magna iouis.
Quid periit uult ille tibi ut ſua facta placerent:
Magnaque laudatus præmia mortis habet.
Armataque rogum celebrant de more cohortes:
Aſt pedes exequias reddit equeſque duci.
Te clamore uocant iterumque iterumque ſupremo:
At uox aduerſis collibus icta redit.
Ipſe pater flauis tyberinus adhorruit undis:
Suſtulit e medio nubibus amne caput.
Tum ſalice implexum muſcoque & arundine crinẽ
Cæruleum magna legit ab ore manu.
Vberibuſque oculis lachrymarum flumina miſit:
Vix capit adiectas alueus altus aquas:
Iamque rogi flammas extinguere fluminis ictu
Corpus & intactum tollere certus erat.
Suſtentabat aquas:curſuſque inhibebat equorum:
Vt poſſet toto proluere amne rogum:
Sed mauors templo uicinus & accola campi
Tot dixit ſiccis uerba neque ipſe genis:
Quanq̃ amnes decet ira:tamen tyberine quieſcas:
Non tibi non ullis uincere fata datur.
Iſte meus perijt:periiq; arma inter & enſes.
Et dux pro patria funera:cauſa latet.
Quod potui tribuiſſe dedi:uictoria parta eſt.
Auctor abit operis:ſed tamen extat opus.
Quondam ego tentaui clotoque duaſque ſorores:
Polliceque certo penſa ſeuera trahunt.
Vt remus eliades:& frater conditor urbis
Effugerent aliqua ſtagna profunda uia:
De tribus una mihi partem accipe quæ datur inquit
Muneris:ex iſtis quodpetis:alter erit.
Hic tibi mox ueneri cæſar promiſſus uterque
Hos debet ſolos martia roma deos.
Si cecinere deæ:nec tu tyberine repugna:

Irrita nec

Irrita nec flammas amne morare tuo.
Nec iuuenis positi suppremos destrue honores:
Vade age & immissis labere pronus aquis:
Paret: & in longum spatiosas explicat undas:
Strictaque pendenti pumice tecta subit.
Flamma diu cunctata caput contingere sanctum
Errauit posito lenta sibi usque toro:
Tandem ubi complexa est siluas alimẽtaq; sumpsit
Aethera subiectis lambit & astra comis.
Qualis in herculeæ colluxit collibus oetæ
Cum sunt impositio membra cremata deo.
Vritur heu decor ille uiri: generosaque forma:
Et facilis uultus: uritur ille uigor.
Victricesque manus: facundaque principis ora:
Pectoraque ingenii magna capaxque domus?
Spes quoque multorum flammis uruntur in iisdem
Iste rogus miseræ uiscera matris habet.
Facta ducis uiuent: operosaque gloria rerum
Hæc manet: hæc auidos effugit una rogos.
Pars erit historiæ: totoquæ legetur in æuo.
Seque opus ingeniis: carminibusque dabit.
Stabis & in rostris tituli speciosus honore:
Causaque dicemur nos tibi druse necis:
At tibi ius ueniæ supereſt germania nullum:
Postmodo tu pœnas barbare morte dabis.
Aspiciam regum liuentia colla cathenis.
Duraque per sæuas uincula nexa manus.
Et tandem trepidos uultus inque illa ferocum
Inuitis lachrymas decidere ora genis.
Spiritus ille minax & drusi morte superbus
Carnifici in mœsto carcere dandus erit:
Consistam lætisque oculis: lætusque uidebo
Strata per obscœnas corpora nuda uias.
Hunc aurora diem spectacula tanta ferentem.
Quam primum croceis rosida portet equis
Adiice lædæos concordia sidera fratres:
Templaque romano conspicienda foro.
Quam paruo numeros impleuit principis æuo:
In patriam meritis occubuitque senex.
Non sua conspiciet: miserum me: munera drusus:
Nec sua præ templi nomina fronte leget.
Sæpe nero illachrymas summissa uoce loquetur:
Cur adeo fratres: heu sine fratre deos?
Certus eras nunq̃ nisi uictor druse reuerti:
Hæc te debuerant tempora uictor eras.
Consule nos: duce nos: duce iam uictore caremus:
Inuenit in tota mœror in urbe locum.
At comitum squallent immissis ora capillis
Infœlix druso sed pia turba suo:
Quorum aliquis tendens in te sua brachia dixit:
Cur sine me? cur sic incomitatus abis?
Quid referam de te dignissima coniuge druso:
Atque eadem drusi digna parente nurus?
Par bene compositum iuuenum fortissimus alter:
Altera iam forti mutua cura uiro.
Fœmina tu princeps: tu filia cæsaris illi
Nec minor es magni coniuge iussa iouis.
Tu concessus amor: tu solus & ultimus illi:
Tu requies fesso grata laboris eras.
Te moriens per uerba nouissima questus abesse
Est mota in nomen frigida lingua tuum.
Infœlix recipis non quem promiserat ipse:
Nec qui missus erat: nec tuus ille redit.
Nec tibi deletos poterit narrare sycambros:
Ensibus & sueuos terga dediſſe suis.

Fluminaque & montes & nomina magna locorum:
Et si quid miri uidit in orbe nouo.
Frigidus ille tibi corpusque refertur inane:
Quemque premat sine te sternitur ecce torus.
Quo raperis laniata comas? similisque furenti?
Quo ruis? attonita quid petis ora manu?
Hoc fuit andromache cum uir religatus ad axes
Terruit admissos sanguinolentus equos.
Hoc fuit euadne tunc cum ferienda coruscis
Fulminibus capaneus impauida ora dedit.
Quid mortem tibi mœsta rogas? amplexaque natos
Pignora de druso sola relicta tenes?
Et modo per somnos agitaris imagine falsa?
Teque tuo drusum credis habere sinu?
Et subito tentasque manu: sperasque receptum.
Quæris & in uacui parte priore tori.
Ille pio si non temere hæc creduntur in aruo
Inter honoratos excipietur auos.
Magnaque maternis maioribus æqua paternis
Gloria quadriiugis aureus ibit equis.
Regalique habitu curruque superbus eburno
Fronde triumphali tempora uinctus erit.
Accipient iuuenem germanica signa ferentem
Consulis imperio conspicuumque decus.
Gaudebuntque suæ merito cognomine gentis
Quod solum domito uictor ab hoste tulit.
Vix credent tantum rerum cœpisse tot annos
Magna uiri latum quærere facta locum.
Hæc ipsum sublime ferent: hæc optima mater
Debuerat luctus attenuare tuos.
Fœmina digna illis: quos aurea condidit ætas:
Principibus natis principe digna uiro.
Quid deceat drusi matrem matremque neronis
Aspice quo surgas aspice mane toro.
Non eadem uultusque decent & lumina rerum:
Est quod præcipuum debeat ista domus.
Impositit te alto fortuna: locumque teneri
Iussit honoratum liuia perfer onus.
Ad te oculos auresque trahis: tua facta notamus.
Nec uox missa potest principis ore tegi.
Alta mane supraque tuos exurge dolores:
Infragilemque animum: quo potes usque tene:
An melius per te uirtutum exempla petemus:
Quam si romane principis edis opus?
Fata manent omnis: omnis expectat auarus
Portitor: & turbæ uix satis una ratis.
Tendimus huc omnes: metam properamus ad unã:
Omnia sub leges mors uocat atra suas.
Ecce necem intentam cœlo terræque fretoque
Casurum triplex uaticinatur opus:
I nunc & rebus tanta impedente ruina
Iu te solam oculos & tua damna refer
Maximus ille quidem iuuenum spes publica uixit:
Et qua natus erat gloria summa domus:
Sed mortalis erit: nec tu secura fuisti
Fortia progenie bella gerente tua.
Vita data est utenda data est sine fœnore nobis
Mutua: nec certa persoluenda die.
Fortuna arbitriis tempus dispensat ubique:
Illa rapit iuuenes: sustulit illa senes.
Quaque ruit furibunda ruit: totumque per orbem
Fulminat: & cæcis cæca triumphat equis.
Regna deæ immitis parce irritare querendo
Sollicitare animos parcæ potentis hære.
Quæ tamen hoc uno tristis tibi tempore uenit:

Sæpe eadẽ

Sæpe eadem rebus fauit amica tuis.
Nata quòd alte es:quodq; es fœtibus aucta duobus
Quodque etiam magno consociata ioui:
Quod semper domito rediit tibi cæsar ab orbe:
Gestat & inuicta prospera bella manu:
Quod spes implerunt maternaque uota nerones:
Quod pulsus totiens hostis utroque duce:
Rhenus & alpinæ ualles & sanguine nigro
Decolor infecta testis itargus aqua:
Danubiusque capax:& dacius orbe remoto
Appulus huic hosti per breue pontus iter:
Armeniusque fugax:& tandem dalmata supplex:
Summaque dispersi per iuga pannonii:
Et modo germani romanis cognitus orbis
Aspice q̃ meritis:culpa sit una minor.
Adde quod est absens fœttus:nec cernere nati
Semineces oculos sustinuere tibi:
Qui dolor & menti leniſſimus influit ægræ
Acciperes luctus aure coacta tuos.
Præuertitque metus per longa pericula luctum
Tu quibus auditis anxia mentis eras.
Non ex præcipiti dolor in tua pectora uenit:
Sed per mollitos ante timore gradus.
Iuppiter ante dedit fati mala signa cruenti:
Flammifera petiit cum tria templa manu.
Iunonisque graui nocte impauidæque mineruæ:
Sanctaque & immensi cæsaris icta manus.
Sydera quin etiam cœlo fugisse feruntur:
Lucifer & solitas destituisse uias:
Lucifer in toto nulli comparuit orbe:
Et uenit stella non præeunte dies.
Syderis hoc obitus terris instare monebat:
Et mergi stygia nobile numen aqua.
At tu qui superes mœstæ solatia matri:
Comprecor illi ipsi conspiciare senex.
Perque annos diuturnus eas fratrisque tuosque:
Et uiuat nato cum sene mater anus.
Et uentura precor:deus excusare priora
Dum uolet:a druso cætera læta dabit:
Tu tamen ausa potes tanto indulgere dolori:
Longuis ut nolis heu male fortis ali.
Vix etiam fueras paucas uitalis in horas:
Obtulit inuitæ cum tibi cæsar opem.
Admonuitque preces:& ius immiscuit illis:
Aridaque affusa guttura tinxit aqua.
Nec minor est nato seruandæ cura parentis:
Hic adhibet blandas nec sine iure preces:
Coniugis & nati meritum peruenit ad omnes:
Coniugis & nati liuia sospes ope es
Supprime iam lachrymas:non est reuocabilis istis:
Quem semel umbrifera nauita lintre tulit.
Hectora tot fratres:tot defleuere sorores:
Et pater & coniunx astyanaxque puer:
Et longæua parens:tamen ille redemptus adignes:
Nullaque per stygias umbra renauit aquas.
Contigit hæc etiam thetidi populator achilles
Iliaca ambustis ossibus arua premit.
Illi cæruleum panope materna crinem
Soluit:& immensas fletibus auxit aquas.
Consorteſque deæ centum longeuaque magni
Oceani coniunx oceanusque pater.
Et thetis ante omnes:sed ne thetis ipsa neq; omnes
Mutarunt auidi tristia iura dei.
Prisca quid huc repeto?marcellum octauia fleuit:
Et fleuit populo cæsar utrunque palam.


Sed rigidum ius est & ineuitabile mortis:
Stant rata non ulla fila tenenda manu.
Ipse tibi emissus nebulosum ad littus auerni
Si licet forti uerba tot ore sonet.
Quid numeras annos? uixi maturior annis:
Acta senem faciunt hæc numeranda tibi:
His æuum fuit implendum non segnibus annis:
Hostibus eueniat longa senecta metu
Hoc ataui monuere mei proauique nerones:
Fregerunt ambo punica bella duces.
Hoc domus ista docet: per te mea cæsaris alti
Exitus hic mater debuit esse meus.
Nec meritis quicquam illa iuuant: magis affluit illis
Mater honos: titulis nomina plena uides.
Consulet ignoti uictor germanicus orbis:
Qui fuit heu mortis publica causa: legor.
Cingor apollinea uictricia tempora lauro:
Et sensi exequias funeris ipse mei.
Decursusque uirum notos mihi: donaque regum:
Cunctaque per titulos oppida lecta suos.
Et quo me officio portauerit illa iuuentus:
Quæ fuit ante meum tam generosa torum.
Denique laudari sacrato cæsaris ore
Et merui: lachrymas elicuique deo.
Et cuiquam miserandus ero: iam comprime fletus:
Hoc ego qui flendi sum tibi causa rogo.
Hæc sentit drusus: si quid modo sentit in umbra:
Nec tu de tanto crede minora uiro.
Est tibi: sitque precor multorum filius instar:
Parsque tui partus sit tibi salua prior.
Est coniunx tutela hoium: quo sospite uestram
Liuia funestam dedecet esse domum.

FINIS.

Publii Ouidii Nasonis Sulmonensis poetæ Clarissimi Opera oia Venetiis diligentissime per Lazarum de Sauiliano Impressa sunt. Anno a natali Christiano. M. CCCCLXXXXII. Calendis Aprilibus.

REGISTRM.

a iiii b iiii c iiii d iiii e iiii f iiii g iiii h iiii
i iiii l iiii l iiii m iiii n iiii o iiii p iiii q iiii
r iiii s iiii t iiii u iiii x iiii y iiii z iiii & iiii
ꝯ iiii ꝓ iiii aa iiii bb iiii cc iiii dd iiii. finis.



Fabularum tabula per ordinem admodum reptorii.

Ouidii uita diligentiſſime compoſita.

Publii Ouidii Naſonis Metamorphoſeos Libri. xv. cum fabulis ad loca ſua poſitis.

Eiuſdem heroidū liber unicus: In quo plurimi uerſus additi ex antiqſſimo codice præſertim in epiſtola Paridis ad Helenam: & in epiſtola Cydipes ad Acontium.

Eiuſdem Sappho.

Sabini eqtis. Ro. epiſtolæ tres. ſ. Vlyſſis ad Penelopen: Demophoontis ad Phyllidē: & Paridis ad Oenonen.

Eiuſdem Ouidii Amorum libri tres.

Eiuſdē ad iuuentutē romanā de arte amandi libri. iii.

Eiuſdem de remedio amoris libri duo.

Eiuſdem inuectiua in Ibin.

Eiuſdem de morte Germanici epiſtola cōſolatoria.

Eiuſdem ad Germanicū Cæſarem Faſtorū libri ſex.

Eiuſdem de Triſtibus libri quinque.

Eiuſdem de Ponto libri quattuor.

Eiuſdem de pulice.

Eiuſdem de Philomena.

De medicamine faciei.

Eiuſdem de Nuce.

LAVS OMNIPOTENTI DEO: ET BEATAE VIRGINI MARIAE.

FINIS.

S 84
917593


colorchecker DIGITAL SG
DCSG - UBU # MX - 7181
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
A
B
C
D
E
F
G
H
I
J
K
L
M
N
x-rite
mm
0
1
2
3
4
5
6